Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XV
C
18
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

XV.
C.
18.

Digitized by Google

CATENÆ AVREÆ
GATTICI
PRO IMMVNITATE ECCLESIÆ
VOLVMEN PRIMVM.

BIBLIOTECA NAZIONALE NAPOLI

Digitized by Google

CELEBERRIMORVM

A Primo Legum Inſtitutore Sapientum, ac Primariorum in ijs Profeſſorum;

Nec non in quauis ferè Vniuerſitate Eruditiſſimorum V. I. Magni nominis Interpretum, Conſiliorum,

Quin, præter Apoſtolicas Conſtitutiones, & Cenſuras; eorum quæ in Excellentiſſ. Medio. Senatu, & alijs; ac in Regijs Magiſtratibus Inſigniores V. I. Doctores, Catholicaque Regiæ Maieſtatis, ac Chriſtianorum Principum Primarij Conſiliarij, Præſides, Senatores, ac alij proprijs reſcriptis pro vera Catholicæ Eccleſiæ Libertate, & Immunitate deciſiuè

CONSVLVERVNT, SENSERVNT, AC FIRMITER SANXERVNT.

TOMVS PRIMVS.

In quo ſumma ingenij perſpicacitate, ac eruditione ſelectioribus iuribus, ac efficaciſſimis rationibus illius deprauata libertas reſtituitur, & ad priſtinum ſplendorem ſuum reuocatur.

Triplici cuncta ordine digeſta; communi totius Eccleſiæ Dei vtilitati, perpetuoq; inſigni beneficio pro quibuſcunq; opportunitatibus, maximis laboribus, expenſis, lucubrationibus enucleata, in vnum congeſta, diſcuſſa, ampliata, opportunitati accommodata, & Appendicibus, Epitomis, Argumentis, Summarijs, Additionibus; ac etiam Cathalogo, Repertorio, Indice, Tabula in calce Secundi Tomi; & alijs inſignioribus, vtiliſſimiſq; vbiq; perfunctionibus ad faciliorem captum, Et vſum contentorum.

TYPIS DATA.

Auctore Fr. Hieronymo Gattico Lect. Theologo ex Ordine Prædicatorum.

BONONIÆ M.DC.XXXVI.
Apud Ferronios. De Superiorum approbatione.

Digitized by Google

SANCTISSIMO PATRI
Et D. N. ſupremo in terris Chriſti Vicario
VRBANO
DIV. PROVID. PAPAE VIII.

Fr. Hieronymus Gatticus ex Ordine Prædicatorum

Poſt debita humillima beatorum pedum oſcula, fœlicitatem.

ECCE tandem, SANCTISSIME PATER, Duo Celeberrima Volumina, ſanè multò locupletiora, & efficaciora pro Eccleſiæ vtilitate, illo, quod ſuperioribus annis dum ad pedes Sanctiſs. olim Pauli Papæ Quinti pro vniuerſo Mediolanēſis Status Clero orator exiſterem Eccleſię immunitati, ac publicæ vtilitati cōſulens ex celeri neceſſitate abortiuè in lucem prodendum tunc curaueram, quæ quicquid præter naturale, ciuile, canonicum, humanū, ac Diuinum Ius, præſtantiſſimi etiam Iuriſconſulti à primo legum inſtitutore ad hæc vſq; tempora, tàm Eccleſiaſtici, quàm laici; quinimo quicquid in omnibus penè Catholicis Vniuerſitatibus Celeberrimi legū Interpretes, ac in omniū Chriſtianorū Principum Senatibus, & Magiſtrâtibus; ſignanterq; in Catholicę Regię Maieſtatis Mediolanenſi Senatu, & Magiſtratibus ipſiuſmet Præſides, Senatores, ac magni nominis Conſiliarii, cæteriq; eius Iudicētes pro vera Catholicę Eccleſiæ Libertate, & Immunitate Conſuluerunt, Senſerunt, ac Sanxerunt inſigni methodo cōplectuntur, non ſine per quam magno labore, & ſtudio, inter alia, à me fideliſſimè enucleata; quorum tibi, SANCTISSIME PATER, pro ſumma mea in te obſeruantia, ac pro dilectę, & ſine ruga, & macula Sponſę tuę Eccleſię defenſione, licèt quidē vtrūq; at peculiariùs primum, vti ſupremo Chriſti in terris Vica-

rio, ac totius Orbis vnico ampliſſimo Patri, & Pōtifici, quo nil excelſius in terris inter homines reperitur, & à quo emanat omnis iuriſdictio, & qui Imperatorum, Regum, Principum, rerumq; omnium, ac perſonarum ſuperior, ac ſupremus Dominus exiſtis; Secundum Catholicæ Regię Maieſtati, vt hac data occaſione, & ipſe in illo, ac pariter in vtroq; tanquam in fulgenti ſpeculo Eccleſiaſticæ immunitatis veritatis lumen proſpiciens, & propriū pro illa votum tandem adiungere dignetur, iure dicandum duxi. Nullūq; aliū, quā præſcriptū in illis ordinem ex ipſorummet oppugnantiū dictis cōtextū, tanquā à fortiori arguēdo ab aduerſantium pro eadem iudicatis, & ſancitis, ſeruādū iudicaui.

Opus ſanè pro re hiſce temporibus tantopere exagitata; vid. quæ ad onera Eccleſiaſticis bonis, ac eorum cultoribus, & conductoribus à laicis impoſita ſpectat, per quam valdè vltrà quod excogitari poſſit vtile, & neceſſarium.

Accipias igitur, SANCTISSIME PATER, iuxta mādatum tuum litteris alias, Eminentiſs. Card. Borromęo exaratis dilecti filij tui ad ſanctiſſimos pedes tuos corde procumbentis, pro Catholicæ Eccleſiæ tuæ iurium defenſione hęc laborum monimenta Sanctitati tuæ, cui tanquā Diuina fauente gratia præſides, ſummo iure debita, illaq; pro tua benignitate ſereno; ac hilari vultu reſpice; quæ ſi perlegere nō dedignatus fueris, multò maiora, & vtiliora dictis, ac gratiora exiſtimatione pro certò inuenies; in quibus haud dubiè animus tuus, & gaudebit, & quieſcet, ac pro tua munificentia, quæ ad inſtar Apis argumentoſæ, triplici ipſarum agmine in tuo Stemmate triplicatū tibi Regnū fœlici omine, vti natis Regibus, fulges, ac fauos melis vniuerſo orbi pia largitate propinas; vtq; qui maximè potes, ita & maximè velis me, ac ipſa cum amplo Apoſtolicæ benedictionis munere benignè reſpicere; ſupplex ad ſacros pedes tuos procumbens enixè rogo.

Deus Opt. Max. Sanctitatem tuam, & Ordini noſtro, & vniuerſo Chriſtiano orbi ad communem omnium vtilitatem, quàm diutiſſimè incolumem tueatur, ac ſeruet.

AD

AD SANCTISS. PONTIFICEM

VRBANVM VIII.

Optimum Maximum

Vox Militantis Eccleſiæ.

EN, qualem optaſti (Sponſæ cariſſimè Sponſe)
Explorare, meus hinc amor, inde labor.
Plura velis, dum plura mihi Te poſtulo; robur
Hæc capiant per Te iura mea, immo Tua.
Hæc Dotis mihi ſumma. Tuam Tu cætera Sponſam
Protege, ſic creſces hinc amor, inde labor.

EN

DOMINICANAE RELIGIONIS
ARCHETYPVS

Cuius ex aluo, veluti ex Equo Troiano
Prodiere viri
Scientia, Integritate
Celeberrimi,
Qui pullulantia hæreſum monſtra,
Ne iniquè repullularent
Sapientiæ gladio, ſanctitatis ardore
Conciderunt, inuſſerunt.
Hæc non tàm Dominicano, quàm Dominico
Fortunata omine
Non ſine victoria bellatrix;
Non ſine gloria victrix;
Non ſine Trophęo triumphatrix
Inter laborantes Eccleſiæ Anguſtias
Auguſto ſemper ſpiritu.
Indefeſſa
Obſequium, vires, vitam generoſa præſtitit.
Iam verò labente, ac labante mundo,
Qui ſuis omnia metitur commodis,
Vnde vix appareat,
Qui pro fide Catholica, opem; nedum ſanguinem
Exponat;
Ipſa tamen inconcuſſa mente
Nullo pulſa metu;
Nulla illecta vtilitate;
Si lapſum, occaſum certè non paſſa
Fideliſſimi cultus pignora
Vrbanè VRBANO Pontifici ter Maximo
Romanæq; Eccleſiæ Matri
Excelſo exhibet animo.

Per-

Digitized by Google

PERDILECTO TOTIVS CHRISTIANI ORBIS VNIVERSO CLERO.

Fr. Hieronymus Gatticus ex Ord. Præd. S.

ADESTE quotquot eſtis omnes Sacroſancta Vniuerſalis Catholica, & Apoſtolica Rom. Eccleſia cultores; nec minus veſtris aſsiduarum precum interpellationibus Deum bonorum omnium, non tàm per amplũ largitorem, verũ & obcæcatorum humanorum cordium illuminatorẽ, quatenus, etiam (nam poteſt) rebelles ad ſe pro ſua pietate compellere voluntates non dedignetur, exorando; quã Celeberrimorum totius vniuerſi orbis ſapientum pro Catholica Eccleſia libertate, & immunitate iurium conſiliorũ, & efficaciſsimarũ rationum in his duobus Voluminibus contentarum ampliſsimè copia ſtudendo; Adeſte inquam vnà mecum quaſo pro ſingulari veſtro vniuſcuiuſq; nedum vniuerſali totius Catholicę Eccleſia beneficio, & commodo, vtraq; manu; putà vita, & morũ ſanctimonia Diuinã Bonitatem pro noſtro auxilio aſsiduè implorando, ex vna; & humanarũ, ac Diuinarum legũ lucubrationibus in his efficaciſsimè deductis, humanos animos ad recti cognitionẽ, & iudiciũ flectendo, ex altera; quò ſic hi, qui ab Eccleſiaſtica libertate, & immunitate in corpore Diuini, & humani Iuris inſerta, & clauſa, ac apud ipſoſmet, qui ſola lege natura reguntur illaſa ſeruata diſſentire videntur, veritati manũ ſubmittentes, tandem, tam diu Diuino cultui, Eccleſiaſticis functionibus, ac ipſarum perfunctoribus; quinimò, quod magis eſt, & Catholica fidei hoſtibus ipſis ha per quam ſcandaloſa controuerſia omninò dirimantur: neq; enim ſecus fas eſt Catholicè credere, quòd his modò illuminati, omnibuſq; dubietatis (vel leuis) nedum ignorantia tenebris ſublatis; idq; non alia luce, quàm ipſorummet aduerſantium vbiq; faſsis, & ſancitis, à tam rationabili

Eccle-

Eccleſia immunitate diſſentire, ſeſeq; vlterius illi opponere, me-mores propria ſalutis, & conditionis, perſeuerare voluerint: ob id enim innenarrabilibus laboribus, incommodis, expenſis, animi afflictionibus, ac penè dicam pluſquam humanis ſtudijs non parcens hac pracipuorum orbis Sapientum reſponſa, Vniuerſitatum conſulta, Senatuum, & Magiſtratuum reſcripta, firmiterq; ſancita; ac tandem quicquid ad omnes Eccleſiaſtica libertatis, & immunitatis neceſsitates à peritis, & ſapientibus benè ſapientibus allatum facere poterit, collectum, enucleatum, ampliatum; miroq; ordine diſtinctum cumulaui, quo quiſq; nullo etiam adhibito doctore, aut praceptore, nullo pretio, nec expenſis, nulla ambiguitate; quin & nullo proprio labore, vixq; ſola illorum perlectione, cuilibet propria quiſq; ſeù aliena opportunitati occurrere poterit; Vtq; cuiuſcunq; animi curioſa propenſitati quid tandē diſtinctè inſigniter conſcriptum in quolibet tomo cōplectatur, ſatisfiat, id ſummatim in penè ſubſequenti pagina exordij cuiuſcunq; libri conſpicere poterit, quicunq; voluerit.

Vlteriuſq; vt facilius inſigniora, notatuq; digniora omnibus innoteſcant, prater multiplices Indices Repertoria, & Tabulas contenta cuncta apertè, & diſtinctè in calce ſecundi Tomi edocentes, ipſa ſignata manu in folijs paſſim conſcripta indicanda curaui; Hocq; totum (vt alias exarata repetam) inſignū in vos omnes animi mei candoris, & ardentis in verum Deum amoris, fideleq; ac efficax teſtimonium, quod veſtigia ſequendo antenatorum comprofeſſorum meorum, proprio ſanguine eius dilectam & ſine ruga Sponſam Eccleſiā Catholicam, illiuſq; libertatem, & immunitatem tueri, & per ipſam Eccleſiaſticis omnibus in Charitatis Viſceribus, ad peccatorum meorum abolitionem, inſeruire cupio. Cuncta igitur ea qua animi mei ingenuitate deferuntur, ipſa accipite, ac illis lati, ouanteſq; pro ſummo veſtro commodo, beneficio, & vtilitate fruimini. Valete.

ENAR-

ENARRATIO CONTENTORVM

In hoc Primo Volumine.

Hoc Primum Volumen habet tres Partes.

IN Prima Parte ad inſtar inſtructi exercitus pro primo ordine, & fronte totius agminis vices gerendo, quò acrìùs exaduerſo bellum gerentibus obſiſtant, maiores, & fortiores, valido ferro armati homines, erunt, vid. perinſigna Dicta, Conſulta, & Reſponſa Deciſiua præcipuorum Catholicæ Regiæ Maieſtatis, ac aliorum Principum V. I. peritorum, Conſiliariorum, Præſidum, ac Senatorum; quin præcipuè inter cætera ſtatuta, Decreta, ac firmiter ſancita Excellentiſſimi Mediolani Senatus, ac Magiſtratuum pro vera Catholicæ Eccleſiæ libertate, & immunitate, quæ ſi omni cordis perturbatione ſemota, trutina pacati animi perpendantur, vel minimè vereor, quin cuiuſcunq; mentem, licèt alieni voti, ad ei patrocinandum iam tandem omni ablata dubitatione firmo pede ſint adducturi.

In Secunda Parte, vice veteranorum militum nil aduerſantium vires, aut arma timentium, ex omni latere exercitum vallantium; & quid pro obtinenda victoria faciendum diffinientium, acuratiſſima erunt vota ſupremorum ſapientum inter V. I. Conſultos, Legum profeſſores, & Interpretes ex omnibus penè catholici orbis Vniuerſitatibus, egregiam ipſarum doctrinam pro Eccleſiaſtica libertate, & immunitate atteſtantium, Diuinarum, ac humanarum legum, Sacrorum Canonum, aliquorumcunq; iurium, & Legum germanam, ac veram intelligentiam redolentia.

In Tertia, ac poſtrema Parte, hinc inde ex plurimis Catholici Regis Prouincijs conſurgent perinſignes V. I. periti, vti validi belligerantes, perilluſtribus, ac peramplissimis proprijs conſilijs, ac egregijs reſponſis Deciſiuis, veritate ipſa duce, & dictante, Eccleſiaſticæ libertati, & immunitati pleno calamo ſuffragantes; cæteroſq; omnes in ſui ſententiam pro rei æquitate magna voce ad-

ce ad-

ce aduocantes. His ampliora videre erit in vniuſcuiuſq; partis Initio.

Et ne fatigemini nedum opportuniora, notatuq; digna verùm, & Regum, Principum, Senatuum, Magiſtratuum, ſingulariterq; Mediolanenſium, firmiter ſancita, ac alia inſigniora pro opportunitate facienda, vbiq; in hoc primo Tomo diffuſa, perquirendo, ipſa in margine erunt hoc modo ſignata manu.

Præter proprios Indices in calce Secundi Tomi repoſitos, quos diligenter animaduertere quiſq; debet pro ſingulari ſui beneficio, & vtilitate permagna.

In Cathalogo enim pro maiori auctoritate, & validiori robore allegatorum, conſpiciet inſigniſſimorum virorum, ac primariorum Legum profeſſorum ex toto orbe terrarum nomina.

In Repertorio diſtinctè allata omnia, quæ efficaciter facere poterunt ad Eccleſiaſticam libertatem, & immunitatem pro quacunq; tàm præſenti, quàm futura opportunitate, abſq; quod amplius neceſſe ſit peritos conſulere, nec expenſas facere.

In Indice quicquid pro ea firmiter ſancitum ſit in toto orbe terrarum, tam per Leges, Canones, Summos Pontifices, & Generalia Concilia, quàm per Imperatores, Reges, Principes, Senatus, Magiſtratus, ſignanterq; per illos Catholicæ Regiæ Maieſtatis.

Ac tandem in Tabula quicquid in duobus ipſis Tomis fauore Eccleſiæ conſcriptum reperitur.

MO-

MEMORES eſſe omnes enixè rogo, quod vltra culpa reatum, Excommunicatio non parui facienda, neq; obliuiſcenda; præter Canones, & leges in cap. monuerint, & in cap. grauè de ſent. excom. cum ſimul. quin vltra pænam, & damnationem æternam, hæreſis notam, ac omnium bonorum, tàm ſpiritualium, quàm temporalium, vſq; ad quartam generationem priuationem, in Bulla Pij Papæ Quinti, ac alibi, cum omnina Apoſtolica Sedi reſeruatione facultatis abſoluendi delinquentes, extat in Bulla Cænæ Domini §. 18. *omnibus quicquam mandantibus, vel conſulentibus, aut exequentibus in praiudiciũ, ſeù diminutionem Eccleſiaſticæ libertatis, & immunitatis, præter indiſpenſabilem integræ reſtitutionis obligationem; vt diffuſius exarabitur in tota ſecunda parte ſecundi Voluminis.*

Proinde pluris faciendo animarum ſalutem, quàm temporalem cuiuſcunq; controuerſiæ victoriam, id ad memoriam reuocatum cuperem, ne quis mentis obliuione controuerſiæ intentus, immemor fortaſsè propriæ ſalutis exiſteret (quod nimis lacbrymabile eſſet.)

Conſulat igitur vnuſquiſq; ſibi, recordeturq; dicti Saluatoris, qui me erubuerit coram hominibus, erubeſcam & ego eum coram Patre meo, & Angelis Dei; *& Abb. in c. vlt. ad fin. de vita, & honeſt. cleric. Ang. conſ.* 24. *Iaſon. in repet. d. l. placet num.* 21. *Parpal. num.* 77. *Felin. c. Eccl. S. Mariæ num.* 76. *de conſtit. Capræ regula* 96. *num.* 42. *& ſeqq. Alba conſ.* 8. *num.* 4. *&* 5. *Syluæ conſ.* 32. *num.* 11. *Ruin. conſ.* 117. *num.* 8. *lib.* 4. *& conſ.* 111. *ante num.* 15. *lib.* 5. *Theſaur. deciſ.* 234. *num.* 5. *ac tandem Baldi conſ.* 280. *ad fin. lib.* 2. *& conſ.* 426. *lib.* 3. *quod conſulere ſuper iſtis contra Eccleſiam, non eſt benè tutum, ſed valdè periculoſum.*

ER-

Digitized by Google

ERRATA.

DEVS, qui iudicaturus eſt viuos, & mortuos, nouitq; corda hominum teſtis ſit, quibus lacrymis, ærumnis, laboribus, anguſtijs, animi afflictionibus, præter penè intolerabiles expenſas, præ temporum malignitate, & hominum perfidia, his diebus poſt diram præcipuarum Inſubriæ Ciuitatum, & locorum Contagij perturbationem de Anno 1630. & vltra, pluribus inter ſuperſtites internis, & externis moribus factis deterioribus illis Cretenſibus, de quibus D. Paulus ad Titum cap. 1. hæc volumina impreſſa fuerint; vt aduerſantis Diaboli de more bonis operibus, ſignanterq; huic Sacroſanctæ Matris Eccleſiæ Immunitatis propugnationi, aſsiduas perturbationes omittam; Proinde tàm de Litterarum, aut Syllabarum, quàm de quocunq; alio errato in vtroq; Volumine rogo te PIE LECTOR habe me excuſatum; nec enim parum, at quam valdè magnum fuit, inter has acerbiſſimas temporum, & hominum oppreſſiones, ſuperſtitem me fuiſſe, & ſic vtcunq; elaborata è Prælo, melius diceretur è perſequentium hoſtium prælio ipſa retuliſſe, cum vltra per magnam mercedẽ adiectam aſſiduis contumelioſis, ac ferè tyrannicis functionibus TYPOGRAPHORVM, ac chartæ VENDITORVM, aſſiduis precibus, quotidianis genuflexionibus, amicorum ſuffragijs, ac Iudicum comminationibus, vt imprimerentur, idq; perlongo, ac prolixo tempore, ęgrè vix obtinuerim.

TY-

TYPOGRAPHVS LECTORI.

PROVERBIVM eſt, *Ad pauca reſpicientes de facili enuntiant; Ideò ne id eueniat, rogo te, OPTIME LECTOR, vt antequam ſententiam aliquā proferas, ſaltem ſuperficiatenus contenta in his duobus voluminibus penderes; veluti ingenioſam valdè non minus, quàm ſummè laborioſam lecturam, ac enucleationem omnium iurium pro Eccleſiaſtica libertate, & immunitate à primordio, tàm legum, & Canonum, quàm omnium ſcriptorum, ac eorundem conſiliorum ad hac vſq; tempora facientium. Admirabilem illorum ordinis diſpoſitionem. Solertem omnium ad rem facientium perquiſitionem. Accuratiſsimam, ac eruditiſsimam veri ſenſus eorum perſcrutationem, vt Epitomes, Summaria, Syntaxes, Annotationes, Animaduerſiones, & his ſimilia illis adaptata perintimam contentorum quidditatiuam eſſentiam per quam valdè ſubtiliter patefacientia apprimè omnibus indicant, cuilibet humano intellectui haud ſic facilem; præter tot proprias allegationes, perinſignes additiones, celeberrimas appendices, tàm ingenioſè ex lecturis Celeberrimorum Doctorum, ac ex eorum ènucleatione contextas, & alia per quam efficacia etiam ad aliena vota conuincenda; vt de per magnis expenſis, animi, & corporis innenarrabilibus afflictionibus, tam longo tempore dictorum ſtudiorum, & impreſsionum toleratis, vt res ad finem fœlici omine perduceretur taceam.*

Quòd verò, & cur quadam alia pro Eccleſia facientia Auctori apprimè nota, non ſint in his Voluminibus repoſita, in calce, & epilogo Primæ Partis ſecundi Voluminis, exarabitur, vt ibi videre poterit quicunq; voluerit.

D. Ho-

D. Homobonus de Bonis Clericus Regularis S. Pauli,& Pœnitentiarius,pro Eminentiſſimo, & Reuerendiſsimo D. D. Cardinali Archiepiſcopo.

Fr. Hieronymus Onuphrius Romanus, Doctor Collegiatus, Conſultor Sanctiſsimæ Inquiſitionis, ac Bononienſis Vniuerſitatis publicus Lector, pro Reuerendiſs. P. Inquiſitore Bonon.

Imprimatur.

Fr. Paulus de Garrexio Inquiſitor Bononiæ.

Approbantium Vota.

P*RODEAS Lætus nunquam peritura memoriæ; Diuinoq; numine afflatum opus magni laboris, & maximæ Eccleſiæ vtilitatis; fratus, quòd nunquam tibi par fuit, neq; futurum erit.*

Digitized by Google

PARS PRIMA.

PRIMA hæc pars continet nedum egregia conſulta primariorum ſapientum in Senatibus, & Magiſtratibus Catholicorum Principum; verum Celeberrima Conſilia, ſeu Reſponſa deciſiua præcipuorum V. I. Conſultorum inter Catholicæ Maieſtatis Regios Conſiliarios, & in eius Excellentiſſimo Mediolani Senatu, ac Magiſtratibus ius dicentes, vid. Preſidum, & Senatorum, eorumq; Statuta, Decreta, Iudicata, ac firmiter Sancita pro vera Catholicæ Eccleſiæ Libertate, & Immunitate.

Verumtamen antequam tam inſignia pro dicta Eccleſia libertate, & immunitate tot virorum, legum, iurium, & canonum promiſſa dicta, diudicata, & ſancita referam, opere pretium duxi fontem, à quo robur ſuum aduerſarij, ac omnes vires deſumunt, omnium oculis ſubijcere, ac penè palpabilem manibus præbere, quo ſic facilius quicunq; voluerit viſis vtrorumq; rationibus, cuinam ex æquo victoria debeatur, diudicare poſſit.

Summus itaq; Achiles aduerſantiam eſt conſilium I r'r. Federici de Senis, per quam millies in his, & alijs, ac maximè in ab Aduerſarijs pro eorum parte allegatis

adductum, ex cuius quibuſdam verbis totum id quod contra Eccleſiaſticorum prædia, fructus, eorumq; colonos quoſq; conſtituunt, deducunt, verba autem ad litteram vſq; ne dum ad ſyllabam, fideliter coram Deo, & hominibus hæc ſunt.

Item num. 10. quæritur, An Ruſtici, & coloni Eccleſiarum, qui colunt prædia Eccleſiarum ad medium, vel ad affictum teneantur ſoluere gabellas de parte fructuum eis contingentium, & alia onera, quæ imponuntur per Dominum temporalem. Videtur quod non propter id quod habetur. C. de Epiſc. & Clericis: l. 11. l. 39. diſtinct. iudicatum, & 12. q. 11. Eccleſiarum ſeruos.

Sed contrarium eſt verum, nam pars contingens colonos in nullo eſt priuilegiata, nam ruſticus temporali domino pro parte ſua reſpondebit ſeparatorum enim ſeparata eſt ratio; & illa iura loquuntur in ſeruis, vel in familia perpetua Eccleſiarum, vt no. in c. Eccleſiarum, &c. iudicatum, non autem in ſeruientibus conductitijs, vt notat Archidia. poſt Hug. 11. q. 1. c. 11. Imo ſi Clericus afficiat Eccleſiam ſuam, vel vendit fructus emptor non gaudet priuilegio Eccleſiæ; Imo ſi transferat fructus ad Ciuitatem, vel alias, ſoluat ad portas ciuitatis gabellam ſicut de bonis proprijs. Ad hoc optimè facit. ff. de publi. & vec. l. licitatio §. vlt. & notat Anthid. de cenſib. c. vlt. lib. 6.

Verumtamen ſi dominus temporalis videns, quod non poteſt Eccleſiam grauare directò, & expreſsè, grauat indirectè, grauando nimis ruſticos ſuos, ita quod Eccleſia non inuenit, qui velit laborare ſuas poſſeſſiones; In iſto caſu hæc non debet tollerare Epiſcopus, ſicut in ſimili caſu, & de domibus, & in aliquibus prouident iura de Immun. Eccleſ. c. vltimo, libro ſexto.

Huc vſq; verba Feder. de Senis dicto conſ. 111. De ſtatutis autem, vt vol. 1. cap. 284. §. Illa perſona,

ſona, quæ ciuiliter reputatur pro mortua de iure communi qualiter cenſetur eſſe profeſſus, & profeſſa, qui non admittantur ad ſucceſſionem; & cautella Bartholi in efficiendo in fraudem Eccleſiæ, omnia bona tributaria media Noua conſtitutione lib. 4. cap. de pœnis, & cap. de oneribus; iud. quod bona nullo modo, neq; etiam per vltimam voluntatem tranſeant de ſubdito, in non ſubditum, quod tranſeant cum onere, quod fide iubeant de ſoluendis oneribus, intelligendo de Eccleſiaſticis etiam, vt quotidiana experientia docet, etſi ibi verbis hoc non exprimatur; & pœna Notarijs rogantibus inſtrumenta tranſactionum, ac alijs pœnis bonorum dominis tranſmittentibus illa ad perſonam non ſubditam, puta inter alios ad Eccleſiaſticos, & alijs, &c. nil ſcribo, cum quiſq; de ſe perpendere poſſit, an hæc officiant Eccleſiaſticæ libertati, & immunitati nec ne; Imo celeberrimi doctores ex ipſiſmet aduerſantibus, quorum nomina iure ſubticenda ſunt, aſſerunt ob dictam cautelam animam Bartholi æternis pœnis torqueri in cuius ſignum ipſemet adhuc viuens ſaluti animæ ſuæ conſulare volens illam (vt ſapientes norunt) pro damnata retractauit, perperamq; eſſe affirmauit; quæ tamen cum etiam his duobus ex ipſiusmet primario aſſerto adhuc perſeueret, vereor ne ſicut viuentium, ita deffunctorum animabus valde obſit; quod miſereatur Deus.

Ex verbis igitur Federici de Senis ſupradicto conſ. 111. ſemota omni animi affectione, proſpiciat quæſo

quicumq; an loquatur de collectis pro militum hoſpitatione, ac alijs ſimilibus; vel an ſimpliciter de Gabellis ſoluendis ad portas ciuitatis pro fructibus ibi aſportatis.

Proinde ſupradictis eius verbis ſtantibus negari non poterit, quin pro patrocinanda Eccleſiæ libertate, & immunitate tria hæc conſurgere, inter alia non debeant, ex ipſo Federico.

Primum, quod collectæ, de quibus eſt ſermo, nullum habent fundamentum in iure, nec in verbis ipſius Federici, vt acclamatur.

Secundum, quod cum nullus Eccleſiaſticus fructus ſit verè ſeparatus à ſolo Eccleſiaſtico, niſi quatenus ſit alibi translatus; ac ob hoc non poſſunt coloni Eccleſiaſtici aſtringi ad aliquas collectas pro dictis fructibus, dum ſunt pœnes fundum Eccleſiaſticum, ſed tantummodo ad portas ciuitatis, dum ibi transferuntur.

Tertiũ, quod cum Eccleſiarũ prædia valde indigeant colonis, qui ea colant, ob nimia grauamina, vt his diebus nimis aperte patet, hæc tollerare non debet Epiſcopus.

Cum ergo, his non obſtantibus, pars aduerſans collectando Eccleſiarum colonos omninam dederit cauſam edicto, Celeberrimorum Doctorum allegatis, & cõſilijs, quin & legum, ac Sacrorum Canonum iuribus ſuffulti, pro ſui, ſuæq; Eccleſiæ libertatis, & imunitatis neceſſaria doffenſione hæc Eccleſiaſtici in medium afferunt, &c.

Cele-

Celeberrimi, ac primarij V.I. Conſulti IO. BAPTISTAE TROTTI MEDIOL. Excellentiſſimiq; Mediolani Senatus Præſidis, & inter ibi Regios Conſiliarios ſummi.

V. I. Reſponſum, & Conſilium Deciſiuum.

ARGVMENTVM.

Eccleſia non tenetur ad onera extraordinaria pro bonis, quæ acquirit, non obſtante conſtitutione noua Mediolani, & Statuto Nouariæ.

SVMMARIVM.

1 *Perſonæ Eccleſiaſticæ ab oneribus extraordinaris immunes ſunt præſeruandæ, etiam quò ad bona in æſtimo deſcripta, &c.*

2 *Regula de oneribus fallit fauore Eccleſiæ.*

3 *Laici nullam habent iuriſdictionem in Eccleſiam, nec &c.*

4 *Senatus, & Magiſtratus Mediolani iudicarunt fauore Eccleſiæ in non teneri ad ſolutionem onerum, &c.*

5 *Conſtitutio Mediolani nullam vim habet circa onera, quò ad Eccleſiam, & Eccleſiaſticas res.*

6 *Statutum Nauariæ de oneribus non afficit Eccleſiaſticos.*

7 *Generalis diſpoſitio non derogat Priuilegio Iuris communis.*

8 *Cautela Bartholi eſt reprobata in efficiendi bonis tributarijs.*

9 *Statuta derogantia immunitati Eccleſiaſticæ non ſunt attendenda, & quæ nam ſint demonſtratur.*

10 *Onera ad hoſpitationem militum an ſint ordinaria, vel extraordinaria.*

11 *Menſualis, & alia eius onera ſimilia ſunt extraordinaria, diffuſeq; de illis diſeritur, & decretis Senatus, & Magiſtratuum dicta comprobantur.*

1 QVicquid controuertant Doctores in ter-
minis onerum ordinariorum, & merè
realium, communiter conueniunt, vt
quò ad munera extraordinaria Eccleſia,
& eccleſiaſticæ perſonæ immunes ſint
præſeruandæ: cum nec illa, nec eius res,
nec perſonæ laicorum iuriſdictioni ſu-
biaceant. ita ſanè probat tex. & ibi omnes ſcribentes notant,
in l. placet, C. de ſacroſ. Eccl. in c. non minus de immunita-
te eccleſiaſtica, in cap. clericis laicos, eodem in ſexto, Bart.
in l. reſcripto, num.4. de muneribus, & honoribus, & plenius
in conſ. 180. per tot. lib. pri. Bald. in celebri conſ. 246. lib. 3.
Abbas conſ.53. vbi teſtatur de communi vtriuſq; iuris lib. 1.
& plenè Feſtaſ. de collect. par.4. c.1. nu.52. vbi non ſolum te-
ſtatur hãc opinionem communiter eſſe receptam, ſed etiam
dicit de ea non eſſe hæſitandum: accedit Euerar. in conſ.42.
ferè per totum.

Adeoq; vera eſt hæc opinio, vt procedat etiam quo ad bo-
na in æſtimo deſcripta, ſeu cataſtrata, quæ a laicis in eccle-
2 ſiaſticas perſonas translata ſint. Quia licet regulariter bona
tranſeant in quemcumque cum ſuo onere: fallit tamen hæc
regula fauore Eccleſiæ, ratione onerum extraordinariorum,
quæ pro tempore futuro, non præterito, imponuntur, ſecun-
dum magis receptam, & veram opinionem, quam tenuit
Bart. in conſ. 180. & in repetitione dictæ l. placet, num. 29.
ibidem Balb. ſub verſ. Quæro iuxta hoc, Areti. num. 3. Ca-
ſtr. nu.8. Specul. de cleri. coniug. §. pri. uerſ. At huiuſmodi,
pulchrè, & plenè Ruin. conſ.117. lib.4. & conſ. 111. lib. 5. &
latiſſimè poſt plures alios, quos ipſe allegat Theſſaur. deciſ.
234. vbi dicit, cum hac opinione vti communiori, & tutiori
3 tranſiuiſſe Senatum Pedemontanum; ratio eſt, quia laici nul-
lam habent iuriſdictionem in Eccleſiam, nec in clericos, &
obligatio ſoluendi reſpicit perſonam, licet quantitas impoſi-
tionis reſpiciat rem, & eius æſtimationem, ſecundum Bald.
in Auth. defuncto, C. ad Tertul. Aret. conſ. 133. Et quam-
uis Bero. in conſ. 150. num.5. lib.3. contradicat, quando bo-

na ca-

na cataſtrata tranſeunt in laicos immunes: fatetur tamen hanc eſſe magis communem opinionem, quando tranſeunt in Eccleſiam, aut eccleſiaſticas perſonas, & latiſſimè Gallia conſ. 59. à num. 30. vbi refellit omnia obiecta, & teſtatur quoq; de magis communi, & veriori. Et confirmari etiam poteſt, quia allibratio non afficit prædium, niſi poſtquam impoſita eſt collecta, vt not. in l. incola ff. ad municipa. Caſtren. in d. l. placet. Nec poſſunt dici bona hypotecata pro ſolutione onerum, antequam collecta imponatur, quia obligationi incertæ hypoteca non accedit, l. inter debitorem, ff. de pact. Neguſan. de pigno. par. 2. mem. 4. num. 125. caſſi 10.

Benè Notanda.

4 Nec in hac opinione comprobanda vlterius inſiſtendum eſt, cum in hoc Mediolanenſi Dominio iamdiù hæc ſententia vſu recepta ſit, & ad fauorem eccleſiaſticarum perſonarum ſæpè, ac ſæpius ita iudicatum fuerit, tùm ab Illuſtribus Magiſtratibus, tùm etiam ab Excellentiſs. Senatu, vt atteſtatur Plot. ad conſ. Martini Garat. 63. num. 13. 14. & vbi huiuſmodi obſeruantiam magnoperè commendat, & comprobatur etiam ex quampluribus exemplis, ſeu declarationibus, quæ in ſimilibus caſibus factæ fuerunt, tàm à Senatu, quàm à Magiſtratibus, quæ exhibentur, necnon & ex inſtructione, quam Magiſtratus anno 1541. 4. Auguſti, dedit Alexandro Graſſo pro reformatione compartiti taxarum agri Papienſis. Item ex litteris Ducis Sueſſæ, tunc temporis Gubernatoris, datis, die 22. Martij 1559. quibus mandauit, vt ad ſolutionem impoſitionis ſcutorum quinquecentum mille omnes compellerentur, præterquam eccleſiaſtici, loca pia, immunes ob numerum duodecim liberorum, & ex titulo oneroſo. Item ex ordinatione Don Iohannis Figaroæ, qui vt teſtatur Magiſtratus Ordinarius in quibuſdam eius litteris die 14. Decembris 1558. ordinauit, quod Reueren. Patres S. Bartholomæi de Cauacurta Laudenſes, nõ moleſtarentur pro aliquo onere extraordinario ſpectante eorum æſtimo. Neque enim eſt, qui dubitet, quin conſuetudo, & communis obſeruantia ſit

attendenda præſertim in materia onerum, Alex. in conſ. 52. num. 4. & 5. lib. 5. Socin. Iun. conſ. 49. num. 16. lib. 1. & conſ. 75. nu. 6. & 17. lib. 4. Oſaſc. deciſ. 43. in fine, cum alijs apud Dida. practica. quæſtio. cap. 31. circa fin. Duen. regula 100. in prima limitatione, & Regim. de carita. ſubſid. quæſt. 31. à num. 67. vbi ait, quod in conflictu opinionum, ea ſemper tenenda eſt, quam loci, ſeu Prouinciæ conſuetudo, & obſeruantia ſequitur.

Quid de Conſtitutionib. Mediol. iudicandum.

Et ex his patet nullam vim fieri poſſe in diſpoſitione nouarum conſtitutionum, quibus in titulo de oneribus in principio cauetur, quod acquirentes bona quocunque titulo, & quauis cauſa, etiam priuilegiatá, etiam ſi exempti, & immunes ſint, teneantur ad ſolutionem omnium onerum, ijs modo, & forma, prout tenebatur ille, cuius erant bona, & in eo loco, vbi ſolui conſuetum fuerat, & quibus etiam in titulo de emptione, & venditione cauetur quemlibet Dominio Mediolani ſubditum acquirere poſſe in quibuſcũque locis Dominij, & ipſorum locorum Territorijs, etiam quod non ſit ſubditus iuriſdictioni eorum locorũ, in quibus bona acquiruntur, non obſtantibus diſpoſitionibus iurium municipalium earum Ciuitatum, & locorum, bonis tamen ipſis tranſeuntibus cum onere ſuo.

Nam ex obſeruantia ſubſequuta, hec diſpoſitio eam interpretationem recipit, vt comprehendat ſolos laicos, & nullo modo eccleſiaſticas perſonas, quo ad onera extraordinaria, vt ſupra probatum eſt, & in ſpecie loquentes de his noſtris conſtitutionibus poſt Plot. ad dictum conſil. Martini Garat. & Decia. in conſ. 51. lib. 3. obſeruauit Gallia in d. conſ. 59. nu. 87. Quamquam ſi etiam Nou. conſtit. hanc interpretationem iam ex longo vſu non recepiſſent; deberent tamen omnino ita intelligi, & practicari, per ea, quæ mox ſubijciam circa ſtatuta, in quibus magnum quoq; fundamentum ex aduerſo conſtituitur.

Quid de Statuto Nouariæ.

Quamobrem non immorando in ijs, quæ neceſſaria non

ſunt

Digitized by Google

ſunt, reducitur tota difficultas in caſu noſtro ad ſtatuta Ciuit. Nouariæ, ſub Rubr. Quod bona cuiuslibet ſint obliga-
6 ta pro fodris, taleis, & oneribus, lib. 11 ex quibus prætenditur bona omnia, exiſtenti in Territorio Nouarienſi, effecta fuiſſe tributaria, & ideo locum habere cautelam traditam per Bart. contra Eccleſias, in l. reſcripto, §. fin. ff. de muneribus, & honoribus, & ad qualitatem onerum, ad quorum ſolutionem Ciuitas Nouariæ petit, vt condemnetur Venerandum Collegium S. Marci illius Ciuitatis pro bonis, quæ à laicis in illud peruenerunt, vt. ſ. videamus, an illa ſint ordinaria, vel extraordinaria.

Quod igitur attinet ad ſtatuta, exiſtimo ea non derogare diſpoſitioni iuris communis, nec immunitati eccleſiaſticæ, nec conſequēter aliud eorum cauſa ſtatuendum eſſe in Prouincia Nouarienſi, quàm hactenus ſeruatum fuerit in alijs partibus huius Dominij.

7 Primò, quia generalis eſt eorum diſpoſitio, nec vllam ſpetialem mentionem faciunt de Eccleſijs, vel Eccleſiaſticis perſonis, & ex generali diſpoſitione nunquam cenſetur derogatum priuilegio conceſſo à iure cōmuni, niſi expreſsè dictum ſit. Iaſon. in l. fin. num. 6. C. de inoffic. teſtam l. pri. nu. 16. ff. de conſtitut. Princip. & in hac materia ita concludit Alba conſ. 8. à nu. 22. Rim. Sen. conſil. 740. nu. 14. Plot. in indice bd l. ſi quando, C. vnde vi, ſuper conſtitutione de immunitate, & iure duodecim liberorum. Neque etiam generalis diſpoſitio vnquam refertur ad ea, quæ ſpecialiter non veniunt, l. obligatione generali, ff. de pignoribus, Angel. conſ. 24. circa fin. Dec. conſ. 496. nu. 11. Ruin. conſ. 117. num. 8. lib. 4. Alba d. conſ. 8. num. 18. Rimin. Iun. conſ. 10. circa fin.

Secūdò, quia aliud eſt, quod bona fiant tributaria, vt conſuluit Bart. exaduersò allegatus, aliud, quod decernantur tantum obligata, vt in caſu noſtro, ſicut obſeruauit Caſtren. in d. l. placet, nu. 7. in fine, verſ. Si autem ſtatutum, C. de ſacroſ. Eccl. Natta conſ. 1. nu. 8.

Cautela Bart. de efficiendis bonis tributarijs reprobatur.

8 Tertiò, quia communiter eſt reprobata dicta cautela Bartoli

toli de efficiẽdis bonis tributarijs per ſtatuta, ratione cultandæ fraudis, vt poſt Bal. in eadem l. placet, fatetur ibi Caſtr. num.7. Iaſ. in prima lectura nu.17. verſ. Secundus caſus, & num.18. & in ſecunda lectura num. 21. & 22. Parpal. num. 77. Roma. in l. ſi publicanus, §. 1. nu.7. de publica. vbi etiam reprobat aliam cautelam, obligandi .ſ. bona pro futuris collectis, Abbas in cap. fin. de vita, & hon. clericor. Fely. in c. Eccleſ. S. Mariæ, in 5. quæſt. nu.47. verſ. Sed contra dictam, vbi inquit hanc opinionem eſſe retinendam pro veriori, & ſuſtentabiliori, prout etiam ibidem admittit Deci. ante nu. 53. verſ. Et iſta opinio, Salicet. in Authen. item nulla, in pri. q. in fin. C. de Epiſc. & cler. Ioannes de Plate. in l. fin. C. de exactoribus tribut. lib.10. nu. 3. Silu. conſ. 32. nu. 11. Purpurat. conſ.483. num.6. in fine, & ſeq. Ruin. d. conſ. 117. nu.3. & 8. Natta conſ. 1. nu.7. in fin. Alba. d. conſ.8. à nu.4. Gapra in regula 96. nu.43. Theſſaur. in d. deciſ.234. nu.5. verſ. Sed auerte, vbi teſtatur de magis communi, & quod durum eſſet ab ea in iudicando recedere, propter periculum etiã excommunicationis indictæ, in d. c.1. de immunit. eccleſ. lib. 6. & in terminis ſtatutorũ Nouarienſium idẽ affirmat Plot. in dicta addit. ad vltimum conſilium Martini Gara. nu.13.

9 Quartò, quod non ſint attendenda huiuſmodi ſtatuta, etiam ſi in ſpecie faciant bona tributaria, aut alio modo derogent immunitati Eccleſiaſticæ, comprobatur ea ratione, quia nullus legiſlator laicus, nec etiam ipſemet Imperator habet auctoritatem aliquid diſponẽdi in præiuditium libertatis eccleſiaſticæ, Authen. caſſa, & irrita, C. de ſacroſ. Eccleſ. Authen. item nulla, C. de Epiſc. & cler. c. Eccl. S. Mariæ, de conſtit. & ibi omnes Scribentes. Dicuntur autem ſtatuta contra libertatem eccleſiaſticam, quando aliquid diſponunt contra priuilegium conceſſum Eccleſiæ, & iure communi, vel à Deo, vel à Summo Pontifice, vel ab Imperatore, Clar. qui de cõmuni atteſtatur in praxi criminal. §. fin. q. 77. col. pen. verſ. Faciendas, Cui. in d. conſ. 117. num. 8. Alba. d. conſ.8. num.4. 5. & 6. concl. 1. vbi num. 12. occurrit rationi eorum, qui dicunt æquiſſimum eſſe, vt Eccleſia

ſubia-

ſubiaceat cenſuræ ſimilium ſtatutorum, ne contingat laicos nimium grauari in ſuſtinendis oneribus, vbi eorum facultates diminuantur. Et priuilegium immunitatis Eccleſię competit non ſolum de omni iure humano, ciuili, & canonico, ſed etiam de iure Diuino, vt latè probat Abbas in c. peruenit & in d. c. non minus, de immunit. Eccleſ. & ibidē alij Scribentes communiter, & in d. c. Eccleſia S. Mariæ, de conſtitutionibus, in c. quamquam, de cenſibus, in 6. in d. l. placet, C. de ſacroſ. Eccl. & alibi ſæpè.

10 *Onera, quæ ordinaria, & extraordinaria dicantur.*

Quod verò pertinet ad qualitatem onerum, & ad quæſtionem, an ſint ordinaria, vel extraordinaria, controuerſia reducitur (vt video) ex ijs, quæ mihi in facto proponuntur, ad onera, quæ imponuntur, ratione hoſpitationis militum ordinariorū, ad onus menſualis, taxi equitatus, & quatuordecim regalium.

Verum, quod attinet ad primam ſpeciem, dubitandum non eſt, quin onera, quæ imponuntur propter militum hoſpitationem, inter extraordinaria connumeranda ſint, cum occaſionaliter, ſeu caſu inopinato, & in defectum ſtipendij Principis imponantur, vt in ſpecie obſeruauit Iaſon. in d. l. placet, in 2. notab. Parpal. ibi nu. 105. & Natta in conſ. 280. circa fin. & in ſpecie, quod clerici ab omnibus oneribus hoſpitationis militum omninò excuſandi ſint, tex. eſt apert. in l. 1. C. de Epiſc. & cleric. & ibi gloſ. in tertia ſolut. ita affirmat, cum qua ibi tranſeunt omnes, & idem quoq; tenuerūt Bart. & Ioan. de Plat. in l. qui immunitatem, C. de oneribus patrimonialib. lib. 10. Iaſon in d. l. placet, in vtraq; lectura, in ſecundo notabili, & alij, quos ſequitur Gallia in d. conſ. 59. num. 70.

11 Punctus itaque eſt videre, quid dicendum ſit, reſpectu menſualis, & aliorum onerum, in quibus aliqua dubitandi ratio ſubeſſe videtur, cum habere videantur certam preſtationem, & à Principe hæc onera impoſita fuerint.

Sed tamen verè, & propriè non poſſunt hæc quoq; onera ordinaria appellari, nec magis eis prægrauari debent eccleſia-

ſticæ perſonæ, quam onere hoſpitationis militum, & alijs extrardinarij s oneribus.

Primò, quia & hæc onera introducta fuerunt pro militum hoſpitatione, atque ita regulari debent, ſecundum naturam illius oneris, ad not. per Bart. in l. vnica, num. 30. C. de mulieribus, & in quo loco, lib. 10. in l. 4. §. acto ff. de indic. Bald. in l. etiam, in fin. C. de executione rei iudic. Bello. in conſ. 12. num. 4. Ripa reſpon. 1. tit. de oneribus, & honoribus, num. 3. & ſeq.

Secundò, quia non habent hæc onera perpetuam preſtationem, cum fuerint indicta ex cauſa belli, & propter neceſſitatem Cameræ, quæ cum iamdiu ceſſauerit, ceſſare quoque deberet ipſum onus, Crau. in conſ. 631. ante nu. 8. Burſatt. conſ. 16. nu. 76.

Tertiò, quia quicquid ſit in alijs terminis, in ſpecie noſtra ad hoc, vt onus ordinarium dicatur, non ſufficit, quod habeat certam, & perpetuam præſtationem, ſed neceſſe eſt, quòd ſit etiam merè reale, & non mixtum, prout ſunt hæc, de quibus loquimur, vt ſenſit Aretin. conſ. 133. Capra in allegata regula 96. à num. 37. Eu‹r›ar. in conſ. 42. circa fin. verſic. Ad ſecundum, Vaſch. de ſucceſſ. creatio. lib. 1. §. 10. à num. 652. plenè Ru in. d. conſ. 117. lib. 4. & conſ. 111. lib. 5. & alij plures, quos refert Gallia in d. conſ. 59. à num. 17. vbi latè hanc concluſionē exornat, & ideò concludit Eccleſiam non teneri ad aliquod alius onus, quam ad cenſus, & tributum, cum hæc ſint merè realia. Nam quotieſcunque onus ſit mixtum, & imponatur perſonis pro rebus, conſequens fit, vt non poſſit imponi in ſubditis, etiam pro rebus per eos poſſeſſis in loco. Bart. in d. l. reſcripto, §. fin. de munerib. & honor. & communiter not. in d. l. placet, Petr. de Vbald. conſil. 1. poſito poſt tract. de collect. num. 6.

Menſuale eſt onus extraordinarium.

Quartò, quia in ſpecie, quòd onus menſualis ſit extraordinarium, & non ordinarium, affirmauit Plot. in dicto conſ. Martini Gara 63. num. 13. & Gallia in alleg. conſil. 69. num. 67. & D. Alexander Raudeu. de analogis lib. 1. cap. 40.

vbi

vbi latè inſiſtit, & reprobat cõtrariam opinionem eius, Plot. in conſ.41. num.2. & 3. qui viſus eſt affirmare contrarium, ea motus ratióne, quod hoc onus menſualis in certa,& perpetua quantitate imponatur.

Quintò, quia licet menſuale impoſitum ſit ex ordine Principis, & in certa limitata quantitate, quò ad totum dominium, & repartitum ſuper ſingulis Ciuitatibus, & Terris dominij: Ciuitates tamen, & Terræ ipſæ illud ſemper repartierunt ſuper æſtimo ſimul cum alijs extraordinarijs impoſitionibus, & collectis, & ſic modo in vna quantitate, modo in alia, ſecundum caſuum contingentiam: quæ res facit, vt idem ſit de hoc onere iudicandum, quod de alijs oneribus extraordinarijs, ſicut in ſimilibus terminis conſiderauit Corne. in conſ.24. col. antepen. lib.3.

Sextò, vbi etiam his non obſtantibus dubitari adhuc poſſet de qualitate horum onerum; ceſſare tamen deberet omnis dubitatio apud nos, cum ex communi conſuetudine, & obſeruantia hæc onera ſemper habita fuerint pro extraordinarijs, & ab ipſomet quoque Principe pluries ita declaratum fuerit, cui ſine dubio licet, quodlibet onus de ordinario extraordinarium facere, & è contra: ſicut & ad eum ſpectat onera indicere, l. 1. C. de indictis, lib. 10. Calder. conſ. 2. de cenſib. col. penult. verſ. Nata etiam, & ſequenti, & plenius in conſ.7. per tot. de conſtitutionibus, Alexand. conſ.52. n.7. lib.5. Idq; probatur in primis ex litteris Cæſareis die 10. Decembris 1547. quibus hoc onus impoſitum fuit, nam in eis aſſeritur hoc onus de nouo indictum fuiſſe ex prædicta neceſſitate; quæ tunc ſuberat; licèt alias impoſitum fuiſſet, & poſtea ſublatum. Deinde probatur, quia ſingulis annis ſemper dantur litteræ ad ſingulas Ciuitates, vt perſeueretur etiam pro illo anno in eius ſolutione; Et quia quando emerſerunt nouæ maiores neceſſitates, quandoque auctum fuit in ſeptima parte, quandoque etiam duplicatum, & ſemper in omnibus ſcripturis appellatũ fuit onus extraordinarium, & commiſſum curæ rationatoris onerum extraordinariorum, qui alias erat Auguſtinus Puthcobonellus. Et quia, quan-

quando actum fuit de reuocandis exemptionibus tit.gratuito conceſſis, ſub prætextu, quod onera extraordinaria impoſita ex cauſa belli,& conſeruationis Status in tantum creuiſſent, vt earum ſolutioni, nec ærarium Principis, nec facultates non exemptorum ſufficerent, in primis actum fuit de onere menſualis, etiam in executione litterarum Regiarum diei 13. Octobris 1560. in quibus inſeritur relatio, & calculus impoſitionum extraordinariorum, & ab eis Rex iuſſit, vt nullus immunis præſeruaretur, niſi, qui de iure præſeruari deberent, & ibi fit mentio de onere menſualis, & taxi equitatus, ſub nomine onerum extraordinariorum. Accedit ordinatio Excellentiſs. Senatus diei 23. Ianuarij 1561. & altera diei 27. Ianuarij 1554. iunctis quibuſdam alijs, quæ exhibentur,factis etiam in contradictorio iuditio, quibus declaratum fuit exemptionem ob numerum duodecim liberorum, extendi etiam ad onus menſualis, taxi equitatus, hoſpitationis militum, contributionis præſidiorum, æqualantijs, & quatuordecim Regalium, & quarumcumque aliarum collectarum, quæ ſuper æſtimo exigi conſueuerant,quippequæ hæc omnia onera extraordinaria ſint cum & ipſi immunes ob duodecim liberos exempti ſint ſolum ab oneribus extraordinarijs, & hoc idem declaratum quoque fuit anno 1559. die primo Iunij, ad fauorem Venerandi Hoſpitalis magni Mediolani, & eius colonorum,ac fictabilium.

Ex quibus omnibus luce clarius intelligimus iuſtiſsimam, & æquiſſimam eſſe ſententiam, quæ ab Illuſt. Magiſtratu lata fuit ad fauorem dicti Venerandi Collegij, ideoq; malè ab ea appellatum fuiſſe per agentes Ciuitatis, & conſequenter nullo modo hanc ſententiam reuocandam, ſed omninò confirmari debere, cum condemnatione Ciuitatis in omnibus damnis,& expenſis, prout petitur, & ſperatur, &c.

Ce-

Digitized by Google

Celeberrimi, ac eximij V. I. Conſulti IACOBI MENOCHII PAPIENSIS Poſtea in Illuſtriſsimo Mediolani Magiſtratu Pręſidis, & Primi ibi Regij Conſiliarij.

V. I. Conſilium, & Reſponſum Deciſiuum.

EPITOME.

Quemadmodum Clerici non tenentur, ſic nec quicunq; ab eis cauſam habentes, ſalua Eccleſiaſtica immunitate; tam ex lege communi, quam ex priuilegio, ad Gabellas pro fructibus bonorum Eccleſiaſticorum.

SVMMARIVM

Contentorum in corpore conſilij 136. tomi 2. conſil. ſuorum apud me fol. 154.

1 *PRohibita fieri directo, eademmet cenſentur prohibita fieri, & per indirectum. Hæc habentur. ibi. nu. 7.*

2 *Malitiæ, & fraudi factæ diſpoſitioni Iuris ad impediendam immunitatem, occurrendum eſt. ibi. nu. 8.*

3 *Correlatiuorum eadem eſt ratio, & conceſſio. ibi. num. 9. 10. 11. & 12.*

4 *Pro immunitate Eccleſiæ tollendum eſt id, quo fit, vt res vilior reddatur, & minori pretio vendatur. ibi. nu. 13.*

5 *Immunitas à Gabellis, & Vectigalibus conceſſa venditori, cenſetur conceſſa & emptori. ibi. nu. 14.*

6 *Ex ſententia Baldi conſ. 496. iuxta rectam conſcientiam, & apud Deum, ſtatutum lædens Eccleſiaſticam libertatem, & immunitatem nil omnino valet. ibi. nu. 15.*

Huius

HVIVS præſtantiſſimi, Diuini, ac Humani iuris primarij interpretis ſupradictũ conſilium, ſiue reſcriptum deciſiuum, quin forte melius dicam oraculum pro Eccleſiaſtica libertate, & immunitate non pigeat Lector videre in eius conſiliorum lib. 2. conſ. 136. fol. apud me. 154. Vbi à num. 1. vſq; ad num. 7. argumenta contra veritatem; à num. autem. 7. vſq; ad num. 19. fundamenta, & validas rationes pro veritate ipſa; ac tandem à nu. 19. vſq; ad finem ſolutiones obiectorũ ingenioſe conſpicies; quod ſi plura his peroptaueris, ea perlegere poteris in eius conſil. lib. 1. conſil. 92. præcipuè num. 83. fruſtra enim hæc omnia; tanquam ea de libro in librum transferendo hic reſcribere iudicatum fuit, & id maximè, cum paſſim vbiq; locorum legum ſtudioſis, & profeſſoribus eius aurei libri omnibus alijs primo præ manibus adſint, nec ſint qui veram Iurium rationem calcant, quin illam ab eis didicerint, & tanti viri dicta pro legum dilucidatione fulgentia lumina norint.

Celeberrimi V.I. Conſulti
PETRI FRANCISCI CORII MED.
Poſtea Mediolani Senatoris, & inde pro Catholicæ Regiæ Maieſtatis Italicis Principatibus apud ipſum Regentis, & Summi Conſiliarij.
V.I. Conſilium, & Reſponſum Deciſiuum.

ARGVMENTVM.

An Coloni, Partiarij, ac Cenſuarij Eccleſiaſticorum debeant præſeruari inmunes ab hoſpitationibus militum, & alijs oneribus, quæ cauſa ipſius hoſpitationis, ac tran-

tranſitus militum imponuntur; An verò collectari pro illis.

S V M M A R I V M.

1 Coloni Eccleſiarum de iure communi ſunt immunes à quibuſcunque collectis.

2 Quam peruerſa ſit consuetudo ſtatus Mediolani collectandi Colonos Eccleſiaſticorum bonorum.

3 Quibus imponi verè poſſint Collecta.

4 Damnum Eccleſiarum ex impoſitione collectarum earum Colonis.

5 Eccleſia colens proprijs ſumptibus eius bona ad nullas collectas poteſt obligari, nec ad quęuis onera.

6 Priuilegium perſonale in connexis tranſit, etiam ad alterum contrahentem; & ideo Priuilegium Immunitatis Eccleſiaſticæ tranſit ad quoſcunque eius colonos.

7 Quando coloni Eccleſiarum ſint præſeruandi immunes à collectis, & ab omni hoſpitatione militum.

8 Bona Eccleſiæ ſunt immunia, non ſolum ratione poſſidentium, vid.

9 quia ſunt Religioſorum, verumetiam, & principaliter ratione

10 ipſorum bonorum, puta quia ſunt Dei dicata.

11 Pro parte Eccleſiarum vid. quod coloni Eccleſiaſticorum bonorum ad nullas teneantur collectas [illegible] quadraginta ſex eximij Doctores [illegible] autem à Menochio contra Eccleſiam [illegible]

12 Efficaciſſimis iuribus, & rationibus confutatur, & reſoluitur ratio adducta contra Eccleſiaſticam immunitatem à Federico de Senis conſil. [illegible] Achilem aduerſariorum, vt collectantiam Eccleſiarum colonos, & à num. 50. vſque ad num. 68.

13 Fallantia quam magna, quæ ſequerentur ſi collectarentur coloni Eccleſiarum, & quæ, & hoc à num. 76. vſque ad finem.

QVA in re, vt clarius veritas liqueat, videamus quid in puris terminis iuris communis definiendum ſit.

Vnde pro affirmatiua opinione, ideſt quod debeant collectari arguitur.

Primò, ex celebri conſilio 211. Federici de Senis, vbi reſoluit, colonos Eccleſiarũ teneri ſoluere gabellas de parte fructuum eis contingentium, ſicut & alia onera, quia ſeparatorũ ſeparata eſt ratio, & ſequuntur communiter Doct. vt Platea in l. Senatorum, ſub num. 3. verſ. Quid autem, de ruſticis, C. de dign. lib. 12. Gemin. in cap. quamquam, in fin. verſ. Sed numquid coloni, de cenſ. lib. 6. Capra in ſua reg. 96. num. 85. Bertach. de gabell. par. 7. quæſt. 7. ſub num. 13. & Boſſ. de princ. nu. 174. & Bur. conſ. 42. nu. 14.

Secundò, ex Bartholo in l. licitatio, §. mercatores, per eum tex. ff. de public. vbi dicit, quod emptores fructuum Eccleſiæ tenentur ad gabellas portarum Ciuitatis in ingreſſu, & referens ex Dyno ita fuiſſe iudicatum, & ſequitur Ioan. de Amicis conſ. 18. per totum, & Dec. in l. in omnibus cauſis id obſeruatur, num. 2. ff. de regul. iur.

Tertiò, ex diſtinctione Baldi tradita per eum in conſ. 31. volum. pri. in fin. quod aut onus gabellæ eſt annexum contractui celebrato inter laicum, & eccleſiaſticum, aut contingit ex actu ſeparato. Priori caſu laicum præſeruari immunem, quia alias per indirectum læderetur Eccleſia, quæ tanto minus venderet. Altero autem caſu, ſecus argum. d. §. mercatores, & ſequuntur communiter Doct. vt per Menoch. conſ. 136. nu. 19. & 20.

Quartò, quia mutata conditione perſonæ poſſidentis, mutatur, etiam conditio rei poſſeſſæ, l. Fiſcus de iure fiſci, cum alijs concord. cumulatis in propoſito à Syluano conſ. 9. nu. 4. & 5.

Quintò, quia ſicut in ſimili emphyteuta laicus bonorum Eccleſiæ ſuſtinet onera cum laicis, ratione ſui vtilis dominij, quod non iam amplius Eccleſiaſticum, ſed laicum reputatur

vt not.

vt not. Bald. in l. 1. C. de iur. emphyt. verſ. Sextò, & latius Spoc. ſen. conſ. 119. lib. 1. ita etiam videatur dicendum de colono ratione fructuum pro ſua parte colonica.

Sextò, quia fructus ſeparati à ſolo, ſunt quid proprium ipſius coloni, & non ſunt amplius Eccleſiaſtici; ergò ita poſt alios arguit Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 6. caſu 562. num. 38. & ſeparatorum ſeparata debet eſſe ratio, ſic in propoſito Theſ. deciſ. 116. nu. 5.

Septimò, quia hæc videtur eſſe opinio magis communiter recepta, teſte Theſaurio in d. deciſ. 116. nùm. 8. & Gaſpare Antonio eius filio in addit. ad illam deciſ. col. penult.

Octauò, quia immunitas alicui competens, ceſſat in caſu neceſſitatis publicæ, puta belli imminentis, Decian. conſ. 51. nu. 1. vol. 3. & conſequenter in hoſpitationibus militum, quæ ad iſtum effectum fiunt.

Nonò, denique, quia materia exemptionis ſit odioſa, ac ideò reſtringenda, Decian. d. conſ. 51. nu. 8. liſt. 3.

Quibus tamen non obſtantibus contra, de iure reſoluen-
1 dum eſt: Primò, ex communi diſtinctione, quod aut ſunt onera merè realia, quæ ſoluuntur ex corpore ipſorummet fructuum (vt olim erant tributa, & nunc apud nos ſont decimæ, & imboratus) & ea ſequuntur perceptores fructuum, l. 1. C. de ann. & tribu. in fin. lib. 11. & ſic colonus. Aut ſunt onera mixta, quæ imponuntur perſonæ pro rebus, & tunc ſecus, ſcilicet, quod iſta ſint ſoluenda ſolum à Dominis, & nequaquam à colonis: ad hoc allegatur communiter Barthol. in c. l. pri. C. de annon. & trib. verſ. in collectis, dum dicit in huiuſcemodi oneribus inſpiciendā eſſe ſolam perſonam illius, qui in libro cataſtri inſcribitur, & Baldus ibidem dicens ſolum dominum eſſe inſcribendum; iterum Bartol. in l. hi penes quos, in princ. & in l. colonos nunquam, C. de agr. & cenſ. lib. 11. Et ita communiter ex ipſo Bartholo, & Baldo approbatur hęc diſtinctio etiam ſpecificè reſpectu partis colonicæ, vt per Alex. in conſ. 4. lib. 5. Caſtr. in l. ex conducto, in fin. princ. nu. 4. de loc. Iaſ. in conſ. 159. in 3. dub. num. 3. lib. 1. Bellon. conſ. 37. nu. 9. & 10. & Oſaſc. deciſ. 83. num. 7.

referens etiam ibidem in fin. ita deciſum ab illo Senatu, pulchrè Natta conſ. 409. Brun. de ſtat. excl. fæm. art. 8. q. 22. col. pen. verſ. Attenta veritate, vſque ad finem eius quæſt. Rimin. conſ. 77. nu. 6. vol. pri. Eugen. conſ. 96. nu. 8. Vbertinus Zuccardus apud Rimin. Sen. conſ. 739. nu. 6. 7. & 8. lib. 4.

Probatur autem iſta concluſio, Primò, ex tex. in d. l. hi penes, & l. colonos nunquam, C. de agric. & cenſ. vbi ita per illos textus not. Bartholus. Secundò, etiam concludenti ratione ex mente Bartholi, Nattæ, & aliorum, de quibus hic proximè ſupra, quia in impoſitione talium onerum per æs, & libram non habetur præciſa, & immediata ratio ad fructus, ſed ad ipſas proprietates; patet, quia ſi haberetur ratio ad fructus vtique contingeret prout in decimis, & imbotatis, in quibus ad ratam fructuum, qui ſingulis annis colliguntur, modò in maiori, & modò in minori quantitate ſoluuntur, hoc enim eſt habere rationem fructuum; at verò in huiuſcemodi collectis, quæ dicuntur onera mixta, quia imponuntur perſonæ pro rebus, dicitur haberi ratio ad ipſas proprietates diſtribuuntur enim per æs, & libram, iuxta cuiuſque æſtimum, quod in libro cataſtri reperitur conſcriptum, habita ratione ad æſtimationem bonorum, vt aduertit Gratus in conſ. 130. ante nu. 5. lib. 1. & Zuccard. apud Rim. ſen. in vol. 4. d. conſ. 739. in fin. verſ. Præterea, & Eugenius d. conſ. 96. ſub num. 10. & poſt Bartholum, & alios, & eſt indubitatum, & in indiuiduo de taxis equorum notat Plottus videndus, in repertorio ſuæ l. fin. C. vnde vi, verbo, onus taxarum equorum, in princip. in verſic. Adde tamen. Ita quod in huiuſcemodi oneribus duæ qualitates concurrunt, quæ in colonis prorſus deficiunt. Altera eſt, quod imponuntur perſonæ. Altera, quod imponuntur pro rebus. Illa contingit per deſcriptionem in cataſtro; colonus autem non deſcribitur in cataſtro, ſed ſolus dominus, & ſic illa deficit in colono; iſta verò pariter deficit in eodem, quia ipſe non eſt dominus ergò. Et hoc eſt, quod in propoſito voluit dicere Albas in conſ. 9. in dicto quarto dubio, & poſt eum Natta in d. conſ. 409. colonos ad iſtiuſmodi non teneri, quia ſunt onera patrimoniorum. Ter-

tiò,

tiò, accedit alia ratio, reſpectu coloni cenſuarij, ſeu ad pecuniam, quod effectualiter ipſe dominus videtur recipere omnes fructus, quia fictum ſuccedit loco fructuū; ita Egyd. Thomat. de collect. cap. incip. pauperes, ſub num. 21. verſ. Tertiò, facit, pag. mihi 421. Quartò deniq; reſpectu coloni partiarij intrat alia ratio, quod pars colonica habetur loco operæ, laboris, & ſumptuum factorum in cultura, vt ideò propriè non dicatur fructus, quia fructus dicuntur deductis impenſis, ita Oſaſch. dicta deciſ. 83. ſub nu. 6. verſ. Idcircò; & Eugen. dicto conſ. 96. num. 11. & 12. ſubdens ideò, quod alias coloni duplici onere grauati remanerent .ſ. laborum & onerum. Neq; (ſaltem quo ad nos) huic quartæ rationi ſatisfacit reſponſio Theſauri dicta deciſ. 116. ſub nu. 10. verſ. Nec obſtat. quod ſcilicet operarum coloni habenda ſit ratio in taxa collectarum, & ita fieri, vt deductis impenſis, dicantur ſuper parte colonica imponi. Quia contrarium experimur, quandoquidem pars colonica plus grauetur, quam pars dominicalis, adeoquod vltra victum, & eum quidem parciſſimum, nihil ipſis colonis ſoleat ad finem locationis ſupereſſe lucri à cōmuniter contingentibus; ſi autem haberetur ratio eorum laborum, prout conſiderat Theſaurus, tunc ad modiciſſimam partem onerum concurrere deberet, vt eſt notorium. Et licet huic quarto argumento pro reſponſione nonnihil aliud comminiſcantur, Theſ. d. deciſ. 116. nu. 10. & D. Menochius dicto caſu 562. nu. 47. 48. & 49. Tamen id totum leuiſſimum eſt, & non tollit difficultatem; Immò, nec etiam ita efficaciter, vt hic, referunt hoc ipſum argumentum cum omnibus ſuis rationibus, ſed ſatis leuiter pertranſeunt.

21. Neque obſtat tex. in d. l. 1. C. de ann. & trib. lib. 11. vbi dicitur colonos teneri ad tributa.

22. Quia hæc ſunt onera realia, quæ ad colonos ſpectare ſupra admiſimus, ex primo capite dictæ diſtinctionis Bartholi; Et eodem modo reſponderi poteſt ad c. quæſti, 16. q. 1. & c. à nobis extra de decim. vbi dicitur, colonos teneri ad decimas pro parte ſua colonica. Immò etiam in mere realibus,

quo i coloni non teneãtur, niſi aliud ſpeciatim aliquo in caſu expreſsè caueatur, tenet modernus Pariſ. ad Alexand. dicto conſil. 4. lib. 5. in apoſtill. in c. in realibus. circa medium, & Thomatius vbi proximè ſupra, ſub num. 21. verſ. Non obſtãt. qui ambo (licet diuerſimodè) reſpondent ad dicta l. 1. C. de annon. & trib. reprehendentes Bartholum, & alios communiter quòd eam aliter intellexerint.

Non etiam obſtat, quòd multi teneantur ad onera, ea ſola ratione, quod fructus colligant, licet verè non ſint domini, vt vſufructuarius, l. ſi pendentes, §. ſi quid cloacarum de vſufruct. Emphyteota, Bald. dicta l. 1. C. de iur. emphyt. verſic. Sextò. Vaſſallus, Alexan. conſ. 4 ſub nu. pri. verſ. 5. & maritus conſtante matrimonio, l. neque ff. de imp. in rebus dot. fact. Quia omnes iſti habent ius in re, quod non contingit de colono, qui nec quidem poſſidet. Ita reſpondit idem met Bald. in dicta l. pri. C. iur. emphyt. de verſic. Sexto, & Alex. d. conſ. 4. ſub num. 7. verſic. Et ex prædictis, lib. 5. & conſ. 35. nu. 12. lib. 4.

2 Non etiam obſtat contraria conſuetudo Status Mediolani, quòd ſ. oneta ad ratam pro parte colonica ab ipſis colonis exigantur, de cuius validitate non videtur poſſe dubitari, vt per Oraſc. dicta decif. 83. in fin. & Theſ. dicta decif. 216. ſub num. 10. & ex tex. in l. ſi ſine hærede, §. Lucius de adm. tut. & in l. litibus, §. hæc de redditibus, dicto tit. C. de agr. & cenſib. lib. 11. & not. Bart. poſt gloſſ. in d. l. pri. C. de ann. & trib. lib. 10.

Quia diſtinguendum eſt inter colonos ſubditorũ, & non ſubditorum. Priori caſu talis obſeruantia poteſt de iure ſuſtineri, non quidem mero iure, & per rigorem, nam videtur implicare contrarietatem, quòd onera afficientia perſonas per deſcriptionem in cataſtro, & impoſita per æs, & libram pro valore bonorum, exigantur ab his, qui neque affecti ſunt perſonaliter, neque domini ſunt ipſarum rerum, vt latius ſupra deduxi poſt n. 1. ſed ex contemplatione poteſt ſuſtineri, quòd ſicut talia onera poſſent in totum exigi à Dominis, ita etiam poſſint exigi partim à colonis; neq; de hoc

con-

conqueri poſſe colonos,quia ideo hac ratione minus ſoluũt nomine ficti, quàm facerent, ſi nihil ſoluerent. Poſteriori autem caſu,qui noſter eſt,contra reſoluendum eſt,quia ceſſat d. ſuppoſitum, quòd .ſ. talia onera poſſent imponi ipſis Dominis in totum,imò ex quo nō poſſent ipſis imponi, ideò retorquetur obiectio,& hoc argumenti genere vtitur,Syluanus d. conſ.9. nu.19. vſq; ad verſic. Et ſi dicatur. dum dicit emphyteotam Eccleſiæ ideo non teneri ad onera laicorum pro ſuo vtili dominio, licet ſecus ſit in emphyteota priuati, quia hoc poſteriori caſu, ſi bona eſſent penes Dominum directum, eſſent in totum ſuppoſita, priori autem caſu ſecus. Et in his terminis intelligendus eſt Bart. in d.l. his penes, & in d. l. colonos, dum dixit, iniquum eſſe ſtatutum diſponẽs, quod colonus teneatur pro ſua parte colonica ad contribuendum oneribus, imò expreſsè infert ad caſum noſtrum, de colonis eccleſiaſticorum: ſic etiam Abb. in dicto conſ. 9. in 4. quæſito. ſic etiam diſtinguit Eugenius in d. conſ. 96. num.21. 22.23.& 24 afferens eam rationem, & quod in huiuſcemodi collectis colonus obligetur reſpectu Domini, & eius perſona inſpecta, & non aliter; ſic etiam manifeſtè ſentit Ludouic. Cattus apud Riminaldum ſen.in conſ.740.col. pri. in fin. verſic. Capio, lib.4. dum facit generalem concluſionem cum Bart. quod de colonis idem dicẽdum eſt,quod de Dominis, vt nimirum poſſint, vel non poſſint ex conſuetudine collectari, prout & illi poſſunt, vel non poſſunt, inde inferens ad colonos religioſorum.

3 Secundò, quia collecta non poteſt imponi,niſi ab habente iuriſdictionem;at bona ſunt eccleſiaſtica,& huiuſcemodi collectæ imponuntur per æs, & libram, pro valore, ac æſtimatione bonorum, quod obſeruatur etiam reſpectu illius partis, quæ ſuper parte colonica exigitur, vt latius ſupra oſtendi, ergò.Ita Pet. de Vbaldis in conſ.2. poſt tract. de collect. nu.6.

4 Tertiò, quia effectualiter per indirectum talia onera impoſita parti colonicę redundarent in damnum ipſius Eccleſiæ, potiuſquam colonorum, nam pro tāto minori ficto lo-

cantur bona, quantum importare poſſunt ipſa onera, not. Menoch. conſ. 136. num. 13. & nu. 20. qua in re coloni non aggrauantur, ſed Domini, nam ideo ipſi coloni ratione talium onerum promittunt tanto minus; & ſi onera non eſſent per eos ſoluenda, tanto plus promitterent, vt ſic in effectu tota hæc faba cudatur in caput ipſorum Dominorum. At prohibitum recta via, non debet cenſeri permiſſum per indirectum, c. cum quid, de reg. iur. in 6. c. 1. de cler. coniug. c. l. oratio, de ſponſ. ipſis autem religioſis huiuſcemodi onera directè imponi non poſſunt, ergò. Et ita in ſpecie arguunt communiter Doct. vt per Bottam in conſ. 87. num. 3. & 29. loquẽtem de onere, quod imponitur Bobus, & plauſtris pro reparatione Caſtri, Sylu. dicto conſ. 9. num. 12. & infra, ſub num. 19. verſ. Imò, & verſ. Quando, Burſat. dicto conſ. 42. nu. 20. loquentem de emphyteuta Eccleſiæ, & in ſimili ſpecie de priuilegio conceſſo quibuſdam de Spannocchis, Decius conſ. 84. in 4. arg. & poſt eum Menoch. conſ. 136. num. 5.

5 Confirmatur conſiderando, quòd ſi ipſi Religioſi colant bona ſua proprijs ſumptibus per ſuos operarios, tunc proculdubio eſſent immunes in omnibus, & per omnia, quia tunc non eſt dare partem colonicam, ſed omnes fructus sũt ipſorum, vt per Theſſ. dicta deciſ. 116. in fin. Burſ. dicto cõſ. 42. nu. 17. Boſſ. de princip. nu. 178. & verè eſt indubitatum apud omnes. Ergò ſi locant, & admittamus partem colonicam eſſe ſuppoſitam huiuſcemodi oneribus, quo reſpectu villis locantur, vt ſupra, ſequitur, ipſos per indirectum aggrauari, & eorum conditionem valdè deteriorem fieri, ex ſola locatione, quod non eſt dicendum, per dictam regulam quod prohibitum via directa, &c. & quia alias inuitarentur ad non locandum, ſed colendum proprijs ſumptibus, vt ita nimirum tale indirectum grauamen euitarent, quo caſu in cultura agrorum impliciti, ſegnius diuino cultui vacare poſſent, vt propterea d. opinio contraria tanquam retractiua à diuino cultu ſit tanto fortius explodenda, ad not. per Bar. in Auth. caſſa, C. de ſacr. Eccleſ. nu. [illegible] & Rim. iun. conſ. 35.

ſub

ſub num. 22. & dum ipſi Religioſi bonum opus agunt locando laicis bona ſua, vt ita maiorem habeant vacationem, ac temporis vſuram ad orandum, non debent de hoc bono opere lapidari, dum inquam per indirectum angariata parte colonica, ipſis effectualiter affertur præiudicium, vt ſupra.

Rurſus, & huc cõfert ratio allata per Bartholũ in l. placet, in fine, C. de ſacr. Eccleſ. dum ibi in propoſito dicit, quod velle collectare colonos Eccleſiæ, eſſet facere fraudem legi, quod optimè iuſtificatur ex antedictis, ſequitur Menoch. dicto conſ. 136. nu. 8.

6. Huc etiam referendum eſt, quod in propoſito aduertit Menochius conſ. 136. nu. 22. 23. ſcilicet in connexis priuilegium perſonale tranſire etiam ad alterum contrahentem, quod latius multis exemplis comprobat: ſiquidem in connexis hic ea ratione dicimus verſari, quia effectualiter damnum reflectitur in caput ipſorum eccleſiaſticorum, vt ſupra.

Neque huic argumento ſatisfaciũt adducta per Menoch. dicto caſu 562. nu. 46. pro reſponſione, ſcilicet. Primò, Eccleſiam lædi per indirectum, quando eiús coloni grauarentur plus, quàm coloni laicorum, quam reſponſionem etiam affert Theſſ. dicta deciſ. 116. num. 9. Secundò, procedere, quando onus imponitur colono, & in conſequentiam Eccleſiæ, quæ non tenetur: ſecus hic, vbi onus imponitur colono cauſa fructuum, qui ſunt ipſius, & ratione obligationis fundatæ in perſona ipſius, adeò quod non dicatur inferri damnum Eccleſiæ, ſed potius impediri lucrum. Tertiò, non attendi damnum, quod ſecundario alicui infertur. Verum inquam hæ tres reſponſiones ſatis leues ſunt, & non tollunt vim argum. Nam ad primam replicatur, quod imò etiam in his terminis ſequitur damnum Eccleſiæ per indirectum, vt ſupra oſtendi, & eſt notorium. Ad ſecundam replicatur, falſum eſſe, quod huiuſcemodi onera imponantur pro fructibus, ſed veritas eſt imponi pro bonis, vt hic ſup. poſt n. 1. prout & falſum eſt, coloni perſonã eſſe obligatam, nam imò

prin-

principaliter afficitur perſona Domini deſcripti in cataſtro, vt ſup. poſt eund. n. 1. & non eſt verum, agi de impediendo lucro, nam Eccleſia nihil extrinſecus quærit, ſed id tantum ſatagit, vt per temporales collectas ius percipiendi ficta ex bonis ſuis non diminuatur, quod propriè ſpectat ad conſeruandum, & ſic ad damnum euitandum. Ad tertiam verò repticatur, imò regulam eſſe in contrarium, quod .ſ. prohibitum via directa, non debeat cenſeri permiſſum per indirectum, vt ſup. ſub num. 4. & oppoſitam concluſionem poſſe procedere, quando non agitur de defectu poteſtatis: Et amplius reſiſtere alia ſequentia fundamenta.

Non etiam obſtat, quod in aliquibus caſibus coloni Eccleſiæ teneantur ad onera laica, vt ad gabellam portarum, vt ſup. arg. 1. ſicut & emptores rerum Eccleſiæ, vt ſupra arg. 2. quod tamen redundare videtur in damnum Eccleſiæ, nam ſi aliud eſſet, carius locaret, & venderet Eccleſia.

Quia in emptore eſt particularir ratio, vt infra poſt n. 59. quæ non in colono reſponſio, & diſtinctio patet etiam infra numer. 12. hoc enim de damno indirecto non eſt perpetuum, ac indiſtinctè intelligendum, ſed iuxta diſtinctionem de qua ibi.

Quartò, quia admiſſa contraria opinione ſequeretur abſurdum, tunc .n. vel admitteremus Papam poſſe indicere onus ſuper eadem parte colonica bonorum Eccleſiæ, quæ præſupponitur teneri ad hæc onera laicorum, vel id negamus; At vtrunque eſt abſurdum; Primum, quia ita fieret, quod coloni duplici onere grauarentur. Alterū etiam, quia ita fieret, quod eſſet in facultate Eccleſiaſticorum lædere ius Papæ, locando bona ſua laicis, vtpotè, cùm ſi ea non locarent, ſed ſumptibus proprijs colerent, ceſſaret iſta differentia partis colonicæ, ac dominicalis, ſed indiſtinctè poſſet Papa ſuper vniuerſis bonis, & fructibus imponere onus, ergò. Ita Petrus de Vbaldis in d. conſ. 2. poſt tract. de collect. ſub num. 4. verſ. Primò, & Syluan. d. conſ. 9. num. 13. & iterum infra num. 22. vtentes hoc argumēto in duriori caſu, ſcilicet

ad pro-

ad proban. quod laicus emphyteuta Eccleſiæ non teneatur ad iſta onera laicorum.

7 Quinto, quia omnes admittunt, quod quando immunitas eſt realis, & non tantum perſonalis, ſeu mixta, tunc etiam coloni ſunt præſeruandi immunes pro parte ſua colonica, gloſ. in Clem. 1. verbo excolendas, in verſ. Sed nunquid, de decim. ſequitur Abb. In c. ex ſua parte ſua, il pri. de decim. num. 4. & iterum ſub num. 5. verſ. vnde placet, & Socin. ſen. in conſ. 297. col. 3. num. 7. vol 2. & Bart. in d. §. mercatores, Dec. d. conſ. 48. in pri. argum. Sylu. dicto conſ. 9. ſub nu. 22. verſ. Verum, Burſ. conſ. 25. nu. 5. lib. 1. Gaſpar Ant. Dheſſ. ad dicta deciſ. 116. col. antepen. verſ. Et pro fundamento, latè Decian. d. conſ. 51. nu. 14. 15. 16. lib. 3. Botta dicto conſ. 87. nu. 31. & 32.

Eſt autem perſonalis, ſeu mixta, quando conceſſa eſt perſonis pro rebus, vt erat in caſu Socini, realis autem, quando etiam dictum eſt, quod bona ipſa ſint immunia, vt declarat Abb. in d. c. ex parte, vel quod ipſa bona ſint exēpta ab omni onere, Decian. dicto conſ. 51. num. 14. lib. 3. vt ita ſit diſcrimen, an verba ipſa inducentia immunitatem ſint principaliter relata tātum ad perſonas, an verò etiam ad res, quare gloſ. in dicta Clem. pri. admonet diligenter animaduertendum eſſe ad verba priuilegij.

8 At immunitas, de qua agimus, eſt dicto poſteriori modo concepta, vt in l. placet, C. de ſacr. Eccleſ. in illis verbis, ne prædia vſibus cœleſtium ſecretorum dedicata, ſordidorum munerum fæce vexentur, nil extraordinarium ab hinc, ſuperindictumuè flagitetur, quæ verba recitantur etiam, & approbantur in c. generaliter, §. nouorum, 16. q. pri. Accedit tex. in Auth. de eccleſiaſticis titulis, in § ad hæc ſancimus, in illis verbis, ſancimus omnium ſanctarum Eccleſiarum, & omnium venerabilium domorum poſſeſſiones, neq; ſordidas functiones, neq; extraordinarias deſcriptiones ſuſtinere; & alia iura idem probantia, accumulat Menoch. dicta cent. 6. caſu 562. ſub num. 20. verſic. Secundus eſt caſus. Et probat etiam Syluanus vbi ſupra, ſub dicto num. 22. dicens,

quod

quod bona Eccleſię non ſunt exempta ſolum contemplatione perſonarum, ideſt Religioſorum poſſidentium, ſed ipſorum etiam bonorum cauſa; nempè quia Deo ſunt dicata, & ſacra, §. ſacræ, Inſtit. de rerum diuiſ.

9 Neque huic argumento ſatisfacit reſpõſio Gaſparis Antonij Theſauri, vbi ſupra. col. antepen. verſ. Et pro fundamento. negantis eſſe immunitatem realem, per inſtantiam, quia ſi eſſet realis tranſiret etiam ad emptores rerum Eccleſiæ, quod tamen ſecus contingit, quia (inquit ipſe) immunitas hæc principaliter conceditur perſonis eccleſiaſticis, & ſecundariò rebus.

10 Quia conſiderandum eſt, quod immunitas aliquando eſt merè perſonalis, aliquando merè realis, aliquando principaliter rebus conceſſa, & perſonis ſecundario, & demum aliquando viceuerſa perſonis principaliter, & rebus ſecundario conceſſa, de quibus duabus vltimis ſpeciebus meminit idem Theſaur. iun. vbi proximè ſupra. Inter illam verò merè realem, & aliam tertio loco recenſitam, quæ ſcilicet, rebus principaliter, & perſonis ſecundariò conceditur, hoc intereſt, quod illa tranſit ad quemcunq; poſſeſſorem ipſius rei, iſta autem ſecus; neque tamen infructuosè dicitur realis, hoc enim operatur, quod etiam coloni præſeruantur immunes, quod tamen ſecus obtineret in merè perſonali, vt ſupra, & talis quidem eſt immunitas conceſſa rebus Eccleſię, quod vel ſatis patet ex illa adiectione, Eccleſię, hinc enim ſatis colligitur hanc realitatem non operari, niſi quatenus ſunt penes Eccleſiam, & ita eſt de mente Doctorũ, quos hic paulò ante citaui, ad hoc, quod immunitas iſta ſit realis, nam benè nouerunt & ipſi, eam non eſſe merè realem, quia non tranſit in laicum emptorem, ſed intellexerunt realem, ideſt rebus principaliter, & perſonis ſecundario conceſſam. Vndè etiam patet æquiuocatio Theſauri confundentis haſce duas ſpecies realitatis.

11 Sextò deniq; mouet me auctoritas eorum, qui ita ſcripſerunt, videlicet Bart. in l. placet, in fin. C. de ſacr. Eccl. & in d. l. colonos nunquam, & in d. l. hi penes quos, C. de agr. &

cenſib.

cenſib. Abbas in d. conſ. 9. in 4. quæſito, Grat. in conſ. 30. nu. 11. lib. pri. Ducn. in regula 100, in c. clericis in 2. ampliat. poſt 51
Baldum, quem ipſe allegat in l. 1. C. de epiſc. & cler. & in d. l. hi penes quo, C. de agr. & cenſ. lib. 11. Burſ. d. conſ. 25. per totum, lib. 1. atteſtans de communi poſt Bartholum, Baldum & Abbatem, alibi etiam, quam in locis hic proximè allegatis. Imolam, Ioan. Maure. Rufin. Alciat. Capic. Carrar. Ripam, Grimm. & Concemat. quos omnes ſuis in locis ſigillatim recenſet. Decian. dicto conſ. 51. num. 11. lib. 3. loquens de colonis Equitum Hieroſolomitanorum. Et iterum Decian. ibidem infra num. 42. magiſtraliter etiam Botta videndus in conſ. 87. vbi nu. 2. præter iam citatos affert concordantes Accurſium, & Parpaliam; ſignanter etiam videndus Natta in dicto conſ. 409. per totum, Eugen. dicto conſ. 96. Zabarella, Berous, Vincentius Saluiolus Auguſtinus Iannetus, Thomatius, Feſtaſius, Portius, & Coppinus relati à Menochio in dicto cap. 462. num. 45. Zuccardus apud Riminaldum ſen. dicto conſ. 739. per totum, præcipuè nu. 7. 8. & ſub num. 11. verſ. Secundo, lib. 4. Ludouicus Cattus apud eundem Riminal. ſen. conſ. ſeq. 740. per totum; addens etiam ibi num. 6. vltra iam hic allegatos, Barbatiam, Summam Angelicam, Decium, & Petrum Antibolum, & iterum idem repetit. Cattus ibidem infra ſub num. 12. verſ. Et vltra; dicens hoc eſſe expeditiſſimum, & ſine vlla dubitatione; & addens concordantes Plateam, & Alexandrum, ſic etiam Gallia in celebri conſil. 59. num. 76. loquens ſpecificè poſt Zucch. & Cattum, vbi ſupra de oneribus ad hoſpitationes militum, & tranſitum exercitus ſpectantibus, iuncto ſup. num. 49. addens ibidem concordantes, Albam, Pariſium: Caroccius de loc. par. 4. tit. de collect. fol. mihi 210. magnæ impreſſionis: nu. 14. addens ibidem concordantes Borgninum, Anton. Angoſſ. Rimin. iun. & Cabal. in locis ibi per eum allegatis. Qui Doct. omnes ſumpto calculo aſcendunt ad numerum quadraginta ſex, adeo quod deficiat Menochius, dum in præcitato proximè loco enumerat pro hac opinione tantum quindecim Doctores.

Et

Et his ſtantibus, non obſtant contraria.

12 Ad primum enim reſpondetur. Primò, Federicum loqui in gabella, quæ eſt onus merè reale, quod ad colonum ſpectare ſupra admiſimus, nu. 1. ita reſp. Natta d. conſ. 409. ſub num. 6. verſ. Ex ſuperioribus, & Burſ. dicto conſ. 25. ſub nu. 3. verſ. Quia primo reſp. & ſeq. num. 4. lib. 1. & aduertit Natta, quod licet Fedoricus dicat colonum teneri ad gabellam, & alia onera, tamen intelligendum eſſe de alijs pariter realibus, quia exempla declarant, in quibus terminis diſpoſitio generaliter pronunciata procedat, verbi gratia (inquit Natta) in decimis, vel ſi dominus ſtatuerat, quod quilibet habens frumentum, teneretur certo pretio vendere militibus, vel portare ad exercitum, nimirum, quia hæc onera ſunt merè realia. Secundò, reſp. procedere in fructibus iam perceptis, qui amplius non ſunt coherentes rei eccleſiaſticę, ſed tanquam effecti colonorum dicuntur laici, nos autem loquimur de collecta, quæ imponitur pro rebus, quæ non ſunt colonorum, ita reſp. Petrus de Vbaldis in dicto conſ. 2. poſt tract. de coll. num. 10. quem ſequitur Sylu. dicto conſ. 9. ſub nu. 25. verſ. Ad conſ. & Burſat. dicto conſ. 25. ſub nu. 3. verſ. Quia primò reſpon. & ſeq. nu. 4. lib. 1. & alij relati per Decianum in conſ. 51. nu. 4. & 5. lib. 3. dum dicit, rationem eſſe, quia onus hoc reſpicit fructus, qui ſunt in dominio coloni, & pulcrè etiam Botta dicto conſ. 87. num. 32. dicens aliud in collecta, quia imponitur perſonæ pro bonis, ac terris; ſic etiam Eugen. dicto conſ. 96. num. 13. & Cattus apud Rimin. fen. dicto conſ. 740. ſub nu. 12. verſ. Quamuis. Tertiò, reſpon. diſtinguendo inter onus annexum contractum, & ſeparatum ex Bald. & mox in reſponſione ad tertium argumentum, num. 59. Quartò, reſpondeo ego, adeſſe magnam, & optimam rationem differentię, quia gabella ad portam non exigitur, tanquam à colono cuiuſquam; ſed collecta inducitur, & exigitur, tanquam à colono. Quintò, reſpon. eſſe diſcrimen, quia ſi colonus eſſet immunis à gabella, eadem etiam ratione deberent eſſe immunes alij emētes ab ipſo colono, & ſic deinceps; id enim totum redundaret in

vtili-

vtilitatem Eccleſiæ, quæ ideò carius locaret, at infinitas eſt euitanda; ergo. At hæc ratio ceſſat in collectis, & oneribus, quæ imponuntur colonis Eccleſiæ; & ex tribus potiſſimum vltimis reſponſionibus colligere licet quando habenda ſit ratio damni, ac commodi, quod per indirectum affertur Eccleſiæ.

Ad ſecundum verò, vltra quinque reſponſiones ad primum præcedens contrarium argumentum proximè recenſitas, quæ pariter, & huic ſecũdo conueniunt, additur etiam ſexta reſponſio, Bartholũ eo loci poſt Dynum loqui de ementibus fructus ab Eccleſia ad negotiandum, quo caſu intrat particularis ratio, quare ad gabellam teneantur, quia ſi. immunitas conceſſa nunquam extenditur ad ea, quæ negotiationis cauſa emuntur, ac venduntur, etiam in perſonis ipſorum met eccleſiaſticorum, ita declarat Specul. tit. de immunit. Eccl. in fin. princip. & Zabarell. in conſ. 12. ſub num. 2. vbi ita nancupatim explicat mentem Bartholi, prout & Menochius in dicto conſ. 136. ſub nu. 24. verſ. Non obſtat quartum, iuncto ſup. num 5. poſt alios communiter, quos ibi recenſet, ſi. glo. Card. Imi. Gem. Franc. Salic. & Præct. Pap. in locis ibi per eum allegatis, Guido Pap. Alex. Iaſ. Dec. Rip. Tiraq. Ruin. Bero. Card. & Bertach. admonens, vt benè aduertatur eos verè loqui in his terminis, & hac præcipua ratione moueri.

Et ſi hic retorqueatur argumen. ex eo, quòd coloni pro ſua portione colonica, videantur quodammodo negotiatores, & mercatores, vt in ſpecie arguit Menoch. dicto lib. 2. cent. 6. caſu 562. num. 41. & 42. Reſpondetur non eſſe intelligendum de tali negotiatione, ſed de eo, qui emit ad reuendendum, & ita verè loquuntur Doct. & vlterius, etiam quò ad colonos, licet aliquo improprio modo dici poſſent negotiatores, tamen adhuc quò ad eos militarent alia fundamenta ſuperius recenſita; quæ in alijs negotiatoribus, & mercatoribus non verificantur, ideo non eſt facienda illatio.

Præterea idem Bartholus in d. §. mercatores, limitat oppoſi-

poſitam concluſionem non procedere in oneribus extraordinarijs, per tex. in l. pri. C. de priuil. domus Aug. & ſequitur Ioan. de Amicis dicto conſ. 18. nu. 6. & Menoch. dicto conſ. 136. nu. 21. poſt Decium in dicto conſ. 48. ibi, quo allegatum. At huiuſcemodi ſunt onera hæc, de quibus nos agimus, ergo.

Ad tertium reſpon. vt ſupra ad primum, ita Eugen. dicto conſil. 96. num. 14. Vel & ſecundo retorquetur argumentum, nam onera iſta dicuntur annexa contractui inito inter Eccleſiam, & colonum, vt rectè conſiderat Syluanus in dicto conſil. 9. ſub num. 19. verſ. Et hanc concluſionem, quia inquit ipſe onus ſeparatum, & ex interuallo contingens eſt; exempli gratia, gabella, quæ ſoluitur ad portam Ciuitatis, quæ vtique poteſt euitari, vendendo fructus in Comitatu, adeo quod de illa non poſsit haberi certa ratio, quod ſecus hic contingit, vt patet. Vel & tertio reſpondetur, loqui Baldum in decima, in qua repugnat auctoritas, & iuriſdictio collectandi, quia præſtatur Eccleſiæ, ita Eugen. d. conſ. 96. num. 16. & 17.

Ad quartum reſpondetur, per locationem non mutari conditionem perſonæ dominantis, ſiue dominium, ſiue vtilitatem, & commodum inſpiciamus, quia adhuc perſona locatrix remanet domina, & immunitas in ipſum ſolius commodum redundat, vt ſupra oſtendi; & ſic potius argumentum retorquetur. Preterea ceſſat hec oppoſita cõcluſio in immunitate reali, Syluan. dicto conſ. 9. num. 22. qualem eſſe hanc oſtendi ſupra in quinto argumento. Inſuper intrat aliud argumentum damni per indirectum Eccleſiæ illati, de quo hic ſupra num. 29.

Ad quintum reſpondetur, quod imo de iure videtur verior opinio contraria, quod ſcilicet emphyteota, laicus bonorum Eccleſiæ ſit immunis pro ſuo vtili dominio, ſicut ſi tota res pleno iure eſſet penes Eccleſiam, vt poſt Bartholum, & alios multos tenet Eugen. dicto conſ. 96. num. 22. & latius quoque tuetur nouem argumentis, Syluanus d. conſ. 9. per tot. reſpondendo omnibus contrarijs, ſaltem ſub diſtinctione,

ne, an emphyteuſis ſit conſtituta pro modico canone, vel pro magno, vt priori caſu militet oppoſitio, ſecus altero caſu; quia tunc ſapiat naturam locationis, prout opiniones concordando, diſtinguit Brun. in dicto tract. de ſtat. exclud. fœmin. art.8. q.22. col. antep. verſ. In ea igitur q.vſq; ad fin. qua diſtinctione attenta ſequitur retorcutio argumenti.

Præterea, vbi admittamus oppoſitionem veram in emphyteuta, aliud tamen erit dicendum in colono, vt expreſsè not. idem Bal. in contrarium allegatus in dicta l.1. C. de iur. emphyt. in d. verſ. Sextò, & ratio differentiæ eſt, quia emphyteuta habet ius in re, & poſſidet, ſecus in colono, Alexan. in conſ.4. ſub num.7. verſ. Et ex prædictis, lib.5. & conſ. 35. num.12. lib.4. Imò vtile dominium emphyteutæ nunquam fuit penes Eccleſiam dominam, ſed de nouo creatur in conſtitutione ipſius emphyteuſis, vt not. idem Syluan. vbi ſup. nu. . Affert etiam aliam rationis diuerſitatem, Botta in d. conſ.87. nu.28. quia ſ. in emphyteuſi non ſit conſiderabile illud præiudicium indirectum Eccleſiæ, de quo hic ſupra dixi in tertio argumento; ea quippe ratione, quod canon emphyteuticus magis ad recognitionem ſuperioritatis detur, quam ad lucrum, & crumenam implendam.

Ad ſextum reſpon. totum hoc damnum finaliter, & effectualiter in caput Eccleſiæ reflecti, vt ſup. num. 4. ergò. Secundò reſpon. agi de immunitate reali, ac ideo etiam colonum illa frui debere pro ſua parte colonica, vt ſup. nu. 7. Tertiò reſpon. hæc onera mixta non imponi pro fructibus, ſed pro bonis ipſis, vt ſup. num. 1. & ideo non obſtare hoc argumen.

Ad ſeptimum reſpondetur, imò magis communem opinionem eſſe in contrarium, vt ſup. hic, nu.11.

Ad octauum reſpon. procedere in caſu neceſſitatis, alias omnino ineuitabilis, adeo quod neceſſe ſit, conſtare, quod niſi tales immunes, & ipſi ſoluerent, euitari non poſſet illa neceſſitas, vt latè proſequitur Decian. videndus in dicto conſil.51. num.31. & infra ſub num.40. verſ. Tertiò reſpondeo, lib.3. & pulchrè Botta in dicto conſ.87. num.48. dicens

 id pro-

id procedere in periculo imminenti, puta quando hoſtes ſunt vicini, & Ciuitates quolibet momento vexantur, & ſic dubium eſt de ſtatu perſonarum, & quod in his terminis procedit deciſio Oſaſchi 68. quæ in contrarium ſolet allegari. & aliorum communiter, accedit Zuccardus apud Riminaldum ſen. dicto conſ. 739. col. fin. verſ. Quare non teneantur, volum. 4. dicens contraria procedere, quando talia onera à laicis non poſſunt abſque ſubſidio Religioſorum explicari, & atteſtans de communi; ſic etiam Ludouic. Cattus ibidem apud eundem Rimin. ſen. in dicto ſeq. conſ. 740. nu. 7. addens etiam, quod eo in caſu neceſſitatis ipſi Eccleſiaſtici, & eorum coloni non debent coacti ſoluere, ſed ſpontè, conſulto prius eorum Superiore, & poſt etiam Pontifice, vt ita quinque ſint neceſſaria, .ſ. Primò, maxima neceſſitas. Secundò, vtilitas communis. Tertiò, quod laici non poſſint ſupplere. Quartò, quod ſpontè faciant. Et demum quintò, quod conſulto Pontifice, poſt Abbatem, & alios canoniſtas communiter; & fortius prædicta locum habent, quando non agitur de particulari vtilitate eccleſiaſticorum, ſed in communi tantùm, vt latè per Cattum vbi ſupra nu. 8. per totum. Et rurſus ante dicto num. 8. verſ. Præterea, & ſub eod. nu. 8. verſ. In caſu autem iſto. dicit animaduertendum, an talis neceſſitas potuiſſet euitari, ſed acciderit per malam adminiſtrationem gubernantium, quod & repetit infra in verſ. Secundò, *Moueor*.

Ad nonum denique reſpon. quod imò fauorabilis eſt cauſa Religioſorum circa immunitatem Eccleſiaſticam conſeruandam, attenta ratione finali, quare illis debeatur, vt per Decian. in dicto conſ. 51. numer. 45. 46. & 47. lib. 3.

Ita, quod ex his clariſſimè pateat, colonos Eccleſiæ ita eſſe præſeruandos immunes pro ſua parte colonica, ſicut ipſa Eccleſia, preſertim quia totum hoc commodum, vel incommodum finaliter, & effectualiter reflectitur in caput ipſius Eccleſiæ.

13 Data autem, non tamen conceſſa per modum ſuppoſiti

contra-

contraria opinione, ad quam præcipuè allegatur Theſaurus ſenior, & iunior in dicta dec. 116. Tamen ea contraria opinio patitur aliquas fallentias, quæ noſtro caſui conueniunt, & Primò, fallit ea contraria opinio quò ad hoſpitationes militum (de quibus nunc nos agimus) ita limitat d. Theſaur. iun. in addit. ad d. dec. 116. Theſauri ſen. in fin. verſ. Teneo tamen, ea ratione, quia non ſit de honeſtate, vt in bonis, & domibus eccleſiaſticis milites hoſpitentur. Et addit, quod neque etiam tenebuntur ad collectas, quæ ratione talium hoſpitationum imponantur, & ita iudicaſſe Senatum illum, existente tunc præſide doctiſſimo Amadeo à Ponte, idem notat Botta in conſ. 37. col. fin. verſ. Et in omnem, quod .ſ. coloni Eccleſiæ immunes ab hoſpitationibus militum, debēt etiam eadem ratione præſeruari immunes ab alio onere illius loco ſubrogato per regulam ſubrogati, vt etiam argumentatur Rol. conſ. 2. num. 31. vol. 4. & Alba conſ. 62. nu. 8. & Ripa lib. 2. reſp. cap. 20. num. 4. Plot. in ſuo Repert. verbo, decretum Mediol. ſub Rubr. de oneribus, verſ. Et qui non tenetur. Amplius ego pro confirmatione huius fallentiæ conſidero rationem differētiæ inter hoſpitationes militum, & alias collectas, quæ pro parte colonica exigi ſolent, quia licet hæ imponantur pro rebus, tamen effectualiter exiguntur à colonis, qui ſoluunt de parte ſua, quæ non eſt Eccleſiæ; at verò hoſpitatio fit in ipſis domibus, quæ ſunt Eccleſiæ, vt etiam aduertit Cattus, de quo proximè infra, ergo. Probatur etiam ex textu in l. 1. C. de Epiſcop. & cler. vbi dicitur clericos cum eorum mancipijs eſſe immunes ab hoſpitationibus militum, quod Accurſius ibi in fin. dicit contingere ſpeciali fauore Eccleſiæ, quod etiam notat Cattus apud Rimin. ſen. vbi ſup. dicto conſ. 740. ante num. 13. verſ. Tamen quia. vol. 4. vt ſic pateat in hoſpitationib. militare particularem rationem.

Secundò etiam fallit, quando colonus paciſceretur cum ipſa Eccleſia, ſeu clerico, quod etiam ſua portio fructuum pro ſua parte colonica eſſet immunis, ita limitat D. Menoc. d. caſu 562. nu. 56. poſt Marcabrunū, quē ipſe allegat in conſ. 18. num. 39.

C 2 Ter-

Tertiò fallit, quando in impoſitione onerum ſuper parte colonica non habetur ratio deductionis operarum, impenſarum factarum ab ipſo colono, ita admittit Theſ. dicta dec. 116. ſub dicto num. 16. verſ. Nec obſtat. & ego latius retuli ſup. poſt nu. 1. vbi etiam oſtendi ita contingere in hoc Statu Mediolani.

Quartò fallit, quando collecta imponitur non pro fructibus, ſed pro bonis, ſic fatetur Theſ. dicta dec. 116. ſub nu. 14. verſ. Abbas autem, & infra in verſ. Ad auctoritatem. at ita eſt in hoc caſu noſtro, vt oſtendi hic ſup. poſt nu. 1.

Quintò fallit, quando agitur de immunitate reali, ideſt rebus ipſis conceſſa, ſic admittit Theſ. in e. dec. 116. col. pen. in fin. verſ. Reſponderi poterit, & ita eſt in caſu noſtro, vt ſupra oſtendi, num. 7. ergo. Hæc autem fallentia deſtruit penitus dictam contrariam opinionem: in hoc autem conſiſtit diſcrimen, quod ipſi contrarij negant immunitatem Eccleſiæ eſſe rebus conceſſam, cuius tamen contrarium ſupra oſtendi dicto num. 7.

Et hæc ſatis, quò ad primum principale caput huius conſultationis, reſpiciens meram diſpoſitionem in puris terminis iuris communis; quæ in dubiè abundanter ſunt pro Eccleſiaſtica immunitate.

Celeberrimi V. I. Conſulti PAPYRII CATTANEI CREM. Poſtea Mediolani Senatoris, & Regij ibi Conſiliarij. Perilluſtre Iuris Reſponſum.

ARGVMENTVM.

An bona publicè allibrata, & deſcripta in Cataſtro pro militum hoſpitatione, in totum, vel quatenus capit ſumptum, quod

quod eis obueniebat ad ratam æſtimi, ſimili onere affe-
cta remaneant, & durent etiam poſtquam in Eccleſiam
peruenerint.

SVMMARIVM

1 *Bona affecta onere reali translata in Eccleſiam remanent ea affecta.*

2 *Bona Eccleſiaſtica liberantur à Collectis, quæ per tempora exiguntur, & exigebantur antequam in Eccleſiam perueniſſent.*

3 *Ab onere collectarum pro militum hoſpitatione, ubi per rationem immunitatis generaliter Eccleſiæ competens non ſufficeret ad eam eximendam ſaltem exemptio intrat ei in indiuiduo tributa per l. 1. C. de Epiſc. & Cleric.*

4 *Exemptio ſupradictæ legis nullam patitur reſtrictionem, & indiſtinctè intelligitur de omni hoſpitatione; Nec vnquam abolita*
5 *fuit, vt à lege conceſſa, & in iure inſerta.*

6 *Princeps per Nouam Conſtit. tit. de oneribus §. oneribus taxarum, non tulit Eccleſiaſticam immunitatem; quia non potuit.*

7 *Ex deſcriptione bonorum in æſtimo, non inducitur talis hypoteca, quæ ea bona ſequi poſſit translata in Eccleſiam.*

8 *Nec à lege inducitur tacita hypoteca pro collectis in dictis bonis, maximè quò ad collectas incertas, & variabiles ab initio.*

9 *Communis ſententia ſapientum eſt, quod nec vigore hypotecæ tacitæ legalis, aut ex regiſtratione orientis bona non tranſeunt in Eccleſiam affecta onere hoſpitandi milites.*

10 *Diſpoſitio Decreti Nouarum Conſtit. tit. de oneribus, &c. non inducit de nouo vinculum in bonis pro eo onere, at certè ſupponit iam eis per modum hypotecæ ineſſe.*

11 *Nec minus includit exemptos habentes priuilegium clauſum in corpore iuris.*

1 Retenta ea opinione, quæ receptiſſima eſt, quòd bona affecta onere reali, ſi transferantur in eccleſiam, non obſtante eius immunitate, ad huc illud onus retineant.

2 Suppoſita etiam aliâ concluſione non minus approbata, quod reſpectu collectarum, quæ per tempora, prout neceſſitas exigit, perſonę pro rebus imponuntur, ſi bona laicorum, pro quibus antea huiuſmodi collectæ exigi ſolebant, perueniant in Eccleſiam, liberantur in futurum ab huiuſmodi oneribus, donec ſunt Eccleſiæ.

Quæritur, an communitas Treccati, quæ pro bonis fratrum de Calcaterra deſcriptis in eius cataſtro, ſolebat mittere ad hoſpitandum in illorum domibus eum numerum militum, qui eis obueniebat ad ratam æſtimi, idem facere potuerit, poſtquàm ea bona peruenerunt in eccleſiam, nempè in Congregationem Reuerendorum Bernabitarum.

Et hinc ſumpta occaſione, Quæritur generaliter de remedio adhibendo, vt de iure bona laicorum ſic in Eccleſiam tranſeuntia remaneant in totum obnoxia oneribus, prout antea.

Quò ad primum, onus hoſpitationis, ſi eius qualitatem inquirimus, eſt patrimoniale, quia ſuſtinetur patrimonio, & eſt reale, quatenus imponitur rei de eo, quod faciendum eſt in ipſa re, vbi benè explicat Bart. in l. vn. ſub nu. 34. C. de mul. & in quo loco lib. 10. & ſic dicitur rei coherere, l. ſũt munera. 11. ff. de vac. & excuſ. mun. quia ſcilicet cuiuslibet domus tertia pars, vel dimidia iuxta diſtinctionem perſouarum obnoxia eſt hoſpitationi l. 2. C. de met. & epidem. lib. 12. Cotta in ver. Militibus; Amplius hoc onus licet videatur incertum, & variabile reſpectu temporis, tamen cum & habeat certam formam, & à lege ſit indictum, ordinarium videtur; & licet hoc non dicant Plot. & Bellon. citati à Rhaud. de analog. cap. 40. num. 89. tamen in ſpecie hoc ponit Alber. in rubr. ff. de muner. & honor. nu. 23. verſ. vel pro neceſſitate, & num. 24. Quatenus igitur hoc onus rei cohæret, &

rei imponitur, videtur rem afficere, & ſic illam concomitari etiam in eccleſiam tranſeuntem, vnde hac ratione tacta etiam per DD. Fiſcales, inferri videtur eccleſiam euitare non poſſe hoc onus hoſpitationis.

3 Pro reſolutione aduertendum erit ad duo; Primum eſt, quod vbi per hāc rationem immunitas generaliter eccleſiæ competens, non ſufficeret ad eam eximendam ab hoc onere, videretur ſaltem intrare exemptio ei in indiuiduo tributa per l. 1. C. de epiſc. & cleric.

Et ſi primo replicetur cum gloſ. ibi in ver. hoſpites in 2. ſol. priuilegium hoc reſtringendum eſſe ad hoſpitationem repentinam tantùm, prout latiùs ſuſtinere conatur Aegyd. Thoma. citatus in allegatione DD. Fiſcalium in tract. de collect. pag. 161.

4 Aduertendum eſt, quod tranſit gloſſ. ad tertiam ſolutionem intelligens exemptionem indiſtinctè de omni hoſpitatione, & in ea tamquam vltimo loco poſita reſidere cēſetur; & ideò Petr. de Bellapert. verſ. Dicunt quidam, Cyn. verſic. iſta non placet, & Salyc. nu. 1. verſ. ſecunda verò non valet, expreſsè reprobant ſecundam ſolutionem, quia imò difficilius liberari debuiſſent clerici ab hoſpitatione repentina, & reſidēt in tertia ſolutione, cum qua & alij communiter pertranſeunt, vt nouiſſimè obſeruat Gall. conſil. 59. num. 70. & præter eos eleganter Boet. Epon. in cap. 1. nu. 11. verſ. graue, & nu. 12. & 13. de immun. eccleſ.

Quod ſi ſecundo loco dicatur, prout in dicta allegatione, hanc ſpecialem immunitatem in omni caſu ſublatam eſſe per tex. in l. 1. C. de immun. nem. conced. lib. 10.

5 Obſeruandum erit ea verba, *abolita ſpecialium immunitatum gratia*, non intelligi de priuilegio à lege conceſſo, ſed de immunitate malo modo, & perperam ſubrepta, vt ſatis colligitur ex contextu illius legis, & ſupponunt omnes Doctor. ibi in ſummario, & apertè trad. Cuiac. ibi.

6 Si verò tertio loco quis ponderet præciſam diſpoſitionem No. Conſt. tit. de oneribus. §. onerib. taxarum, vbi inſpectis verbis, tollitur omnis immunitas quò ad hoſpitationem mi-

 litum,

Digitized by Google

litum, ea tantùm excepta, quæ à Principe in indiuiduo cum derogatione illius decreti conceſſa fuiſſet. Hoc loco duæ intrarent inſpectiones, vna pertinens ad voluntatem, An ſcilicet in his verbis generalibus voluerit Princeps comprehendere eccleſiam, & exemptionis priuilegium clauſum in corpore iuris, iuxta trad. per gloſ. in verbo, *illic omni priuilegio*, in auth. qua in prouincia, C. vbi de crim. ag. opor. & ibi poſt alios Caſtr. num. 5. Felyn. in cap. 1. num. 12. de reſcript. de quo latè Barboſ. in l. 1. part. 1. ex num. 7. ff. ſolu. matrim. & in propria materia eſt gl. fin. iuncto textu in l. Hac lege. 10. C. de met. & epidem. lib. 12. vbi etiam Doct. & inter Albæ conſilia conſ. 794. num. 6. Altera reſpiciens poteſtatem; Nam ſi ageretur de priuilegio conceſſo ab ipſo Principe reuocante, adhuc ſatis inter Doct. non conuenit, an id fieri poſſit; Felyn. in cap. eccleſia S. Mariæ num. 97. de conſtit. de quo & apud Boſſ. de Prin. nu. 175. & ſequen. & num. 221. & ſequen. Quatenus verò agatur de immunitate tributa eccleſiæ, vel à lege ciuili, vel à iure canonico, eam per conſtitutionem tolli, aut lædi non poſſe certum videtur, Felyn. alios citans in cap. eccleſia S. Mariæ, nu. 69. de conſtit. Maſcard. iun. de interpret. ſtat. concluſ. 1. num. 88. Et quod ex vtroq; capite hęc conſtitutio non noceat eccleſiæ in hoc propoſito probat in ſpecie Gall. d. conſ. 59. num. 80. cum ſeqq.

Alterum eſt, quòd hoc onus hoſpitationis à lege indictum terminatur in ſola preſtatione certæ partis domus, ità vt preter hoc nihil à domino, ſeu habitatore domus exigere, immo nec à ſponte dante accipere poſſent milites, iuxtà l. vn. C. de ſal. hoſpit. non præſtando libr. 12. impoſita pæna etiam dominis aliud dantibus, l. deuotum in fin. C. de met. & epidem. eod. lib. Poſito igitur, quòd in his terminis hoc onus afficiat ipſam rem, nempè domum; Videndum eſt, an hoſpitatio, de qua nunc agitur, in totum, vel ſaltem pro parte ſit diuerſæ naturæ.

Et quidem in totum videtur habere aliam naturam; Nam de iure hoſpitatio datur relatiuè tantùm ad ipſam domum, illius contemplatione, & per viam quotæ, ita vt ſiuè dominus

nus domus nihil aliud in bonis habeat, ſiuè multa prædia poſſideat, eodem modò ſemper eius domus deſeruiat hoſpitationi; & hoc eſt certum; Nunc autem non petitur aliqua pars domus, ſed mittuntur milites ad ratam æſtimi cuiuſcunque, ita vt hoc onus non ſit reale, hoc eſt ipſius domus, nec etiam terrarum, & bonorum, quia illa materialiter non deſeruiunt hoſpitationi, prout dicitur de domo, ſed neceſſariò deſinat in onus impoſitum perſonæ pro bonis, quæ poſſidet, vt ſatis per ſe patet. Et quatenus poſſet dici, quòd ex quo verè milites hoſpitantur in domibus, hoc reſpectu in moderna hoſpitatione, includitur etiam onus hoſpitationis à iure communi indictæ, videndum eſſet, an quatenus vltrà domum cogantur ſubditi præſtare vtenſilia, & quædam alia ſumptum requirentia, vel fortè etiam aliquando victum ſubminiſtrare, nihilominus debeat in totum onus hoc cenſeri reale, vt ſic acceſſorium aſſumat naturam principalis, vt in puncto, vbi hæc præſtentur ex decreto ſuperiorum, voluit Plot. in indice ad vulg. l. ſi quando, in verbo onerũ, verſic. onus hoſpitandi. Vel potius diuerſo iure cenſeri debeat quatenus capiũt ſumptus, cùm in praxi in collectam tandem deſinat, Roland. à Valle conſil. 66. num. 11. & ſeq. lib. 1. & docet experientia; & in puncto voluerunt Petr. Antibol. de muner. par. 3. §. 2. num. 18. & Theſaur. iun. lib. 1. quæſt. 93. nu. 6. nu. 8. verſ. His præmiſſis, & num. 9. Gall. d. conſ. 59. nu. 71. & ſequ. id quod videtur, ſuadere forma repartiendi, quæ immediatè fundatur in quantitate æſtimi, vt ſupra dictum eſt, ea autẽ manifeſtè ſignificat collectam impoſitam perſonæ pro rebus; Quod ſi ita eſt, vel in totum, vel quatenus capit ſumptus, non poteſt dici hoc onus rem afficere, & conſequenter hac ratione durare etiam poſt bona in eccleſiam tranſlata.

Secundò loco ponderatur, hæc bona fuiſſe iam hyppotecata pro oneribus in ea terra occurrentibus, quia pro collectis bona tacitè hyppotecata cenſeantur, vt poſt alios tradit Iaſ. in l. apud Iulianum, §. hæres ſub nu. 5. ff. de leg. 1. Neguſ. de pignor. p. 2. m. 4. num. 125. Boſſ. de Princ. num. 102. & licet

licet Aret. in d.§. hæres hoc limitet, vt procedat tantùm erga Fiſcum, ſecus verſus communitatem, quæ Fiſcum non habeat; tamen ipſe quoque etiam quò ad Communitatem hyppotecam concedit, concurrente deſcriptione bonorum in cataſtro, prout hic concurrit; Suppoſita autem hyppotheca, ſequitur, vt bona tranſierint in eccleſiam affecta etiam pro collectis; ita vt non obſtante priuilegio eccleſiæ poſſit communitas continuare in earum exactione, prout antea faciebat.

7 Circa hoc fundamentum imprimis obſeruandum eſt ex deſcriptione bonorum in æſtimo non induci hyppothecam, quæ ea bona in eccleſiam tranſeuntia ſequi poſſit Bart. conſ. 180. num. 4. lib. 1. Bald. num. 11. Aret. nu. 3. & Alc. num. 7. in l. placet, C. de ſacroſanct. Eccl. Natt. conſi. 328. num. 2.

8 Brun. conſ. 94. nu. 2. Alc. conſ. 8. num. 7. & ſeq. l. 3. An autem reperiatur inducta à lege tacita hyppoteca pro collectis, non eſt ita clarum, quia & Aret. loco ſupra deſignato dicit id benè non probari, & quò ad Communitatem Fiſco carentem indiſtinctè contrarium probarunt multi, quos retulit Crau. conſ. 872. nu. 6. verſ. ſexto, & num. ſeq. Rurſus quatenus concederetur hyppoteca videndum eſſet, an hoc ſit verùm, etiam quò ad collectas incertas ab initio, & variabiles; Nam in eis non dari talem hyppotecam, ſaltèm, quæ incipiat ante particularem impoſitionem collectæ, latiſſimè probant Crau. & Surd. in iam citatis conſilijs, & præter eos Siluan. toto conſii. 32. præſertim nu. 14. & Rimin. iun. conſil. 25. præſertim num. 23. qui alios citant. Iccirco pauci admodum reperientur Doct. qui vigore ſolius deſcriptionis in libro æſtimi, & tacitæ hyppotecæ teneant bona affecta tranſire in eccleſiam; & licèt Theſaur. deciſ. 234. num. 2. verſ. ſed contra, refferat Ang. & Natt. hoc affirmaſſe, tamen illi in alijs terminis manifeſtè loquuntur, immò in noſtris apertè ſentiunt pro eccleſia; Et re vera ſi, quo tempore bona deſcribuntur in æſtimo, cenſerentur ex tunc hyppotecata pro omnibus collectis, quas difformiter quandocunque imponi contingeret, & per hoc ita bona affecta dici poſſent, vt

etiam,

etiam, poſtquam in eccleſiam perueniſſent, vigore talis hyppothecæ, eodem modo collectæ imponi, & exigi poſſent, fruſtra tantopere laboraſſent Doct. antiqui, & moderni in excogitandis remedijs, quibus id aſſequi Communitates poſſint; Igitur ex mente omnium cōcludendum videtur vigo-
9 re tacitæ hyppothecæ legalis, vel ex regiſtratione oriētis, bona non tranſire in eccleſiam affecta onere harum hoſpitationum, quæ ſaltem ratione ſumptuum imponuntur perſonis ad ratam æſtimi.

Tertiò pro Communitate fortè allegari poſſet Conſtitutio tit. de Oner. in princ. vbi præcisè cauetur bona tranſire debere cum onere ſuo in quemcumq; etiam exemptum, ita vt acquirens teneatur ad omnia onera his modo, & forma, prout tenebatur ille, cuius erant bona.

10 In hoc in primis videndum eſſet, an per hanc diſpoſitionem bona ipſa afficiantur, hoc eſt, inducatur hyppotheca in eis, vel potius ſine tali inductione, obligentur acquirentes ad ſolutionem onerum; Et quo ad primum illa verba. *Volumus bona cum onere ſuo tranſire debere*, etiamſi intelligantur de onere bona afficiente, potius videntur tale onus ſupponere, quàm quòd de nouo inducāt vinculum in bonis pro eo onere, conſequenter tota hęc diſpoſitio videretur procedere in oneribus, pro quibus alias bona eſſent affecta. Quò ad ſecundum, ſi bona non ſunt affecta, eccleſia, & clerici, vti non ſubditi, non videntur immediatè obligari potuiſſe; & ideò cum de eis mentio non fiat, nec etiam in generali ſermone illi comprehenſi videntur, iuxtà tradita per Doct. in c. Eccleſia S. Mariæ de conſtit.

11 Rurſus, quatenùs etiam exemptos includat hæc Conſtit. videndum eſſet, an intelligi poſſit de habentibus priuilegium clauſum in corpore iuris, quemadmodum ſupra dicebamus ad §. oneribus taxarum, & in ſpecie, quod hæc Conſtitutio non poſſit ex vtroq; capite nocere eccleſiæ latè probat Gall. dicto conſil. 59. num. 80. cum multis ſeqq.

Præter hæc nō video quid aliud pro Cōmunitate Trecati adduci poſſit; & ideo reſolutio ex his maturè cōſideratis facilè elici poterit.

Ce-

Celeberrimi V.I.Conſulti AEGIDII BOSII MEDIOLANENSIS Poſtea Mediolani Senatoris, & Regij ibi Conſiliarij.

Allegatio Iuris pro vera libertate, & immunitate Eccleſiæ. Ex tractatu de Principe §. Princeps nu. 118.

SVMMARIVM.

1 *PRinceps nullo modo facere poteſt ordinationem, vt nemo acce-dat ad Curiam Romanam ad impetranda Priuilegia.*

Item quod nullus ſe intromittat abſq; ſui placito in poſſeſſionem beneficiorum.

2 *Statutum illud, & §. Illa Perſona, &c. quod habetur in vol. 1. cap. 484. eſt inualidum, & contra libertatem Eccleſiaſticam, & omnibus eo vtentibus inducit excommunicationem.*

3 *Inducentibus cauſam Eccleſiaſticam ad forum ſæculare extat excommunicatio.*

1 PRinceps an potuerit facere ordinationem, prout fecit in hoc dominio, vt nemo accedat ad Curiam Romanam ad impetranda priuilegia, & an potuerit condere ſtatutum, puniens eos, qui abſque placito ipſius Principis, ſe intromittunt in poſſeſſione beneficiorum, & aliud eos puniens, qui citant aliquem ad Curiam Romanam, propter quod video quotidie vexari, & in carceres trudi, deferentes tales citationes, Notarios, ſcriptores relationum, ac etiam ipſoſmet Sacerdotes, ad quorum inſtantiam fiunt citationes, & loquitur hic vltimus ordo, vel ſaltem obſeruatur etiam quo ad perſonas eccleſiaſticas, in cauſis etiam beneficialibus, & ſine dubio concludendum eſt non potuiſſe fieri hæc, & tam eos, qui condiderunt, quam

qui

qui ea ſeruauerunt, & ſeruant, incidiſſe, & incidere in cap. nouerit, & c. graue, de ſent. excom. cum ſimil. Et quo ad
2 ſtatutum, vt nemo poſſit ſe intromittere in poſſeſſione beneficiorum ſine licentia Principis, quamuis Ang. conſuluerit ſtatutum valere, conſ. 23. Nulla perſona, quia ſine eo ſtatuto Florētiæ, vbi viget, quotidie imminebant perturbationes, & pericula etiam Reipublicæ ſtatum tangentia, propter potentes agnationes, quæ ſunt in ea Ciuitate, & propter inordinata deſideria, & ambitioſos appetitus cupientium promoueri ad beneficia, & quamuis etiam vltra Ange. in hoc dominio nonnulli velint ſe excuſare, dicentes id fieri, quia aliqui ſeditioſi, & turbatores ſtatus pacis, poſſent ſe intromittere, quo caſu etiam liceret eos bannire, tametſi eſſent pacifici poſſeſſores, iuxta not. per Abb. in c. 1. & in c. cum terra. col. 2. de elect. Tamen veritas eſt in contrarium, & eſt contra libertatem eccleſiaſticam, & incidimus in euidētem excommunicationem, ſeruando tale ſtatutum, & hoc ex defectu poteſtatis, ita (vt breuiter agam) Fely. in c. Eccleſ. S. Mariæ, c. 10. col. fin. verſ. 11. de conſtit. & ad nota. per Abb. in d. c. cum terra, & c. 1. Reſponde (vt dixi) notabiliter ſupra in tit. banniri qui poſſint. ſtatutum ne quis impetret litteras, vel priuilegia Apoſtolica, quod & ipſum ſit contra libertatem eccleſiaſticam, habes Lap. allegatione 82. col. 2. & ibi idem dicit de ſtatuto vſurpante iuriſdictionem, non ſolum Papæ, verum etiam aliorum inferiorum, prout eſt, quod nemo citetur ad Curiam Romanam. Et idem ſi Princeps ſæcularis banniret Epiſcopum à ſuo Epiſcopatu, quod facit ad ea, quæ dixi, vbi ſupra in articulo; An clericus à Principe ſæculari poſſit banniri, quando eſt ſeditioſus, & vide Mar. in tract. de Principe, concl. 492. qui allegat, & ſequitur Lap. dum tenet eſſe contra libertatem eccleſiaſticam, ſi diſponatur vt non poſſit litigari in Curia Romana, & quod litteræ nō impetrentur in ea curia. Eſt etiā contra libertatem Eccleſiaſticam, quando cauſa cognoſcenda eſt ab eccleſiaſtico, vt
3 ratione iuramenti, vel vſuræ, vel alijs rationibus, iuxta notata per Fely. in c. cum ſit, de foro compet. facere vt cognoſcatur

ſcatur à ſęculari, quia hoc modo vſurpatur iuriſdictio eccleſiaſtica, iuxta allegationem Lap. vbi ſupra, & quæ modo dicam. Et vt generaliter ſcias, quæ ſint contra libertatem eccleſiaſticam vltra Lap. vbi ſupra, quem omnino vide. Scias, quòd illa dicuntur contra libertatem eccleſiaſticam, quæ ſunt contra priuilegia conceſſa Eccleſiæ, & clericis, non ſolum à Papa, ſed etiam ab Imperatore, & Principibus ſæcularibus. ita Bart. & communiter Scrib. in Auth. caſſa, C. de ſacroſanct. Eccleſ. Item, ea, propter quæ clerici redduntur timidiores, Bart. & communiter Scribentes in d. Auth. Item quando ſtatuitur contra conceſſa clericis, tam de iure ciuili, quàm canonico, vt eſt impoſitio onerum, maximè extraordinariorum, & inter illa hoſpitatio militum, ſeu collecta pro dicta hoſpitatione Eccleſiaſticis impoſita, aut eorum bonis, & colonis, & ſimilia. Theſau. iun. in addit. ad d. dec. 116. & Theſau. ſen. in fin. verſ. tenecor tamen, Botta conſ. 87. col. fin. verſ. & in omnem, 46. & alij; & Deci. in c. Eccleſia S. Mariæ, col. 1. & 2. de conſtitutionib. poteſt tamen ſtatutum eſſe præiudiciale Eccleſiæ, & tamen non erit contra libertatem Eccleſiæ, ſecundum Ant. in c. quæ Eccleſiarum, de conſtitutionibus, in 5. notab. & Bald. in Rubr. de conſtitutionibus, in princ. quod not. ad aperiendos oculos tenebris inuolutos.

Celeberrimi V. I. Conſulti PAVLI DE RAVDE MEDIOL. Poſtea Mediolani Senatoris, & Regij ibi Conſiliarij.

V. I. per quam amplum Conſilium, & Reſponſum Deciſiuum.

ARGVMENTVM.

An Coloni, Partiarij, Fictabiles, ac Cenſuarij Eccleſiarum, Eccleſiaſticarumuè perſonarum præſeruari debeant immunes

munes ab hoſpitatione militum, & alijs quibuſcunq; oneribus, quæ cauſa ipſius hoſpitationis, vel tranſitus militum imponuntur.

SVMMARIVM.

1 *ADducuntur rationes facientes pro parte aduerſa, vid. quod Eccleſiaſticorum coloni teneantur ad collectas pro militum hoſpitatione, extenduntur q; vſq; ad num. 12. excluſiuè.*

12 *Coloni Eccleſiaſticorum non tenentur ad collectas hoſpitandi milites, quia eſt onus mixtum.*

13 *Contra hoc non obſtat, quod dicti Coloni teneantur ad tributa, vſq; ad num. 24.*

24 *Non obſtat, quod ad talia onera videantur teneri, quod fructus colligant, licet non ſint Domini, & hoc vſque ad num. 26.*

26 *Neq; obſtat contraria conſuetudo ſtatus Mediolani, quin potius corruptela, quod ſil. exigantur onera ab ipſis Eccleſiarum colonis ad ratam pro parte colonica; & hoc vſq; ad nu. 28.*

28 *Collecta non poteſt imponi niſi ab habente iuriſdictionem.*

29 *Onera impoſita colonis Eccleſiaſticorum redundant in detrimentum Eccleſiæ; & hoc vſq; ad num. 41.*

41 *Non eſt par ratio, quod poſſint his oneribus collectari coloni Eccleſiaſticorum, ex eo quia tenentur ad gabellam portarum, vſq; ad num. 43.*

43 *Coloni Eccleſiaſticorum ſoluentes ſupradictas collectas grauantur duplici onere, & Ius Eccleſiæ læderetur ab ipſiſmet Eccleſiaſticis.*

44 *Ad onera mixta cum non teneantur coloni Eccleſiaſticorum, quales ſunt iſta collecta, ob id ad illas non tenentur; vſque ad numer. 49.*

49 *Doctores tenentes pro parte colonorum Eccleſiaſticorum, vid. quod nullo modo teneantur ad collectas ſupradictas, ſunt & numero, & valore multo plures, & maiores omnibus alijs partis aduerſæ.*

50 *Soluuntur omnes aduerſantium oppoſitiones vallidiſſimis rationibus, & eliduntur, & hoc vſq; ad nu. 85.*

85 *Vbi ſunt Priuilegia non hoſpitandi oſtenditur illorum valor, tam in vniuerſali, quam in particulari, & ſingulari, & tam reſpectu Dominorum, quam reſpectu colonorum, vſq; ad numer. 110.*

110 *Quod ſint in poſſeſſione actiua, & paſſiua non ſoluendi.*

111 *Quod Eccleſiaſtici habeant fundatam ſuam intentionem; Itemq; reſpondetur obiectis; vſq; ad nu. 132.*

132 *Quomodo debeant interpretari Conſtitutiones Nouæ ſtatus Mediolani in lib. 4. cap. 1. tit. de oneribus §. oneribus taxarum ſecundum veritatem conſtituentis, & hoc extenditur vſq; ad nu. 155. qui eſt finis Reſcripti.*

VT magis, & abundantius veritas dicendorum liqueat, & melius aduerſantium rationes, non verbis, ſed iuribus, & rationibus elidantur; quin & vt inſignium legum peritorum, ac interpretum, tam antiquorum, quam recentium conſultis, & iudicatis ad ſuum nihilum redigantur, Eccleſiaſticorumq; pars, & eorum ius in tuto perpetuo vireſcat, vt id efficatius, & ſolidius præſtemus, tria faciemus.

Primò, Aduerſantium rationes præcipuas, & inſigniores adducemus.

Secundò, Potioribus rationibus, & veridicis, quin & ſapientum conſultationibus, & deciſionibus Eccleſiaſticorum cauſam, & ius ex omni parte in tuto pro veritate ponemus.

Tertiò, Obiectis Aduerſantium, legibus, & ſapientum rationibus, & iudicatis ea reſoluentes reſpondebimus.

Quò ad primum; pro affirmatiua opinione in fauorem Aduerſantium, quod coloni Eccleſiaſticorum teneantur, &c. neq; præſeruari debeant immunes, &c. arguitur.

1 Primo, ex celebri conſilio 111. Federici de Senis, vbi
2 reſoluit, colonos Eccleſiarum teneri ſoluere gabellas de par-
3 te fructuum eis contingentium, ſicut, & alia onera, quia ſeparatorum ſeparata eſt ratio, & ſequuntur cõmuniter Doct. vt Platea in l. Senatorum, ſub num. 3. verſ. Quid autem, de ruſti-

ruſticis, C. de dign. lib. 12. Gemin. in c. quamquam, in fin. verſic. Sed numquid coloni, de cenſ. lib. 6. Capra in ſua reg. 96. num. 85. Bertach. de gabell. par. 7. quæſt. 7. ſub num. 13. & Boſſ. de princip. num. 174. & Burſat. conſ. 42. numer. 14.

4 Secundò, ex Bartolo in l. licitatio. §. mercatores, per eum tex. ff. de public. vbi dicit, quòd emptores fructuum Eccleſiæ tenentur ad gabellas portarum Ciuitatis in ingreſſu, & referens ex Dyno ita fuiſſe iudicatum, & ſequitur Ioan. de Amicis conſ. 18. per totum, & Dec. in l. in omnibus cauſis id obſeruatur, nu. 2. ff. de reg. iur.

5 Tertiò, ex distinctione Baldi tradita per eum in conſ. 31. vol. pri. in fi. quod aut onus gabellæ eſt annexum contractui celebrato inter laicum, & Eccleſiaſticum, aut contingit ex actu ſeparato. Priori caſu laicum præſeruari immunem, quia alias per indirectum læderetur Eccleſia, quæ tanto minus venderet. Altero autem caſu, ſecus argum. d. §. mercatores, & ſequuntur communiter Doct. vt per Menoch. conſ. 136. nu. 19. & 20.

6 Quartò, quia mutata conditione perſonæ poſſidentis, mutatur etiam conditio rei poſſeſſæ, l. fiſcus, de iure fiſci, cum alijs concord. cumulatis in propoſito à Syluano conſ. 9. nu. 4. & 5.

7 Quintò, quia ſicut in ſimili emphyteuta laicus bonorum Eccleſiæ ſuſtinet onera cum laicis, ratione ſui vtilis dominij, quod non iam amplius Eccleſiaſticum, ſed laicum reputatur, vt not. Bal. in l. 1. C. de iure emphyt. verſ. Sextò. & latius Soc. ſen. conſ. 119. lib. 1. ita etiam videatur dicendum de colono ratione fructuum pro ſua parte colonica.

8 Sextò, quia fructus ſeparati à ſolo, ſunt quid proprium ipſius coloni, & non ſunt amplius Eccleſiaſtici; ergò, ita poſt alios arguit Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 6. caſu 562. nu. 38. & ſeparatorum ſeparata debet eſſe ratio, ſic in propoſito Theſ. deciſ. 116 nu. 5.

9 Septimò, quia hæc videatur eſſe opinio magis communiter recepta, teſto Theſaurio in d. deciſ. 116. num. 8. & Ga-

ſpare Antonio eius filio in addit. ad illam deciſ. col. pen.

10 Octauò, quia immunitas alicui competens ceſſat in caſu neceſſitatis publicæ, puta belli imminentis, Decian. conſ. 51. num. 1. vol. 3. & conſequenter in hoſpitationibus militum, quæ ad iſtum effectum fiunt.

11 Nonò denique, quia materia exemptionis ſit odioſa, ac ideò reſtringenda, Decian. dicto conſ. 51. nu. 8. lib. 3.

QVo ad ſecundum, ſupradictis nō obſtantibus pro Eccleſiaſticis de iure communi, idq; pluribus de cauſis deciſiue pro veritate reſoluendum, & iudicandum eſt.

12 PRimò, ex communi diſtinctione, quòd aut ſunt onera merè realia, quæ ſoluuntur ex corpore ipſorummet fructuum (vt olim erant tributa, & nunc apud nos ſunt decimæ, & imbotatus) & ea ſequuntur perceptores fructuum. l. 1. C. de ann. & tribut. in fin. lib. 11. & ſic colonus. Aut ſunt onera mixta, quæ imponuntur perſonæ, pro rebus, & tunc ſecus, ſil. quòd iſta ſint ſoluenda ſolum à dominis, & nequaquam à colonis: ad hoc allegatur communiter Bart. in c. l. pri. C. de annon. & trib. verſ. In collectis. dum dicit in huiuſcemodi oneribus inſpiciendam eſſe ſolam perſonam illius, qui in libro cataſtri inſcribitur, & Baldus ibidem dicens ſolum dominum eſſe inſcribendum, iterum Bart. in l. hi penes quos, in princip. & in l. colonos nunquam. C. de agr. & cenſ. lib. 11. Et ita communiter ex ipſo Bartolo, & Baldo approbatur hæc diſtinctio etiam ſpecificè reſpectu partis colonicæ, vt per Alexan. in conſ. 4. lib. 5. Caſtr. in l. ex conducto. in fi. princ. num. 4. de loc. Iaſ. in conſ. 109. in 3. dub. num. 3. lib. 1. Bellon. conſ. 37. num. 9. & 10. & Oſaſch. deciſ. 83. num. 7. referens etiā ibidem in fi. ita deciſum ab illo Senatu, pulchrè Natta conſ. 409. Brun. de ſtat. excl. fœm. art. 8. quæſt. 22. col. pen. verſic. Attenta veritate, vſq; ad finem eius quæſt. Ruyn. conſ. 77. num. 6. vol. pri. Eugen. conſ. 96. num. 8. Vbertinus Zuccardus apud Rimin. ſen. conſ. 739. nu. 6. 7. & 8. lib. 4.

13 Probatur autem iſta concluſio; Primò, ex tex. in d. l. hi penes, & l. colonos nunquam, C. de agri. & cenſ. vbi ita per

illos

14 illos textus not. Bartolus. Secundò, etiam concludenti ratione ex mente Bartoli, Nattæ, & aliorum, de quibus hic proximè ſupra, quia ſcilicet in impoſitione talium onerum per æs, & libram non habetur præciſa, & immediata ratio ad fructus, ſed ad ipſas proprietates; patet, quia ſi haberetur ratio ad fructus, vtiq; contingeret prout in decimis, & imbotatu, in quibus ad ratam fructuum, quę ſingulis annis colliguntur, modò in maiori, & modò in minori quantitate ſoluuntur, hoc enim eſt habere rationem fructuum; at verò in huiuſcemodi collectis, quæ dicuntur onera mixta, quia imponuntur perſonæ pro rebus, dicitur haberi ratio ad ipſas proprietates, diſtribuuntur enim per æs, & libram, iuxta cuiuſque æſtimum, quod in libro cataſtri reperitur conſcriptum, habita ratione ad æſtimationem bonorum; vt aduertit Gratus in conſ. 130. ante num. 5. lib. 1. & Zuccard. apud Rim. ſen. in volum. 4. d. conſ. 739. in fin. verſ. Præterea; & Eugenius dicto conſ. 96. ſub num. 10. poſt Bartolum, & alios, & eſt indubitatum, Et in indiuiduo de taxis equorum notat Plottus videndus, in repertorio ſuæ l. fin. C. vnde vi, verbo. onus taxarum equorum; in princip. in verſ. Adde tamen,

15 Ità quòd in huiuſcemodi oneribus duæ qualitates concurrunt, quæ in colonis prorſus deficiunt. Altera eſt quòd imponuntur perſonæ: Altera, quòd imponuntur pro rebus. Illa contingit per deſcriptionem in cataſtro; colonus autem non deſcribitur in cataſtro, ſed ſolus dominus, & ſic illa deficit in colono; Iſta verò pariter deficit in eodem, quia ipſe non eſt dominus. ergò. Et hoc eſt, quòd in propoſito voluit dicere Abbas in conſ. 9. in dicto quarto dubio, & poſt eum Natta in d. conſ. 409. colonos ad iſtiuſmodi non teneri, quia

16 ſunt onera patrimoniorum. Tertiò accedit alia ratio reſpectu coloni cenſuarij, ſeu ad pecuniam, quod effectualiter ipſe dominus videtur recipere omnes fructus, quia fictum ſuccedit loco fructuum, ita Egid. Thomat. de collect. cap. incip. pauperes, ſub nu. 21. verſ. Tertiò facit, pag. mihi 421.

17 Quartò deniq; reſpectu coloni partiarij intrat alia ratio, quòd pars colonica habetur loco operæ, laboris, & ſum-

 ptuum

ptuum factorum in cultura, vt ideò propriè non dicatur fructus; quia fructus dicuntur deductis impenſis, ita Oſaſch. dicta deciſ.83. ſub nu.6. verſ. Idcircò, & Eugen. dicto conſ. 96. num. 11. & 12. ſubdens ideò, quòd alias coloni duplici onere grauati remanerent, ſcilicet laborum, & onerum.

18 Neque (ſaltem quo ad nos) huic quartæ rationi ſatisfacit reſponſio Theſauri d. deciſ.116. ſub nu. 10. verſ. Nec obſtat, quòd ſil. operarum coloni habēda ſit ratio in taxa collectarum, & ita fieri, vt deductis impenſis dicantur ſuper parte
19 colonica imponi. Quia contrarium experimur, quandoquidem pars colonica plus grauetur, quàm pars dominicalis, adeoquòd vltra victum, & eum quidem parciſſimum, nihil ipſis colonis ſoleat ad finem locationis ſupereſſe lucri à communiter contingentibus; ſi autem haberetur ratio eorum laborum, prout conſiderat Theſaurus, tunc ad modiciſſimam partem onerum concurrere deberent, vt eſt no-
20 torium. Et licet huic quarto argumento pro reſponſione nonnihil aliud comminiſcātur, Theſ. d. dec. 116. num. 10. & D. Menochius dicto caſu 562. nu. 47. 48. & 49. Tamen id totum leuiſſimum eſt, & non tollit difficultatem; Imò, nec etiam ita efficaciter, vt hic, referunt hoc ipſum argum. cum omnibus ſuis rationibus, ſed ſatis leuiter pertranſeunt.
21 Neque obſtat text. in d. l.1. C. de ann. & trib. lib. 11. vbi dicitur colonos teneri ad tributa.
22 Quia hæc ſunt onera realia, quæ ad colonos ſpectare ſupra admiſimus, ex primo capite dictæ diſtinctionis Bartoli; Et eodem modo reſponderi poteſt ad c. quæſti. 16. q. 1. & c. à nob. extr. de decim. vbi dicitur, colonos teneri ad decimas
23 pro parte ſua colonica. Imò etiam in mere realibus, quòd coloni non teneantur, niſi aliud ſpeciatim aliquo in caſu expreſsè caueatur, tenet modernus Pariſ. ad Alex. dicto conſ. 4. lib. 5. in apoſtill. in c. in realibus. circa medium, & Thomatius vbi proximè ſupra, ſub nu. 21. verſ. Non obſtant. qui ambo (licet diuerſimodè) reſpondent ad d. l. 1. C. de annon. & trib. reprehendentes Bartolum, & alios cōmuniter, quòd eam aliter intellexerint.

24 Non

24. Non etiam obſtat, quòd multi teneantur ad onera, ea ſola ratione, quòd fructus colligant, licet verè non ſint domini, vt vſufructuarius, l. ſi pendentes. §. ſi quid cloacarum, de vſufr. Emphyteota, Bald. d. l. 1. C. de iur. emphyt. verſ. Sextò. Vaſſallus, Alex. conſ. 4. ſub num. 1. vol. 5. & maritus conſtante matrimonio, l. neque. ff. de imp. in rebus dot. fact.

25. Quia omnes iſti habent ius in re, quod non contigit de colono; qui nec quidē poſſidet. Ita reſpondit idem met Bald. in d. l. 1. C. iur. emphyt. d. verſ. Sextò, & Alex. d. conſ. 4. ſub num. 7. verſ. Et ex prædictis, lib. 5. & conſ. 35. num. 12. lib 4.

26. Non etiam obſtat contraria conſuetudo Status Mediolani, quòd ſcilicet onera ad ratam pro parte colonica ab ipſis colonis exigantur, de cuius validitate non videtur poſſe dubitari; vt per Olaſch. d. dec. 83. in fi. & Theſſ. d. deciſ. 116. ſub nu. 10. & eſt text. in l. ſi ſine hærede. §. Lucius de adm. tut. & in l. litibus, §. hæc de reditibus, d. tit. C. de agri. & cenſit. lib. 11. & not. Bart. poſt gl. in d. l. 1. C. de ann. & trib. lib. 10.

27. Quia diſtinguendum eſt inter colonos ſubditorum, & non ſubditorum. Priori caſu talis obſeruantia poteſt de iure ſuſtineri, non quidem mero iure, & per rigorem, nam videtur implicare contrarietatem, quòd onera afficientia perſonas per deſcriptionem in cataſtro, & impoſita per æs, & libram pro valore bonorum, exigantur ab his, qui neque affecti ſunt perſonaliter, neque domini ſunt ipſarum rerum, vt latius ſupra deduxi num. 14. ſed ea contemplatione poteſt ſuſtineri, quòd ſicut talia onera poſſent in totum exigi à Dominis, ita etiā poſſint exigi partim à colonis; neq; de hoc conqueri poſſe colonos, quia ideo hac ratione minus ſoluūt nomine ficti, quàm facerent, ſi nihil ſoluerent. Poſteriori autem caſu, qui noſter eſt, contra reſoluendum eſt, quia ceſſat d. ſuppoſitum, quòd ſcilicet talia onera poſſent imponi ipſis Dominis in totum, imò ex quo non poſſet ipſis imponi, ideò retorquetur obiectio, & hoc argumenti genere

vtitur Syluanus d. conſ.9. nu. 19. vſq; ad verſ. Et ſi dicatur. dum dicit, emphytheotam Eccleſiæ ideo non teneri ad onera laicorum pro ſuo vtili dominio, licet ſecus ſit in emphyteota priuati, quia hoc poſteriori caſu, ſi bona eſſent penes dominum directum, eſſent in totum ſuppoſita, priori autem caſu ſecus. Et in his terminis intelligendus eſt Bartolus in d. l. hi penes, & in d. l. colonos, dum dixit, iniquum eſſe ſtatutum diſponens, quòd colonus teneatur pro ſua parte colonica ad contribuendum oneribus, imò expreſsè infert ad caſum noſtrum de colonis Eccleſiaſticorum: ſic etiã Abbas in d. conſ.9. in 4. quæſito. ſic etiam diſtinguit Eugenius in d. conſ.96. nu.21.22.23.& 24. afferens eam rationem, quòd in huiuſcemodi collectis colonus obligetur reſpectu domini, & eius perſona inſpecta, & non aliter; ſic etiam manifeſtè ſentit Ludouic. Cattus apud Riminaldum ſen. in conſ.740. col.1. in fi. verſ. Capio lib.4. dum facit generalem concluſionem cum Barbatia, quod de colonis idem dicendum eſt, quod de dominis, vt nimirum poſſint, vel non poſſint ex conſuetudine collectari, prout & illi poſſunt, vel non poſſunt inde inferens ad colonos religioſorum.

28 SEcundò, quia collecta non poteſt imponi niſi ab habente iuriſdictionem; at bona ſunt Eccleſiaſtica, & huiuſcemodi collectę imponuntur per æs, & libram, pro valore, ac æſtimatione bonorum, quod obſeruatur etiam reſpectu illius partis. quæ ſuper parte colonica exigitur, vt latius ſupra oſtendi, ergò. Ita Petr. de Vbaldis in conſ. 2. poſt tract. de collect. nu.6.

29 TErtiò, quia effectualiter per indirectum talia onera impoſita parti colonicæ redundarent in damnum ipſius Eccleſiæ, potiuſquam colonorum, nam pro tanto minori ficto locantur bona quantum importare poſſunt ipſa onera, not. Menoch. conſ.136. num. 13. & nu. 20. qua in re coloni non aggrauantur, ſed domini, nam ideò ipſi coloni ratione talium onerum promittunt tanto minus; & ſi onera non eſſent per eos ſoluenda, tanto plus promitterent, vt ſic in effectu tota hæc faba cudatur in caput ipſorum dominorum.

At

At prohibitum recta via, non debet cenſeri permiſſum per indirectum, c. cum quid. de reg. iur. in 6. cap. 1. de cler. coniug. e. l. oratio, de ſponſ. ipſis autem religioſis huiuſcemodi onera directè imponi non poſſunt, ergò. Et ita in ſpecie arguunt communiter Doct. vt per Bottam in conſ. 87. nu. 3. & 29. loquentem de onere, quod imponitur bobus, & plauſtris pro reparatione caſtri; Sylu. d. conſ. 9. nu. 12. & infra, ſub nu. 19. verſ. Imò, & verſ. Quandò, Burſ. dicto conſ. 42. num. 20. loquentem de emphyteuta Eccleſiæ, & in ſimili ſpecie de priuilegio conceſſo quibuſdam de Spannochis Decius conſ. 48. in 4. arg. & poſt eum Menoch. conſ. 136. nu. 5.

30 Confirmatur conſiderandò, quòd ſi ipſi religioſi colant bona ſua proprijs ſumptibus per ſuos operarios, tūc procul dubio eſſent immunes in omnibus, & per omnia, quia tunc non eſt dare partem colonicam, ſed omnes fructus ſunt ipſorum, vt per Theſſ. dicta dec. 116. in fin. Burſ. dicto conſ. 42. nu. 17. Boſſ. de princip. nu. 178. & verè eſt indubitatum apud omnes. Ergò ſi locant, & admittamus partem colonicam eſſe ſuppoſitam huiuſcemodi oneribus, quo reſpectu vilius locantur, vt ſupra, ſequitur, ipſos per indirectum aggrauari, & eorum conditionem valdè deteriorem fieri; ex ſola locatione, quod non eſt dicendum, per dictam regulam, quòd prohibitum via directa, &c. & quia alias inuitarentur ad non locandum, ſed colēdum proprijs ſumptibus, vt ita nimirum tale indirectum grauamen euitarent, quo caſu in cultura agrorum impliciti, ſegnius diuino cultui vacare poſſent, vt propterea d. opinio contraria tanquam retractiua à diuino cultu ſit tantò fortius explodenda, ad not. per Bart. in auth. caſſa. C. de ſacr. Eccleſ. nu. & Rim. iun. conſ. 35. ſub nu. 22. & dum ipſi Religioſi bonum opus agunt locando laicis bona ſua, vt ita maiorem habeant vacationem, ac temporis vſuram, ad orandum, non debent de hoc bono opere lapidari, dum inquam per indirectum angariata parte colonica ipſis effectualiter affertur præiudicium, vt ſupra.

31 Rursùs & huc confert ratio allata per Bartolum in l. placet, in fine, C. de ſacr. Eccleſ. dum ibi in propoſito dicit,

quòd velle collectare colonos Eccleſię, eſſet facere fraudem legi, quod optimè iuſtificatur ex antedictis, ſequitur Menoc. d. conſ. 136. nu. 8.

32 Huc etiam referendum eſt, quod in propoſito aduertit Menochius in eodem conſ. 136. nu. 22. 23. ſcilicet in connexis priuilegium perſonale tranſire etiam ad alterum contrahentem, quod latius multis exemplis comprobat: ſi quidem in connexis hic ea ratione dicimur verſari, quia effectualiter damnum reflectitur in caput ipſorum Eccleſiaſticorum, vt ſupra.

33 Neque huic argumento ſatiſfaciunt adducta per Menoc.
34 dicto caſu 562. num. 46. pro reſponſione ſcilicet. Primò, Eccleſiam lædi per indirectum, quando eius coloni grauarētur plus quàm coloni laicorum, quam reſponſionē etiam
35 affert Theſſ. dicta deciſ. 116. num. 9. Secundò procedere, quando onus imponitur colono, & in conſequentiam Eccleſiæ, quæ nōn tenetur: ſecus hic, vbi onus imponitur colono cauſa fructuum, qui ſunt ipſius, & ratione obligationis fundatæ in perſona ipſius, adeò quod non dicatur inferri dam-
36 num Eccleſiæ, ſed potius impediri lucrum. Tertiò, non at-
37 tendi damnum, quòd ſecundario alicui infertur. Verum inquam hæ tres reſponſiones ſatis leues ſunt, & non tollunt
38 vim argum. Nam ad primam replicatur, quod immò etiam in his terminis ſequitur damnum Eccleſiæ per indirectum,
39 vt ſup. oſtendi, & eſt notorium. Ad ſecundam replicatur, falſum eſſe, quod huiuſcemodi onera imponantur pro fructibus, ſed veritas eſt imponi pro bonis, vt hic ſup. num. 14. prout & falſum eſt, coloni perſonam eſſe obligatam, nā imò principaliter afficitur perſona domini deſcripti in cataſtro, vt ſup. eod. nu. 14. & non eſt verum, agi de impediendo lucro, nam Eccleſia nihil extrinſecus quærit, ſed id tantum ſatagit, vt per temporales collectas ius percipiendi ſicta ex bonis ſuis non diminuatur, quod propriè ſpectat ad conſer-
40 uandum, & ſic ad damnum euitandum. Ad tertiam verò replicatur, imò regulam eſſe in contrarium, quod ſcilicet prohibitum via directa, non debeat cenſeri permiſſum per

indi-

indirectum vt ſup. ſub num. 29. & oppoſitam concluſionem poſſe procedere quando non agitur de defectu poteſtatis. Et amplius reſiſtere alia ſequentia fundamenta.

41 Non etiam obſtat, quòd in aliquibus caſibus coloni Eccleſiæ teneãtur ad onera laica, vt ad gabellam portarum, vt ſup. num. 3. ſicut & emptores rerum Eccleſiæ, vt ſupra num. 4. quod tamen redundare videtur in damnum Eccleſiæ, nam ſi aliud eſſet, carius locaret, & venderet Eccleſia.

42 Quia in emptore eſt particularis ratio, vt infrà num. 59. in colono autem reſponſio, & diſtinctio pater etiam infra num. 50. & 62. hoc enim de damno indirecto non eſt perpetuum, ac indiſtinctè intelligendum, ſed iuxta diſtinctionem, de quaibi.

43 QVartò, quia admiſſa contraria opinione ſequeretur in abſurdum, tunc enim vel admitteremus Papam poſſe indicere onus ſuper eadem parte colonica bonorum Eccleſiæ, quæ præſupponitur teneri ad hæc onera laicorum, vel id negãmus. At vtrunque eſt abſurdum; Primum, quia ita fieret, quod coloni duplici onere grauarentur. Alterum etiam, quia ita fieret, quòd eſſet in facultate Eccleſiaſticorum lædere ius Papæ, locando bona ſua laicis, ut potè, cùm ſi ea non locarent, ſed ſumptibus proprijs colerent, ceſſaret iſta differentia partis colonicæ, ac dominicalis, ſed indiſtinctè poſſet Papa ſuper vniuerſis bonis, & fructibus imponere onus, ergò. Ita Petrus de Vbaldis in d. conſ. 2. poſt tract. de collect. ſub num. 4. verſ. Primò, & Syluan. d. conſ. 9. nu. 13. & iterum infra nu. 22. vtentes hoc argumento in duriori caſu, ſil. ad probam. quod laicus emphyteuta Eccleſiæ non teneatur ad iſta onera laicorum.

44 QVintò, quia omnes admittunt, quòd quando immunitas eſt realis, & non tantum perſonalis, ſeù mixtà, tunc etiam coloni ſunt præſeruandi immunes pro parte ſua colonica, gl. in clem. 1. verbo, excolendas, in verſ. Sed nũquid, de decim. ſequitur Abb. in c. ex parte ſua, il pri. de decim. num. 4. & iterum ſub num. 5. verſ. Vndè placet. & Socin. ſen. in conſ. 297. col. 3. num. 6. vol. 2. & Bart. in dicto §. mercato-

res.

res Dec. dicto conſ.48. in pri. arg. Sylu. dicto conſ.9. ſub nu. 22. verſ. Verum, Burſ. conſ. 25. num. 5. lib. 1. Gaſpar Ant. Theſſ. ad d. deciſ. 116. col. antepen. verſ. Et pro fundamento, latè Decian. d. conſ. 51. num. 14. 15. 16. lib. 3. Botta dicto conſ. 87. nu. 31. & 32.

45 Eſt autem perſonalis, ſeù mixta, quando conceſſa eſt perſonis pro rebus, vt erat in caſu Socini, realis autem quando etiàm dictum eſt, quòd bona ipſa ſint immunia, vt declarat Abb. in d. c. ex parte, vel quod ipſa bona ſint exempta ab omni onere, Decian. dicto conſ. 51. nu. 14. lib. 3. vt ita ſit diſcrimen, an verba ipſa inducentia immunitatem ſint principaliter relata tantum ad perſonas, an verò etiam ad res, quare gloſ. in dicta clem. pri. admonet diligenter animaduertẽdum eſſe ad verba priuilegij.

46 At immunitas, de qua agimus eſt dicto poſteriori modo concepta, vt in l. placet. C. de ſacr. Eccl. in illis verbis, ne prædia vſibus cæleſtium ſecretorum dedicata ſordidorum munerum fece vexentur nil extraordinarum ab hinc, ſuperindictumuè flagitetur, quæ verba recitantur etiam, & approbantur in c. generaliter. §. nouorum. 16. q. 1. Accedit tex. in auth. de Eccleſiaſticis titulis, in §. ad hæc ſancimus, in illis verbis, ſancimus omnium ſanctarum Eccleſiarum, & omnium venerabilium domorum poſſeſſiones, neq; ſordidas functiones, neq; extraordinarias deſcriptiones ſuſtinere; & alia iura idem probantia, accumulat Menoch. dicta cent. 6. caſu 562. ſub num. 20. verſic. Secundus eſt caſus. Et probat etiam Syluanus vbi ſup. ſub d. num. 22. dicens, quòd bona Eccleſiæ non ſunt exempta ſolum contemplatione perſonarum, ideſt Religioſorum poſſidentium, ſed ipſorum etiam bonorum cauſa; nempè, quia Deo ſunt dicata, & ſacra, §. ſacræ, inſtit. de rer. diuiſ.

47 Neque huic argumento ſatiſfacit reſponſio Gaſparis Antonij Theſauri vbi ſup. col. antepen. verſ. Et pro fundamento. negantis eſſe immunitatem realem, per inſtantiam, quia ſi eſſet realis tranſiret etiam ad emptores rerum Eccleſię, quod tamen ſecus contingit, quia (inquit ipſe) immuuitas

hæc

hæc principaliter conceditur perſonis Eccleſiaſticis, & ſecundariò rebus.

48. Quia conſiderandum eſt, quod immunitas aliquando eſt merè perſonalis, aliquando merè realis, aliquando principaliter rebus conceſſa, & perſonis ſecundario, & demum aliquando viceuerſa perſonis principaliter, & rebus ſecundario conceſſa, de quibus duabus vltimis ſpeciebus meminit idem Theſaurus iun. vbi proximè ſupra. Inter illam verò merè realem, & aliam tertio loco recenſitam, quæ ſil. rebus principaliter, & perſonis ſecundario conceditur, hoc inter eſt, quòd illa tranſit ad quemcunque poſſeſſorem ipſius rei, iſta autem ſecus; neque tamen infructuosè dicitur realis; hoc enim operatur, quod etiam coloni præſeruantur immunes, quod tamen ſecus obtineret in merè perſonali, vt ſupra, & talis quidem eſt immunitas conceſſa rebus Eccleſię, quod vel ſatis patet ex illa adiectione, Eccleſiæ, hinc enim ſatis colligitur hanc realitatem non operari, niſi quatenus ſunt penes Eccleſiam, & ita eſt de mente Doctorum, quos hic paulò ante citaui, ad hoc, quod immunitas iſta ſit realis, nam benenouerunt, & ipſi, eam non eſſe merè realem, quia non tranſit in laicum emptorem, ſed intellexerunt realem, ideſt rebus principaliter, & perſonis ſecundario conceſſam. Vnde etiam patet æquiuocatio Theſauri confundentis haſce duas ſpecies realitatis.

49 SExtò deniq; mouet me auctoritas eorum, qui ita ſcripſerunt, videl. Bart. in l. placet in fin. C. de ſacr. Eccl. & in d. l. colonos nunquam. & in d. l. hi penes quos, C. de agr. & cenſ. Abb. in d. conſ. 9. in quarto quæſito, Grat. in conſ. 130. num. 11. lib. 1. Duen. in regula 100. in c. cleric. in 2. ampliat. poſt Baldum, quem ipſe allegat in l. 1. C. de epiſc. & cleric. & in d. l. hi penes quos. C. de agr. & cenſ. lib. 11. Burſ. dicto conſ. 25. per totum, lib. 1. atteſtans de communi poſt Bartolum, Baldum, & Abbatem, alibi etiam, quam in locis hic proximè allegatis; Imolam, Ioan. Maurit. Ruyn. Alciat. Capyc. Carrar. Ripam, Gramm. & Concennat. quos omnes ſuis in locis ſigillatim recenſet. Decian. d. conſ. 51. num. 11.

lib. 3.

lib.3. loquens de colonis Equitum Hieroſolymitanorum. Et iterum Decian. ibidem infra num. 42. magiſtraliter etiam Botta videndus in conſ.87. vbi num.2. præter iam citatos affert concordantes Accurſium, & Parpaliã, ſignanter etiam videndus Natta in d. conſ.409. per totum. Eugen. d. conſ.96. Zabarella, Berous, Vincentius Saluiolus, Auguſtinus Iannetus, Thomatius, Feſtaſius, Portius, & Coppinus relati à Menochio in dicto caſu 462. num. 45. Zuccardus apud Riminaldum ſen. dicto conſ.739. per totum, præcipuè nu.7.8. & ſub num.11. verſ. ſecundò, lib. 4. Ludouicus Cattus apud eundem Rim. ſen. conſ. ſeq. 740. per totum, addens etiam ibi num.6. vltra iam hic allegatos Barbatiam, Summam Angelicam, Decium, & Petrum Antibolum, & iterum idem repetit Cattus ibidem infra ſub num.12. verſ. Et vltra, dicens hoc eſſe expeditiſſimum, & ſine vlla dubitatione, & addens concordantes Plateam, & Alexandrum, ſic etiam Gallia in celebri conſ.59. nu.76. loquens ſpecificè poſt Zucch. & Cattum vbi ſup. de oneribus ad hoſpitationes militum, & tranſitum exercitus ſpectantibus, iuncto ſup. num.49. addens ibidem concordantes Albam, Pariſium: Carocius de loc. par.4. tit. collect. fol. mihi 210. magnæ impreſſionis. num.4. addens ibidem concordantes Borgninum, Anton. Angoſſi Rim. iun. & Cabal. in locis ibi per eum allegatis. Qui Doct. omnes ſumpto calculo aſcendunt ad numerum quadraginta ſex, adeo quòd deficiat Menochius, dum in præcitato proximè loco enumerat pro hac opinione tantum quindecim Doctores.

QVO ad Tertium ex his adductis, inter alia multa, quæ adduci poſſent, vt omnibus innoteſcat, quod non obſtant contrariorum rationes adductæ, nec officiunt, &c.

50 AD primum enim reſpondetur. Primò, Federicum loqui in gabella, quæ eſt onus merè reale, quod ad colonum ſpectare ſupra admiſimus, num.12. ita reſpon. Natta dicto conſ.409. ſub nu.6. verſ. Ex ſuperioribus, & Burſ. dicto conſ.25. ſub nu.3. verſ. Quia primo reſp. & ſeq. num.4.
51 lib.1. & aduertit Natta, quòd licet Federicus dicat colonum

tene-

teneri ad gabellam, & alia onera, tamen intelligendum eſſe de alijs pariter realibus, quia exempla declarant in quibus
52 terminis diſpoſitio generaliter pronunciata procedat; verbi gratia (inquit Natta) in decimis, vel ſi dominus ſtatueret, quod quilibet habens frumentum teneretur certo pretio vendere militibus, vel portare ad exercitum, nimirum, quia
53 hæc onera ſunt merè realia. Secundò, reſp. procedere in fructibus iam perceptis, quia amplius non ſunt cohærentes rei Eccleſiaſticæ, ſed tanquam effecti colonorum dicuntur Laici, nos autem loquimur de collecta, quæ imponitur pro rebus quæ non ſunt colonorum, ita reſp. Petrus de Vbaldis in dicto conſ. 2. poſt tract. de coll. num. 10. quem ſequitur Syln. dicto conſ. 9. ſub num. 25. verſ. Ad conſ. & Burſat. dicto conſ. 25. ſub num. 3. verſ. Quia primo reſpon. & ſeq. nu. 4. lib. 1. & alij relati per Decianum in conſ. 51. nu. 4. & 5. lib.
54 3. dum dicit, rationem eſſe, quia onus hoc reſpicit fructus, qui ſunt in dominio coloni, & pulchrè etiam Botta dicto conſ. 87. nu. 32. dicens aliud in collecta, quia imponitur perſonæ pro bonis, ac terris, ſic etiam Eugen. dicto conſ. 96. nu. 13. & Cattus apud Rim. ſen. dicto conſ. 740. ſub num. 12.
55 verſ. Quamuis. Tertiò reſpon. diſtinguendò inter onus annexum contractui, & ſeparatum ex Baldo, & mox in reſpon-
56 ſione ad tertium argumentum, num. 59. Quartò reſpondeo ego, adeſſe magnam, & optimam rationem differentię, quia gabella ad portam non exigitur, tanquam à colono cuiuſquam; ſed collecta indicitur, & exigitur tanquam à colo-
57 no. Quintò, reſpon. eſſe diſcrimen, quia ſi colonus eſſet immunis à gabella, eadem etiam ratione deberent eſſe immunes alij ementes ab ipſo colono, & ſic deinceps; id enim totum redundaret in vtilitatem Eccleſiæ; quæ ideò carius locaret, at infinitas eſt euitanda; ergò. At hæc ratio ceſſat in
58 collectis, & oneribus, quæ imponuntur colonis Eccleſiæ; Et ex his tribus potiſſimum vltimis reſponſionibus colligere licet quando habenda ſit ratio damni, ac commodi quod per indirectum affertur Eccleſiæ.
59 Ad ſecundum verò, vltra quinque reſponſiones ad pri-

mum

nium præcedens contrarium argumentum proximè recenſitas, quæ pariter, & huic ſecundo cõueniunt, additur etiam ſexta reſponſio, Bartolum eo loci poſt Dynũ loqui de ementibus fructus ab Eccleſia ad negotiandum, quo caſu intrat particularis ratio, quare ad gabellam teneantur, quia ſil. immunitas conceſſa nunquam extenditur ad ea, quæ negotiationis cauſa emuntur, ac venduntur, etiam in perſonis ipſorummet Eccleſiaſticorũ, ita declarat Specul. tit. de immun. Eccleſ. in fin. princip. Zabarella in conſ. 12. ſub num. 2. vbi ita nuncupatim explicat mentem Bartoli, prout & Menochius in d. conſ. 136. ſub nu. 24. verſ. Non obſtat quartum, iuncto ſup. num. 5. poſt alios communiter, quos ibi recenſet, ſil. glo. Card. Im. Gem. Franc. Salyc. & Pract. Pap. in locis per eũ allegatis, Guido Pap. Alex. iaſ. Dec. Rip. Tiraq. Ruyn. Bero. Card. & Bertach. admonens, vt benè aduertatur eos verè loqui in his terminis, & hac præcipua ratione moueri.

60 Et ſi hic retorqueatur argum. ex eo, quòd coloni pro ſua portione colonica videantur quodammodo negotiatores, & mercatores, vt in ſpecie arguit Men. d. lib. 2. cent. 6. caſu 562. nu 41. & 42. Reſpondetur non eſſe intelligendum de tali negotiatione, ſed de eo qui emit ad reuendendum, & ita verè loquuntur Doct. & vlterius etiam quò ad colonos, licet aliquo improprio modo dici poſſint negotiatores, tamen adhuc quò ad eos militarent alia fundamenta ſuperius recenſita, quæ in alijs negotiatoribus, & mercatoribus non verificantur, ideo non eſt facienda illatio.

61 Præterea idem Bartolus in d. §. mercatores. limitat oppoſitam concluſionem non procedere in oneribus extraordinarijs, per tex. in l. 1. C. de priuil. domus Aug. & ſequitur Ioan. de Amicis dicto conſ. 18. num. 6. & Menoch. dicto conſ. 136. num. 21. poſt Decium in dicto conſ. 48. ibi, ab eo allegatum. At huiuſcemodi ſunt onera hæc, de quibus nos agimus, ergò.

62 Ad tertium reſp. vt ſup. ad primũ, ita Eugen. dicto conſ.
63 96. num. 14. Vel & ſecundo retorquetur argumentũ, nam onera iſta dicũtur annexa contractui inito inter Eccleſiam, & colo-

& colonum, vt rectè conſiderat Syluanus in d. conſ. 9. ſub num. 19. verſ. Et hanc concluſionem, quia inquit ipſe, onus ſeparatum, & ex interuallo contingens eſt exempli gratia, gabella, quæ ſoluitur ad portam Ciuitatis, quæ vtiq; poteſt euitari vendendo fructus in Comitatu, adeo quòd de illa non non poſſit haberi certa ratio, quod ſecus hic contingit; vt
64 patet. Vel & tertio reſpondetur, loqui Baldum in decima, in qua repugnat auctoritas, & iuriſdictio collectandi, quia præſtatur Eccleſiæ, ita Eugen. dicto conſ. 96. numer. 16. & 17.

65 Ad quartum reſpondetur, per locationem non mutari conditionem perſonæ dominantis, ſiuè dominium, ſiuè vtilitatem, & commodum inſpiciamus, quia adhuc perſona locatrix rem tenet domina, & immunitas in ipſius ſolius cõmodum redundat, vt ſup. oſtendi; Et ſic potius argumen. retorquetur. Præterea ceſſat hæc oppoſita concluſio in immunitate reali, Syluan. d. conſ. 9. num. 22. qualem eſſe hanc oſtendi ſup. in quinto argumento. Inſuper intrat aliud argumentum damni per indirectum Eccleſiæ illati, de quo hic ſup. num. 29.

66 Ad quintum reſpondetur, quod imò de iure videtur verior opinio contraria, quod ſcilicet emphyteota laicus bonorum Eccleſiæ ſit immunis pro ſuo vtili dominio, ſicut ſi tota res pleno iure eſſet penes Eccleſiam, vt poſt Bartolum, & alios multos tenet Eugen. d. conſ. 96. num. 22. & latius quoque tuetur nouem argumentis, Syluanus d. conſ. 9. per tot. reſpondendo omnibus contrarijs; ſaltem ſub diſtinctione, an emphyteuſis ſit cõſtituta pro modico canone, vel pro magno, vt priori caſu militet oppoſitio, ſecus altero caſu; quia tunc ſapiat naturam locationis, prout opiniones concordando diſtinguit Brun. in dicto tract. de ſtat. excl. fœm. art. 8. q. 22. col. antepen. verſ. in ea igitur q. vſq. ad fin. qua diſtinctione attenta ſequitur retorcutio argumenti.

Præterea vbi admittamus oppoſitionem veram in emphyteuta, aliud tamen erit dicendum in colono, vt expreſsè notat idem Bald. in contrarium allegatus in d. l. 1. C. de iur.

col-

emphyt. in d. verſ. Sexto, & ratio differentiæ eſt, quia emphyteuta habet ius in re, & poſſidet, ſecus in colono, Alex. in conſ. 4. ſub nu. 7. verſ. Et ex prædictis, lib. 5. & conſ. 35. num. 12. lib. 4. Imò vtile dominium emphyteutæ nunquam fuit penes Eccleſiam dominam, ſed de nouo creatur in conſtitutione ipſius emphyteuſis, vt not. idem Syluan. vbi ſup. nu.

Afferr etiam aliam rationis diuerſitatem, Botta in d. conſ. 87. nu. 28. quia ſcilicet in emphyteuſi non ſit conſiderabile illud præiudicium indirectum Eccleſiæ, de quo hic ſupra dixi in tertio argumento; ea quippè ratione, quod canon emphyteuticus magis ad recognitionem ſuperioritatis detur, quam ad lucrum, & crumenam implendam.

67 Ad ſextum reſpon. totum hoc damnum finaliter, & effectualiter in caput Eccleſiæ reflecti, vt ſup. num. 29. ergò.

68 Secundò reſpon. agi de immunitate reali, ac ideò etiam colonum illa frui debere pro ſua parte colonica, vt ſup. nu. 44.

69 Tertiò reſpon. hæc onera mixta non imponi pro fructibus, ſed pro bonis ipſis, vt ſup. num. 14. & ideò non obſtare hoc argumen.

70 Ad ſeptimum reſpondetur, imò magis communem opinionem eſſe in contrarium, vt ſupra hic nu. 49.

71 Ad octauum reſpon. procedere in caſu neceſſitatis alias omninò ineuitabilis, adeò quod neceſſe ſit, conſtare, quod niſi tales immunes & ipſi ſoluerent, euitari non poſſet illa neceſſitas, vt latè proſequitur Deciã. videndus in dicto conſ. 51. num. 31. & infrà ſub num. 40. verſ. Tertiò reſpondeo, lib. 3. & pulchrè Botta in d. conſ. 87. num. 48. dicens id procedere in periculo imminenti, puta quando hoſtes ſunt vicini, & ciuitates quolibet momento vexantur, & ſic dubium eſt de ſtatu perſonarum, & quod in his terminis procedit deciſio Olaſchi 68. quæ in contrarium ſolet allegari, & aliorum communiter, accedit Zuccardus apud Riminaldum ſen. d. conſ. 739. col. fin. verſ. Quare non teneantur, vol. 4. dicens contraria procedere, quando talia onera à laicis non poſſunt aliàs que ſubſidio Religioſorum explicari, & atteſtans de communi; ſic etiam Ludou. Cattus ibid. apud eundem

Rim.

72 Rim. ſen. in d. ſeq. conſ. 740. num. 7. addens etiam, quod eo in caſu neceſſitatis ipſi Eccleſiaſtici, & eorum coloni non debent coacti ſoluere, ſed ſponte, conſulto prius eorum Superiore, & poſt etiam Pontifice, vt ita quinque ſint neceſſaria, ſil. Primò, maxima neceſſitas. Secundò, vtilitas communis. Tertiò, quod laici non poſſint ſupplere. Quartò, quod ſponte faciant. Et demùm quinto, quòd conſulto Pontifice, poſt Abbatem, & alios canoniſtas communiter;

73 Et fortius prædicta locum habent, quando non agitur de particulari vtilitate Eccleſiaſticorum, ſed in communi tantum, vt latè per Cattum, vbi ſup. num. 8. per tot. Et rurſus ante d. nu. 8. verſ. Præterea, & ſub eod. num. 8. verſ. In caſu autem iſto. dicit animaduertendum, an talis neceſſitas potuiſſet euitari, ſed acciderit per malam adminiſtrationem gubernantium, quod & repetit infra in verſ. Secundò moueor.

74 Ad nonum deniq; reſpon. quod imò fauorabilis eſt cauſa Religioſorum circa immunitatem Eccleſiaſticam conſeruandam, attenta ratione finali, quare illis debeatur, vt per Decian. in d. conſ. 51. num. 45. 46. & 47. lib. 3.

75 Ita quod ex his clariſsimè pateat, colonos Eccleſiæ ita eſſe præſeruandos immunes pro ſua parte colonica, ſicut ipſa Eccleſia, præſertim quia totum hoc commodum, vel incommodum finaliter, & effectualiter reflectitur in caput ipſius Eccleſiæ.

76 Data autem, non tamen conceſſa per modum ſuppoſiti contraria opinione, ad quam præcipuè allegatur Theſaurus ſenior, & iunior in d. deciſ. 116. Tamen ea contraria opinio patitur aliquas fallentias, quæ noſtro caſui conueniunt, &

77 Primò fallit ea contraria opinio quò ad hoſpitationes militum (de quibus nunc nos agimus) ita limitat d. Theſaurus iun. in addit. ad d. dec. 116. Theſauri ſen. in fi. verſ. Teneo tamen, ea ratione, quia non ſit de honeſtate, vt in bonis, &
78 domibus Eccleſiaſticis milites hoſpitentur; Et addit, quod neq; etiam tenebuntur ad collectas, quæ ratione talium ho-

ſpitationum imponuntur; & ita iudicaſſe Senatum illum, exiſtente tunc Præſide doctiſſimo Amadeo à Ponte, idem notat Botta in conſ.87. col. fin. verſ. Et in omnem, quod ſi. coloni Eccleſiæ immunes ab hoſpitationibus militum, debent etiam eadem ratione præſeruari immunes ab alio onere illius loco ſubrogato per regulam ſubrogati, vt etiam argumentatur Rol. conſ.2. nu.31. vol.4. & Alba conſ.62 num. 28. & Ripa lib.2. reſp. cap.20. nu.4. Plot. in ſuo repert. verbo, decretum Mediol. ſub rubr. de oneribus, verſ. Et qui nõn
79 tenetur. Amplius ego pro confirmatione huius fallentiæ cõſidero rationem differentiæ inter hoſpitationes militum, & alias collectas, quæ pro parte colonica exigi ſolent, quia licet hæ imponantur pro rebus, tamen effectualiter exiguntur à colonis, qui ſoluunt de parte ſua, quæ non eſt Eccleſiæ; at verò hoſpitatio fit in ipſis domibus, quæ ſunt Eccleſiæ, vt
80 etiam aduertit Cattus, de quo proximè infrà, ergo. Probatur etiam ex textu in l.1. C. de epiſc. & cler. vbi dicitur clericos cum eorum mancipijs eſſe immunes ab hoſpitationibus militum, quod Accurſius ibi in fi. dicit contingere ſpeciali fauore Eccleſiæ, quod etiam notat Cattus apud Rim. ſen. vbi ſupra d. conſ.740. ante num. 13. verſ. Tamen quia, vol. 4. vt ſic pateat in hoſpitationibus militare particularem rationem.

81 Secundò etiam fallit, quando colonus paciſceretur cum ipſa Eccleſia, ſeu clerico, quod etiam ſua portio fructuum pro ſua parte colonica eſſet immunis, ita limitat D. Menoch. d. caſu 562. nu.56. poſt Marcabrunum, quem ipſe allegat in conſ.18. nu.39.

82 Tertiò fallit, quando in impoſitione onerum ſuper parte colonica non habetur ratio deductionis operarum, & impenſarum factarum ab ipſo colono: ita admittit Theſ. d. dec. 116. ſub d. nu. 16. verſ. Nec obſtat. & ego latius retuli ſup. hic num. 18. vbi etiam oſtendi ita contingere in hoc Statu Mediolani.

83 Quartò fallit, quando collecta imponitur non pro fructibus, ſed pro bonis, ſic fatetur Theſ. d. dec.116. ſub num.14.

verſ.

verſ. Abbas autem, & infrà in verſ. Ad auctoritatem. at ita eſt in hoc caſu noſtro, vt oſtendi hic ſup. nu. 14.

84 Quintò fallit, quando agitur de immunitate reali, ideſt rebus ipſis conceſſa, ſic admittit Theſ. in c. deciſ. 116. col. pen. in fi. verſ. Reſponderi poterit, & ita eſt in caſu noſtro, vt ſup. oſtendi num. 44. ergo. Hæc autem fallentia deſtruit pænitus dictam contrariam opinionem: in hoc autem conſiſtit diſcrimen, quod ipſi contrarij negant immunitatem Eccleſiæ eſſe rebus conceſſam, cuius tamen contrarium ſupra oſtendi d. nu. 44.

Ex his ſupradictis omnibus (omniſſis priuilegijs, de quibus in Appendice, & vltra dicemus) pluſquam ſatis, & valde conſtat iuxta meram diſpoſitionem in puris terminis iuris communis, Eccleſiaſticorum cauſam, & eorum iura eſſe in tuto, & pro veritate iudicandum eſſe omninò de iure pro illis, etenim ſemper fauendum eſt Eccleſiæ immunitati, maximè inter catholicos, etiam ſi res eſſet dubia, quod non eſt. l. ſunt perſonæ, in fin. ff. de relig. & ſump. fun. c. ex tenore, Abb. in ſept. not. & alij, extr. de for. comp. vt in indiuiduo notat Dec. in d. conſ. 51. num. 45. 46. & 47. lib. 3.

His addemus inſignem bimembrem appendicem. Primam circa valorem Priuilegiorum. Secundam circa eorum poſſeſſionem, & conſuetudinē: Et pro Corrolario ad abundantiorem doctrinam, & deffenſionē oſtendemus diſp. Nou. Conſt. lib. 4. cap. 1. de oneribus. §. oneribus taxarum, &c. non afficere Eccleſiaſticas perſonas, nec laboratores bonorum eorundem; neq; vllo modo obſtare eorum Priuilegijs.

APPENDIX PRIMA.

85 IN hac prima Appendice, quę reſpicit Priuilegia Eccleſiaſticorum duo videnda ſunt.

Primò, An comprehendant onera hoſpitationis militum, & anexa.

Secundò, An comprehendant etiam partem colonorum.

86 Quò ad Primum, fundatam habent intentionem illi Ec-

cleſiaſtici inter alios, qui gaudent Principum Priuilegijs, vt ſunt Monaci S. Petri in Glaſiate, & Fratres S. Mariæ Gratiarum Mediolani, & alij, ſuper generalitate verborum eorum
87 priuilegiorum, nam qui omne dicit nihil excludit l. Iulianibus ad exhib. & verba generaliter prolata, ſunt generaliter intelligenda. l. 1. §. & generaliter, de leg. præſt. & eo adhuc magis ſtante inculcatione, & geminatione verborũ ad idem, vt in illis videre eſt. arg. l. baliſta ad treb. & ibi not. & per euer. in topica in eo loco, nam inter alios effectus geminationis ille eſt, vt ſtrictionem impediat. vt ibid. not.

88 Neque obſtat, quod in priuilegio immunitatis generaliter conceſſę ab oneribus non comprehendantur onera propter bellum impoſita, tanquam quod ad communem vtilitatem, ac deffenſionem ſint neceſſaria, atq; ideò ab illis nemo debeat præſeruari immunis, vt poſt Dynum not. alij Doct. in l. ſi ex toto, ff. de leg. 1. & not. Decian. dicto conſ. 51. num. 1. lib. 3. & latiſſimè ex amplificans Natta conſ. 64. in princip. vſq; ad num. 10.

89 Reſpondetur enim, non procedere hoc, quando verba priuilegij ſunt multum vniuerſalia, prægnantia, & geminata, vt ſunt priuilegia immunitatis Eccleſiaſticæ, & clauſa in corpore Iuris omnibus communia, & conceſſa ſingulariter ſupradictis Monacis, & Fratribus tũc enim comprehenduntur etiam onera quantumcunque inſolita, & priuilegiata, vt belli, & penuriæ, & ſimilium, ſic poſt Alex. & alios in d. l. ſi ex toto reſpondet, & latè not. idem Decian. vbi ſup. d. conſ. 51. nu. 40. iuncto ſup. nu. 22. lib. 3. & Io. Botta in conſ. 87. nu. 15. 16. & infrà ſub nu. 48. verſ. Rurſus, & nu. 49. & 50. poſt alios communiter per eum recenſitos, Natta in d. conſ. 63. num. 11. vſq; ad 18. verſ. Præterea, & iterum infrà ſub nu. 21. verſ. Ad primum. vbi loquitur ſpecificè de onere impoſito pro militum hoſpitatione, latè etiam Rim. Iun. conſ. 27. num. 16. cum pluribus ſeq. iuncto ſup. num. 9. cum ſeq. & in proprijs noſtris terminis Boſſius de Principe ſub nu. 175.
90 verſ. Niſi tamen. Et tanto fortius in caſu noſtro, quanto priuilegia ſunt multo amplioribus verbis concepta, quàm ſint

exem-

exempla allata per prӕcitatos Doctores.

91 Neq; ſpecifica expreſſio aliquorum onerum reſtringit generalitatem verborum, Botta vbi ſup. nu. 15. & 16. preſertim ſi poſt aliqua ſpecificata addita ſunt hӕc verba, & etiam ab omnibus alijs oneribus, vt eſt in caſu noſtro, nam talia verba implicant maiora expreſſis. Natta vbi proximè ſup.

92 nu. 14. & 15. Imo creſcit vis argumenti, ſi ab expreſſis arguamus. Primò, quia expreſſum eſt de ordinarijs; nam regulariter immunitas conceſſa intelligitur tantum de extraordinarijs, Rim. iun. d. conſ. 27. num. 4. vnde ſi expreſſum eſt, quod minus ſolet includi, fortius intelligenda ſunt eſſe incluſa quӕlibet extraordinaria, ſic in puncto not. Deciā. d.

93 conſ. 51. num. 22. Secundò, quia quicquid ſit quoad alios, certum eſt quò ad Religioſos militare particularem rationem, vt magis debeant prӕſeruari immunes ab hoſpitationibus militum, quàm ab alijs cuiuſcunque qualitatis oneribus, vt probaui ſup. num. 77. Vnde ſi expreſſum eſt de alijs, fortius intelligendum eſt eſſe comprehenſum iſtud hoſpita-

94 tionis. Tertiò, quia expreſſum eſt de contributionibus pontium, ac itinerum, ſeù viarum, ad quӕ tamen ſecundū magis communem Eccleſia videtur teneri, vt poſt Iac. de Ra. Iac. de Aret. Cyn. Azo. Dyn. & Oldr. not. Albr. & Caſtr. in l. ad inſtructionem. C. de ſacr. Eccleſ. Zabarell. in c. non minus, num. 9. poſt Rayn. de Forlin. extra de immu. Eccl. & in clem. 1. q. 17. de vit. & hon. cler. Salyc. in d. l. placet, ſub nu. 5. Iſern. in c. 1. §. illicitas, de pac. iur. fir. Guid. Pap. q. 78. Alex. conſ. 67. col. 5. lib. 1. Ripa in l. ſi ſe non obtulit. num. 31. de re iud. Ioann. Lecirier. de primog. q. 24. lib. 1. num. 23. Natta conſ. 183. col. fin. & conſ. 215. in princip. & conſ. 280. col. fin. vbi de comm. & Rim. iun. conſ. 2. num. 1. vbi pariter de comm. nam ſi expreſſum eſt, de quo minus, ergo, & de quo magis.

95 Neque etiam obſtat Plot. in l. ſi quando C. vnde vi. nu. 20. dicens, quod priuilegium conceptum per verba generalia, ab omnibus oneribus, &c. non comprehendit onus hoc hoſpitationis, ſicut nec taxӕ equorum, ſed quod requiritur

ſpecifica, & indiuidua derogatio, ita diſponentibus Nou.
96 Conſt. tit. de oneribus. §. oneribus. Tum quia procedit hoc
reſpectu priuilegiorum ab ipſis Nou. Conſtit. citra conce-
97 dendorum, & ita ipſe loquitur, & non eſt dubium. Tum
etiam quia non loquitur ipſe in caſu tantæ generalitatis, in-
culcationis, & geminationis verborum, vt eſt in priuilegijs;
98 Tum denique quia non loquitur, quando priuilegium in-
cludit expreſsè caſus magis priuilegiatos, vt sūt priuilegia ſu-
pradictorum RR. Monacorum, & Fratrum.
99 Reſpondetur ſecundò, pariter non procedere, niſi præ-
ſuppoſita omnimoda, ac ineuitabili neceſſitate, cui per lai-
cos ſuppleri non poſſet, ita Decian. d. conſ. 51. ſub num. 40.
in tertia reſpon. iuncto ſup. ſub nu. 31. 32. 33. lib. 3. fusè etiam
Natta d. conſ. 63. nu. 21. præcipuè quando quò ad alios non
immunes agitur de modica læſione.
100 Reſpondetur tertiò, etiam non procedere oppoſitam
concluſionem, quando priuilegium nō eſt merè gratuitum,
ſed conceſſum fuit ob benemerita, Decian. vbi prox. ſup. ſub
d. num. 40. in ſecunda reſp. iuncto ſup. nu. 26. & 27. loquens
de priuilegio immunitatis conceſſo Equitibus Melitenſibus;
101 quia pro Chriſtianitatis deffenſione pugnant: Et idē dicen-
dum eſt generaliter de priuilegio conceſſo alijs Religioſis, vt
orent apud Deum pro deffenſione, ac conſeruatione Prin-
cipis cōcedentis, vt factum eſt in caſu noſtro, vid. iuxta ver-
ba ipſorum priuilegiorum; quò ſil. melius, & commodius
queant ac frequentius pro nobis, ſtatuſq; noſtri conſerua-
tione ad omnipotentem Deum preces effundere; vnde hac
ratione dicit Botta d. conſ. 87. nu. 37. priuilegia eſſe fauorabi-
lia, & latè intelligenda.
102 Reſpondetur quarto loco, procedere oppoſitam con-
cluſionem reſpectu onerum ex poſt imponendorum cauſa
belli ſuperuenientis, prout ita expreſsè loquuntur Doct. om-
nes poſt Dynum in d. l. ſi ex toto, de leg. 1. At verò taxa equo-
rum eſt iam effecta onus ordinarium, vti comprehenſum in
ipſis Conſtit. & not. in puncto Lancellot. Gall. conſ. 59. nu.
9. vnde difficultas remaneret ſolum quò ad hoſpitationes,
quò

quò ad quas intrant aliæ tres præcedentes reſponſiones.

103 Reſpon. demum quinto loco, procedere oppoſitã concluſionem in priuilegio derogatorio iuris communis, ſecus quando eſt illi conforme, vt eſt hoc circa immunitatem Eccleſiaſticorum, & eorum colonorum, vt ſup. oſtendi in primo articulo, ſeu capite, & ita in puncto reſp. Botta vbi ſup. nu.17. dum dicit, priuilegium immunitatis hoc caſu nullam pati reſtrictionem.

104 Et ex his etiam tollitur, quod opponi poſſet de præiudicio tertij inde reſultante, ſtante quod iſta onera ſubtracta immunibus non cedant damno Principis, ſed aliorum non exemptorum, & ſtante, quod Princeps licet poſsit, non tamen præſumatur voluiſſe præiudicare tertio, ſed tantum

105 Cameræ ſuæ. Nam ceſſat difficultas, ſtante tanta verborum generalitate prægnantia, & geminatione; conſtat enim tunc apertè de voluntate Principis, prout in ſpecie ſic reſpondet Rimin. iun. d. conſ.27. nu. 23. Ac etiam ſtante clauſula, motu proprio, & illa alia, de plenitudine poteſtatis, & illa alia, ex certa ſcientia, vt in puncto ſic reſpon. idem Rim. ibid. nu.24. cum plurib. ſequen. & Natta d. conſ. 63. nu.19. & 20. Et omnino ſumus in claris, ex quo de alijs oneribus, quæ ſunt maioris importantiæ, non dubitatur.

106 QVO ad ſecundum vero, verſamur in claris, nam expreſſum eſt de maſſarijs, fictabilibus, penſionãtibus, inquilinis, partiarijs, molendinarijs, & reddituarijs pro bonis, & fructibus cuiuſcunque generis dictorum Eccleſiaſticorum, & etiam multo amplioribus verbis, vt in eorum priuilegijs videre eſt.

107 Sed etiam ſi non ita expreſſum fuiſſet, tamen idem eſſet dicendum, ſtante quod iſta immunitas fuit conceſſa bonis ipſis, & fructibus ipſorum bonorum, imò omnium Eccleſiaſticorum ex iure, nam hoc caſu de ipſa immunitate gaudent etiam coloni pro eorum parte colonica. Gratus dictus conſ. 130. nu.5. lib.1. & Burſat. conſ.25. lib.1. & conſ.42. num.21. Botta dicto conſ.87. nu.25. & 29. Zucchard. apud Rim. ſen. d. vol.4. d. conſ.739. num.10. Decian. d. conſ.51. nu.14. & 15.

108 lib. 3. Imò & idem eſſe, quando priuilegium eſt perſonale, tenet Gratus vbi ſup. nu. 6. & 8. quia coloni ſunt miniſtri neceſſarij, & acceſſorij ad prædia, & quia partiarij ſaltem ſunt largè ſocij, vndè ad iſtos facienda eſt extenſio; Idemq; particulari ratione de priuilegio conceſſo Religioſis omnibus, dixit Zuccardus vbi proximè ſup. nu. 9. fi. vt plenius reſultare poſſit effectus, & ſcopus habitus per Principem in conceſſione illis facta.

109 Idemq; etiam dicunt Doct. quando in ipſo priuilegio immunitatis continetur, quod Princeps recepit bona ipſius priuilegiari ſub ſua protectione, nam, & tunc immunitas dicitur realis, ideoq; prodeſt etiam colonis. Decian. d. conſ. 51. nu. 16. lib. 3. At ita eſt in caſu noſtro, imò vniuerſalis immunitatis Eccleſiaſticæ.

APPENDIX SECVNDA.

110 IN Secunda autem Appendice, quæ reſpicit poſſeſſionem actiuam, ſiuè paſſiuam ipſorum Eccleſiaſticorum Priuilegiatorum circa ſolutionem horum onerum, de quibus nunc agimus.

111 Præmitto Eccleſiaſticos ſupradictos habere fundatam intentionem, tàm de iure communi, quam ex eorum Priuilegijs, vt ſupra.

112 Vnde ſi contra eos allegabitur forte contraria conſuetudo; pro reſponſione diſtinguendum quod:

113 Aut Allegatur vniuerſalis conſuetudo Status Mediolani:

114 Aut Allegatur ſpecifica conſuetudo ita obſeruata contra ſupradictos Eccleſiaſticos, ſeu eorum colonos.

115 Priori caſu multipliciter reſpondeo, &c.

PRimò, non conſtare, nec doceri de tali prætenſa allegata vniuerſali conſuetudine, ſaltem quò ad effectum hoſpitationis militum, & ab inde dependentium, ſaltem vniformiter, alias enim conſuetudo difformiter obſeruata, non prodeſt, ſed tunc ſeruandū eſt ius cōmune, vt per Bar. in l. 2. in fin. ſol. matr.

116 Secundò, vbi etiam de illa doceretur, tamen illam non valere, quia nulla conſuetudine induci poteſt, quod Eccleſiaſtici, & eorum bona non fruantur immunitate, prout de iure communi illis competit, vt per Feſtaſ. de collect. par. 4. c. 1. in c. de iure communi, nu. 6. fol. mihi 55. poſt Parpal. in d. l. placet, nu. 72. C. de ſacr. Eccleſ. adeo quod nec etiam ſpontanea ſolutio proſit, vt per eoſdem. Et allegare inconueniens non eſt ſoluere.

117 Tertiò, quia conſuetudo aliqua indebitè obſeruata non eſt ad Eccleſiaſticos, in ſpecieq; ad priuilegiatos extendenda, quia conſuetudo, & præſertim contra ius commune eſt ſtricti iuris, & ideo dicitur habere tãtum de potentia, quantum de actu, adeò quod non extendatur, neq; de tempore ad tempus, neq; de re ad rem, neq; de perſona ad perſonam, neq; de modo ad modum, ſed ſtrictiſſimè ad ſuos cancellos reſtringatur, vt per Ceph. conſ. 272. num. 35. Surd. dec. 131. num. 8. 9. & 10. & Monter. in Aragon. dec. 29. nu. 32. & 33.

118 Quartò reſpon. Eccleſiaſticos habere ius commune, & ius particularis conceſſionis ex priuilegijs, vnde poſito, quod quò ad aliquos conſuetudo aliud obſeruaret ad derogationem iuris cõmunis, non tamen poſſet fieri illatio ad omnes, in ſpecieq; ad priuilegiatos, quia ipſi duplici priuilegio vtũtur, nam limitata cauſa &c. & duplex vinculum &c. & non eſt facienda extenſio ad caſum habentem maioritatem rationis.

119 Et ad confirmationem prædictorum circa non faciendam extenſionem, addo, quòd ſi Eccleſiaſtici, ſignanterq; priuilegiati peculiari priuilegio, vltra id quod eſt Iuris communis, & eorum coloni præſeruantur immunes ab alijs oneribus, prout non controuertitur, iam ſatis conſtat, non eſſe his agendum de extenſione ad illos facienda, & minus quò ad hæc onera hoſpitationis, in quibus maior militat ratio fauoris pro ipſis, quàm quò ad alia quæque onera, vt iam dixi ſup. nu. 77.

120 POſteriori autem caſu reſpondeo etiam multipliciter, &

121 Primò, Eccleſiaſticos habere fundatam intentionem

tàm

tam de iure cõmuni; quàm ex eorum priuilegiis, adeo quod parti aduerſę alleganti contrariam obſeruantiam,& conſuetudinem incumbat onus probandi,neq; enim ea præſumitur vt in puncto not. Botta dicto conſ. 87. nu. 33. addens etiam, illam eſſe probandam per veras probationes, idq; eſſe planè difficillimum.

122 Secundò, vbi imò ſupradictis Eccleſiaſticis incumberet onus probandi vſum dictorum Priuilegiorum, quod videlicet eorum coloni nunquam fuerint aggrauati aliqua hoſpitatione,tunc dico de tali vſu ſatis conſtare ex confirmatione ſubſequentis Principis, Priuilegium antecedentis Principis, quod enuntiat, & indicat fuiſſe vſq; ad illa tempora obſeruatum, & integraliter adimpletũ, vt ex actis Magiſtratuum,

123 prout apparet,&c. Ab eo autem tempore citra fuiſſe,etiam ita obſeruatum, veritas eſt, & ita obſeruatum præſumitur, quia qui poſſedit de præterito, præſumitur etiam de pręſenti poſſidere; ad not. per Maſc. de prob. concl. 195. ſic cum ſupradicti Eccleſiaſtici habeant fundatam intentionem ſuper iuris præſumptione transfertur onus probandi contrarium in partem aduerſam; nam illæ præſumptiones ſunt liquidiſſimæ probationes.

124 Tertiò, vbi etiam Eccleſiaſticis ipſis incumberet onus probandi hoc, & ipſi concludenter non probarent,quia fortè hæc negatiua ſit difficilis probationis, ſaltem pro omni tempore retroacto; tamen eſſet pro ipſis adhuc reſpondendum, quod ſil. retinuerint ius vtendi hoc eorum priuilegio, etiam quò ad hoſpitationes militum, ex quo conſtat eos, & eorum colonos fuiſſe præſeruatos, & nunc etiam præſeruari immunes ab aliis quibuſcunq; oneribus, nam vtens priuilegio in parte, retinet ius etiam quò ad alia, quibus non fuit vſus; vt in puncto not. Botta dicto conſ. 87. nu. 23: poſt Bart. in l. 1. §. ſi quis hoc interdicto, nu. 1. in fin. de itin. actuq; priu. Iaſ. in l. fin. nu. 56. in fin. ff. de Conſt. Princ.

125 Quartò, vbi etiam pars aduerſa probare poſſet (quod non admittitur) obſeruantiam quandoq; in contrarium; tamen id non eſſe ſatis, ſed requireretur probatio vniformis,

idest,

ideſt, quod ita ſemper fuerit infallibiliter obſeruatum, nam aliàs, ſtante varia conſuetudine ſoluendi recurritur ad ius commune, vt not. Bart. in d. l. 2. in fi. ſol. matr. & Dec. conſ. 215. col. 2. conſ. 8. col. 4. conſ. 129. col. 1. & ſic recurrendum eſſet tàm ad priuilegium iuris communis, quàm ex conceſſionibus de quib. ſup.

126 Quintò, in omnem caſum neceſſe eſſet, conſtare quoties id contigit, ſemper contigiſſe ſcientib. & patientibus ipſis Eccleſiaſticis, aliàs enim ex facto eorum colonorum non potuiſſet illis inferri præiudicium, quin adhuc d. eorum priuilegijs plenariè vti poſſint, ita in puncto reſp. Botta d. conſ. 87. nu. 24. & infra ſub nu. 43. verſ. Nec dicatur, poſt Decian. conſ. 8. nu. 75. 76. vol. 3. Ruin. conſ. 163. nu. 6. vol. 5. & Boſſ. tit. de Princip. nu. 166. & præſertim ſi non fuit totalis vſus contrarius, ſed tantum contigit, ipſos colonos remiſſius, ac diminutè vſos fuiſſe priuilegio Eccleſiæ dominæ ſuæ, vt per Bottam d. nu. 24.

127 Sextò, etiam pro reſponſione animaduertò, quod licet aliàs controuertatur, quanto tempore per non vſum amittatur priuilegium, nam Bartolus tenuit ſufficere non vſum decem annorum, alij verò tenuerunt requiri præſcriptionem longiſſimi temporis, vt latè refert Botta d. conſ. 87. nu. 40. & 41. Caroz. loc. par. 4. c. de collect. nu. 31. fol. mihi 210. tamen in priuilegio conceſſo Eccleſiæ, ſiuè loco pio, hoc eſt tutum, & citrà controuerſiam, non ſufficere decem annos, ſed requiri tempus longiſſimum annorum 40. vt in puncto not. Botta d. conſ. 87. nu. 42. per tex. in c. ſi de terra, & in c. accedentibus, cum ibi not. de priuil. Abb. in c. 1. de reſt. in integr. Gabr. conſ. 162. nu. 1. & ita quidem quod eo tempore occurrerit occaſio vtendi, nam nō apparente occaſione, nec etiam per mille annos amittitur priuilegium, vt per eundem Bottam vbi ſup. nu. 43.

128 Septimò, plus dico in caſu noſtro requiri tempus immemorabile, nam quod proximè dixi in ſexta præcedenti reſpon. de amiſſione priuilegij per non vſum decem annorum, vel 40. id procedit ad fauorem Principis concedentis,

&, ſi

Digitized by Google

&,ſi cum eo res ageretur,& ita loquuntur præallegati Doct.
At verò nos non agimus rem cum fiſco,neq; enim immunitas hęc redundat in ipſius damnum,ſed aliorum non immunium, neq; ipſius fiſci intereſt, quis obtineat in hoc iudicio; ſed rem agimus cum alijs non immunibus, & ſic cum ipſis
129 Communitatibus; Vnde intrat, quòd ipſi Aduerſarij contra dicta priuilegia non poſſunt venire niſi per præſcriptionem; at ius collectandi, & imponendi huiuſcemodi onera hoſpitationum, cum ſint de reſeruatis Principi, non acquiritur niſi tempore immemorabili, vt in puncto not.Botta dicto conſ.87.nu.38.per tex.in c.ſuper quibuſdam §.præterea, de verb. ſign. Ruin.conſ.111.nu.22.vol.5.Soc.iun. conſ.76. num.89. vol.1.Ceph. conſ.129. num.4. Sed & alia probanda eſſent, quæ in præſcriptionibus de iure canonico rectè formandis requiruntur.
130 Imò quod priuilegia Eccleſiaſticis conceſſa non poſſint vlla quaque tolli conſuetudine, not. idem Botta vbi ſup. ſub num.37. verſ. Sed & alio, poſt Alc. conſ. 220. nu. 4. & Rim. iun. conſ.35. nu.23.
131 Octauò demum addo, quod in omnem caſum omnis oppoſitio, quæ fieri poſſet ex non vſu, reſpicit tantum caput priuilegiorum. At verò reſpectu capitis iuris communis,ſil. immunitatis Eccleſiæ bonis competentis de iure communi, vt oſtendi latè ſup.in primo principali capite huius conſultationis, ceſſat prorſus omnis allegatio non vſus; quia vt iam dixi ſup. num. 116. nulla conſuetudine tolli poteſt immunitas Eccleſiæ competens de iure communi, quia eſt de iure diuino, ac Pontificio, & clauſa in corpore Iuris. Et allegare contrariam obſeruantiam in aliquibus, eſſet allegare inconueniens, & abſurdum, à quo non eſt arguendum.

132 CIRCA Corrolarium autem,iuxta promiſſa,quod verſatur circa interpretationem Nou. Conſt. lib. 4. cap. 1. de oneribus.§. oneribus taxarum.dum ibi dicitur, oneribus taxarum equorum, & hoſpitationis militum vnuſquiſque, nemine prorſus excepto pro rata,& debita por-

ta portione contribuere teneatur; etiam ſi exemptus, ſeparatuſuè eſſet, aut alio modo, priuilegiatus foret, & quacunque dignitate fulgeat, his tamen exceptis, qui à Principe ſpeciales litteras cum ſpeciali derogatione huius ſanctionis habuerint, vel quorum priuilegia ex vſu longiſſimi temporis hæc comprehendere interpretata fuerint. Ita contextus.

Quæritur modo, an hæc diſpoſitio obſtet intentioni Eccleſiaſticorum.

133 Et pro dilucida rei cognitione, reſponſione, ac interpretatione diſtinguo duo capita cognoſcenda.

Alterum voluntatis.

Alterum poteſtatis.

134 Quoad primum, an ſcilicet ex mente conſtitutionum ſit, comprehendere hunc caſum. Negatiuè reſpondeo pluribus rationibus, Retento tamen ſemper præſuppoſito, quod vera, ac indubitata iuris interpretatio ad hoc priuilegium ſit, vt etiam onus iſtud hoſpitationis comprehendat, vt latè ſupra probaui à num. 85. vſque ad 106. Hoc inquam ſtante, ac ſemper retento, reſpondeo multipliciter, &

135 Primò, nitor illis verbis, dum excipiuntur priuilegia, quę ex vſu longiſſimi temporis hæc comprehendere interpretata fuerint; nam, vt dixi, Clarum eſt priuilegium comprehendere, etiam onus hoſpitationis. Clarum eſt etiam illud fuiſſe obſeruatum, prout dictum eſt in num. 122. & 123. ergo. qui poſſedit, ſeù quaſi poſſedit retro, præſumitur etiam in antea poſſediſſe, vt dixi ſup. d. nu. 123. ergo de primo ad vltimum ſatis concluditur non verſari in terminis huius ſecundæ limitationis, quam ipſæ Nou. Conſt. ponunt ad ſuam diſpoſi-
136 tionem. Vnde poſito, quod nunc contrarium ſeruaretur, tamen tanquam recens, violēta, & contra expreſſam diſpoſitionem ipſius priuilegij abuſiua obſeruantia non eſſet attendenda, ſed magis attendenda eſſet obſeruantia tenta tempore ipſorummet concedentium, & ante diſpoſitionem ipſarum N. Conſtit. prout in hunc ſenſum ipſæ loquūtur, neq;

enim

enim intellexerunt de obſeruantia ſuperuentura poſt promulgationem ipſarum, ſed ante, vt ſatis clarũ eſt rectè con-
137 ſideranti. Preterquam quod etiam ita de preſenti ſeruatur ad fauorem omnium Eccleſiaſticorum pro eorum colonis, vt eſt notorium, & pro notorio allegatur. Et ſi fortè aliquis caſus contrariç obſeruantiç quandoque ſecutç allegaretur, vtiq; comperiretur id accidiſſe repentinè in trãſitu militum, & tumultuariè, & etiam Eccleſiaſticis inſcijs, vel reclamantibus, cui, ſeù quibus ſtatim fuerit, mox prouiſum, & ideó non obeſſe; Et hoc vnum nuſquam doceri poſſe de contraria vniformi obſeruantia; vnde ſaltem in conflictu difformis vſus, recurrendum eſt ad ius commune, & ad tenorem priuilegij, vt dixi ſup. nu. 115. & 125.

138 Secundò, crediderim dici poſſe exempla non reſtringere regulã, ſed interpretari in quibus caſibus procedat, vulg. l. nam quod liquidè, §. fin. de pen. leg. Vnde cum ſecunda fallentia ad dict. diſpoſitionem N. Conſt. in dictis verbis, vel quorum priuilegia, &c. non ſit fundata ſimpliciter ſuper vi conſuetudinis, niſi quatenus interpretatiuè venit ad priuilegium; ſequitur, quod vbi aliàs conſtet de clara mente ipſius priuilegij, non ſit curandum de ipſa conſuetudine, quæ quandoque fallax eſt, & aberrat à veritate, vel per negligentiam priuilegiati, vel per violentiam alterius. At clara eſt interpretatio huius priuilegij, quod comprehẽdat etiam onus hoſpitationis, vt probaui ſup. nu. 86. ergo.

139 Neque ad alium effectum Nou. Conſt. propoſuerunt attendendam obſeruantiam, niſi pro habenda interpretatione priuilegij dubij, ſi ergo clarè conſtat priuilegium comprehendere hoc onus hoſpitationis, nihil vlterius quærendum eſt; nam ſcopus Nou. Conſtit. fuit, quòd ſeruetur priuilegium: verùm ſtante illius dubietate voluerunt recurri ad conſuetudinem; at vbi verſamur in claris, ibi non eſt opus coniecturis, ſicut ſi priuilegium exprimeret de hoſpitatione, ſiquidem enim tunc abs re eſſet pro illius interpretatione recurrere ad conſuetudinem; Ergò duo caſus ſunt diſtinguendi; Alter quando priuilegij verba ſunt ambigua; Alter, quan-

quando ſunt clara, & ineuitabilia. Priori ſi quidem caſu intrat diſpoſitio Nouarum Conſtit. cum d. limitatione; Poſteriori autem caſu ſecus, vt ſup. At nos verſamur in ſecundo caſu, vt ſupra; ergò.

140 Tertiò, retenta ſemper pro vera, ac iuridica dicta interpretatione, quod priuilegium comprehendat, etiam onus hoſpitationis; Reſpondeo; caſum Eccleſiaſticorum non comprehendi ſub dicta diſpoſitione Nou. Conſtit. Quia priuilegium Eccleſiæ clauſum in corpore iuris conceſſum

141 habet clauſulam derogatoriam. Vnde ſubſequens decretum, ſeu conſtitutio generalis derogatoria quibuſcunq; precedentibus priuilegiatis, non afficit Eccleſiam, vt in puncto notat videndus Decian. d. conſ. 51. num. 27. 28. & 29. & 41. vol. 3. poſt Caſtr. Dec. Alex. Corn. Soc. & alios, etiam ſi (inquit ipſe) tale decretum generale derogatorium &c. haberet clauſulam, pro expreſſis habentes, & clauſulam, etiamſi talia eſſent, de quibus oporteret ſpecialem facere mentionem; & clauſulam, non obſtante, ſic etiam Dec. conſ. 165. per tot. & Zuccard. apud Rim. ſen. vol. 4. d. conſ. 739. ſub nu. 13. verſ. Quartò, & Ludo. Cattus apud eundem Rim. ſen. in d. conſ. ſeq. 740. num. 15. qui loquuntur in proprijs noſtris terminis, & atteſtantur de communi.

142 Quartò, non comprehenditur caſus noſter vid. Immunitatis Eccleſiaſticæ, quia Nou. Conſtit. loquuntur per verbum, vnuſquiſq; vnde non comprehendunt priuilegia conceſſa Eccleſiaſticis, ſicut nec cuiquam alteri vniuerſitati, Rom. conſ. 436. col. 1. & 2.

143 Quintò, pariter non comprehenditur, quia nunquam per generales clauſulas, non obſtante, vel conſimiles intelligitur derogatum priuilegijs conceſſis alicui vniuerſitati ob publicam vtilitatem, vt in puncto not. Decian. d. conſ. 51. ſub nu. 28. verſ. Item quia, lib. 3. poſt Doct. communiter ibi per eum allegatos poſt Roman. d. conſ. 436. ſub num. 10. verſ. Tertiò, & loquitur Decianus de quodam priuilegio immunitatis conceſſæ Equitibus Melitenſibus, quia, inquit, cū ipſi militent pro deffenſione Reipublicæ Chriſtianæ, ideò dici-

tur

tur reſpicere publicam vtilitatem. At & ita eſt in caſu noſtro, ſiquidem inter alia fuit conceſſum priuilegium Eccleſiaſticis perſonis, vt pro conſeruatione ſtatus, ac bono publico orarent.

144 Sextò, etiam non comprehenditur, quia decretum derogans priuilegiatis, non comprehendit priuilegia pluries confirmata, Rom. d. conſ. 436 col. 3. ſub num. 11. verſ. Sextò, quod comprobat triplici fundamento, ſequitur Pariſ. conſ. 140. nu. 4. lib. 4.

145 Septimò, quoq; non comprehenditur alia ratione, quia per decretum Principis derogatorium, etiam cum illis verbis, etiam ſi de eis oporteret facere ſpecialem mentionem, nunquam ſubintelligitur ſublatum priuilegium conceſſum perſonæ aliàs priuilegiatæ, niſi de eo fiat ſpecifica mentio, Rom. d. conſ. 436. ſub d. nu. 11. verſ. Quinta principalis. At Eccleſiaſtici vltra priuilegium ſingulare ſunt etiam immunes de iure communi, vt ſup. in primo capite, ergo.

146 Octauò, ſaltem non comprehenduntur Eccleſiaſtici ſignanter priuilegiati, ſub No. Conſt. reſpectu dictæ immunitatis ſibi competentis de iure communi, ad notata per Zuccard. apud Rim. ſen. d. vol. 4. conſ. 739. num. 11. dum dicit, mentem Principis in huiuſcemodi decretis derogatorijs eſſe, auferre priuilegium, non autem iuris communis diſpoſitionem; Vel vti etiam in propoſito inquit Ludouicus Cattus apud eundem Rim. ſen. co. vol. 4. conſ. 740. nu. 14. priuilegia clauſa in corpore iuris, ſed tantum priuilegia ab ipſomet Ptincipe conceſſa.

147 Nonò, pariter non comprehenduntur, quia corum priuilegium eſt reale, vt ſup. probaui num. 44. At ipſæ Nouæ Conſtit. concernunt priuilegium perſonale, vt patet in illis verbis, vnuſquiſque, & ibi, etiam ſi exemptos, &c. vnde non eſt facienda illatio ad immunitatem realem; prout in pūcto ſic notat Zuchard. d. conſ. 739. nu. 12. 13. 14. & 15.

148 Decimò, quia tanquam habentes ſpecialiorem cauſam, & fauorabiliorem, & etiam ampliora priuilegia cæteris priuilegiatis regulariter, ideò non comprehenduntur ſub generali

rali diſpoſitione, ſed requirebatur ſpecifica derogatio, ſic in puncto Burſ. d. conſ. 25. nu. 13. lib. 1.

149 Vndecimò, quia mox probabitur, quod etiam ſi Nouæ Conſtit. vellent Priuilegiatorum caſum comprehendere, tamen non poſſent defectu poteſtatis. Hinc autem etiam infertur, quod noluerint, quia nemo præſumitur velle quod non poteſt, vt in puncto not. Rom. d. conſ. 436. ſub num. 18. verſ. Cum igitur.

150 Duodecimò tandem, quia etiam ſi mero iure, & de plenitudine poteſtatis priuilegium hoc potuiſſet reuocari, tamen ex quo fuit conceſſum partim ob merita, ſcilicet quia orabant Deum pro conceſſore priuilegii, ideò ſaltem in dubio non eſt præſumendum comprehenſum in tali decreto derogatorio priuilegiatis, ita Decian. d. conſ. 51. nu. 28. verſ. Item quia, & fortius quia fuerant conceſſa, vt perſeuerent orare.

151 QVò ad ſecundum verò caput poteſtatis, pariter reſpondeo, caſum Eccleſiaſticorum non comprehendi ſub ipſis Nou Conſtit.

152 Primò, quia (vbi loquamur de priuilegio iuris communis) Princeps laicus non poteſt diſponere ad derogationem immunitatis Eccleſiaſticæ, vt conſtat.

153 Secundò, vbi etiam loquamur de ſolo priuilegio ſingulari quia priuilegium conceſſum ex cauſa onerosa non poteſt, nec etiam de plenitudine poteſtatis reuocari, in puncto Dec. d. conſ. 51. nu. 25. lib. 3. at tale eſt Eccleſiaſticorum ſignanter priuilegiatorum, vt dixi ſupra nu. 101. ergo.

154 Tertiò, quia priuilegium conceſſum ob benemerita, tanquam & ipſum quodammodo ex cauſa onerosa tranſit in contractum, & ideò redditur irreuocabile, vt in puncto not. idem Decian. vbi ſup. nu. 125. at tale eſt Eccleſiaſtici ſil. conceſſum, quia orabant Deum pro conceſſoribus priuilegiorum, & vt impoſterum pro ipſis orarent. Botta dicto conſ. 87. num. 45.

155 Quartò, quia priuilegium conceſſum Eccleſiaſticis, quacunq; ratione id contigerit eſt irreuocabile, tanquam

conceſſum non ſubditis, adeo quod ſtatim dicatur tranſiſſe in contractum, vt in puncto not. Botta d. conſ.87. num. 50. & ſeq. iuncto ſup.nu.4. vbi dicit, quod generaliter priuilegia Eccleſiæ conceſſa dicuntur validiora, & nu.5.vbi quod neq; etiam per ſtatutum tolli poſſunt, & nu.6.& ſub num.2.quod ideò etiam non indigent confirmatione ſucceſſorum, & nu. 7.quòd durant etiam mortuo Principe concedente;& quod confirmationes obtentæ intelliguntur ad benè eſſe,vel ad renouationem propter vetuſtatem ſcripturæ, & nu. 10. quod ſucceſſores tenentur,etiam ſi in Principatum ſuccedant per viam electionis.

Hæc ſunt, quæ tam ex iure communi, quam ex priuilegijs, & æquitate conſcientiæ pro veritate cauſam Eccleſiaſticorum tutiſſimam reddere mihi videtur, vt pro illis ſemper ſic iudicandum ſit,quæ ità latè ſcripſiſſe volui,vt ſatisfacerem eorum deſiderio, qui ita à me petierunt, vt pleno calamo ipſorum iura deducerem, tam pro præſenti cauſa, & opportunitate, quam pro qualibet alia, quæ in futurum occurrere poſſet, maximè ſuper intelligentia Priuilegiorum, ac eorum iurium, &c. ſupplcat, &c.

Celeberrimi V.I. Conſulti ANTONII GALLIÆ ALEXANDRINI Mediolani Senatoris, & Regij ibi Conſiliarij.

V.I. Conſilium, & Reſponſum Deciſiuum.

EPITOME.

Eccleſiaſtici non tenentur ad onera extraordinaria pro bonis, quæ in dies ab ipſis acquiruntur, maximè iuxta litteras ad eorũ inſtantiã pluries datas, ac ſignanter Referẽdario Ciuitatis Alexandrinæ, & per eum executioni demandatas.

1 *Referuntur diuerſa ſancita Magiſtratuum, & Excellentiſſimi Senatus Mediolanenſis ad fauorem Eccleſiaſticorum, quod non teneantur ad collectas, & onera extraordinaria pro bonis ab ipſis nouiter acquiſitis, licet cataſtratis, & allibratis; & hoc vſq; ad nu. 11. & etiam in nu. 17.*

11 *Iudicandum eſt ſecundum conſuetudinem, & obſeruantiam locorum, ipſa enim potentius operatur, quam ſtatutum.*

12 *Nullo modo Eccleſiaſtici tenentur ad onera extraordinaria.*

13 *Aſſignantur rationes ob quas non teneantur Eccleſiaſtici ad onera extraordinaria pro eorum bonis.*

14 *Onus Menſuale eſt extraordinarium, hocq; probatur vſque ad num. 17.*

15 *A quo tempore, & occaſione originem habuerit onus extraordinarium Menſuale.*

16 *Ex ſanctionibus Magiſtralibus habetur declaratum, quæ ſint onera extraordinaria. & nu. 17. habetur in num. 1.*

18 *Nulla onera extraordinaria tranſeunt in Eccleſiam.*

19 *Declaratur ad quæ onera extraordinaria teneantur, & non teneantur bona Eccleſiaſticorum.*

20 *Ab hoc autem num. 20. vſq; ad finem proponuntur oppoſitiones aduerſantes Eccleſiaſticæ immunitati, ac diluuntur, &c.*

1 INIVSTE conqueritur Ciuitas Alexandrina de litteris Magiſtralibus coram Senatu Excellentiſſimo datis Referendario ipſiuſmet Ciuitatis, & per eum executioni demandatis fauore Religioſorum, & Eccleſiaſticæ immunitatis quaſi quod rem nouam, & inauditam ordinauerit Magiſtratus, cum tamen ita quotidie, & Senatus Excellentiſſimus, & idem Magiſtratus ſoleant reſcribere, prout de tali conſuetudine teſtatur Franciſcus Maria de Plotis in addit. ad conſ. Martini Laudenſis in conſ. 63. num. 13. quod ſil. Eccleſiaſtici non ſoluant onera extraordinaria inter quæ coputatur Menſuale, de quo præcipuè nunc

 agitur

agitur pro bonis nuper acquiſitis, à Laicis licet cataſtratis, & talibus ſolutionibus dum eſſent penes laicos obnoxijs non obſtantibus ſtatutis ciuitatum diſponentibus, quod omnia bona ſint obnoxia, & hypotecata pro oneribus, & nouis Conſtitutionibus in rubr. de oneribus, quibus cauetur, quod bona tranſeant cum onere ſuo in acquiſitores, licet immunes, & quod ita quotidie ſolent ordinare Senatus, & Magiſtratus, ita Plotus.

Atq; cum Ploto eiuſdem obſeruantiæ conteſtem allego Galliam conſ. 59. nu. 94. verſ. Idq; ahuc.

2 Et in ſpecie ſubdit Plotus vbi ſupra, quod ita declarauit Magiſtratus extraordinarius, anno 1558. die 23. Septēbris, pro Monialibus Sancti Dominici Nouariæ; & tamen Nouariæ adeſt ſtatutum, ſub rub. quod bona cuiuslibet ſint obligata pro fodris, taleis, & oneribus, lib. primo fol. 18. Iuncto alio ſtatuto incip. Item quod prædicta, ſub eo tit. ex quibus habetur; quod ſi bona aliquorum ſubditorum iuriſdictioni Communitatis Nouarię perueniant in dominiū non ſubditorum iuriſdictioni eiuſdem communis Nouariæ, ſint, & intelligantur adeo obnoxiata communi eidem Nouariæ, quod ſuper eis poſſit exigi tam fodrum, quam alia ſpecialis præſtatio, ſicut ſi onus eſſet merè reale, & impoſitum rei tantum, & non perſonæ pro rebus.

3 Sic etiam alias declarauit Senatus Excellentiſſimus Anno 1548. die 17. Decembris in cauſa vertente inter Religioſos Sancti Dominici, & Sancti Bartholomei Ciuitatis Laudæ petentes, ne bona per eos nuper empta à Laicis amplius deſcriberentur in ęſtimo contra eandem Ciuitatem, quę præcipuè nitebatur ſtatuto illius. 340. fol. 58. quo diſponitur bona eſſe perpetuò obligata, & obnoxia pro oneribus, & dictis Nouis Conſtitutionibus, nam Senatus Excellentiſſimus referente tunc D. Senatore Raynoldo Sanxit, quod ea bona deberēt remanere obnoxia tantum pro ſolutione onerum ordinariorum, quæ iam impoſita fuerant, & ſic manifeſtè præſuppoſuit, imo diſpoſuit à contrario ſenſu ad extraordinaria non teneri.

Euſ-

4 Eiuſdemq; propè tenoris ſunt aliæ litteræ Magiſtratus ordinarij datæ anno 1558. die 14. Decembris pro Reuerendis Patribus Sancti Bartholomęi de Cauacurta Laudenſi, ideſt quod pro bonis nouiter acquiſitis tenerentur tantum ad onera ordinaria ſpectantia eorum æſtimo, & ad extraordinaria minimè, quoniam ita vult iuſtitia.

5 Et Anno 1559. die 22. Martij Illuſtriſſimus tunc Mediolani gubernator Dux Sueſſæ ſuis litteris mandauit, quod ad ſolutionem impoſitionis ſcutorum 5000. Eccleſiaſtici immunes præſeruarentur; & ſic nulla facta diſtinctione, an eſſent prius æſtimata, & cataſtrata, nec ne.

6 Pariter anno 1567. die 24. Ianuarij, & iterum 11. Iulij reſcripſit Illuſtr. Magiſtratus Ordinarius ad prætorem Caſalis Maioris pro Reu. D. Syluano de Lauda, quod pro bonis nuper acquiſitis à Laico nõ teneretur niſi ad onera ordinaria, minimè vero ad extraordinaria.

7 Et antea anno 1564. die 20. Aprilis ita pariter declarauerat Senatus Excellentiſſimus pro bonis Sancti Pauli Conuerſi in contradictorio, cum Regio Fiſco, & communitate, ac comitatu Laudæ.

8 Atq; non recedendo à diſtrictu Alexandrino, iam pluribus ab hinc annis ſimiles litteræ Magiſtrales conceſſæ fuerũt Reuerendis Patribus S. Crucis Boſchi Ordinis Prædicatorum in iudicio contradictorio inter ipſos, & Regiũ Fiſcum, & Agentes dictæ Communitatis, & Communitatis Fregaroli, etiam poſthabitis eorum priuilegijs, & communi iure attento.

9 Nouiſſimæ, etiam idem Illuſtriſs. Magiſtratus ita reſcripſit ad fauorem Hoſpitalis Sancti Sebaſtiani Caſtellatij Alexandrini, auditis etiam Agentibus communitatis Caſtri Spinæ, pro bonis ibi ſitis.

10 Et demum Senatus Excellentiſſimus ita reſcripſit Domino Prætori Alexandriæ anno 1608. die 11. Auguſti ad fauorem Hoſpitalis S. Iacobi Hiſpanorum.

Et alias innumeras ſimiles ordinationes ſemper vniformes quotidie ab omnibus tribunalibus emanatas poſſem re-

cenſere, quas cōſultò omitto, quia prædictas ſat eſſe opinor; ex quibus ſatis ſuperq; conſtat de vniformi, & inueterata conſuetudine, & obſeruantia, quod Eccleſiaſtici nō teneantur ad onera extraordinaria, pro bonis nuper acquiſitis, licet cenſitis, & cataſtratis, & ſolitis ſufferre talia onera, dum eſſent pænes laicos.

11 Vt propterea hoc ſolum ſufficere deberet ad iuſtificandam intentionem Eccleſiaſticorum, &c. nimirum quia iudicandum eſt ſecundum conſuetudines, & obſeruantias locorum. l. obſeruare §. ſi qua. verſ. magni enim ff. de offic. proc. c. certificari ext. de ſepult. c. vnam 76. diſt. not. Alex. conſ. 123. nu. 20. in fin. lib. 4. Conſuetudo enim præualet legi ſcriptæ. c. Vbertus de feud. cogn. not. Bald. conſ. 252. lib. 2. in fin. conſ. 718. in fin. Gemin. conſ. 139. nu. 3. verſ. Conſuetudo, dummodo lex ſit de iure poſitiuo, vt declarat Abb. in conſ. 7. col. pen. in princ. lib. 2. Decian. conſ. 124. num. 3. lib. 3. & potentius operatur conſuetudo, quam ſtatutū. Alex. conſ. 119. nu. 10. lib. 6. & ideo ſententia contra conſuetudinem lata, nulla eſt. Bald. conſ. 269. nu. 3. lib. primo; & Iudex iudicans contra conſuetudinem facit litem ſuam. Iaſon. in l. omnes populi col. 4. de Iuſt. & Iure, &c.

Præſertim vero in hac materia onerum, quod non ſit recedendum à communi obſeruantia, licet in contrariū poſſet dici aliam opinionem eſſe veriorem de iure, vel frequentiori calculo receptam, patet ex Alex. conſ. 52. nu. 4. 5. lib. 5. Dec. in c. at ſi Clerici in princ. col. 19. ante numerum 26. à verſ. & iſta communis extr. de iud. Corn. in l. 2. verſ. Sed licet, C. de ben. quælib. Socinus Iunior conſ. 49. num. 16. lib. primo. conſ. 75. nu. 6. & 17. lib. 4. Neuizan. conſ. 66. ſub nu. 22. Rota deciſ. 14 n. lib. 3. Oſaſch. deciſ. 43. in fin. cum aliis, de quibus per Didac. pract. 99. cap. 31. circa fin. Duan. regula 100. in prima limit. & omnino Remig. de Charit. ſubſid. q. 31. à num. 67. & quæſt. 61. num. 37. vſque ad 41. Oſaſch. deciſ. 136. in fin.

Nihilominus vbi velimus queſtionem hanc ad ſolam trutinam veritatis reuocare, circunſcripta omni cōſuetudine,

& ob-

& obſeruantia, adhuc pro eiſdem Eccleſiaſticis fore reſol-uendum firmiter reſpondeo.

12 Nam licet apud Doctores non nihil controuertatur circa immunitatem Eccleſiaſticam reſpectu onerũ merè realium, & etiam mixtorum ordinariorum, tamen quò ad onera mixta extraordinaria ceſſat prorſus omnis difficultas, quia ſunt textus, tam ciuiles, quam canonici, quibus expreſsè ca-uetur, quod ad illa Eccleſiaſtici non teneantur, vt in l. placet C. de Sacroſ. Eccleſ. auth. item nulla C. de epiſc. & cleric. tex. in auth. de Eccleſ. tit. in §. ad hoc ſancimus, in c. non minus, verſic. ſiuè quidem, & verſ. quo circa, & in cap. aduerſus in princ. extr. de imm. Eccleſ. c. primo de imm. Eccleſ. in clem. in c. clericis laicos e. in ſexto in c. quia nonnulli, verſ. Sanè; & verſ. volentes, eod. & paſſim notant Doctores, vt in ſe-quenti ampliatione.

Ratio eſt, quia cum huiuſmodi onera imponantur perſo-nis pro rebus, perſonæ autem Eccleſiaſticæ non ſint ſuppo-ſitæ foro laico, conſequenter eis non poſſunt imponi colle-ctæ, iuxta tex. in c. non minus de immun. Eccleſ. & mutata perſona mutatur conditio, & ſtatus rei l. vnica c. imp. lucr. deſcr. lib. 10. & not. Bart. ſpecul. de quibus mox.

Quæ concluſio communiter ampliatur, ac intelligitur procedere, etiam quò ad bona iam in æſtimo, ſeù cataſtro communis deſcripta, & allibrata, quæ à laicis in Eccleſiaſti-cos transferuntur. Bart. in dicto conſ. 180. & Bald. in d. l. pla-cet, ſub verſ. quæro iuxta hoc, & in auth. ſed & periculum, verſ. & ita not. Bart. c. fine conſ. vel reb. & in conſil. 132. ca-ſus lib. 3. ſpecul. in tit. de cleric. coniug. §. primo nu. 10. verſ. ad huius autem; & nu. 12. vbi ſic reſoluit Abb. in cap. fin. col. fi. verſ. tertia opinio, & verior extr. de vit. & honeſt. cleric. Rim. in l. ſi publicanus §. primo, ſub num. 6. verſ. aut quæri-tur de Collectis de publica, & ſentit. Calcan. conſ. 7. col. 5. verſ. quod autem clerici, ſequens Bartholum in d. conſ. 180. quem etiam ſequitur Gemin. poſt Anch. in d. c. 1. in fi. & ibi etiam Franc. col. 1. verſ. quid autem ſi ad Eccleſiam de im-mun. Eccleſ. in 6. Ruin. conſ. 111. num. 9. lib. 5. plenè probãs.

Brunus in conſ.94. num.2. verſ.Non obſtat regiſtrum,& nu. 3. Alc. conſ.8. concluſio num.6.7.8.9. lib.3.Natt. conſ.1.ſub nu.9. conſ.328. nu.2.Syluan.conſ.32.per totũ,vbi de comm. præſertim nu.7.8. 12.13.14.15.19.20. Oſaſch.deciſ.136.nu. 2. vbi nedum communiter receptam, ſed etiam reſcriptis firmam eſſe teſtatur, Theſau. deciſ 234. vbi nu. 4. refert Senatum illum Pedemontanum, cum hac opinione vti cōmuniori, & receptiori tranſiuiſſe in cauſa illa per eum relata, ſicut, & alias ſæpius ſic tranſiuerat, ſic pariter iudicatũ fuiſſe à parlamento Delphin. & eſſe de mente trium ſtatuum illius Patriæ refert Guid. Pap. q. 381. Accedit poſt Felyn. & Parpaliam Bellon. conſ.40. num.3.& pluribus alijs additis. Remig. de Gon. in tract. de charit. ſubſid·Plot. Iun. ad Martin. Laudenſ. dicto conſ.63. nu.7.8. Vbi latiſſimè Camill. Borell. conſ.74. à principio vſq; ad num.18.præcipuè à num.8.vſq; ad 17. vbi exactè comprobat, Alba. conſ.8. vbi præcipuè nu. 12. reſpondet illi vulgatæ obiectioni, de qua per Baldum in conſ. 246. lib.3. Incipit, Antiqua querella laicorum, quod nimirum Eccleſiaſtici nimium quotidie ditentur, & laici eccesſiuis oneribus ſtrangulentur, reſpondet inquam Alba, quod Summus Pontifex, & Imperator, qui ab initio conceſſerunt immunitatem rebus Eccleſiaſticis, conſiderauerunt hanc rationem,& propterea diſpenſauerunt,quod euenientibus oneribus valde eccesſiuis,& imminente neceſſitate,ita quod laici non poſſent ea ſufferre, teneretur etiam Eccleſia, conſulto tamen Pontifice d. c. non minus quæſt. 61. à num. 45. vſq; ad num.52. & quæſt.66. ad fin. Gallia conſ.59.num. 12.13.& 14.

Probatur autem iſthæc ampliatio.

15 Primò, quia in ea militat eadem ratio,quæ militat in præcedenti regula, quod ſi laici nullam habeant iuriſdictionem in Eccleſiam, & Eccleſiaſticos, & quod Eccleſiaſtici nō ſunt ſubditi foro laico, & ideo cum hæc onera imponantur perſonæ pro rebus, conſequenter, &c.

Secũdò,quia ſublata hac ampliatione inutilis ferè prorſus redderetur dictã regula circa immunitatem Eccleſiaſticam,

cum

cum non ſit ferè dare caſum, in quo bona translata in Eccleſiam à laico non eſſent prius ante talem translationē æſtimata, & regiſtrata, dum erant penes laicum, niſi forte, vel occulta, vel penitus inculta, & deſerta tunc eſſent, quod de raro contingit, cum vbiq; ſemper fuerit in vſu poſita regiſtratio; vt indicat tit. ff. de cenſ. & c. ſine cenſ. vel reliq. & in trib. lib. c. in tit. de cenſib. & cenſit. & in tit. de agric. & cenſit. Lucas, de Pen. in l. fin. col. 2. verſ. huius gratia; & col. 3. verſ. nunc autem C. de exact. tribut. lib. 10. & ferè impoſſibile eſt exigere onera pro bonis cum aliqua æqualitate niſi medio alicuius deſcriptionis, æſtimationis, ac regiſtrationis eorum. Boſſ. de Princ. ſub nu. 105. poſt mediū ibi, quia cum imponitur collecta, ſemper videtur imponi ſecundum æſtimum, ſecundum omnes; & Alban. in d. tractatu de immun. Eccleſ. nu. 45. & 48. dicens, quod omnia bona, quæ à Principe, quoquo modo grauantur, ſunt æſtimanda, & ita docet experientia.

Tertiò, quia textus in dicta l. placet, in dicta authen. Item nulla in d. c. primo de immun. Eccleſ. in 6. Et Alia iura ſuperius allegata, generaliter diſponunt Eccleſias non eſſe moleſtandas pro aliquibus oneribus extraordinarijs, non diſtinguendo inter acquiſita, & acquirenda, vnde nec nos diſtinguere debemus, iuxta vulgatam regulā l. de pretio de public. l. 1. §. & generaliter de leg. præſt.

14 At onus Menſualis eſt extraordinarium, vt concludit Franciſcus Maria de Plottis ad Martinum Laudenſem, vbi ſupra, & magis ex propoſito Gallia dicto conſ. 59. num. 67. & 68. cum ſeq. & ante eum ita in facti contingentia reſpondet Dom. Pater meus, pro Collegio Fabrorum Papiæ immuni ab extraordinarijs, quod reſponſum inſeruit in tracta. de analog. libi primo cap. 40. in princ. & ſub num. 31. & num. 35. & ſeq. vſq; ad num. 58. & num. 93. 94. 98. 99. 104. 105. 106. 107. & 108.

Et probatur quia ordinarium munus eſt illud, quod in aliqua lege Senatus conſulto, vel conſtitutione includitur, perpetuam vniformitatem habens, & cauſam pro quocunq; fu-

turo tempore; extraordinarium verò, quod non habet perpetuam cauſam, nec in legem perpetuam redactum eſt, ſed cuius impoſitio,& ſeù perſeuerantia dependet à beneplacito Principis, & ab eius neceſſitate, l.1. C. de vac. publ.mun.lib. 10. & not. Bald. in l.fin. c.ſine cenſ. vel reliq. num. 5. & poſt eum Ruin. in d. conſ.117. nu.3. vol. 4. & poſt alios D. Pater meus, vbi ſupra nu.35. 36. & 37. cum plur.ſeq. & iterum infra num.106. At tale eſt menſuale,quia nulla conſtitutione, aut ordinatione continetur, quod debeat ſolui quot annis in perpetuum,ſed fuit cœptum ſolum tempore Caroli Quinti,
15 per modum cuiuſdam ſubſidij morem gerēdo eius litteris, quas conſcripſit toto ſtatui Mediolani, petens ſibi ſuccurri de ſcutis 3000. ſemel tantū pro ſuſtinendo bello apud Germanos, & illinc ad nonnullos annos iterum vigente eadem cauſa belli fuerunt repetitæ eædem litteræ, & ſic ſucceſſiuis temporibus ſemper quot annis actum fuit, prout de meris extraordinarijs fieri conſueuit, quæ de nouo imponuntur, exceptis tantum paucis ab hinc annis quibus omiſſæ fuerunt dari dictæ litteræ,& tamen perſeueratum fuit in ipſius ſolutione, ſed tamen ex hoc non poteſt dici effectū ordinarium, quia nulla vnquā facta fuit lex, quod ſit ordinarium, & perpetuum prout quod nec vnquam fiet, ſperatur, vt dicit Dominus Pater meus vbi ſupra, &c. ſed perſeueratur in ſolutione, quia ex perſeuerantia in eo exigendo, quam faciunt officiales nomine Cameræ,conſtat tacitè de eadem voluntate Regis, dum aliud non reſcribit, prout ſi dictas litteras daret; & ſic tacitè quot annis de nouo dicitur imponi, & propterea non poteſt dici effectum ordinarium,vt ſignanter notat Dominus Pater meus vbi ſupra,præcipuè n.50.poſt Odofred. in l.omnes in fi. C.de indict. lib. 10.

Imò ſæpius conquerentibus populis, fuerunt ſemper data bona verba de illo amplius non imponendo, ſi vnquam potuiſſet aliter ſuccurri neceſſitatibus ſtatus.

Fuit etiā quādoq; duplicatū, quādoq; auctū in ſeptima parte,& quādoq; vltra, ex quo magis confirmatur non poſſe dici ordinarium, ceſſante nimirum vniformitate ſolutionis.

Addi-

16. Additur quod ſemper fuit appellatum onus extraordinarium, & in theſauraria, & vbiq; enumeratur enim inter extraordinaria, & cum ipſis maturat, & exigitur diuerſimode ab ordinarijs, vt præcipuè patet ex liſtis menſualibus, quæ quolibet menſe eduntur à Magiſtratu, & executoribus Cameræ pro compellendis debitoribus Fiſci, nã diuerſificantur liſtæ onerum ordinariorum ab extraordinarijs, & diuerſo etiam tẽpore maturantur, & in liſtis extraordinariorum computatur menſuale, vt & ego nuper expertus ſum, dum munere Syndicatoris Dominorum executorum functus fui.

Et propterea quando actum fuit de reuocandis exẽptionibus titulo gratuito conceſſis, ſub prætextu, quod onera extraordinaria impoſita ex cauſa belli, & cõſeruationis ſtatus, in tantum creuiſſent, vt eorum ſolutioni, nec ærarium Principis, nec facultates nõ exemptorum ſufficere poſſent, in primis actum fuit de onere menſualis, etiam in executione litterarum Regiarum datarum die tertio decimo Octobris 1560. in quibus inſeritur relatio, ſeu calculus impoſitionum extraordinariarum, à quibus Rex iuſſit nullũ præſeruari, niſi qui de iuſtitia deberent, & inter alia ponuntur reſidua menſualis ex taxi equitatus ſemper ſub illa appellatione extraordinariarum impoſitionum, & ſubſequitur ordinatio Senatus, die 23. Ianuarij 1561. decernens, qui ſoluere tenerentur prædicta, & alia onera extraordinaria, expreſſe etiam ſe referens ad dictas litteras Regias, prout etiam fuit executioni miſſum, & replicatum in pluribus ordinationibus æditis ſub diuerſis particularibus priuilegijs.

Et hoc ſolum deberet ſufficere ad iudicandum onus hoc extraordinarium, etiam ſi ſemper vniformiter fuiſſet ſolutum, quia ſufficit, quod ex mente Principis, & eius miniſtrorum ac Iudicum, & ex communi conſuetudine, & obſeruantia aliquod onus habeatur pro extraordinario, quia poteſt Princeps, quodlibet onus de ordinario facere extraordinarium, & è contra l. 1. C. de indict. lib. 10. Calder. conſ. 2. de cenſ. col. pen. verſ. not. etiam, & ſeq; & plenius conſ. 7. per totum

de

de Conſt.pro quo etiam facit, quia in materia onerum pręſertim ſpectanda eſt conſuetudo,& communis obſeruantia vltra iam prædicta fortius etiam conſtabit attētis, quę mox ſubijciuntur, nam fuit ſemper à Ciuitatibus,& comitatibus repartitum ſuper æſtimo pro ſolido, & libra ſimul cum alijs extraordinarijs,quę modo in maiori,modo in minori quantitate imponuntur, ergo iudicandum eſt extraordinarium vt poſt Dominicum de Santo Gemin. poſt Anchar. & Io: And. not.Remig. de charit. ſuſtid.q.61. nu.45. & 46. Salyc. in dicta l. placet, colum. 2. in fi. verſ. aut propriè non ſunt realia.

Propterea fit, quod habentes 12. liberos, qui ſunt immunes ab extraordinarijs tantum, ex diſpoſitione nouarū Conſtit. tit. de immun. & 12. liber.ex communi conſenſu totius ſtatus Mediolani præſeruantur immunes in menſuali, taxo equitatus, quatuordecim regalibus taxatis pro vtenſilibus hoſpitum,& pro ipſis hoſpitationibus,& æqualantijs eorum cauſa factis, & alijs quibuslibet collectis ſuper æſtimo exigi ſolitis, vt etiam declarauit Senatus die 23. Ianuarij 1561. & in alia ordinatione diei 27. Ianuarij 1554. & Magiſtratus diei 12. Iunij 1569. & iterum 16. feb. 1588. & quo ad Menſuale tradit Dom. pater meus, vbi ſupra nu. 51.

17 Et in terminis exemptionis Eccleſiaſticæ ab extraordinarijs, ſic ſeruari, quò ad Menſuale teſtatur Franciſcus Maria Plottus initio relatus,& (vltra ſententias initio recenſitas)declarauit Magiſtratus an. 1567. 11. Iulij pro Eccleſiaſticis Caſalis Maioris, nimirum onera extraordinaria, à quibus bona in Eccleſiam translata ſunt præſeruanda, eſſe Menſuale; taxum equitatus, duplicationem taxarum, & alia augmenta, ſalarium Prætoris, Medici, & Ludimagiſtri. Idem etiam reperitur ſeruatum in executione Priuilegij Immunitatis conceſſi Hoſpitali Magno pro eius colonis, & affictabilibus ab omnibus extraordinarijs ſub die primo Iulij 1559. quibus quo ad Mēſuale,accedit D. Plottus in additad Martin. Laudenſ. conſ. vltimo nu. 13.

Prædictaq; cum ſint clara, & indubitata non eſt opus recur.

currere ad illam concluſionem, quam poſt Rebuffum confirmat Dom. Pater meus, vbi ſupra nu. 98. in dubio potius onus cenſendum eſſe extraordinarium, quam ordinarium.

Et ex his conſtat erraſſe Plotum in conſ. 41. ſub nu. 2. vbi inaduertenter dixit, Menſuale effectum fuiſſe onus ordinarium ob eius vniformem præſtationem pluribus ab hinc annis; & quia à Principe fuit impoſitum; nam hæc falſa ſunt, vt ex antedictis conſtat, ideo merito reprehenditur à Do. Patre meo, vbi ſupra nu. 105.

18 Sed eſto per modum ſuppoſiti, onus hoc Menſualis poſſe dici effectũ ordinariũ propter eius vniformitatē, ſeu eius vniformem præſtationē nonnullis ab hinc annis, tamen adhuc idem quod ſupra, foret reſpondendum; nam onera diſtinguũtur in ordinaria, & extraordinaria; hęc ſi extraordinaria quæcũq; illa ſint, licet merè realia, tamen nō tranſeunt in Eccleſiam, vt not. Bald. in famoſo conſ. 246. Antiqua querela, &c. lib. 3. & poſt Bartolum in conſ. 180. vbi ſolum excipit onera merè realia, vt tributum, concludit ex magis cõmuni Teſau. dicta deciſ. 234. num. 2. & 4. referens ita deciſum ab illo Senatu in ea cauſa, vt & alias ſępe, Ruin. dicto conſil. 111. num. 12. per rationem, quam paulò infra ex eodē referam; ordinaria autem, vel ſunt merè realia, vt tributum. & apud nos imbotatus, & hæc tranſeunt C. ſi tributum, cũ ſeq. 11. c. tributum 23. q. 8. not. Bart. in d. l. placet, & in dicta l. reſcripto §. ſi ea ex receptiori opinione per Galliam vbi ſupra num. 9. & Alba conſ. 8. nu. 2. Vel ſunt merè perſonalia, & hæc non tranſeunt, vt per eundem Galliam nu. 3. vel ſunt mixta, quæ imponuntur perſonis pro rebus, vt eſt Menſuale, vt concludit idem Galia, vbi ſupra ſub num. 15. verſ. & ſub hac, & hęc non tranſeunt in Eccleſiam, licet ſint ordinaria, ita ſignanter concludit Ruin. in dicto conſil. 111. ſub num. 9. poſt multos per eum vbi congeſtos, concludens quod in propoſito ſpectanda eſt forma impoſitionis, non autem ſola certa, & determinata præſtatio. Iterum idem Ruin. conſ. 117. lib. 4. & latiſſimè Gallia, vbi ſupra nu. 16. & 17. vſq; ad 30. poſt Euer. Alb. Capr. Vaſq. Bald. Paycal. Alban. & alios, concludēs ex

cis, quod illa vulgata propoſitio in hac materia, quod Eccleſia teneatur ad onera ordinaria, ſimpliciter ſumpta non eſſe vera, ſed tantum reſpectu merè realium, ita etiã ſenſit Bald. dicto conſ.246. dum dixit, quod in Eccleſiam non tranſeunt aliqua onera mixta.

Probatur ſecundum Ruinum, vbi ſupra dicto nu. 9. tum quia militat hic eadem ratio, quæ in extraordinarijs, quod ſil. Eccleſiaſticæ perſonæ non ſubſint foro, ac Principi laico, quæ ratio æque militat in oneribus mixtis, prout in merè perſonalibus Bart. dicto conſ.180. ſub nu.3. vt ſupra, præterea. Tum etiam ex multis iuribus per eum relatis ſimpliciter diſponentibus ſubditos non teneri ad collectas abſq; diſtinctione, an ſint ordinariæ, vel extraordinariæ, & addit Gallia dicto num.16. quod hodie ſublata eſt differentia inter ordinarium, & extraordinarium per textum in dicta auth. Item nulla communitas C. de Epiſc. & Cleric. vbi poſt Bart. & alios notat Iaſon. in d. lege placet in prima lectura nu. 17. & in ſecunda, nu.26. vbi de communi, & iterum Gallia ſub nu.69. Probat etiam Ruinus d. conſ.111. ſub num.12. circa fin. verſ. Nec obſtat, per inſtantiam certam de pedagio ordinario, quod tamen ſi fuit impoſitum perſonis pro rebus non tenentur Eccleſiaſtici ſecundum Bartholum, & alios quos ipſe ibi ſuis locis recenſet.

19 Neq; obſtat (inquit Ruinus dicto num. 12. ſpeculator, de quo ibi oppoſuerat ſupra num.1.) dicens, quod præſtatio incerta non perpetua, & ſic extraordinaria non tranſit in Eccleſiam, quod & alij multi paſſim aſſerunt quaſi quod à contrario ſenſu videantur velle ſecus eſſe in ordinaria, & perpetua præſtatione, quia ſpeculator, & alij non expreſſerunt de extraordinarijs, reſpectu mixtorum, quæ imponuntur perſonis pro rebus ad inferrendum ſecus eſſe in omnibus ordinarijs, nam in hoc male ſenſiſſent repugnante ratione, de qua ſupra, ſed expreſſerunt de extraordinarijs reſpectu merè realium, vt nimirum facerẽt differentiam inter merè realia ordinaria, & extraordinaria, & ideo ſenſus contrarius eſt ſumendus reſpectu ordinariorum merè realium tantum;

nam

nam quod dicitur merè realia tranſire ad Eccleſiam, procedit in ordinarijs tantum, ſecus in extraordinarijs, quia ante onus impoſitum, res eſt libera, & quando res tranſit libera ad Eccleſiam, non poteſt ipſi exiſtenti in dominio Eccleſiæ imponi onus, licet reale, & hoc eodem modo reſpõderi poteſt d. l. placet, cum concordantibus de quibus ſupra diſponentibus perſonas Eccleſiaſticas non eſſe obnoxias oneribus extraordinarijs, quatenus ex eis argueretur à contrario ſenſu, ſecus eſſe quò ad omnia onera ordinaria; pro quo facit quia argumẽtum à contrario ſenſu eſt ita ſumendum, ne ad abſurdum, & inauditum trahatur, & ne correctionem iuris inducat, vt per Euer. in topica in eo loco, & per dd. in l. 1. ff. de off. eius, & quia ſumendum eſt à contraria ratione eius, cuius contemplatione fuit facta expreſſio, ac diſpoſitio in ſenſu directo, vt per eoſdem.

Non etiam obſtat (addit Ruinus ſub eodem nu. 12. in fin. verſ. ex iiſdem) Baldus tit. de pœnæ conſtant. nu. 15. & 16. de quo ſupra Ruinus oppoſuerat in rationibus dubitãdi nu. 2. dum dixit tale onus tranſire in Eccleſiam ratione hypotecæ orientis ex impoſitione oneris perpetui, quæ hypoteca concomitatur rem; quia in primis hoc procedit tantũ ſi ſit impoſitum ab eo, qui habet fiſcum, eo quod tunc bona ipſa tacitè fiſco ſtatim ab initio obligentur pro toto futuro tempore, iuxta tex. in l. Imperatores; vbi præcipuè Caſtr. §. 1. ff. de publican. & Ciuitas Alexandrina non habet fiſcum, ergo ceſſat priuilegium hoc tacitæ hypotecæ, ex Aret. in l. apud Iulianum §. hæres de leg. primo, & not. in d. l. Imperatores, & alibi, & per Ruinum, ad quem me remitto.

Præterea addit Ruinus ſub eo num. 12. in fin. quod cum hypotecaria, abſq; perſonali ſtare non poſſit; cumq; onera hæc imponantur perſonis pro rebus, conſequenter ſicut reſpectu perſonalis obligationis non tranſeũt in Eccleſiam, ita nec etiam reſpectu hyppotecariæ, admitto quod hyppotecaria hoc caſu competeret iuxta tex. in l. fideiuc. in obligari in princ. de fideiuſſ. quæ conſideratio Ruini ſubſiſtit ſi iungamus ea, quæ addit idem Ruinus, ſub eo nu. 14. verſ. Præterea

terea, quod ſit hyppoteca vbi oriretur in hoc caſu, tamē non eſt verum, quod oriatur ſtatim, & ab initio, quo res fuit poſita in æſtimo pro omnibus annis ſequentibus, quia pro annis ſequentibus obligatio eſt conditionalis, vt ſic quot ſunt anni, tot ſint obligationes ad inſtar legati cōditionalis l. ſi ſingulis l. ſi annos de ann. leg. vtpote cum ſtatutum magis accedat vltimæ voluntati, quam contractui, vt per ipſum Ruinum, & conſequenter ſi in Eccleſiam tranſierit, ſicut ipſa perſonaliter teneri non poteſt, ita nec etiam cōſiſtere poteſt hyppoteca, vti acceſſoria perſonalis arg. d. l. fideiuſſor obligari.

Non obſtat, deniq; (ſubdit Ruinus ſub d. nu. 14. verſ. nec ſimiliter cum ſeq. nu. 15. iuncto ſupra num 2. & 3. præſertim in fi.) quod onus tributi tranſeat in non ſubditum d. l. reſcripto §. fi. & tamen quod etiam pro eo competat perſonalis, vti neceſſarium antecedens ad hyppotecam, vt ſupra, quia diſtinguendum eſt, an principaliter afficiatur res, & in conſequentia perſona, vel contra; priori caſu procedit oppoſitum, poſteriori in caſu verſamur nos, quę diſtinctio non eſt noua in Iure, vt quid teneat in conſequentiā, quod principaliter non teneret, vt latius proſequitur ibi Ruinus.

Ex his per Ruinum, & Galliam adductis, vbi ſupra, luculentius tamen apud eos ſatis, ſuperq; firmata remanet hæc veritas, quod onus collectæ, licet ordinariæ, nō tranſit in Eccleſiam pro bonis cenſitis à laico noniter acquiſitis, & cuicunq; oppoſitioni ex his patere poteſt reſponſio.

Et ſic videtur ſatis remanere iuſtificata intentio ipſorum Eccleſiaſticorum.

20 Remanent ſolum tollendæ quædam oppoſitiones, quæ in vniuerſum aduerſus prædicta fiunt.

Opponitur enim primum de deſcriptione horum bonorum contentioſorum ad librum regiſtri, quaſi quod allibratio, ſeu regiſtratio tribuat obligationem afficiendo prędium onere reali, quodq; bona tranſeant cum onere ſuo, ſecundum Beroum in conſ. 150. nu. 29. lib. 3.

Reſpondetur, quod realitas obligationis diſtinguitur ex gene-

genere oneris impoſiti, an ſil. reale ſit, ideſt impoſitum rei propter rem ipſam, vt eſt tributum, decima, & imbotatus, non antem dignoſcitur ex ſola regiſtrationo ad librū æſtimi, etenim ſola non aſſicit prædium, fit enim tantum ad indidicandum bona, vt iuxta earum qualitatem, & quantitatem perſona cogatur ſoluere per æs, & libram; vnde potius dicitur perſona ipſa aſſici obligatione perſonali, quam res obligatione reali, & cum obligationes, & hyppotecæ ſint ſtricti iuris, non ſunt ſuper intelligendæ ſi non ſunt expreſsæ, ita ex Bartolo in dicto conſ. 180. ſub num. 4. verſ. ad illud, quod poteſt dici, & alibi, tum idem Bart. tum alij omnes, vt late docet Gallia d. conſ. 59. ſub nu. 26. verſ. Et ſi dicatur, vſq; ad num. 40. vbi probat hoc, tum rationibus, tum auctoritate præſertim Bartholi. Barbatiæ. Baldi. Felini. Belloni. Feſtaſij. Surdi. Capræ. Siluan. Nattæ. Ruini. Crauett. & aliorum; ſic etiam de magis communi teſtatur Theſau. dicta deciſ. 234. num.7. Borell. d. conſ.74. à nu. 40. vſq; ad 44. latè probans; quod non obſtante cataſtro pro bonis nouiter acquiſitis, Eccleſia debet eſſe immunis ab omnibus mixtis, quæ imponuntur perſonis pro rebus, nimirum quia mutatio perſonarum id operatur.

Et propterea circunſcribenda eſt auctoritas Beroi in contrarium ſupra allegati, qui illud inconſiderate aſſeruit, prout concludit Gallia ſub dicto nu. 40. verſ. Ex quibus, vltra quod Berous loquitur de onere merè reali, & de alienatione facta in laicum immunem, cuius non eſt par ratio cum Eccleſia, prout animaduertit idem Gallia ſub dicto nu. 40. verſ. vltra, & ſeq: num. 41. quæ tamen duæ animaduerſiones licet in ſe verę ſint, tamen non ſoluunt errorē Beroi dicentis, ſolam deſcriptionem ad librum æſtimi tribuere hyppotecam, nam id eſt falſum, etiam in onere merè reali, nam vt iam firmaui, licet tale onus tranſeat in Eccleſiam, non tamen id prouenit ex regiſtro, ſed ex qualitate oneris. pariter falſa eſt Beroi aſſertio reſpectu laici nouiter acquirētis, vt patet ex rationibus præmiſſis, & differentia allata per Galliam inter Eccleſiam, & laicum immunem, licet ſit vera, tamen non ſpectat ad hāc

inſpectionem, an regiſtrum tribuat hyppotecam, ſed ad poteſtatem laicam.

Eodem modo reſponderi poteſt Oſaſch. deciſ. 136. num. 8. vbi facit vim in cataſtro.

Sed & vbi aliqua ratione dici poſſet contracta hyppoteca per magiſtrum, vel aliter, nihilominus intentioni noſtræ nihil obſtaret, tum ex relatis ſupra ex Ruino, in verſ. præterea addit Ruin. tum etiam ex his, quæ hic paulò infra adducam in reſponſione ad vulgatam Bartholi cautellam in hac materia.

Opponitur ſecundo loco de Statuto Alexandriæ fol. 152. ſub rubrica de ponendis bonis ad regiſtrum ementium, in quo hæc verba dicuntur poſita, vid.

Et ſaluo, quòd ſi alienatio facta fuerit, vel fiat de ſuis poſſeſſionibus alicui perſonæ non danti fodrum in Alexandria, hæc ideo nihil diminuatur illi alienanti de ſuo regiſtro.

Reſponſio patet apud Ruinum conſ. 111. ſub nu. 14. verſ. Nec obſtat, dum dicebatur iuncto ſupra nu. 3. vbi reſpondens pro immunitate dicit, non obſtare quod aliena's in non forenſem, tamen adhuc ad collectam impoſitam perſonaliter teneatur ex Bartholo in l. Imola ad municip. quia ex hoc non infertur quod res ipſa alienata remaneat affecta onere hyppotecæ; Vltra quod iſtud Statutum vti iniquum grauans vnum pro bonis apud alium exiſtentibus, non valet Theſſ. deciſ. 234. ſub nu. 3. & Alba dicto conſ. 8. num. 13. cum ſeq. vſq; ad fin. vbi exactiſſimè id praſtat.

Sed & tranſeat per modum ſuppoſiti, quod ſtatutum hoc voluerit iniicere etiam vinculum hyppotecæ in ipſa re, & perſonalem conſeruare ſuper perſona alienante ſubdita (quamuis verè hic intellectus non ſit nec de littera, nec de mente ſtatuti) tamen adhuc non obſtaret; nam in effectu cautella hæc huius ſtatuti incideret in illam, quã tradit Bartolus in l. reſcripto §. fin. ff. de mun. & honor. quod prędia omnia ciuium, quæ ſunt in comitatu, ſint tributaria, & affecta onere tributorum pro collectis imponendis.

Quibus

Quibus terminis recentis reſpondeo non valere huiuſcemodi ſtatutum, tum ratione ciuili, tum canonica.

Ratione inquam ciuili, quia obligationi incertæ hyppoteca non accedit l. inter debitorem ff. de pact. not. Regul. de pig. par 2. nu. 4. & 125. caſu 10. & ideo non poſſunt dici bona hyppotecata pro ſolutione onerum antequam collecta imponatur; & in indiuiduo ſic reſpondet Ruin. in dicto conſ. 111. ſub nu. 2. verſ. nam incertæ obligationi vol. 5. poſt Baldum in tit. de pac. conſtantiæ in princ. ſub nu. 16. Item idem Ruin. conſ. 117. ſub nu. 1. verſ. nam incertæ, lib. 4. & idemmet Bartolus ibi, nec valet, ſi dicas ſtatutum dicit, quod ſint tributaria, quia non propterea ſpecificatur tributum ſicut dicimus in ſimili in operibus incertis, quod inſpicitur tẽpus declarationis, & indictionis l. ſi quis hæc §. Iudicis de oper. libert. cum alijs Iuribus ibi per Bartolum additis.

Et hæc ratio militat reſpectu onerum extraordinariorum tantum.

Ratione etiam canonica, quæ generalis eſt, & etiam ordinaria, quia vid. vti factum maliti oſè in fraudem Eccleſiæ non debet eſſe ratum, & ideo communiter reprobatur hæc Bartoli cautela, vt per Ruin. d. conſ. 111. ſub nu. 14. verſ. vel eſt dicendum lib. 3. Gallia d. conſ. 59. ſub num. 79. poſt alios atteſtantes de communi, vt ibi per eum, & de magis communi teſtatur Theſſ. d. deciſ. 234. ſub num. 3. Plott. ſum. vbi ſupra nu. 10. 11. & 12. Alba d. conſ. 8. nu. 4. & 5. addens ibidem nu. 6. poſt Bartolum in d. l. fin. nu. 7. c. ſine cenſu, vel reliq. quod hoc nihil aliud eſſet, quam velle facere, quod onus mixtum cenſeatur merè reale, quod non poteſt fieri, quia militaret contradictio in terminis, & eſſet mutare nomina appellatiua, quod eſſet impoſſibile, & ſentit Bald. d. conſ. 246. lib. 3. dum dicit, quod conſulere ſuper hac Bartoli cautela non eſt bene tutum, maximè contra Eccleſiam, imo idẽ Bartolus non firmauit pedes, ſubijciens propterea ſe determinationi ſanctæ Eccleſiæ; præterquam quod loquitur Bartholus de prædijs effectis tributarijs, non autem de ſimpliciter hyppotecatis, vt animaduertit idem Gallia, vbi ſup. d. nu. 79.

Opponitur 3. de Nou. Conſt. tit. de oneribus diſponentibus, quod acquirentes bona quocunq; titulo, etiam ſi eſſet ex cauſa dotis,vel priuilegiata,& ſiue ex ſucceſſione vniuerſali,ſiue particulari,etiam ſi acquirentes immunes, & exempti eſſent, teneantur ad ſolutionem omnium onerum his modo, & forma prout tenebatur ille, cuius erant bona, quia bona cum ſuo onere tranſire debent.

Reſpondet Gallia d. conſ.59. num.80. 81. cum ſeq. quod hæc conſtitutio vti generalis,ad bona Eccleſiaſtica trahi non debet, quia ſimplex, & generalis diſpoſitio nunquam refertur ad ea, quæ ſpecialiter non veniunt. Tanto magis quia immunitas Eccleſiaſtica eſt inſerta in corpore Iuris,quia generalis derogatio priuilegiorum nūquam intelligitur de priuilegio inſerto in corpore Iuris, & in eo clauſo, & vbi dici poſſet comprehenſa, tunc non valeret,vti contra libertatem Eccleſiaſticam, qua etiam ratione fit, vt minus debeat intelligi comprehenſa, nimirum quia nemo præſumitur velle niſi id, quod poteſt.Hæc omnia latius comprobat Gallia Iuribus, & auctoritatibus, & hanc vltimam rationem attulit, etiam in indiuiduo ad Nou. Conſtit. Plott.Iun.vbi ſupra d.n. 10. 11. & 12. & generaliter Borell. d. conſ.74. num. 17. cum præcedentibus, & late Alba conſ.8. nu.9. cum ſeq.

Additur,quod ratio eſt illa, quæ declarat in quibus terminis procedat diſpoſitio,& ratio huius conſtitutionis eſt,quia bona tranſire debent cum onere ſuo, vt eadem modo retuli, ergo non poteſt intelligi de oneribus mixtis,quia ea ſunt potius perſonarum, quam rerum, nam perſonas afficiūt principaliter, & formaliter, res autem ſecundario, extrinſecè, & cauſaliter, vt dicit Bart. in repet. d.l. placet nu. 27. ergo pro quo allego eundem Bartholum in d. conſ.180. col.2.ſub nu. 4. dum dicit non obſtare, quod res tranſeat cum onere ſuo; quia hoc procedit reſpectu oneris, quod inhæret rei ratione ipſius rei, non autem ratione perſonæ, arg. d.l. reſcripto §. fin. de muner. & honorib. præſertim quia facienda eſt interpretatio, vt minus ſequatur correctio, quam ſit poſſibile.

Et à

Et à ſolito quęlibet diſpoſitio recipit paſſiuam interpretationem, vt in propoſito latiſſimè proſequitur Gallia vbi ſup. nu.95. cum ſeq.

Atq; eodem modo tollitur aliud conſimile obiectũ, quod fieri poſſet de litteris Senatus, quæ reportantur quando ſit alienatio in Eccleſiaſticum in illa clauſula, vt bona tranſeant cum ſuis oneribus, & ſine præiuditio tertij. Sed, & alia ad id multa dicit Gallia, vbi ſupra nu.88. cum ſeq. pro reſponſione ad quem me remitto.

Celeberrimi V. I. Conſulti MICHAELIS ANGELI CACCIAE Nouarien. poſtea Mediolani Senatoris, Regijq; ibi Conſiliarij. V. I. Conſiliũ, & Reſponſum Deciſiuum.

EPITOME.

Eccleſia, Eccleſiaſticæq; perſonæ, eorum bona, nec non eorum coloni, ſeù conductores, aut affictabiies, vel alij quicunq; dictorum bonorum laboratores, ſunt de iure immunes ab onere, ne dum hoſpitandi milites perſonaliter in eorum domibus, verumetiam ab onere contribuendi pro dicta hoſpitatione, nec pro portione collonica, quæ æſtimatur illis reſtare, &c. eo modo quo collectãtur cæteri negotiatores, nec aliter quomodocunq; &c.

SVMMARIVM.

1 *DE non obligatione colonis Eccleſiarum hoſpitandi milites ſubtiliter diſcutiuntur articuli, à numero 1. vſq; ad numer. 5.*

5 *Nulla quaſi poſſeſſio alicuius iuris incorporalis hoſpitandi milites*

 acqui-

acquiri poteſt, vbi factum hominis non interuenit, & actus illi ē contrarius.

6 *Actus collectandi, ſeù hoſpitandi milites, an neceſſarius, vel voluntarius.*

7 *Collectæ quando nō imponuntur alieni alijs omnibus impoſitis, cen-*
8 *ſetur nō vſus habens implicitum actum contrarium, qui eſt contrarius vſus.*

9 *An in iure incorporali negatiuo quaſi poſſeſſio cōſiderari poſſit, vbi factum hominis non interuenit.*

10 *Qui non ſoluit onera collectarum cæteris ſoluentibus, conſtituitur in poſſeſſione, ſeu quaſi non ſoluendi, & in illa eſt manutenendus.*

11 *Dijudicatio Senatus Pedamontani de non ſoluendo collectas, &c.*

12 *Deſcriptio diuerſarum libertatum ad diuerſas ſeruitutes.*

13 *Oſtenditur quid iuris de poſſeſſione tam ſoluendi, quàm non ſoluendi Collectas, & collectandi.*

14 *Hoſpitationem factam, aut non factam militū ab Eccleſiaſticorum colonis, cui incumbat probare in poſſeſſorio.*

INITIVM A DOMINO.

QVAE vidimus obiecta fuiſſe Venerando Monaſterio Diuæ Mariæ Gratiarum Mediolani Ordinis Prædicat. ad fauorē Mag. Communitatis Viglcuani à Perill. D. Senatore Madio dicti Vener. Monaſterij Regio Conſeruatore; cauſam nobis præbent, vt vt in hac quaſi poſſeſſione libertatis ab onere hoſpitandi milites, vel contribuendi pro dicta hoſpitatione, in qua ſe eſſe prætendunt, tam dicti RR. Monaci, quam eorum etiam coloni, pro portione colonica, & bonorum Sfortiadæ conductores, ac manuteneri contendunt, de infraſcriptis in hoc iudicio poſſeſſorio articulis agamus.

1 Primus eſt, an actus hoſpitandi milites ſit voluntarius, ita ut in eo tanquam voluntario, vbi aliud non interuenerit, aliqua quaſi poſſeſſio conſiderari non poſſit;

Secun-

2 Secundus eſt, an in iure incorporali negatiuo detur quaſi poſſeſſio, vbi factum hominis non interuenit, & deinde actus illi contrarius.

3 Tertius eſt, an poſito, quod quaſi poſſeſſio etiam aliquo hominis actu non intercedēte in iure detur, hæc in caſu iſto poſſit allegari, ex quo Communitas Vigleuani reperitur in vniuerſo in quaſi poſſeſſione diſtribuendi hoſpitia militibus in toto eius Comitatu, ſeu Prouincia, aut cogendi Comitatenſes ad contribuendum pro dicta militum hoſpitatione.

4 Vltimus eſt, cui incumbat onus probandi, vel actualem militum hoſpitationem factam, aut non factam eſſe, aut contributiuam ſaltem interueniſſe, aut non. Ex horum enim articulorum diſcuſſione, exiſtimo obiectiones pro more ſuo ſubtiliter excitatas, nihil obeſſe poſſe intentioni præf. Vener. Monaſterij, eius colonorum, & conductorum, ſed omnino interloqui debere Perilluſt. D. Senatorem, quod pendente lite nihil innouet.

5 Quod igitur attinet ad primum, conueniunt omnes ex actu merè voluntario, nullam quaſi poſſeſſionē alicuius iuris incorporalis acquiri poſſe, vbi factum hominis non interuenerit, & actus illi contrarius, l. qui luminibus 10. vbi glo. de ſeruit. vrb. præd. in motiuis allegata l. Proculus, de damn. infect. de qua in eiſdem motiuis, cum alijs multis adductis per Didac. Couu. in repet. c. poſſeſſor, de reg. iur. in 6. in ſe-
6 cunda parte relect. in §. 4. num. 6. vbi plenè, Sed diſcordant in hoc, an actus collectandi, ſeu hoſpitandi ſit merè voluntarius, aut neceſſarius, licet enim Alex. conſ. 136. nu. 19. lib. 2. requirendo interpellationem, & deinde contradictionem innuere videatur hunc actum voluntarium eſſe, & idipſum affirment Abb. conſ. 101. num. 7. verſ. Quinimo, parte pri. Rimin. iun. conſ. 10. nu. 29. & quampluribus ſequentibus, & præcipuè num. 35. conſ. 34. nu. 23. lib. pri. ad quæ conſilia ſe remittit. in conſ. 589. nu. 58. lib. 5. & alij quos refert, Vucumbech. in conſ. 198. nu. 2. & nu. 42. par. 2. Tamen eſſe neceſſarium, tam ex parte imponentis, quàm ex parte debentis ſoluere omnino tradiderunt Crau. in conſ. 111. num. 22. verſ.

 Sed

Sed iſte actus, & in conſ.775. col. pen. verſ. Non obſtat neceſſarium lib. 5. vbi ex parte debitoris actū eſſe neceſſarium, ait, quia ſi ſoluere recuſat, in iuditium vocatur;Ex parte verò Communitatis itidem, cū ab omnibus collectas ex æquo exigi oporteat, id eſt pro modo facultatū cuiuſque, ne cum aliqui releuantur onere, id in aliorum cedat, vnde ſubdit contra Alex. à Senatu Grationopolitano iudicatum, & contra Alex. idem affirmat Natt. conſ.406. num.20.& ſeq. lib.2. Tob. Non. in conſ.47. nu.45. Feſtaſ. de collect. p. 4. c. 4. nu. 18.& ſeq. Surd. conſ.2[illegible]. nu.44. lib.2. Ioſeph. Ludou. dec. Peruſ.3. nu.1. 2. Fab. de Anna conſ.59. nu.67. vol.1.Eugen. conſ.92. à nu.32. vſq; ad num.37. optimè Cephal. conſ.176. nu.45. verſ. & ex ſequentibus lib. 2. Ant. à Sola in Cōment. conſt. Sabaud. in tit. de iure emph. in verbo Decreti licet iure tertiæ part. glo. 2. nu.12.& vbi & ipſe inquit Senatum Pedemont. ſæpius contra Alexandrum iudicaſſe, quare idem Crau. in memor. conſ.111. non diſſimulata hac difficultate ſub nu.2. reſpondit ſub nu.22.diſtinguendum eſſe,quod aut ſumus in facultate, & volūtate mera, & pura aliquid faciendi, hoc eſt ea, quæ competit alicui affirmatiuè, & negatiuè ad libitum, vt eſt facultas optandi, quæ datur Canonicis, facultas eundi ad coquendum panem ad quemlibet furnum, ad molendum triticum ad quodlibet molendinum,& ædificandi in ſuo,& tunc ſi quis dixerit ſe eſſe in quaſi poſſeſſione impediendi liberam hanc facultatem optandi, eundi ad coquendum panem, aut molendum triticum vbi voluerit, ſeu præſcripſiſſe negatiuè hanc facultatem, itaut non competat amplius libera facultas optandi, coquendi,ſeu molendi, quę præſcriptio ſine poſſeſſione, ſeu quaſi non datur l. ſine poſſeſſione, de vſucap. c.ſine poſſeſſ. de reg. iur. in 6.hoc in caſu, nec quaſi poſſeſſio, nec præſcriptio etiā centenaria conſiderari, aut allegari poteſt, quia verſamur in actibus merè voluntarijs, & qui ſunt merè facultatis, niſi factum hominis interuenerit, interpellatio ſcilicet, & contradictio l. viam, de via pub. aut verò ſumus in iure, ſeu facultate, quæ voluntatis eſt, ſed ea quis vti non poteſt, ac frui ex ſe ipſo abſque

mini-

miniſterio aduerſarij, vt in facultate exigendi vectigalia, qua Fiſcus vti non poteſt ſine miniſterio ea ſoluentium, aut collectas imponendi, ſeu diſtribuendi militum hoſpitationes, qua Princeps, aut Communitas vti non poteſt abſque miniſterio eorum, qui illas ſoluant, aut milites hoſpitio recipiãt, vt hic, & hoc in caſu includit Crau. dicto nu. 22. & duobus ſequẽtibus, quod cum iſta non dicatur vera, propria, & mera facultas, nec hoc eſſe meræ volũtatis, ſed potius ius quoddam, quod poteſt in iuditium deduci, & peti, ſi non præſtatur, non petens abſq; alio facto in negligentia conſtituitur, & ſine dubio poteſt ius iſtud quaſi poſſideri, aut præſcribi negligentia eius, cui debetur non petẽtis abſq; alio facto hominis, & ſic ſine interpellatione, & contradictione, quamuis actus aliquo modo voluntarius ſit, & hoc ipſum approbat in ſuo tract. de ant. temp. in vlt. partic. 4. p. principalis num. 37. & ſeq. vbi propterea dicit dictum Alex. eſſe falſiſſimum. Angel. Imol. & Roman. in l. ſi finita, §. poſtea autẽ, de damn. infect. Alex. Aret. Rom. & ibi Iaſ. in l. quamdiù, Lap. nu. 15. de acq. hæred. Dec. conſ. 164. non fuiſſe propoſiti mei nu. 4. Corn. conſ. 305. col. fin. verſ. 2. ſoluitur lib. 3. Franc. Veg. conſ. 33. n. 2. 3. Ant. Gabr. commun. opin. in tit. de præſcript. lib. 5. concl. 10. nu. 8. in prima limit. Pancin. conſ. 65. num. 8. alios refert Cephal. conſ. 176. nu. 45. & 4. ſeqq. lib. 2. Eugen. conſ. 92. nu. 36. Hond. conſ. 82. num. 9. lib. 1. Ant. à Sala in comment. ſuper conſt. Sabaud. in tit. de iur. emph. Decreti. licet iure 3. p. gl 2. nu. 12. in tertia col. verſ. Quod autem impræſcriptibilia. Schrad. in conſ. 21. nu. 194. par. 2. Io. Garſ. de Hiſp. nob. glo. 35. nu. 57. in 3. col. verſ. 6. Quia, fol. mihi 350. Fontan. de pact. nupt. cl. 4. glo. 17. n. 17. qui omnes vno ore concludunt, etiam in materia collectarũ framigeratum illud conſil. Alex. 136. lib. 2. ſæpius allegatum, dum in actibus voluntarijs, & quæ ſunt facultatis opinatur, nullam dari poſſe, quaſi poſſeſſionem non ſoluendi, aut præſcriptionem conſiderari, niſi interueniente facto hominis, & ſic à die requiſitionis, & contradictionis procedere in illis, pro quibus nullum competit ius in iuditiũ deducibile puta in exemplis

furni,

furni, molendini, & alijs ſupra deductis, non autem in illis, pro quibus competit ius in iuditium deducibile, tunc enim concludunt omnes hæc iura ex ſola negligentia non petentis, quaſi poſſideri, & præſcribi poſſe, & ſi actus aliquo modo voluntarij, aut facultatis dici poſſint. Quare cum Communitas Vigleuani deducere, & agere potuerit, vt vnuſquiſq; pro rata prædiorum onera hoſpitationum ſubiret, & conductores, ſeu coloni pro eorum portione colonica ea ſuſtinerent, aut actu, aut medio contributionis, nulli dubium, quin per eorum negligentiam in petendo acquiſiuerint, quaſi poſſeſſionem libertatis ab onere hoſpitandi, & onere contribuendi pro dicta militum hoſpitatione.

7 SEcundus articulus eſt, an in iure incorporali negatiuo detur quaſi poſſeſſio, vbi factum hominis non interuenit, & deinde actus illi contrarius, in quo nemo eſt qui deſſentiat, quominus acquiſita intelligatur quaſi poſſeſſio huius iuris, ſi præceſſerit factum hominis, vt prohibitio, ſeu tranſmiſſio militis ad hoſpitandum, & deinde contradictio ſubſecuta fuerit, qua facta ab hoſpitatione ſe abſtinuerint, idque probatur prætextu d. l. hæc autem iura, & per glo. in l. qui luminibus de ſeruit. vrb. præd. & per omnes in l. 1. & 2. C. de ſeruit. & aq. vt pulchrè probat Didac. in repet. d. c. poſſeſſor. vbi alios refert in 2. p. de lect. §. 4. nu. 6. præſertim in verſ. huic ſanè obiectioni; ſed in caſu noſtro interueniſſe videtur iſtud factum hominis vltra ceſſationem hoſpitādi, aut contribuendi pro dicta hoſpitatione, quia factus fuit repartus hoſpitationis actualis Ciuitati Vigleuani, & eius Comitatui, ac etiam onerū ipſi Ciuitati, & Comitatui in dictorum, pluriesq; id euenit, & nihilominus conductores, & coloni bonorum Sfortiadæ immunes, & exempti preſeruati fuerūt, ita ut interuenerit actus contrarius regiſtrationi, ſeu impoſitioni onerum, quæ aut in hoſpitando, aut contribuēdo conſiſterent, & ſi vrgeret neceſſitas cogendi ad hoſpitationem, aut exigendi collectam, nihilominus neminem hoſpitio receperunt, neq; alias ſolutiones fecerunt, ita vt ex hoc factum

tàm

ſam ex latere Communitatis, quàm ipſorum colonorum, & conductorũ interueniſſe dicatur, & ob id quaſi poſſeſſio, ac pſcriptio cõſiderari poſſit, ita tradit Crau. in pręcitato cõſ. 111. nu. 24. ac nu. 25. verſ. non obſtat dictũ Io. Andreæ Natt. conſ. 406. num. 19. 20. & conſ. 446. num. 15. lib. 2. vbi dici
8 *(benè notatur)* non poſſe interueniſſe ſimplicem non vſum, ſed non vſum habentem implicitum actum contrarium, & ſic contrarium vſum, quando euenerunt onera, & collectæ etiam impoſitæ fuerit & exactæ à cæteris, præterquam ab ipſis colonis, & conductoribus, iſteq; non vſus non ſoluendi ſoluentibus cæteris, vt ait Natt. habet actum implicitũ contrarium, per quem elicitur tacitus conſenſus populi, vt ipſi ſoluere non debeant, & conſequenter factum dicitur hominis interueniſſe, quo caſu quaſi poſſeſſio datur in iure negatiuo, latè Burſat. conſ. 186. num. 13. 14. lib. 2. Auguſ. conſ. 5. nu. 6. 7. 8. lib. 7. Sim. de Præt. conſ. 170. num. 35. 39. 40. Fab. de Anna conſ. 60. nu. 9. & quampluribus ſequentibus lib. 1. Menoch. conſ. 887. nu. 54. lib. 9. alioſq; plures refert. Ant. à Sola in dictis Comment. nu. 12. verſ. Quia loco, qui omnes in hoc conueniunt, pro facto hominis, ac loco eorum, quæ requiſiuit Alex. d. conſ. 136. lib. 2. ſufficere ad acquirendam quaſi poſſeſſionem, & inducendam præſcriptionem caſus eueniſſe cogendi ad hoſpitandum, & contribuendũ, & nullam alijs ſoluentibus per Communitatem, ſeu eius agentes factam fuiſſe interpellationem dictis conductoribus, & colonis, refertq; contra Alex. Senatum Pedemon. plurics indicaſſe.

9 Tota igitur vis in eo conſiſtit, an in iure incorporali negatiuo, quaſi poſſeſſio conſiderari poſſit, vbi factum hominis non interuenit, qua in re Alex. d. conſ. 136. nu. 19. verſ. item ad hoc lib. 2. per text. in l. hæc autem iura, de ſer. vrb. præd. ad ſimilitudinem ſeruitutis in pũcto dicit nullam quaſi poſſeſſionem, aut præſcriptionẽ, quæ ſine poſſeſſione, vel quaſi non procedit, conſiderari poſſe, & per eundem text. Rubr. Alex. conſ. 1. nu. 3. necnon & Natt. conſ. 406. nu. 22. lib. 2. ac Rimin. Iun. conſ. 589. num. 50. lib. 5. qui in iure collectan-

di ad

Digitized by Google

di ad ſimilitudinem ſeruitutis factum hominis requirunt, vt quaſi poſſeſſio, aut præſcriptio admittatur.

Tamen etſi verum ſit Alex. ita ſenſiſſe, & poſt eum multos alios, qui deſeruiendo cauſæ ipſum ſequuti fuerunt, indubitatum eſt, & quaſi poſſeſſionem, & præſcriptionem, quæ ſine quaſi poſſeſſione non procedit in hac collectandi, & hoſpitandi materia, prout in puncto obſeruat Crau. conſ. 111. nu. 3. in fine, ac Natt. conſ. 449. nu. 3. in fine, conſiderari, & admitti quotieſcunq; oblata occaſione hoſpitandi, aut contribuendi, & facto repartito, alijſq; ſoluentibus iſti coacti non fuer. ad hoſpitandum, & contribuendum, ſed Communitas id ſciens paſſa eſt ipſos Sfortiadæ Colonos, & conductores exemptos ab omni onere abire, hæc enim patientia, vt volunt Doctores, cum ſcientia, quod non recipiant hoſpitio milites, vim habet pręcepti ad nõ hoſpitãdũ, neq; contribuendum, ac ſubſequutæ contradictionis, & demũ conſenſus Communitatis, quod iſti non ſoluerent, nec milites hoſpitio reciperẽt, ita vt hoc pro facto Cõmunitatis, & quaſi poſſidentis, ſeu præſcrib ẽtis ſufficiat, tam ad acquirendam quaſi poſſeſſionem libertatis ab onere ſoluẽdi, & hoſpitandi, quàm ad eam libertatem præſcribendam, quæ præſcriptio, vt iam ſæpius dixi, ſine quaſi poſſeſſione non procedit, & ita tradunt idem Alex. ſibi contrarius in conſ. 30. nu. 12. lib. 5. Ruin. in conſ. 217. nu. 13. verſ. Non obſtat etiam, lib. pri. & cõtra Alex. ſcimus omnes ita tenuiſſe, Crau. in ſæpius alleg. conſ. 111. nu. 30. qui licet loquatur in præſcriptione, tamen in fine dicti nu. 30. ait, quod ſi inducitur præſcriptio ex tali non vſu iuncta patientia, & ſcientia non vtentis ergo per prius, & in antecedens neceſſarium acquiſita eſt poſſeſſio, ſeu quaſi, libertatis non ſoluendi, quia alias, inquit, ſine poſſeſſione, ſeu quaſi præſcriptio conſiderari non poteſt, l. ſine poſſ. ff. de vſucap. & nu. 10. verſ. Alibi, ſcribit Paulus ad prędictorum confirmationem, inquit, quod ſicuti filius efficitur ſui iuris, quando pater longo tempore permittit eum ſtare in quaſi poſſeſſione libertatis, ita & ſi quis ſteterit in quaſi poſſeſſione non ſoluendi, acquirit libertatem, & nu.

21. verſ.

21. verſ. Nec obſtat dictum Alex. ac num. 22. & duobus ſequentibus, ac nu. 26. verſ. Ex quibus concludo, per prædicta determinata agi potuiſſe eo in caſu poſſeſſorio reintegrandæ ad quaſi poſſeſſionem libertatis contra ſolutionem collectarum, itaut tam in quaſi poſſeſſione, quam in meritis circa præſcriptionem, Crau. fuerit contra Alex. plenè locutus, cuius dictum eſſe falſiſſimũ omnino probauit etiam in ſuo tract. de ant. temp. in vlt. p. 4. p. partis principalis, num. 36. & duobus ſequentibus, Natt. in conſ. 406. num. 12. & ſeqq. ac num. 19. 20. 21. vbi hoc modo reſpondet d. Alex. & conſ. 446. num. 15. verſ. Nec eſt vera indiſtinctè ſententia Alex. lib. 2. Tob Non. conſ. 47. num. 45. Roll. à Vall. conſ. 5. nu. 61. lib. pri. Surd. conſ. 234. num. 34. lib. 2. vbi dicit, quod
10 in collectis ſufficit, quod fuerint aliquando impoſitæ collectæ, & à multis exactæ, quod ſi tunc aliqui nõ ſoluunt, conſtituuntur illi in quaſi poſſeſſione libertatis, & conſ. 525. nu. 9. 10. verſ. Et quamuis, Alex. lib. 4. idem Natt. conſ. 627. nu. 5. verſ. Quinimò, expreſsè affirmat, quod ſi quis non ſoluit onera, cæteris ſoluentibus conſtituitur in quaſi poſſeſſione non ſoluendi, in qua manutenendus eſt etiam contra Fiſcum, & conſ. 649. in eadem cauſa lib. 4. magis plenè pertractans articulum vtrum in poſſeſſorio homines Montis Buſſarij obtinere deberent contra Reg. Fiſcum, num. 2. tradit, quod ſi dicti homines non ſoluerunt onera vnquam impoſita per Duces Mediolani, dicuntur eſſe in quaſi poſſeſſione onera non ſoluendi, attenta ſcientia, & patientia Ducum, ſeu eorum Officialium, qui à dictis hominibus onera non exigebant ex quo in incorporalibus ſcientia, & patientia aduerſarij idem operatur, quod traditio in corporibus l. quoties ff. de ſeruit. l. 3. §. dare de vſufruct. Quare num. 3. addit, quod vbi quis nõ ſoluit onera, ſoluentibus ceteris conſtituitur in quaſi poſſeſſione onera non ſoluẽdi, illudq; comprobat ea ratione, quia tunc incipit currere præſcriptio, vt multis probat dicto num. 3. Si igitur ab eo tempore, ait Natt. incipit currere præſcriptio, quo ceteris ſoluentibus, quis nõ ſoluit conſequens eſt, vt conſtituantur in quaſi poſſeſ-

ſeſſione nõ ſoluẽdi, quia ſine poſſeſſione ſubdit, nõ procedit præſcriptio, & ſic apertè decidit caſum iſtum Pet. Anc. Ang. in conſ. 5. à nu. 7. vſq, ad fin. lib. 7. Eugen. in conſ. 92. nu. 59. & ſeqq. Fab. de Ann. conſ. 59. num. 57. & ſeqq. & nu. 67. & ſeqq. lib. pri. vbi dicit opinionem Alexandri non eſſe veram, & conſ. 60. num. 12. lib. pri. Vinc. de Ann. alleg. 128. nu. 8. p. 2. idem affirmat Simon. de Præt. in conſ. 170. à num. 36. vſque ad num. 42. Menoch. in conſ. 887. num. 94. lib. 9. Ideò idem Crau. in conſ. 775. in colum. penult. verſ. Non obſtat neceſſarium, lib. 5. inquit ſe aduocante areſtum latum fuiſſe contra Alex. à Senatu Grationopolitano, Ant. à Sola in Comment. Conſt. Sabaud. in tit. de iure emphyt. in glo. 2. 3. pri. nu. 12. qui atteſtatur contra Alexandrum pluries fuiſſe iudicatum à Senatu Pedem. vt loco prædictorũ quattuor requiſitorum, quæ commemorat Alex. ſufficiat onera ſupportata non fuiſſe, & contigiſſe caſus interpellandi, ac ſoluendi nulla per Communitatem, aut agentes ipſius facta interpellatione, ad effectum vt quis conſtituatur in quaſi poſſeſſione non ſoluendi, aut preſcribat, quæ præſcriptio ſine quaſi poſſeſſione non procedit, vt ſupra, Gaſp. Ant. Theſ. q. forenſi 8. par. pri. num. 6. pariter aſſeuerat contra Alex. eſſe communem, & ſufficere, quod tria interueniant caſus contingens impoſitionum factarũ, taciturnitas Communitatis, & quod non fuerit impedita agere, & num. 9. diſtinguendo tres caſus in propoſito refert cauſas plures, in
11 quibus fuit à Senatu Pedemontano ita iudicatum, & q. 76. in fine ex hoc deducit quaſi poſſeſſionem non ſoluendi. Camillus Borell. in conſ. 74. num. 53. & ſequenti, Achill. Pedroch. conſ. 37. nu. 100. & ſequenti, ita ut ex hoc fundamento apertè colligatur hanc quaſi poſſeſſionem omninò attendendam eſſe, & ſi factum Communitatis poſitiuum, nempè interpellatio ad ſoluendum, vel hoſpitandum, neque dictorum colonorum, aut conductorum interuenerit. ſ. contradictio facta, prout receptum eſſe probauimus.

Secundò, vt apertè colligitur Alex. d. conſ. 136. n. 19. verſ. Item ad hoc, lib. 2. mouetur textu ſæpius alleg. l. licet autem

iurq,

iura, de ſer. vrb. præd. prout, & Rub. Alex. d. conſ. 21. nu. 3. necnon & Natt. d. conſ. 406. num. 22. lib. 2. ac Rimin. Iun. conſ. 989. nu. 30. lib. 5. qui in iure collectandi ad ſimilitudinem ſeruitutis factum hominis in acquirenda quaſi poſſeſſione libertatis ab oneribus requirunt.

Sed in materia ſeruitutis diſtinguitur, quod aut agitur de acquirenda libertate contra ſeruitutem ruſticam, & tunc per ſolum non vſum habentis ſeruitutem acquiritur abſque aliquo facto ſeruitutem debentis, veluti ſi ſeruitutem viæ habuero, vel aquę ducendę, hę amittuntur, ſi per longum tempus per fundum ſeruientem non fuerim, vel aquã per idem tempus non duxerim, abſq; eo quod receſſum ad id ſit per aliquod factum.

12 Aut verò agitur de acquirenda libertate contra ſeruitutem vrbanam, & tunc non acquiritur ex non vſu habentis ſeruitutem, ſed ex facto, & poſſeſſione acquirentis libertatem, & ideo eius factum ſemper requiritur d. l. hæc autẽ iura, de ſeru. vrb. præd. quæ clarè, & apertè deſtinctionem hanc noſtram facit, & ibi Bart. & cœteri, & in l. pri. C. de ſeruit. & aq. vbi Bald. in 2. circa finem & 102. & Anton. de Padilla nu. 14. ac nu. 38. Cæpol. de ſeru. vrb. præd. in c. 24. num. 6. late Maſcar. in concl. 1521. nu. 35. & Rot. Rom. in decis. 109. p. 2. in nouiſs. ex modernis Ludou. de Caſin. planè conſ. 41. nu. 19. & ſequentibus, præſertim nu. 25. Io. Petrus Fontanella de pact. nupt. il 4. glo. 17. num. 75. & ſequentib. ſed onus hoſpitandi æquiparatur ſeruituti ruſticæ, non autẽ vrbanæ, & ideo dicitur onus ruſticum, & maximè quando tractatur de hoſpitatione recipienda in Comitatu, vt apparet ita pronuntiatum fuiſſe anno 1441. à duobus Delegatis tunc Ducis Mediolani fauore Ciuium Papienſium, quod etiam ad eiuſdem Ciuitatis fauorem confirmauit Illuſtriſs. Dux Franciſcus anno 1524. & tertio loco ita etiam Mediolani fuit declaratum anno 1580. die 24. Iulij, à ſecretiore Conſilio ad preces Vicarij Prouiſionum, & præterea idem oſtendũt mille aliæ ordinationes, in materia hoſpitationum editæ, quarum verba, & effectus ſemper in ipſos diſtrictuales, &

les, & rurales diriguntur, ſi ergo hoſpitationis onus ſeruituti ruſticæ aſſimilatur, dubio procul quaſi poſſeſſio libertatis non ſoluendi acquiritur, nec hoſpitandi per ſolum nō vſum Communitatis habentis ſeruitutem, ſeù ius ad cogendum abſq; aliquo facto dictorum colonorum, & conductorum, quando euenerunt caſus, & impoſita onera, nec fuerunt requiſiti ad hoſpitandum.

Poſtremò, cum viderim allegari quaſi poſſeſſionem immemorabilem, non eſt dubium ex hoc tempore præſumi quaſi poſſeſſionem acquiſitam, eo modo, & forma, quę iure neceſſaria eſt, & ſic ſi neceſſaria erat interpellatio, quod illa interuenerit, & deinde actus illi contrarius, nimirū contradictio dd. colonorum, ita tradit Didac. Couuar. in c. poſſeſſor, in 2. par. Delect. §. 4. nu. 6. in 2. col. verſ. Poſterior reſponſio, quem ſequitur Io. Garſ. de Hiſp. nob. glo. 35. nu. 57. in 2. col. circa medium, Fontanella de pactis nuptial. in cl. 4. glo. 17. à nu. 37. vſq; ad nu. 42.

13 TErtius Articulus eſt, an poſito, quod quaſi hæc poſſeſſio, etiam aliquo hominis actu non intercedente iure detur, hæc in caſu iſto poſſit allegari ab ipſo Vener. Monaſterio, ac ipſius colonis, ex quo Communitas Vigleuani reperitur in vniuerſo, in quaſi poſſeſſione, diſtribuendi hoſpitia militibus in toto eius Comitatu, ſeu Prouincia.

Dubiū oritur, prout in motiuis ex eo, quod poſſeſſio, ſeu quaſi in iuribus vniuerſalibus intelligitur probata, quandocunque appareat de actu facti in aliquo de comprehenſis in vniuerſo, licet ſingulariter, & in indiuiduo actus, de quo agitur, non tangat rem, quam eſſe poſſeſſam contenditur, vt tradunt in l. 3. Bart. nu. 4. & alij, de acq. poſſ. & in l. licitatio, §. earum, in fine, de publ. & vectig. & in c. cum dilectus, vbi Innoc. ante nu. 4. de Capell. Monach. & alibi paſſim Doct. Quod ſi poſſeſſio, ſeu quaſi remanſit penes Communitatem Vigleuani collectandi, & cogendi ad hoſpitationem præfatos colonos, & conductores, ergo nulla dici poteſt acquiſita dicto Monaſterio, eiuſq; colonis, & conductoribus.

Reſpon-

Reſpondetur tamen primò id habere locũ, quando conſtat aliquando hęc bona fuiſſe collectabilia, & dictos conductores fuiſſe obnoxios d. hoſpitationi, At ſi bona ſemper fuerunt libera, nec d. coloni, & conductores vnquam fuerint iure ſubiectionis coacti ad hoſpitandum, tunc non acquiſita, ſeu conſeruata, dicitur quaſi poſſeſſio collectandi, ſeu hoſpitandi quò ad illos, ſed exempti intelliguntur præſeruati, quia illi titulum haberent, nec Communitati ius aliquod competeret collectandi, ſeu cogendi ad hoſpitationem, ita in punctualibus terminis reſponderunt Corn. conſ. 268. nu. 23. in 2. col. circa fin. verſ. Non obſtat quinta ratio, lib. 4. Ruin. conſ. 217. num. 13. verſ. Et ſi dicatur, lib. 1. Euerard. Sen. in conſ. 3. in 5. col. verſ. 1. Quod hoc benè procederet. Hæc verò bona prouenerunt à Ducibus Mediolani, & ab illis in Venerandum hoc Monaſterium tranſiuerunt libera, & immunia, ita ut nunquam collectabilia facta fuerint, & cum hæc prærogatiua Ducum rebus indita, vt in ſpecie obſeruant Crau. conſ. 586. conſ. 726. lib. 4. conſ. 770. lib. 5. Syluan. conſ. 66. & conſ. 73. par. 2. Cephal. in conſ. 58. nu. 55. verſ. Secundò placet, lib. 1. Rimin. ſen. in conſ. 202. nu. 4. lib. 2. Burſat. conſ. 25. nu. 9. 10. & conſ. 42. nu. 12. lib. 1. Bertazi conſ. ciuili 42. nu. 1. cum ſeq. ac nu. 6. & nu. 27. cum ſeq. Surd. conſ. 525. num. 29. verſ. Tertio reſpondeo, lib. 4. Lanc. Gallia conſ. 25. nu. 132. & ſequentibus. Ergo non potuit Communitas Vigleuani nec acquirere, nec retinere, aut conſeruare quaſi poſſeſſionem mittendi milites ad hoſpitandum, quam acquirere non poterat ante allibrationem, ſeu regiſtrationem bonorum in æſtimo.

Secundò reſpondetur, prædictam obiectionem non procedere, quando in parte Prouinciæ aliter ab aliquibus ſciente, patiente, & tolerante Communitate obſeruatum eſt, vt in caſu præſenti, tunc enim vel acquiſitio poſſeſſionis in toto, aut illius retentio, vel conſeruatio allegari, & prætendi non poteſt per vſum partis, ità in his terminis tradit Euerard. ſen. in conſ. 3. in 6. col. verſ. Tertio etiam, Neq; enim Monaſteriũ hoc in caſu, & eius conductores, ac coloni dicuntur

tur aliquam quaſi poſſeſſionem acquiſiuiſſe, ſed ſolum in eorum libertate continuaſſe.

14 Vltimus articulus eſt, cui incũbat onus probãdi actualem militũ hoſpitationem factam, aut non factam eſſe, aut contributionẽ interueniſſe, quod eſt fundamentum memoratæ quaſi poſſeſſionis, an ſcilicet probata fuerit, nec ne. In quo dicimus, quod cum Monaſterium, eiuſq; coloni, & cõductores allegant ſe per quadraginta annos, ac etiam centum, & vltrà non ſoluiſſe non requiri, quod probent negatiuam, ideſt, quod non ſoluerint, vt dicantur eſſe in quaſi poſſeſſione non ſoluendi, ſed ſufficere ſolum temporis curſum quadragiuta annorum. ita voluit Corn. in conſ. 268. num. 21. verſ. Accedat etiam, lib. 4. & poſt alios Crau. conſ. 111. nu. 11. lib. 1. Natt. in conſ. 406. num. 11. & ſeqq. vbi dicit, quod ſufficit allegare ſe non ſoluiſſe, cum facta non præſumantur, niſi probentur, quodq; nunquã reperietur, quod qui adducit quaſi poſſeſſionem, ſeu præſcriptionem aduerſus aliquod debitum, teneatur probare ſe non ſoluiſſe, ſed hoc pertinet ad aduerſarium, qui prætendit ſolutionem eſſe factam, aut milites hoſpitio receptos, & conſ. 446. num. 14. lib. 2. & conſ. 627. num. 2. in fine, ac num. 3. vbi repetit, quod neganti ſe ſoluiſſe non incumbit onus probandi negatiuam, ſed ſufficit ſola allegatio, iuncto curſu legitimi temporis, & conſ. 649. nu. 4. 5. 6. lib. 4. Surd. in conſ. 234. nu. 3 5. lib. 2. & conſ. 525. nu. 10. 11. lib. 4. Petr. Ant. Anguſ. conſ. 5. num. 11. 12. lib. 7. vbi dicit, quod cum aliquos non ſoluiſſe onera conſiſtat in negatione, non eſt ab eis probatio exigenda, cum omnes negationes ſint liquidæ iuris probationes, ſintq; probatæ eo ipſo, quod non probatur contrarium, addens, quod & ſi negatiua, vbi eſt fundamentum intentionis, vel exceptionis, debeat à negante probari, hoc tamen non procedere, quando quis eſt in quaſi poſſeſſione non ſoluendi, quia tunc onus probandi eum non ſoluiſſe, aduerſario incumbit Fab. de Ann. conſ. 59. nu. 64. & conſ. 60. num. 8. lib. 4. Gaſpar Ant. Theſ. quæſt. 76. num. 4. p. 1. Rimin. iun. conſ. 589. nu. 1. cum ſeqq. lib. 5. Lanc. Gall. conſ. 94. nu. 27.

Burſ. conſ. 138. num. 49. conſ. 186. num. 20. lib. 2.

Et vbi negatiua hęc foret probanda, ſatis probata remaneret ex libris Communitatis, vel exactoris, in quibus nec Monaſterium, eiuſq; bona, nec eorum conductores, aut coloni reperiuntur deſcripti, cum alijs, qui hoſpitio receperunt milites, aut contribuerunt pro ſtipendijs militum, hoc enim modo probari negatiuam tradit Bart. in l. Titiæ textores, 2. not. de leg. 1. & in l. fin. C. de reb. cred. & in punctualibus hiſce terminis ita probari negatiuam, quod ſoluta non fuerint onera, & ſic extet in quaſi poſſeſſione non ſoluendi voluerunt Curt. iun. conſ. 106. nu. 10. Corn. conſ. 268. nu. 21. lib. 4. Crau. conſ. 111. nu. 13. Natt. conſ. 301. nu. 4. verſ. Hac autem, conſ. 406. nu. 11. lib. 2. conſ. 627. nu. 3. conſ. 649. nu. 7. lib. 4. Anch. Reg. quæſt. 50. nu. 9. 10. p. 2. Purp. conſ. 565. nu. 5. lib. 2. Burſ. conſ. 186. nu. 18. lib. 2. Pet. Ant. Anguſ. cōſ. 5. nu. 13. lib. 7. Lancell. Gall. conſ. 94. nu. 28. Alb. conſ. 290. nu. 4. lib. 2. qui dicit poſſeſſionem non ſoluendi probari eo ipſo, quod in libris Cameræ, ſeu Communitatis non reperitur ſcriptum, quod fuerit ſolutum, Fab. de Anna conſ. 59. num. 56. lib. 1. Tenetur enim Communitas agens exhibere regiſtra, & impoſitiones præteritas, ac quinternetos exactionum, & libros ad comprobandā huiuſmodi negatiuam, cum actor teneatur credere reo ad exceptionem ſuam fundatam, l. procurator, & l. fin. C. de edendo in terminis, Purp. in conſ. 412. num. 18. lib. 2. Ant. à Sola in comment. conſt. Sabaud. in tit. de iure emph. in gl. 2. 3. pri. num. 12. in principio pronuntiandum eſt igitur, vt pendente lite in petitorio, attenta hac quaſi poſſeſſione, nihil à Communitate Vigleuani debeat innouari contra dictum Vener. Monaſterium, eius conductores, & colonos, nec etiam pro parte colonica. Suppleat tamen, &c.

LAVS DEO.

Conſilium, & Reſponſum Secundum Deciſiuum
EIVSD. CELLEBER. AVCTORIS
In eadem Cauſa Eccleſiaſticę Immunitatis.

EPITOME.

Eccleſiarum coloni nullo laicorum decreto aſtringi poſſunt ad collectas pro actuali, & effectiua, ſiue contributiua militum hoſpitatione.

SVMMARIVM.

1 *EXiſtente contradictione ſupraſedendum eſt ab executione Decreti, & num. 5.*

2 *Diſtinctio de parte colonica fructuum Dominorum impoſita colonis, non eſt eſſentialis, ſed verbalis.*

3 *Munus hoſpitandi milites, & pro eis collectas ſoluendi, non eſt colonorum.*

4 *Onus hoſpitandi milites colonorum eſſe non poteſt, cum ſit onus reale, & Patrimoniale, quod ideo ratione rei, & non fructuum imponitur.*

6 *Eccleſiarum coloni non poſſunt collectari niſi ad munera realia, ex ſententia Federici.*

7 *Coloni Eccleſiaſticorum, quando teneantur ad laicorum decreta pro fructibus Eccleſiaſticorum prædiorum ſibi relictis.*

8 *Bonorum Eccleſiaſticorum cultores non tenentur ad onera impoſita perſonis pro rebus, licet teneantur ad Gabellas pro fructibus ratione ipſorum fructuum; & pro hac opinione referuntur 28. inſigniores doctores ex ipſamet aduerſantium parte, & hoc vſq; ad num. 9.*

9 *Aſſignantur decem præſtantiores doctores, ex innumeris, pro parte colonorum Eccleſiaſticorum, quod nullo modo teneantur ad collectas, nec pro effectiua, nec pro contributiua hoſpitatione militum;*

litum; & hæc vſque ad finem.

10 *Allata perinſigni diſtinctione celeberrimorum Doctorum oſtenditur, ad quæ obligari, ſeù non obligari de iure poſſint Eccleſiarum coloni.*

INITIVM A DOMINO.

PENDENTE inter Eccleſiaſticos, & Regium Fiſcum controuerſia ſuper actuali, ac etiam contributiua hoſpitatione militum reſpectu colonorum, & conductorum bonorum Eccleſiaſticorum, exiſtimauit fiſcus ſaltem euitari non poſſe, quominus iſti coloni, & conductores actualem ſubeant hoſpitationem reſpectu partis colonicæ aut contributiuam, quæ portio capere iudicata fuit octauam fructuum partem ipſis colonis, ſeu conductoribus contingentem, iuxta ordines ſæpius in hac materia editos, & à commiſſarijs executioni miſſos, atq; in hoc maximum conſtituit fundamentum fiſcus.

Verum quia iſtud decretum non paſſim vbiq; locorum hactenus receptum eſſe videtur; cum etſi aliqui approbauerint, eiq; conſenſerint, alij tamen adhuc impugnent, & recuſent obſeruare, prout in Prouincia Nouarieñſi ita factum eſſe conſpicitur, & in territorio Vigleuanenſi, ac alijs, idem Eccleſiaſtici faciant, quo caſu facta contradictione tempore executionis decreti, ab ea ſuper ſedendum eſt, donec de iuribus contradicentium cognitum fuerit, l. pri. §. ſi quis tutor ff. quando app. ſit. & ibi Ang. dicit in propoſito illum tex. ad hoc eſſe peregrinum, & communiter ignoratum, & perpetuò menti tenendum; Quarè illum approbant plures relati per Feſtaſ. in ſuo tract. de collect. p. 5. c. p. nu. 32. & poſt eos, idem affirmant Crau. conſ. 293. col. pen. verſ. nono conſidero, Alb. conſ. 121. nu. 15. conſ. 114. num. 4. 5. lib. pri. latè Bertr. in conſ. 264. num. 8. in p. p. vol. 2. Iacob. Berett. conſ. 148. num. 6. cum ſeqq. vbi alij pariter refferuntur, Plot. conſ. 51. num. 5. Ceph. conſ. 58. nu. 90. Purp. conſ. 536. nu. 16. 17.

lib.2. Decian. conſ.41. nu.92. lib.2. Io. Petr. Surd. conſ.262. num.16. lib.2.

Ideo videndum eſt de iuribus communibus dictorum Eccleſiaſticorum, vt puta, ipſum decretum ligare nō poſſe colonos, & conductores bonorum Eccleſiaſticorū, nec etiam ex parte colonica. pro quó binæ adducuntur rationes à doctoribus ad demonſtrandum portionem colonicam Eccleſiaſticorum eſſe collectabilem, & pro ea colonos, & conductores eorum ad actualem, ac etiam contributiuam militum hoſpitationem compelli poſſe: Prima eſt, quod quando nominatim pars colonica eſt decreto prægrauata, & ſuper fructibus onus hoſpitationis indicitur, tunc Decretum valere debere, quia non ratione proprietatis prædiorum Eccleſiaſticorum onus impoſitum intelligatur, ſed ratione fructuum coloni, qui ſubiacet iuriſdictioni Domini ſecularis mandantis, vt pro portione fructuum colonica hoſpitetur, & hæc fuit opinio Ripæ in lib.3. decret. in tit. de Eccl. ædific. vel repar. reſp.2. nu. 19. fol. mihi 32. ſecundum meam impreſſionem, qui contrarijs reſpondens, & in ſpecie Bart. in l. priuatæ C. de excuſat. mun. lib.10. vt ibi à num. 19. vſque ad finem, & maximè nu.21. verſ. ad deciſionem Bart. inquit illos intelligendos eſſe loqui de oneribus, quæ Colono indicuntur pro parte dominica, vel pro re, ſecus autē eſſe, quando imponuntur pro fructibus ſpectantibus ad Colonum, & ita loquitur etiam Surd. conſ. 338. num. 14. lib. 3. Theſaur. deciſ.116. num.14.

2 Quæ ſanè ratio verbalis potius, quàm eſſentialis eſſe videtur, nos enim loquimur de hoſpitatione militum actuali, ſeu contributiua, quod munus reale, & patrimoniale eſt, cum bona, & domus ruſticæ Eccleſiaſticæ in hoc hoſpitationis onere conſiderentur, l.3. §. munus l. munerum §. patrimoniorum ff. de mun. & honor. l.3. C. de mun. patrim. lib.11. l. ſunt munera de vacat. & excuſ. mun. Bart. in l. reſcripto §. fin. num.3. de mun. & hon. Alber. de Rot. in Rubr. eiuſ d. tit. nu.23.35.37. Petr. Antibol. de muner. p.3. §. pri. num.15. & num.55. quia rei, & domui cohæret, & propter rem ipſam

impo-

impoſitum ſit. d. §. munus Bart. in d.l. reſcripto §. fin. Antibold. dicta p.3. §. 2. num. 17. Natt. conſ. 158. num. 7. Pariſ. conſ. 52. in p. col. vol. pri. Alb. conſ. 130. num. 14. vol. pri. conſ. 322. num. 1. ac num. 43. lib. 3. Plot. in tract. de in lit. iur. §. pri. nu. 22. Franc. Maria Plot. in ad d. ad Mart. Laud. conſ. 63. num. 5. Bellon. conſ. 12. nu. 3. cum ſeqq. Crau. conſ. 972. nu. 7. lib. 5. Menoch. conſ. 840. num. 31. lib. 9. Lancell. Gall. conſ. 1. nu. 8. 9. 81. & ſequenti, conſ. 6. nu. 1. cum ſeqq. conſ. 59. num. 59. cum ſeqq. Idcircò tantum Dominis, & poſ-
3 ſeſſoribus rerum huiuſmodi onus indici poteſt, non autem colonis, qui nec ſunt Domini, nec poſſeſſores prædiorum, licet aliquam fructuum partem colligant.

Nec intereſt, quod ſint coloni partiarij, aut nummis colant, quia vtroq; caſu hic colonus percipiens fructus non bona pro ſuo poſſidet, prout requiritur; ſed detinet, ſiue bona poſſidet pro Domino, non autem iure ſuo, l. peregrè §. quibus de acq. poſſ. Iaſ. in l. naturaliter nu. 5. x. eodem tit. Contard. in l. vnica C. ſi de mem. poſſ. fue. app. lim. 21. Menoch. remed. 1. recup. nu. 62. cum ſeqq. in puncto Bellon. conſ. 27. nu. 9. 10. Oſaſch. deciſ. 83. nu. 6. Natt. conſ. 409. nu. 4. lib. 2. Macerat. var. reſol. lib. 1. Reſol. 111. nu. 9. Morot. conſ. 76. num. 3.

Minuſque releuat, quod in nuda militum hoſpitatione hæc attendi poſſint, ſed nihil conferant ad alios ſumptus, prout militum cibaria, & ſtipendia, aliaque huiuſcemodi, quæ illis erogantur ex fructibus bonorum; Nam hęc omnia veniunt in conſequentiam actualis hoſpitationis, quæ fit occaſione rei, ideſt domus Eccleſiasticæ, in qua milites hoſpitari non poſſunt, & bonorum Eccleſiaſticorum, quę impenſa ad Eccleſiam vti Dominam pertinet, non autem ad colonum, ſeu conductorem bonorum, in quolibet enim caſu, ſiue agatur de nuda hoſpitatione militum, ſiue de impenſis occaſione hoſpitationis factis, indubitatum eſt, onus hoc eſſe reale, & patrimoniale, vt ſupradictũ eſt, hoc eſſe inquam reale, & patrimoniale, & ratione rei imponi, non ratione fructuum, prout in puncto in alimonia militum ita trad.

Natt. conſ.280. col. fin. & conſ.409. num. 5. lib. 2. Lancell. Gallia conſ. 59. num.71. & ſeqq. ac maximè nu.73.

Altera ratio eſt, quod iſti fructus partis colonicæ efficiuntur coloni, conductoris, vt ſtatim, atque à ſolo ſeparati ſunt & in eorum dominio eſſe dicuntur, ſiue colonus iſte ſit partiarius, ſiue nummis colat, l. ſi apes 26. iuncta gl. in verbo qui nummis, l. ſi ſeruus communis 63. §. locaui ff. de furt. l. 11 C. de agr. & cenſ. lib. 11. cumque pars ruſtici ſit ſubiecta D. temporali, & ſeparata à proprietate Eccleſię nil mirum ſi ex decreto Principis hoſpitationi obnoxia reddatur, ad tradita per Federic. de Sen. in conſ. 111. omnium primum.

5 Sed & hęc colorata potius, quàm concludens eſt, quia admiſſa maiori propoſitione, minor tamen omnino negatur, niſi quatenus agatur de munere reali fructibus impoſito ex ſtatuto, ſeu decreto, aut edicto Principis, ſecus autē quando agitur de onere reali à re ipſa, & ſuper re debito, prout eſt militum hoſpitatio, & clarum eſt, ferè omnes, qui in hac materia alleganſtur, ad probandum partem colonicam poſſe collectari, loqui de munere reali, quod à fructibus, & non ab ipſa re debetur.

6 Fed. enim de Senis in dicto cōſ. 111. §. Quæſtio talis eſt ſub num. 10. qui eſt omnium primus, vult, quod coloni Eccleſiarum, qui colunt partem recipientis, aut nummis, teneantur ſoluere gabellas de parte fructuum eis contingentium, & alia onera, quæ imponuntur per D. temporalem, quia pars contingens colonos in nullo eſt priuilegiata, ideoq; ruſticus temporali D. de parte ſua reſpondebit, ſicut Eccleſia Eccle-
6 ſiaſtico, quia ſeparatorum ſeparatā eſt ratio, atque ita loquitur, vbi imponitur munus reale ipſis fructibus, quia fatēdum eſt tunc colonum teneri ad id munus pro parte fructuum, quos pro cultura recipit; & Feder. intellexiſſe patet, dum dicit, quod colonus pro parte ſuorum fructuū tenetur ſoluere gabellam ad portas, eſt enim gabella reale munus impoſitum ipſis fructibus, & licet exempla non reſtringant l. damni infect. ſtipulatio in principio de dam. infec. de clarāt, in quibus terminis regula loquatur, gl. in c. quod Dei timo-

rem

rem de ſtatu Monach. l. 1. §. Quod vulgo ff. de vi, & vi arm. Quarè cum Feder. dixit colonum teneri, & ad alia onera, quæ imponuntur per D. temporalem, is ſanè locutus eſt de alijs oneribus, quæ ipſis fructibus imponuntur, de quibus antea locutus erat, prout eſt onus decimæ, quam colonus ſoluere tenetur de fructibus, quos percepit pro cultura, quia decima eſt onus reale, quod fructibus imponitur. c. à nobis, &c. tua nobis de decim. Sic pariter dicendum eſt, ſi dominus temporalis ſtatueret, quod quicunque habens fru-
7 mentum teneretur certo pretio vendere militibus, vel portare ad exercitum, iſtud enim decretum comprehenderet etiam colonos Eccleſię pro fructibus apud eos remanētibus, quia onus iſtud reſpicit fructus, l. ſi pendentes §. ſi quid cloa-
8 carij ff. de vſuf. At vbi onus imponitur perſonæ pro rebus, vt in caſu hoſpitationis militum, tunc colonus non tenetur, ſed id onus ſpectat ad Dominum prędij, niſi eſſent onera merè realia, vt tributa, ſeu cenſus, qui ſoluitur ſupremo Domino.

Gemin. in c. quamquam in fine de cenſ. lib. 6. cum ſequatur Federic. de Sen. allegatum, ſecundum eum pariter eſt intelligendus.

Aret. in l. placet num. 5. C. de Sacroſ. eccl. ſequitur eundem Feder. de ſen. & ſola eius auctoritate nititur ad probandum Principem ſuperindictum, quod pro natiuitate filij, vel pro nuptijs imponit, à colonis, & fictabilibus Eccleſiarum exigere poſſe, nec mirum, quia onus illud extraordinarium fructibus imponitur, & collecta hæc, quę in ſimilibus caſibus indicitur, onus eſt fructuum, vt latè probat Surd. conſ. 162. nu. 28. lib. 2. qui innumeros refert.

Thom. Parpal. in l. placet nu. 73. remiſſiuè ad Fed. de Sen. loquitur, ergo.

Luc. de Penn. in l. 3. C. de quib. mun. vel præſt. nem. lic. ſe excuſ. lib. 10. in 17. quæſtione rem hanc omnino confirmat, quia generalem conſtituit quæſtionem, an coloni pro parte fructuū teneantur in collectis contribuere, & affirmatiuam amplectitur ſententiam etiam in colono, qui conduxerit

certa

certa penſione annua, quia etiam pro fructibus, & mobilibus, quæ ex lucro proueniunt, præſtãtur tributariæ functiones, atque ita ſupponit partem colonicã eſſe collectabilem, modò agatur de collecta, quę ratione fructuum imponitur, & nos loquimur de munere, quod perſonæ imponitur ratione rei.

Felyn. in c.Eccleſia Sanctæ Mariæ nu.99.verſ.& ideo dixit eleganter ex. de Conſt. contentus fuit ſolo Fed.de Sen.dicto, nec vlterius progreditur, ergo.

Rip. in tract. de peſte, in tit. de Remed. ad conſeru.Vb.in 15. quæſt. poſita in nu. 124. & ſequentibus concludit ſtatutum prohibens aſportari frumentum, & annonam ligare, etiam colonos eccleſiarum, non ſimpliciter, quia coloni Eccleſiæ, quò ad fructus à ſolo ſeparatos, qui ſunt in dominio ipſorum, non gaudeant priuilegio Eccleſiæ, nec eius immunitate, ſed quia onus hoc gabellæ, & prohibitio aſportationis reſpicit fructus, qui ſunt in dominio colonorum, & hanc eſſe rationem fundamentalem huius quæſtionis ait numer.127.

In libro verò tertio in tit. de Eccl. ædif. vel repar. reſp. 2. fol mihi 31. decretum illud Communitatis diſponens datium vini, & carnium eſſe exigendum, obligare etiam colonos Eccleſiarum ſentit vendentes vinum, & carnes, non modò quia hic colonus ſit laicus, verùm etiam quia datium vini reſpicit fructus, onus autem fructuũ ſpectet ad colonum, qui nummis colit, eo quod fructus à ſolo ſeparati ſint ipſius coloni, prout ibi legitur nu.15.& ſeqq.itaut eandem omnino approbet ſententiam.

Iul.Ferrett.in tract. de gabell. nu. 537. in eodẽ caſu loquitur, prout & Remig. Gonny in ſuo tract..de Char. ſubſidio in verſ. Et an coloni fol. 209. & in verſ. ſecundò ampliatur fol.231. ac fol. ſequenti, vbi Fed. de Sen. ac Thom.Parpal. & Rip. in locis præcitatis refert.

Abb. conſ. 9. Conuentus Fratrum Minorum ad finem in 4. dub. p.p. hortolanum dicti Conuentus non teneri ad onera patrimonialia inquit, quæ pro prædijs ad hortũ redactis perſoluuntur.

Rol.

Rol. à Vall. conſ. 66. num. 29. 36. lib. pri. allegat Luc. de Penna in loco præcitato ad effectum, vt demonſtret partem colonicam eſſe collectabilem, ipſoſque colonos teneri contribuere, & ſic collectas ſoluere, quod longè differt ab actuali militum hoſpitatione, & conſ. 61. num. 14. & ſequentibus lib. 4. illud vnum agit, vt probet emptores fructuum perceptorum ex bonis Eccleſiaſticis teneri ad ſolutionem gabellæ, quia cum fructus ſunt ſeparati à ſolo, non dicuntur Eccleſiæ nec in eius dominio, ſed colonorum, quæ fuit ratio Fed. de Sen. quem ipſe citat nu. 14. 15. quia gabella ſit reale munus ipſis fructibus impoſitum.

Burſat. conſ. 25. nu. 3. lib. pri. loquitur de eiſdem gabellis, quæ ratione fructuum imponuntur.

Ita etiam Natt. conſ. 409. maximè num. 8. & ſeqq. lib. 2. portionem colonicam ſolum admittit collectabilem eſſe, quando agitur de onere reali fructibus impoſito, non autem de onere reali, ſeu mixto perſonæ propter rem impoſito.

Marcab. conſ. 18. nu. 54. idem ſentit.

Carroc. loc. & conduct. in tit. de collectis fol. mihi 216. ſimiliter non negat, quin colonus partiarius, ſiue conductor in pecunia teneatur ad onera, quæ percipiuntur ex corpore fructuum, ac nu. 18. extendendo num. 19. ad decimas, quas tenentur ſoluere Coloni, ac Conductores, & num. 40. vult eſſe communem, vt conductor non teneatur ad collectas, quando ſunt impoſitæ reſpectu bonorum, & non fructuum.

Aegid. Thomat. de Collect. verſ. Coloni Eccleſiæ fol. mihi 205. nullum conſtituit fundamentum in conſultatione Fed. de Sen. allegata, vbi colonus nulla prædia poſſidet, & onera, quæ impoſita ſunt, patrimonij ſunt onera, minuſque quod fructus ſeparati à ſolo ſint in dominio ruſticorum, hoc enim fatetur, ſed inquit eos non eſſe in dominio Vniuerſitatis, quia cum ſit lucrum ex labore, non poteſt ſuper eo Vniuerſitas acquirere obligationem pro ſolutione collectarum niſi per expreſſam ſtipulationem.

Feſtaſ. de Collect. in p. 4. cap. 2. num. 10. & ſeqq. maximè num. 56. verſ. Non obſtant citata, per Fed. & ipſe illum de-

clarat loqui in datio,& gabella,quæ eſt onus,vt ſupra dictum eſt, fructibus impoſitum.

Boſſ. in tit.de Prin.& Priuil. eius num.120.loquitur in collectis, quæ ratione fructuum ſoluuntur, vt ibi in verſ. & fateor, de quibus inter nos nulla eſt diſputatio.

Theſ. deciſ. pedem.116. loquitur de taxa, quod ſuccedit loco ſalis, ad cuius ſolutionem prætendit omnes indiſtinctè teneri, tàm Eccleſiaſticos,quàm Laicos, quia ipſi, & eorum beſtiæ ex ipſo ſale commodum, & beneficium capiant, & ſecundum naturam ſit, vt qui habet commodum, ſentiat etiam incommodum, vt apud eum videre eſt in penult. col. in fine verſ.accedat.in reliquis verò non faceſſit aliquod negocium,quia num.8. refert quamplures ex allegatis,qui cum loquantur de collectis, ſeu oneribus ſuper fructibus impoſitis, ſecundum eos, & ipſe eſt intelligendus; Quinimo nu.14. tenet eandem opinionem, vt coloni non teneantur, quando fit impoſitio pro rebus patrimonialibus,& pro rebus poſſeſſeſſis, rurſus paulo infra verſ. ad authoritatē Nat. ei reſpondens inquit, quod loquitur, quando grauantur coloni pro poſſeſſione, & prædio, & ſic ratione rei, in hoc enim cum poſſeſſio, prædium, aut domus non ſit coloni, iniquum eſſe inquit, ſi compellantur ad collectas, etiam ſi eſſent coloni laicorum.

Menoch. in additt. ad caſum 562. à num.36.vſq;ad num. 56. de arb. iud. lib. 2. cent. 6. horum iam relatorum plures allegat ad id,an priuilegium immunitatis tributum bonis Eccleſiæ extendatur ad colonos pro portione ſua fructuum, & duabus opinionibus adductis concludit eſſe receptiorem, vt non extendatur, & demum num.52. & ſequenti determinat Feder. de Sen. eſſe intelligendum ſecundum diſtinctionem, Nattæ recitato conſ.409. ſupra allegatam,hoc ipſum repetit in conſ.1144. à num.24. vſque ad nu.35. lib.12. vbi ex mente Feder. de Sen. & aliorum ſupra commemoratorum illud aſſerit, quod ſcilicet fructus colonorum ſunt collectabiles, id quod in dubium non reuocatur, ſed dicitur eſſe diſtinguendum, vt ſupra, idemque remiſſiuè replicat conſ.1201. n.55. & ſeq. lib.13.

Surd.

Surd. poſt eos conſ.301. num.89.90. lib.3. & ipſe concludit, quod ſi onus imponitur, non pro gabella, & datio, ſed pro prædio, tali caſu coloni non teneantur, nec collectari poſſint pro colonica portione fructuum perceptorum ex bonis Eccleſiæ, & id ipſum repetit conſilio 338. num. 14. eod. lib.

Idem ait Iacob. Concenat. in ſuis quæſt. iuris lib. 2. cap. 20.

Io. Vinc. de Anna in ſuo ſing. 99. in verbo colonus, ait Colonum Eccleſiæ teneri ad gabellas pro rata fructuum ad ſe ſpectantium iuxta mentem Federic. de Senis in conſilio præcitato.

Ludou. Morot. conſ.76. vult, & ipſe colonos teneri ad ſuperindictum à Ducæ Sabaudiæ impoſitum, nempe ad frumentorum, & leguminum quinquageſimum, quia ſit onus debitum ex corpore fructuum, & ſit pars quinquageſima ipſorum.

Papon. conſ. 7. idem pariter affirmat in decima, quam colonus Eccleſiæ pro portione colonica ſoluere tenetur, quia ſit quota fructuum, & ex fructibus debeatur.

Bertaz. conſ. crim. 87. vol. pri. & ipſe tenet decretum, ne beſtiæ aptę ad macellum extrahantur de territorio, & ad alia loca aſportentur, compræhendere etiam partem Colonorum Eccleſiæ, quia prohibitio hæc reſpiciat fructus.

Bardellon. conſ. 31. vol. pri. per totum in eo inſiſtit, an conductores prædiorum Epiſcopatus Mātuæ teneantur ſoluere gabellam, vectigal, datium, & pedagium pro exportatione, ſeu abductione dictorum fructuum intra, vel extra Ciuitatem, & determinat teneri, quod à nobis etiam ſupra admiſſum eſt, quia gabella, ſeu datium, & pedagium iſtud ſoluitur ex fructibus perceptis, & occaſione fructuum perceptorum.

Nemo igitur eſt, quem ego legerim, qui affirmet Colonum, ſeu Conductorem bonorum Eccleſiæ teneri pro portione colonica ad actualem militum hoſpitationem.

9 E contra verò pro ea portione non teneri, nec colonum

par-

partiarium, nec conductorem bonorum Eccleſiæ ad hanc actualem militum hoſpitationem tradiderunt.

Natt. conſ.409.lib.2.

Vbert. Zucch.inter conſilia Rimin. Sen. conf. 739. nu. 8.
10 Et Mar.Rim.conſilio ſequēti nu.12. & ſeq.in 4.vol. vbi diſtinguit dicens onera realia triplicis eſſe generis, vnum quod ſolis perſonis imponitur,vt capitatio,& hoc neque Eccleſię, neque Colonis eius incumbit, quod idem latè ſentit Lanc. Gall. conſ.59. num.48.49. Alterum indicitur perſonis pro rebus, & ab eo Colonos, ſicut Eccleſias exemptos eſſe ait. Tertium verò ſubdiſtinguitur,quia ſi verſatur in re,vel fit de re,vt quod mittatur perſona cū equo, & mulo, vt recipiantur milites in Domo, adhoc neque Eccleſiam teneri, neque Colonum ait num.13. Si autem verſatur circa ea, quæ naſcuntur ex re, vt fructus, vel extra rem, tunc diſtinguit, vt per eum, qui concludit colonum, vbi agitur de re Eccleſiæ, non autem de fructibus, qui ſunt ipſius proprij, eſſe exemptum.

Eum ſequitur Surd. conſ.301. nu.90. lib.3.

Eugen.conſ.96.

Io.Bott.conſ.87. per totum.

Gaſp. Ant.Theſ. in additt. ad deciſ.116. Antonij eius patris in vlt. col. vbi dicit, teneo tamen verum eſſe, quodilli Doctores dicunt circa hoſpitationes, quia non eſt de honeſtate, vt in bonis, & domibus Eccleſiaſticis milites hoſpitentur, neque tenebuntur coloni ad collectas, quæ ratione talium hoſpitationum imponuntur, & ita iudicaſſe Senatum Pedemont. inquit.

Lanc.Gall.conſ.59.nu.74.& ſeqq.

Mar. Ant. Macerat.var. reſolut. in reſolut. 111. lib. 1. per totam, vbi plenè probat,Decretum diſponens,quod Maſſarij, & coloni bonorum Eccleſiæ teneantur contribuere pro octaua parte laborerij, ſiue auiamenti,quod habent in dictis bonis ad hoſpitationem militum non ſubſiſtere.

Theſaur. for.Eccl. p.p.c.14. num.7. cum ſequenti,& par. 2. cap. 38. num. 113. & 119. cum ſequenti, vbi & ipſe affirmat

mat

mat huiuſmodi decretum non ſubſiſtere, quia ad dictam hoſpitationem dicti coloni minimè teneantur.

Ex prædictis liquet imponendum eſſe ſilentium huic indebitæ prætenſioni.

Suppleat tamen.

Conſilium, & Reſponſum Tertium Deciſiuum EIVSD. CELLEBER. AVCTORIS In eadem Cauſa Eccleſiaſticę Immunitatis.

EPITOME.

Eccleſia pro bonis quocunq; modo, & titulo acquiſitis, etiam ſi illa ſint publicè deſcripta, & cataſtrata, non tenetur ad onera, maximè ad illa quæ non ſunt merè realia, & prędijs impoſita, fixa, & certa, ac determinata, etiam ſi illa facta ſint inde ordinaria, impoſita tamen perſonæ pro rebus; multo minus igitur ad notoriè extraordinaria, incerta, variabilia, vt ſunt collectæ, quæ imponuntur pro militum hoſpitatione, & ſimilia.

SVMMARIVM.

1 *Nullus Iudex poteſt declarare aliquid circa perſonam non ſibi ſubditam, & ſi factum fuerit eſt dubium nullum, & inualidum.*

2 *Obligatio dirigitur in perſonam, & non in res.*

3 *Eccleſia non eſt ſubiecta Laicis.*

4 *Agentes contra Eccleſiaſticas perſonas, vel eorum iura, debent habere ſuper hoc ſpeciale mandatum.*

5 *Solius Senatus Mediolani eſt interpretari conſtitutionem lib. 4. cap. 1. tit. de oneribus §. Collegijs, & tit. de pœnis, an comprehendat perſonas Eccleſiaſticas.*

6 De-

6 *Decretum conſtitutionis de oneribus non poteſt vllo modo derogare Immunitati Eccleſiæ de iure communi clauſæ in corpore Iuris.*

7 *Inſuper ſupradictum decretum de oneribus, &c. non afficit, nec afficere poteſt Eccleſiam; neq; etiam pro bonis nouiter acquiſitis, ac prius in æſtimo regiſtratis.*

8 *Per ſupradictum decretum conſtitutionis cap. de oneribus, &c. non poteſt aſtringi Eccleſia ad aliqua onera, niſi quatenus ſint merè realia, fixa, certa, & inuariabilia, priuſq; bonis anexa.*

9 *Bona tranſire poſſunt ad Eccleſiam affecta onere ſoluendi collectas præteritas.*

10 *Forma diſpenſationis conſueta tradi à Senatu Mediolani Eccleſiaſticis perſonis, quando acquirunt bona immobilia quocumq; titulo, vid. quod tranſeant cum onere, quod fide iubeant, quod ſoluant certam pecuniæ quantitatem, non poteſt afficere Eccleſiam; & ſi acquirant, & rogentur contractus abſq; tali diſpenſatione non infringentur contractus, quia adhuc hoc non fecit Senatus Excell.*

11 *Quamuis decretum memoratum de oneribus afficiat acquirentes bona immobilia quocunq; titulo, nullo modo tamen, tam ex parte intentionis, quam ex parte poteſtatis afficere poteſt Eccleſiam nec Eccleſiaſticos acquirentes in dies.*

12 *Sicuti Eccleſia, neq; etiam de iure canonico, eſt immunis ab oneribus merè realibus, & fixis bonis, quæ in dies acquirit, ita nullo iure affici poteſt oneribus extraordinarijs, & indeterminatis.*

INITIVM A DOMINO.

IN cauſa appellationis interpoſitæ per Reu. Clericos Regulares dicti S. Pauli ab ordinatione Magiſtrali lata ad fauorem prædictæ Ciuitatis Papiæ, à Perill. D. Senatore Quintana cauſæ relatore infraſcripti articuli excitati fuere.

Quorum primus eſt, an Magiſtratus Ordinarij ſententia, de cu-

de cuius appellatione agitur, aliquo nullitatis vitio laboret, vel ex defectu iuriſdictionis, vel quia ageretur de interpretatione Nou. Conſtit. & Ordinis Excellentiſſimi Senatus, qui non fuit exhibitus, vel quia lata abſquè peremptorio, & ad petitionem procuratoris mandato carentis. Clarum autem eſt in huiuſmodi ſententia plures nullitatum defectus extare, & quidem inſanabiles.

Primò enim declarauit Illuſt. Magiſtratus Ordinarius bona dictæ Congregationi data inſolutum remanſiſſe ſuppoſita oneribus iuxtà ordinē Excellentiſſimi Senatus anni 1600.

1 Abſoluti autem iuris eſt in controuerſiā venirē omnia onera extraordinaria, quæ per collectam imponuntur perſonæ pro rebus. Quare ſi declaretur à Iudice laico bona in Eccleſiam peruenta oneribus ſuppoſita remanere, declaratio huiuſmodi dicitur facta à Iudice carente iuriſdictione, quia in Collectis imponendis propter onera extraordinaria perſonę pro rebus, ſi perſona non eſt ſubdita Iudici declaranti, non poteſt aduerſus eam fieri declaratio in materia onerum, & ſi facta fuerit, erit omninò nulla, ex defectu iuriſdictionis,

2 etiamſi bona extent in dominio Principis, à cuius Iudice ſit prædicta ordinatio, quia obligatio dirigitur in perſonam, licèt cauſa finalis ſit ipſa res, & cum perſona ſit dignior rebus, attenditur potiùs perſona, an ſcilicet ſit ſubiecta iuriſdictioni dicti Iudicis, quàm ipſa res. Hac igitur ratione poteſtas declarādi circa onera, & collectas dependet à iuriſdictione, & ſuſtineri non poteſt huiuſmodi ordinatio, niſi ratione ſuperioritatis, & iuriſdictionis, quam habeat Iudex in eum, cuius bona declarantur oneribus obnoxia; Bart. in l. libertus §. ſola ratio nu. 1. ff. de municip. vbi dicit ita tenere Doct. omnes, & in l. reſcripto §. fin. num. 4. verſ. collectæ de muner. & honor. quam concluſionem procedere inquit, etiamſi bona fuerint ſub dominio collectantis, in l. 1. num. 34. C. de mul. & in quo loco lib. 10. latiſſimè alios refert. Gratian. diſcep. for. cap. 29. num. 6. & 3. nu. ſeqq. p. p. Surd. conſil. 301. num. 65. Flor. Diez de Mena var. quæſt. lib. 2. q. 21. num. 54. Cænall. 3 in ſuis comm. con. comm. q. 899. num. 64. lib. 4. Cum igi-

Digitized by Google

tur hæc Eccleſia nõ ſit ſubiecta laicis, & collecta imponatur perſonis ſubditis, ſequitur, nullam ab Ill. Magiſtratu potuiſſe fieri ordinationem aduerſus dictam Congregationem, & ſi facta fuit, eam eſſe omninò nullam ex defectu iuriſdictionis, quam non habet Magiſtratus aduerſus Eccleſiam, & Clericos Regulares.

Secundò nullitas notoria, & euidens ex eo detegitur, quod Magiſtratus in dicta declaratione ſe refert ad ordinem Excellentiſſimi Senatus anni 1600. qui tamen ordo non apparet exhibitus, nec de eius tenore conſtat; Vnde cum non videatur à Magiſtratu aliquid declaratum, niſi quatenus in relato contineretur, & de relato non conſtet; Ideò, & ex hoc capite ſententia Magiſtralis omninò nulla declaratur, prout in iſtis terminis conſuluit Surd. conſ. 223. num. 4. iunctis notatis num. 17. & ſeqq. libro 2. vbi quando in ſententia fit relatio ad aliud per modum cauſæ diſpoſitiuæ, ſi de relato non liqueat, ſententia omninò vitiatur.

4 Tertiò ex alio probatur hæc ſententia Magiſtralis nulla, ſcilicèt ex eo, quòd hæc ſententia videtur lata ad petitionem Oratoris Ciuitatis Papiæ, de cuius mandato indiuiduo, & ſpecialiſſimo ad agendum contra ipſam Congregationem non apparet, quamuis illud foret neceſſarium; ſiquidem quando agitur contra Eccleſiam, vel perſonam Eccleſiaſticam in iudicio ſæculari, & maximè ad effectum, vt compellatur ad ſolutionẽ onerum extraordinariorum, & quę non ſunt merè realia, multę pœnæ, ac cenſuræ, & excommunicationes impoſitæ reperiuntur, de quibus infra in locis allegandis, tàm principali, quàm eius procuratori. Quo circà vt Orator cadere faceret in has pœnas Ciues Papienſes eius principales, ſpecialiſſimum requirebatur mandatum, ſine quo in iudicio comparere non poterat, tex. eſt in l. vnica, §. ſi procurator ff. ſi quis iuſdic. non obtemp. l. ſi procurator ff. de cond. indeb. l. ſi pater ff. de his quæ in fraud. cred. latè Menoch. conſ. 296. nu. 8. lib. 3. Magon. deciſ. Luc. 5 1. nu. 1. cum ſeqq. Cum igitur abſque mandato egerit Orator, ſententia dicitur omninò nulla, vti lata ad fauorem perſonę auctori-

ctori-

ctoritate carentis ad agendum. Crau. conſ. 198. num. 4. Ri. min. iun. conſ. 666. 1. & 2. col. lib. 6.

5 Poſtremò cum agatur de interpretatione Nou. Conſtit. tùm in tit. de oneribus, tum in §. Collegijs tit. de pœnis, & ordinis Senatus Excellentiſſimi, clarum eſt, iuriſdictionem, & poteſtatem interpretandi ſolum ad Senatum pertinere priuatiuè quò ad alios omnes, quia eius eſt interpretari legem, cuius eſt condere, l. fin. Cod. de legib. cap. inter alia de ſent. excomm. Dec. in reg. 96. in ambiguis oration. ff. de reg. iur. qui ideò dicit pro interpretatione ſtatuti ad populum, qui fecit ſtatutum, recurri, & pro interpretatione priuilegij, ſeu reſcriptorum recurri ad eum, qui ea conceſſit. Cum igitur iſti Clerici Regulares ſemper oppoſuerint de incompetentia iuriſdictionis Magiſtratus, illegitimatione perſonæ Oratoris ob defectum mandati, de non ſubſiſtentia ordinis Senatus, vtique dicendum eſt, ex his colligi notoriam nullitatem prædictæ ordinationis Magiſtralis.

Secundus articulus eſt, An contractus, de quo in præſenti diſputatur, fuerit venditionis, tranſactionis, permutationis, vel diuiſionis hæreditatis, aut familiæ Erciſcundæ, ſeù eius titulus fuerit lucratiuus, vel onéroſus.

In hoc articulo exiſtimaui nō eſſe inſiſtendum, quia, qualiſcumque fuerit iſte contractus, Congregatio ius fouere dicitur vt paulo infra demonſtrabitur.

Tertius articulus eſt, An No. Conſtitutiones in tit. de oneribus, & in tit. de pœnis, necnon & Statuta Papiæ ſub Rubr. 147. de reb. immob. in non Subd. nō transfer. afficiant perſonas exemptas, vel Eccleſiaſticas, in ſpecie tamen, quod Eccleſia ſit immunis pro bonis quouis tit. acquiſitis latè probat Craſſ. de effect. cleric. effec. 3. num. 34. cum trib. ſeqq. quibus addi poteſt illa ratio, quòd Eccleſia minus debet grauari in acquiſitis titulo oneroſo, quam lucratiuo, quia in illis Eccleſia ponit de ſuo, & quidem penè æquiualens bonis, quę ſic acquirit, & probat, etiam tex. in l. iubemus, C. de ſacroſ. Eccleſ. & cap. 1. de immun. Eccleſ. in 6.

In primis nobis occurrit Conſtitutio in tit. de onerib. vbi

-cautum eſt, quòd *Acquirentes bona quocumque titulo, etiamſi eſſet ex cauſa dotis, vel priuilegiata, & ſiuè ex ſucceſſione vniuerſali, ſiue particulari, etiamſi acquirentes immunes, & exempti eſſent, teneantur ad ſolutionem omnium onerum his modo, & forma, prout tenebatur ille, cuius erant bona; Et in eo loco, vbi ſolui conſuetum fuerat, pro huiuſmodi bonis acquiſitis onera quælibet ſuſtinere. Quia volumus bona cum onere ſuo tranſire debere; Nolumuſque per dictas immunitates, nec exemptiones afferri præiudicium tertio, vel Communitatibus, & locis, cum quibus onera ſuſtinebant.* Hactenus noſtra huius Dominij Conſtitutio, quæ anſam præbuit multoties diſputandi, & de pluribus inſpectionibus differendi.

Quarum prima eſt, An iſtud Decretum compræhendat Eccleſiam ratione bonorum nouiter per eam acquiſitorum.

Secunda eſt, An ſaltem Eccleſiam afficiat, ſi bona acquiſita priùs eſſent regiſtrata, in æſtimoquè communi deſcripta.

Tertia eſt, An huiuſmodi Decreto bona dici poſſint effecta tributaria, & ſic affecta hoc onere, cum quo in eccleſiam tranſiſſe dici debeant.

Quarta eſt, An ſaltem onus ad Eccleſiam tranſire debuerit pro collectis præteritis.

6 Quò ad primam, exiſtimamus Decretis huius Dominij dici non poſſe derogatum immunitati eccleſiaſticæ conceſſæ de iure communi, & clauſæ in corpore iuris, niſi expreſsè dictum ſit, ſecundum Iaſ. in l. 1. nu. 16. ff. de Conſtit. Princip. & in l. fin. num. 6. Cod. de inoff. teſtam. latiſſimè Rimin. Sen. in iſtis terminis in conſ. 743. nu. 14. lib. 4. & per tex. in l. Decurionibus. C. de ſilent. lib. 12. latè Surd. conſ. 325. n. 8. lib. 3. dicens derogationem eſſe debere ſpecialem in propria materia, tex. eſt in l. hæres abſens, in verbo excuſatur. ff. de iudic. & ibi Barboſ. nu. 89. & ſeqq. qui dicit hoc communiter approbatum, Iacob. Benn. in ſuo tract. de priuileg. Iuriſconſ. par. 2. priuileg. 49. nu. 4. & par. 3. priuil. fin. nu. 2. & in terminis huius Decreti de oner. Lancell. Gall. conſ. 39. num. 80. & 3. ſeqq. vbi dicit Decretum prædictum non comprehendere

immu-

immunitatem, quam habet Eccleſia, cum inſerta reperiatur in corpore iuris communis, nec ei vnquàm derogatum intelligatur, quantumcumque generalis ſit derogatio, niſi expreſsè ſit dictum; Ideò in iſtis terminis illud non extendi, nec etiam ad bona nouiter per Eccleſiam acquiſita voluerunt innumeri relati per Card. Albam. in ſua diſp. de immun. Eccl. per totam, Marant. conſ. 99. Balb. in eius conſ. impreſſo inter deciſ. Oſaſch. poſt deciſ. 68. in p. art. & num. 24. Borell. conſ. 74. num. 40. & ſeqq. Latiſſimè Remig. in ſuo tract. de charit. ſubſid. à fol. 224. vſque ad fol. 257. vbi relatis contrarijs omninò tuetur hanc ſententiam; & ita pluries iudicatum in Senatu Pedemõtano atteſtatur Theſaur. deciſ. 234. & pro Monaſterio Carthuſienſi, ità conſuluit Lancell. Gall. conſ. 59. per totum, atque ita ſeruari, & ad fauorē prædicti Monaſterij ita fuiſſe à Senatu Pariſienſi pronunciatum, Annotis Robert. rer. iudic. lib. 2. cap. 2. atque ita ſeruari in Dominio Mediolani atteſtatur Io. Bapt. Plott. in addit. ad Mart. Laud. conſ. vlt. num. 13. & hanc partē latiſſimè tuetur Surd. conſ. 262. lib. 2. Flor. Diez de Mena var. quæſt. lib. 2. q. 21. num. 94. in 3. ampliat. & num. ſeqq. Mart. Alter. in ſuo tracta. de cenſ. Eccleſ. diſp. 19. de excomm. Bull. Cænæ Dom. lib. 5. c. 6. & ad fauorem immunitatis Eccleſiaſticæ pro hac eadem Congregatione, ita conſuluerũt DD. Trottus Corryus, Zumall. & alij; in eorum conſil. impreſſis inter allegat. diuerſas nomine Eccleſiæ conſcriptas. (Pro vt modo in hac Celeberrima recentiori Catena Aurea pro Eccleſiaſtica libertate, & immunitate videre eſt, in primo tomo, parte prima, fol. 5. reſpectu D. Trotti, & fol. 16. reſpectu D. Corij, & in tertia parte reſpectu D. Zumalli, & ſubinde pluribus alijs in locis reſpectu cæterorum.)

7 Ad ſecundam, quicquid aliqui ſenſerint, clarum eſt prædictum Decretum de oner. Eccleſiam non afficere, etiamſi bona nouiter acquiſita per Eccleſiam prius eſſent regiſtrata, in æſtimoquè communi deſcripta; omne enim fundamentum aduerſariorum in eo conſtituitur, quòd ex prædicta regiſtratione, & annotatione in eſtimo inducta videatur hypo-

Digitized by Google

theca, cum qua bona videntur tranſire ad Eccleſiam ſecundum vulgarem regulam, quòd bona tranſeunt cum onere ſuo; Id quod communiter recipitur in oneribus merè realibus habentibus certam, perpetuam, & determinatam formam, ac præſtationem; Hoc enim in caſu ſi prius, quàm ad Eccleſiam res tranſierat, ea erat in æſtimo deſcripta, & conſequenter hypotheca erat orta, ea ſequitur rẽ, etiamſi tranſeat ad eccleſiam, prout erat in tributis, & præſtationibus cenſualibus. Vbi verò onus, quod imponitur per collectam, non eſt vniforme, ſed variabile, neque in ea imponenda vniformis, & certa, ac determinata forma ſeruatur, ſed variatur, ſecundum quòd imminet neceſſitas, & extraordinaria munera dicuntur, hoc in caſu ab initio ex ipſa æſtimi deſcriptione non dicitur orta obligatio, & hypotheca pro toto futuro tempore, quia incertæ obligationi hypotheca accedere non poteſt, & ideò huiuſmodi onus non videtur durare, poſt quàm peruenerit rès ad eccleſiam, prout ex mente Spec. in tit. de cler. coniug. verſ. ad huius autem articuli, tenuiſſe videntur magis communiter in tit. de immun. eccl. & in cap. 1. de immun. eccl. lib. 6. & Legiſtæ in l. neminem, & in l. placet, Cod. de ſacroſ. eccle. & in auth. item nulla Cõmunitas, C. de Epiſc. & cler. & latiſſimè ita conſuluit Ruyn. conſ. 117. lib. 4. quod Conſilium eſt Magiſtrale in hac materia, Marant. conſ. 99. num, 3. qui ita declarat nu. 7. Quare ſi laici deſcripſerint, & regiſtrauerint poſſeſſiones vicinorum ſui loci in libro Communitatis, & æſtimauerint bona cuiuslibet vicini in certam ſummam, & tempore impoſitionis collectæ in dicto loco, tunc fiat diuiſio inter vicinos pro ſolido, & libra, habita ratione bonorum, quia, qui plus habet, plus ſoluit; ſi dicta bona ſic æſtimata, & regiſtrata tranſeant ad Eccleſiam quocumque titulo, controuertunt Doctores, an Eccleſia teneatur ad Collectas, quæ poſtea imponuntur per laicos ratione illorum bonorum; & quicquid aliqui dixerint, communis eſt opinio, vt diſtinguendum ſit eo modo, quo ſupra, ſcilicet, quod aut deſcriptio, ſeu æſtimatio, quæ fit pro ſolido, & libra, non eſt, perpetua, & certa; immo mutatur, &

varia-

Digitized by Google

variatur pro varietate imminentium negotiorum, & hoc caſu huiuſmodi onus non durat, poſtquam res peruenit ad Eccleſiam: Si autem prædicta deſcriptio habet certam, & perpetuam formam, vt quod ſoluatur certus, & perpetuus cenſus, aut tributum, illud onus concomitatur rem, & bona tranſeunt penes quemcumque cum dicto onere, & ſic etiam ad Eccleſiam prout hanc diſtinctionem amplectitur Bart. in conſ. 180. ſi aliqua poſſeſſio lib. 1. & poſt eum alij pleriq; ita voluerunt relati per Remig. in d. tract. de char. ſubſ. in 2. fall. poſita ſub fol. 243. vſque ad fol. 253. vbi atteſtatur hanc eſſe communem opinionem, Oſaſch. deciſ. 91. num. 22. iniunctis notatis num. 4. Balb. in memorato conſ. inter eius deciſ. impreſſo nu. 24. fol. mihi 251. Alciat. conſ. 168. ſecundum impreſſ. Lugdun. incipiente, concluſio ſupraſcripta, & ſecundum Venet. conſ. 8. nu. 7. & ſeqq. lib. 3. quem ſequitur Surd. plenè conſ. 262. nu. 1. 4. 31. 32. & num. 53. & ſeqq. lib. 2. Natt. conſ. 328. num. 2. lib. 2. Lancell. Gall. conſ. 59. à nu. 30. vſque ad num. 44. & ſeqq. Flor. Diez de Mena var. quæſt. lib. 2. q. 21. nu. 94. & num. 233. neque ad partes diſputata ita defendit Carol. de Graſſ. in ſuo tract. de eff. Cleric. eff. 3. à nu. 26. vſq; ad 38. & à nu. 154. vſq; ad nu. 176. ibiq; huius generis innumeros refert atteſtantes de communi, quod pro tributis certis ab initio impoſitionis oritur obligatio, & hypotheca pro toto futuro tempore, ex quo eſt certum, & perpetuum; & quod hoc in caſu res tranſit ad Eccleſiam cum onere ſuo; quando verò collecta, eſt incerta, & variabilis, vt quia modò creſcat, modo decreſcat pro modo neceſſitatis, nequaquàm, ita inter alios quamplurimos ſentiunt, & atteſtantur DD. Trott. Corryus Zumal. & alij latiſſimè in eorum conſil. nouiſſimè impreſſis inter memoratas allegationes. (In Celeberrima hac recentiori Catena Aurea ſupradicta, in locis, vbi ſupra) & latè Camill. Borell. conſ. 74. nu. 56.

8 Ad tertiam inſpectionem reſpondetur, prædicto Decreto in tit. de oner. etſi ea clauſula concepto. Quia volumus bona cum onere ſuo tranſire debere. Eccleſiam non obſtringi ad onerum ſolutionem, niſi quatenus onera ſint merè

 realia,

realia, & certa, & inuariabilia, quia hoc caſu prædia dicerentur effecta tributaria, & ſic tranſirent ad Eccleſiam cum prędicto onere, & in hoc caſu procedit doctrina Bart. in l. reſcripto. §. fin. ff. ad municip. volentis optimam eſſe cautelam, vt fiat ſtatutum, quod quæcunque poſſeſſiones Ciuitatis ſint tributariæ, & affectæ oneribus tributorum, & collectarum imponendarum, & quod ex tunc ſi aliqua ex dictis bonis perueniant ad Eccleſiam, poſſit imponi collecta, aliàs, vbi onera ſint variabilia, & incerta, & ſolita imponi perſonę pro rebus, eo in caſu volunt Doct. memoratum Decretum, vel ſtatutum, Eccleſiam non afficere, nec huiuſmodi cautelam ſuſtinere, Socin. Sen. conſ. 243. num. 1. verſ. confirmari videtur, & colum. 2. verſic. non obſtat, quod ſecundo loco, lib. 2. Alciat. conſ. 8. nu. 9. lib. 2. Lancell. Gall. conſ. 59. nu. 79. vbi in alio caſu impugnat Bartol. doctrinam, eamque communiori damnari Theſaur. deciſ. 234. num. 5. & ibi additio: optima, & Ruyn. cōſ. 117. n. 8. vol. 4. & Bald. in l. ſi nemini ē. Diez de Mena d. q. 21. num. 238. & nu. 236. Cenall. in ſuis comm. contrà comm. q. 899. num. 78. & ſeqq. & num. 106. lib. 4. Surd. d. conſ. 262. num. 2. 3. iunctis notatis num. 30. & nonnullis ſeqq. lib. 2. poſt Bart. ſibi contrarium in d. conſ. 180. num. 4. Gutierez pract. quæſt. lib. 1. q. 3. num. 15. & 2. ſeqq. & in ſuo tract. de Gabell. q. 92. num. 62. 63. DD. Trottus, Corryus, & Zumall. in allegatis alleg. vbi ſupra, Azor. lib. 5. inſt. moral. cap. 13. in principio; latiſſimè re ad partes diſcuſſa hanc pro Eccleſia aduerſus memorata Statuta opinionem tuetur Carol. de Graff. in d. tract. de eff. Cleric. eff. 2. q. 39. nu. 332. vſque ad nu. 337. & eff. 3. num. 30. cum ſeqq. & nu. 154. ac num. 160. Leonard. Duard. in ſuis comment. ad Bull. Cen. Dom. lib. 2. can. 18. q. 6. nu. 3. Quare Lancell. Gall. d. conſ. 59. nu. 79. dicit nullum extare Decretum Mediolani, quo bona facta ſint tributaria, aut hypothecę obnoxia, & vbi id expreſsè cautum eſſet, nullum præiudicium adhuc Eccleſiæ illatum diceretur, quia improbata ſit ſimilis cautela ſtatuti facientis prædia tributaria.

9 Ad poſtremam reſpondetur, in dubiū reuocari nō poſſe, quin

quin bona tranſeant ad Eccleſiam affecta onere ſoluẽdi collectas præteritas, & in hoc non eſſe latius inſiſtendum, vt videre eſt apud Remig. in ſuo tract. de Char. ſubſ. fol. 243. & multis ſeqq. Surd. conſi. 262. num. 5. Theſ. deciſ. 234. nu. 8. Diez. de Mena d. q. 21. num. 234. Carol. de Graſſ. d. eff. 3. num. 255.

10 Nec obſtat formula diſpenſationis, quam conſueuit Senatus Excellentiſſimus adhibere in memoratis diſpenſationibus, de ſoluendis ſcilicet per tempora oneribus incũbentibus bonis per Eccleſiam, aut Clericos acquirendis, eiſdem modis, & formis, quibus nunc tenetur venditor. Quandoquidem & ſi Nou. Conſtit. in §. Collegijs in tit. de pœn. prohibuerint bona tranſire poſſe, nec per viam vltimæ voluntatis, nec per viam contractus, à ſubdito in non ſubditũ abſq; diſpenſatione Senatus, qui conſueuit iuxtà formam prædictam diſpenſare; Tamen, quicquid Signor. & alij ſenſerint, receptiſſimum eſt memorata Decreta, & Statuta, ſiuè dirigantur in perſonam, ſiuè in rem, non afficere Eccleſiam, nec perſonas Eccleſiaſticas, prout videre eſt apud Azor. lib. 5. inſt. mor. cap. 12. in vlt. col. verſ. quinto quæritur fol. mihi 414. Cenall. in ſuis comm. contrà comm. q. 499. nu. 175. & multis ſeq. p. 4. Carol. de Graſſ. in ſuo tract. de effect. Cler. eff. 2. q. 41. vbi infinitos commemorat ſub num. 340. atteſtantes hanc opinionem communiter approbari cõtrà Bald. & alios contrarium tenentes, quòdque durum eſt ab hac opinione tàm conſulendo, quàm iudicando diſcedere, incertus auct. ſignatus P. A. M. ad ſaturitatem Doct. in hanc ſententiam refert reſpondendo etiam omnibus contrarijs, & præſertim conſi. Signor. 21. quod paſſim ſolet in contrarium allegari, & alijs multis, inter prædictas allegat. impreſſas pro Eccleſia (Apud hanc Celeberrimam Catenam Aureã nouiſſimè impreſſam, tomo ſecundo, parte ſecunda.) vbi declarando dictum §. Collegijs dicitur ex mente Boſſij in tit. de pœn. num. 43. nunquam viſum eſſe, quod reſciſſa fuerit aliqua alienatio facta alicui perſonæ Eccleſiaſticæ ſine hac Senatus diſpenſatione, tametſi in tit. de Principe num. 339. dixerit ſeruari,

vt non fiat alienatio in Eccleſiam, niſi obtenta tali diſpenſatione; Allegatur etiam ibi Carpan. in comment. ad dictum §. Collegijs, in verbo, Huic Dominio non ſubditum nu. mihi 124. & melius nu. 150. vbi atteſtatur hanc eſſe communem opinionem, & ita fuiſſe ad fauorem cuiuſdam Reu. Io. Ambroſij Præpoſiti Papienſis anno 1551. 13. Iulij à Senatu declaratum, ideoque ſuperfluam eſſe hanc diſpenſationẽ quò ad Eccleſiam, & perſonas Eccleſiaſticas ait Gall. in iſtis terminis conſ. 59. num. 88. & ſeqq. quem refert, & ſequitur D. Buttinonus in ſua allegat. nomine Eccleſiæ impreſſa in hac celeberrima recentiori Catena Aurea par. 1. fol. 141. & ſeqq.

Quartus articulus eſt, an memoratum Decretum ſolùm procedat in his, quæ tranſeunt titulo oneroſo, puta venditionis, ſolutionis, vel ſimilium, vel etiam procedat in his, quæ tranſeunt titulo lucratiuo, putà legati, ſucceſſionis, & ſimilium.

11 In quo cum Decreta noſtra in tit. de oner. afficiant acquirentes bona quocumq; titulo, ſiuè oneroſo, ſiuè lucratiuo, & ſiuè ex cauſa contractus, aut ex cauſa legati, vel ſucceſſionis, & Eccleſiaſtici tàm ex defectu intentionis, quàm poteſtatis Principis in ipſis Decretis non includantur, vtiquè dicendum eſt, non includi, ſiuè agatur de acquiſitione titulo oneroſo, ſiuè titulo lucratiuo facta, cũ verbum acquiſitionis ad vtrumque titulum referatur, & immunitas Eccleſiaſtica tàm vnum, quàm alterum caſum amplectatur, quotieſcumque nõ agitur de onere tributario, quod in quemcumque tranſit Clericum, vel Eccleſiam cum illo onere, ſiuè titulo emptionis, vel donationis, vel legati peruenerit ad Eccleſiam, vt in puncto optimè demonſtrat Ceuall. q. 899. nu. 78. & ſeq. fol. mihi 99. Carol. de Graſſ. in d. tract. de eff. Cler. eff. 3. num. 30. & nu. 35. vbi dicit non poſſe in materia immunitatis Eccleſiaſticæ conſiderari differẽtiam inter bona, quæ perueniunt ad Eccleſiam ex oneroſo, & ea, quæ ex lucratiuo titulo.

Poſtremus articulus eſt, An caſu, quo virtute dicti Decreti bona tranſeant, cum ſuo onere in perſonas exemptas, &

Eccle-

Eccleſiaſticas tranſire debeant cum ſolo onere ordinario, an vero etiam cum onere extraordinario.

12. Et in hoc receptiſſima eſt Doct. diſtinctio, quod aut munera ſunt merè realia, & prædijs impoſita, ac certa, & determinata, & in hoc caſu bona tranſeunt cum iſto onere, & ab his Eccleſia non eſt immunis, nec etiam de iure Canonico; Aut verò onera non ſunt merè realia, ſed impoſita perſonæ pro rebus; Et tunc etiamſi ordinaria ſint, nō tranſeunt cum dicto onere ad Eccléſiam; Aut verò ſunt extraordinaria, incerta, & variabilia, & tunc multò magis ab his oneribus Eccleſiam eſſe immunem iure Canonico ſtatutum eſt, ex Concilio Lateranenſi cap. 19. ſub Alexandro Tertio, vt habetur in cap. non minus de immun. Eccleſiaſt. & ex eodem Conc. ſub Innocentio Tertio, in cap. aduerſus, eodem tit. & ità declaratum à Bonifacio Octauo, in cap. Clericis de immunit. Eccleſiaſt. libro ſexto, & à Benedicto Vndecimo, in Extrauaganti. Quod olim, eodem titulo, & poſt hæc omnia Concil. Lateranenſi, ſub Leone Decimo ſeſſ. 9. in Bulla Reform. Cur. propè finem, verſic. & cum in Lateranenſibus pariter omnia hæc Decreta innouauit, & Concilia generalia ſuper his edita, prout, & Bonifacius Octauus idem ſanxit in cap. quamquam de Cenſib. libro ſexto, & Clemens Quintus in Clem. præſenti eodem tit. His omnibus ſucceſſit Bulla Cœnæ Domini, denum Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. cap. 20. de Reformatione, ac idem non dedignati ſunt Legiſtæ amplecti in l. placet Cod. de ſacroſ. Eccleſ. in auth. itē nulla Communitas, C. de Epiſc. & Cler. & alibi paſſim Doct. innumeri, inter quos Bart. in l. ad inſtructiones. Iaſō in l. placet in 2. lec. C. de ſacroſ. Eccl. Surd. in conſ. 1. vol. 3. & conſ. 2. vol. 4. & alij. Flor. Diez de Mena var. quæſt. lib. 2. q. 11. num. 174. 208. 236. Ceuall. in ſuis comm. contra comm. q. 899. Gutierez in ſuo tracta. de Gabell. q. 92. per totam, maximè nu. 62. & ſeqq. atteſtantes hanc diſtinctionē eſſe magis communem, Gall. d. conſ. 59. num. 6. & ſeqq. & num. 11. & ſeqq. vſque ad num. 30. ac nu. 51. & num. 68. Surd. conſ. 262. per totum lib. 2. Carol. de Graſſ. in d. tracta. de eff. cler. eff. 3. nu. 5. ampl.

2. & nu. 154. vſque ad num. 163. & num. 171. & ſeqq. Mar. Alter. in ſuo tracta. de Cenſur. Eccl. in diſput. 19. lib. 5. de excom. Bullæ Cœnæ Dom. cap. 1. in 6. col. & ſeq. cap. 2. cap. 3. & cap. 4. ac cap. 5. & ita clariſſimè diſtinguit cap. 6. ſiue Eccleſia emerit, vel alio titulo acquiſiuerit, Leõ. Duar. in iiſdem comment. Bullæ Cœn. Dom. lib. 2. Can. 18. q. 6. & ita pro declarat. dicti Decreti noſtri de oner. in Mediolani Dominiò ſeruari, & ità fuiſſe à Senatu Excellentiſs. ac Ill. Magiſt. Ordinario, & Extraordinario ſæpiùs pronunciatum atteſtatur Franc. Mar. Plott. in addit. ad Mart. Laud. conſ. 63. num. 13. Iudicatum à Senatu Pedemont. The. deciſ. 234. & ad fauorem Clericorum Bittun. cum dicta Ciuitate ita fuiſſe deciſum in Concilio Collaterali referente Reg. Cam. ſummariè tradit Vinc. Ann. alleg. 13. p. p. & poſt eum Camill. Borell. conſ. 74. à nu. 1. vſque ad num. 8. & in fine conſ. Bouadill. in ſua Polit. cap. 18. num. 253. lib. 2. tom. 1. & pro Monialibus S. Pauli, S. Radegundæ, & anno 1541. 48. & ſeq. 1564. & alijs ſucceſſiuis temporibus, & pro Reuer. Monacis S. Ioannis in Concha Mediolani Ordin. Carmelitarum, & pro Monaſterijs, ac Eccleſiaſticis Ciuitatis Nouariæ, & in alijs quam plu- ribus caſibus ita practicatum; & contra Ciuitatem Mediolanenſem, Papienſem, Laudenſem; & Nouarienſem fuiſſe declaratum atteſtantur DD. Trottus, Buttinonus, Zunallus, & alij in eorum Conſil. impreſſis in allegat. nouiſſimè editis pro Eccleſia (relatis in Celeberrima hac Catena Aurea ſupradicta, tomo primo, parte prima, & tertia.) Ita ut dubitandum non ſit, quin etiam hodie ità declarandum ſit ad fauorem dictæ Venerandæ Congregationis Sancti Pauli, & ad fauorem omnium aliorum Eccleſiaſticorum.

Suppleat tamen, &c.

CE-

Celeberrimi V. I. Conſulti PETRI PAVLI BVTTINONI MED. Mediolaniq; Senatoris, ac Regij ibi Conſiliarij.

V. I. Conſilium, & Reſponſum Deciſiuum.

EPITOME.

Iure Canonico, & Ciuili, Eccleſia, ac Eccleſiaſticæ perſonæ ſunt immunes à quibuſcunq; oneribus extraordinarijs pro bonis, quæ à Laicis titulo emptionis, ſeu alio nomine tranſeunt in dies in eaſdem Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas.

SVMMARIVM.

1 *Omni iure coloni Eccleſiarum ſunt immunes ab omni hoſpitatione militum, reſpectu quorumcunq; bonorum.*

2 *Cautelæ Doctorum oſtendentes colonos Eccleſiarum teneri ad collectas, &c. ſunt periculoſa ſaluti.*

3 *Princeps Laicus nullo modo prohibere poteſt quin bona tranſeant liberè in Eccleſiam; propterea conſtitutio. tit. de oneribus §. collegijs, &c. & iisdem de pœnis nullæ ſunt.*

4 *Conſtitutiones nouæ tit. de oneribus, & ſi indubiè inualidæ ſint contra Eccleſiaſticas perſonas, coloni tamen Eccleſiaſticorum ex eorum vi ad onera ordinaria tantummodo aſtringuntur.*

5 *Nullus Eccleſiaſticus, etiam ſponte volens, ſe ſubijcere poteſt*
6 *collectis, aut obſeruantiæ conſtitutionum, & ſtatutorum Mediolani.*

7 *Iudicis Eccleſiaſtici, & nullo modo laici, partes ſunt iudicare de collectis Religioſorum, ac ipſorum colonorum.*

1 C ERTVM eſt tàm iure canonico, quàm ciuili, Eccleſiam,& Eccleſiaſticas perſonas immunes eſſe à quibuſcunq; oneribus extraordinarijs,id enim affatim probat tex. in c. non minus, verſ. Siue quidē,& verſ. Quò circa, & c. aduerſus, in princ. de immunit. Eccleſ. clem. 1. eod. tit. tàm reſpectu acquiſitorum, quàm de nouo acquirendorum, c. 1. verſ. Sane, de immunit. Eccleſ. lib. 6. l. placet, verſ. Nihil extraordinarium ab hinc ſuper in-
2 dictum, & ibi Iaſ. num. 8. 13. & 18. C. de ſacr. Eccleſ. omnem etiam cautelam, quam aliquando dd. excogitarunt in fraudem Eccleſiaſticorum, vt ad talia teneantur, ſiue efficiendo bona tributaria, ſiue obligata ex conſenſu laicorum, dum ea poſſident, antequam in Eccleſiaſticos tranſeant (qua de re Bart. in l. reſcripto, §. fin. num. 5. ff. de muner. & honor. & Bald. conſ. 246. antiqua eſt querela laicorum in l. 3. & conſ. 280. vbi latiſſimè de hoc agit vol. 2. vtrobiq; tamen aſſerens eiuſmodi cautelas periculoſas eſſe, prout agnoſcit eorūdem author Barth. in d. §. reſcripto, ſub nu. 5. inquiens hęc verba
✠ prædicta, dico ſalua correctione, & determinatione Sanctæ Matris Eccleſiæ, quia ſi aliud determinaret, & ego aliter determino) meritò exploſam, & damnatam eſſe, vt quæ verè libertati Eccleſiaſticæ aduerſetur, & in illius fraudem adinuenta ſit, quemadmodum tradunt omnes in d. l. placet, C. de ſacr. Eccleſ. de com. & communiter Doctores bene ſentientes pari conſenſu inquiunt non poſſe cautelam, nec formam adinueniri, per quam eccleſiaſtici collectari queant, reſpectu bonorum à laicis acquiſitorum.

Propterea videndum eſt, quibus rationibus prætendat Ciuitas Nouariæ, & litis conſortes Ven. Monaſterium deinceps cogere, vt hactenus indebitè fecerunt ad extraordinariorum onerum ſolutionem, pro bonis, quæ à laicis titulo emptionis in idem Monaſterium tranſierunt; quantum verò memoria retinere potui tribus pars aduerſa nititur fundamentis, quorum.

Digitized by Google

Primum eſt, quod N. C. in tit. de pœnis, §. Collegijs prohibita ſit alienatio in Eccleſiam, & eccleſiaſticas perſonas, neq; aliter contra eas diſpenſari, quàm cum clauſula, quod bona tranſeant cum onere ſuo, & præſtita fideiuſſione de ſoluendis per tempora oneribus incumbentibus bonis acquirendis, ijſdem modis, & formis, quibus tenetur venditor.

Secundum verò eſt, quòd ijſdem Nouis Conſtitutionibus in tit. de oneribus, in prin. cautum eſt, quòd acquirentes bona quocunq; titulo, etiam ſi acquirentes immunes, & exempti eſſent, teneantur ad ſolutionem omnium onerum, his modo, & forma, prout tenebatur ille, cuius erant bona, & in eo loco, vbi ſolui conſuetum fuerat pro huiuſcemodi bonis acquiſitis onera quælibet ſuſtinere, quia volumus bona cum onere ſuo tranſire debere, nolumuſq; per dictas immunitates, nec exemptiones afferri præiudicium tertio, vel Communitatibus, & locis, cum quibus onera ſuſtinebant.

Tertium, & vltimum eſt, quod præcipua, & expreſſa conuentione in actu acquiſitionis Monaſterium ſe ad huiuſcemodi onerum ſolutionem, ita venditore exigente, obſtrinxerit, & propterea non aliter Monaſterium poſſe hæc bona retinere, quàm ſi onera agnoſcat.

3 Verum ad omnia facilis eſt reſpõſio; Sanè etenim quò ad primum, & ſecundum, ſi de poteſtate diſquirere placeat (vtcunq; de primo ſuperfluum ſit loqui, ex quo venditio facta fuit ſine aliqua diſpenſatione, & de venditione irritanda non agitur, ſed tantum, vt Monaſterium onera ſoluat) compertum eſt non poſſe Principem prohibere, quin bona in Eccleſias liberè tranſeant, vt de communi teſtatur Boſſius in tit. de pœnis, num. 43. quo loci ait, quod nunquam vidit alienationem factam alicui perſonæ eccleſiaſticæ, ſine hac Senatus diſpenſatione infringi; tametſi, & ibi, & in tit. de Principe num. 339. dicat ſeruari, vt non fiat alienatio in Eccleſiam, niſi obtenta tali diſpenſatione, latè Carpan. in Comm. ad dictum §. Collegijs, in verbo huic dominio non ſubdi-

tum,

tum, vbi nedum hanc ſæpius comm. appellat, ſed ita etiam inquit à Senatu iudicatum à nu. 150. vſq; ad finem fol. 119. & ſuperfluam propterea diſpenſationem ait Gallia, in terminis conſ. 59. num. 88. & 89. Si igitur expreſsè de Eccleſia, vel Eccleſiaſticis perſonis mentio fiat defectu poteſtatis corruit diſpoſitio ex prædictis, ſin autē talis diſpoſitio generaliter concepta ſit in ſui latitudine, Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas non comprehendit, vt de communi teſtatur, Boſſius in tit. de Principe, ſub d. num. 339. verſ. Et reſpectu eccleſiaſticarū perſonarū, Surd. conſ. 2. ſub num. 14. verſ. Quinimò videtur etiam procedere, & ſub numer. 32. poſt verſ. Sed in laicis, & per totum illum numerum, vbi in fortioribus terminis affatim ex communibus DD. opinionibus reprobat, Bart. opinionem in l. cunctos populos, num. 29. C. de ſumm. Trinit. & fide Catholica, dum inquit ſtatutum generale ſi nihil iubeat, quod præiudicet libertati eccleſiaſticæ, nec peccatum nutriat, valere in præditium eccleſiaſticorum, & num. 43. & 44. diluit latè ipſummet obiectum de Statuti generalitate. Liquet etiam Principem non poſſe collectas eccleſiaſticis imponere tùm ex prædictis, tùm ex eo quia cum imponere datia, & collectas ſit quid iuriſdictionale, l. reſcripto, §. fin. ff. de muner. & honor. Calderin. conſ. 7. col. 3. nu. 3. verſ. Item munera, de Conſtit. Alex. conſ. 78. ſub nu. 8. verſ. Quia collectæ, lib. 6. Pariſ. conſ. 25. nu. 3. vol. 1. cum alijs conſultò omiſſis, eccleſiaſtici verò iure diuino ſint exempti à ſeculari iuriſdictione, eorumq; immunitas proceſſerit, antequam emanauerit Conſtitutio Eccleſię diſponens de clericorum immunitate, quam propterea Bald. in c. at ſi clerici, inquit non eſſe inductiuam, & diſpoſitiuam ſed declaratiuam, vt per Surdum latè alios ex more afferentem conſ. 301. nu. 16. vtiq; edicto, ſeu Conſtitutione ſecularis, quantacunq; poteſtate fulgentis, ligari non poteſt, vt proſequitur idem Surd. loco proximè citato, vſq; adeo vt, nec etiam accedente conſenſu eccleſiaſtici, effici queat, vt laicus in eccleſiaſticum iuriſdictionem habeat, c. ſi diligenti, de foro compet. etiam de Epiſcopi voluntate, gl. in c. ſignificaſti,

 caſti,

caſti, vbi Abb. col. fin. eodem tit. plenè.Surd. conſ. 193. num. 4. & 5. vbi de communi teſtatur, & inquit conſuetudinem contrariam non valere, & in terminis vtrumq; ex memoratis obiectis diluit. Lancellot. Gallia. videndus conſ. 59. nu. 80. vſq; ad nu. 89.

Sin autem de voluntate tractetur, idipſum fortius dicendum eſt, Eccleſiã .ſ. & perſonas eccleſiaſticas in formula diſpenſationis, & in ea N. C. diſpoſitione non comprehendi quò ad onera, quæ perſonæ bonorum contemplatione imponũtur, & licèt conſtitutio de immunibus etiam loquatur; tamen intelligi debet de ijs immunibus, quorum immunitas in corpore iuris clauſa non eſt, vt per Galliam d. conſ. 59. num. 83. & quibus poteſt ſæcularis Princeps derogare, non autem de ijs, in quibus poteſtatem non habet, rationibus prædictis.

Namq; quò ad perſonas ſatis conſtat ex eo, quod ſupra probatum eſt in generali diſpoſitione eos non comprehẽdi, quod non præſumatur Principem, qui ſuper Eccleſijs, & eccleſiaſticis diſponere non poteſt, in ea generalitate eos contineri voluiſſe, ad tradita per Surd. d. conſ. 2. ſub num. 32. & nu. 43. ad finem & 44.

4 Quò ad onerum qualitatem, palàm eſt de realibus tantùm, & ordinarijs, ad quæ Eccleſia tenetur, ſecundum veriorem opin. No. Conſt. in tit. de oner. & diſpenſationes Senatus eſſe intelligendas, vt in terminis tradit Gallia præcitatus in conſ. 59. num. 90. & ſeq. & diligenter No. Conſtit. & formulam diſpenſationis intuenti idipſum liquet, nam quò ad Nou. Conſtit. licet paulò generalior diſpoſitio videatur dum in perſonam dirigit obligationem onerum ſoluendorum, tamen ſtatim ex adiecta ratione ad onera ordinaria, & realia perſtringitur, ibi, quia volumus bona cum onere ſuo tranſire debere, nolumuſq; per dictas immunitates, nec exemptiones afferri præiudicium tertio, vel Communitatibus, & locis cum quibus onera ſuſtinebant, & propterea paulò latior verborum conceptio, per rationem reſtringitur vt non niſi ad onera realia pertineat, l. cum pater. §. dulciſſi-

mis ff. de leg. 2. Menoch. conſ. 375. num. 44. & per eam lex declaratur, Menoch. conſ. 99. nu. 141. cum ſit anima legis, idem Menoch. conſ. 139. num. 42.

Cæterum ex formula etiam memoratæ diſpenſationis id- ipſum patet, ibi de ſoluendis per tempora oneribus incumbentibus bonis acquirendis eiſdem modis, & formis, quibus nunc detinetur venditor. Ex ijs enim verbis in aperto eſt Senatum loqui tantummodo de realibus, non autem de ijs, quæ perſonæ imponuntur, cuiuſmodi ſunt collectæ.

Neq; ſuperflua eſt eiuſmodi fideiuſſio, reſpectu realium ordinariorum, cum nō deſint, qui teneant eccleſiaſticos ad ea etiam non eſſe obſtrictos, vt per Card. Alban de immunit. Eccleſiæ, quem refert, & ſequitur eam tractans pleniſsimè Carolus Episc. Nouar. in explic. Can. conuenior. 23 q. 8. ſub nu. 23. in 2. p. ſecundi tomi huius celeber. Aureæ Catenæ.

Quanquam in re iſta, tā longa diſcuſſione opus non erat, cum & Illuſtris hic ordo, & Senatus Excellentiſſimus, non ſemel iudicauerint fauore Eccleſiarum, & perſonarum Eccleſiaſticarum, vt per Plotum ad conſ. Martini Garrati 63. nu. 13. & 14. quem refert, & ſequitur Gallia d. conſ. 59. ſub num. 94. verſ. Idq; adhuc apertius, & nos ipſi præ manibus multas ordinationes, vtriuſq; ordinis habemus, vt iam dubio procul conſtet ex ſubſequuta obſeruantia, qualiter No. Conſt. in tit. de oneribus, & formula ipſa diſpēſationis exaudiri debeat, quoniam ſubſecuta obſeruantia declarat, quid in præcedēti diſpoſitione contineatur, Butrius in c. cum veniſſent, col. 3. verſ. ſecundo oppono, de iudicijs, Natta conſ. 406. nu. 25. Crau. conſ. 836. num. 10. Decius conſ. 6. nu. 15. conſ. 96. nu. 14. & conſ. 101. nu. 47. & 48.

Quò ad tertiū, & vltimum partis aduerſæ fundametum, quod in expreſſa obligatione à Monaſterio ſuſcepta conſtituitur, eodem ordine expenſa, ſcilicet poteſtate, & voluntate diluitur.

5 Quod enim ad poteſtatem attinet, cum vt ſupra probaui, nec etiam per viam legis, ſtatuti, ordinis, & Conſtitutionis fieri poſſit, vt Eccleſiæ, & perſonæ eccleſiaſticæ ad collectas

obli-

obligentur, conſequens eſt, vt neq; expreſſa pactione ad id obſtringi queant, quoniam non dubium eſt, quin æqualiter, ac etiam potentius in his operetur ſtatutum, & eius generis alia, quam pactum, gl. in rubr. C. de decur. lib. 10. Opizo in l. filius familias, §. Diui, num. 85. ff. de leg. 1. Euer. in loco à pacto ad legem ſub nu. 1. & ſub num. 10. qui propterea, optimè aliorum auctoritatibus eodem loci nu. 11. ait argumentum à ſtatuto, & lege ad pactum non valere affirmatiuè, vt quod poteſt per ea fieri, poſſit etiam per pactum, ſed tantùm negatiuè, vt propterea meritò contendamus in caſu, de quo agitur pactum, quod Vener. Monaſterium ad collectas teneatur, non valere, cum nec lex, nec ſtatutum id iubens ſuſtineri poſſit.

6 Quin neq; Monaſteriũ potuit ſe ad collectas obligare, cũ inde reſultet ſubiectio iuriſdictioni ſeculari, cui ſe nec vltrò etiam cum Epiſcopi licentia ſubmittere eccleſiaſtici poſſunt, vt ſupra dictum fuit. Nec mouet, quod quemadmodum poteſt, quid ſub conditione Eccleſiam grauante donari, aut eidem relinqui, & non aliter acceptari, aut agnoſci poſſe donationem, vel legatum, quam ſi onus itidem agnoſcatur ijs adiectum, ita & hoc caſu nõ aliter bona empta retineri poſſe, quàm ſi onera extraordinaria ſoluantur ob pactum memoratum, ſiquidem omiſſo, quod ſemper coram
7 Iudice Eccleſiaſtico, non autem ſeculari, res tractanda eſt, vt tradunt Doctores omnes, qui de prædicta concluſione loquuntur, longum eſt diſcrimen inter eos caſus, & caſum noſtrum; in ijs enim grauamen, quod per modum conditionis, vel modi adijcitur, nihil pœnitus detrimenti, nec ratione perſonæ, & eccleſiaſticæ iuriſdictionis, nec reſpectu bonorum infert, cum neque per modum coactiuum aliquid exſoluant, & ſemper Eccleſia, & eccleſiaſtici lucrum percipiant, tametſi voluntatem donatoris, vel legantis exequantur. Noſtro in caſu aliud eſt, in quo oneroſo titulo venditionis res in Eccleſiam translata fuit; nec probabiliter opinandum eſt ea contemplatione, vt deinceps Eccleſia ſolueret onera extraordinaria correſpectiuam partem pretij

venditores remiſiſſe, cum id meram ſapiat donationem, ne dicam ſtultam, iacturam, indeque ſequitur, cum iuſtum pretium exſolutum præſumatur, Eccleſiam, & eccleſiaſticas perſonas, quam maximè lædi, tum ratione iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, tum ratione bonorum, cum reſultet obligatio ad eorum onerum ſolutionem, medio etiam Iudicis ſecularis, ad quæ nec ſub Iudice quidē eccleſiaſtico tenebantur; & ſic eiuſmodi conuentionem reſolui in cautelam omni iure improbatam, & longè alijs debiliorem, vt eccleſiaſtici ad collectas teneantur pro bonis, quæ à laicis acquiſiuerunt.

Quo ad voluntatem ſatis conſtat, nihil minus contrahentes cogitaſſe, quàm quod vigore pactorum, de quibus in acquiſitionibus Monaſterium ad collectas deinceps teneretur, tùm quia ex defectu poteſtatis arguendum eſt eos noluiſſe, quemadmodum ſupra dictum eſt ad primum, & ſecundum partis aduerſæ fundamentum, verſ. Sin autem; tùm quia obligatio per Monaſterium ſuſcepta eſt tantum ratione onerum bonis incumbentium, & ſic realium, non autem perſonalium, quales ſunt collectæ, quæ perſonæ pro bonis imponuntur, l. reſcripto, §. fin. & ibi glo. in verb. incolis relata ad textum, ff. de muner. & honor. Bart. in l. vnica, ſub num. 23. verſ. Venio ad ſecundum, Cod. de mul. & in quo loco Oſaſc. qui plura adducit deciſ. 95. num. 4. Natta conſ. 280. ſub nu. 5.

Et ex his patet ad fauorem Ven. Monaſt. omnino eſſe iudicandum.

Suppleat, &c.

Coſſ-

Conſilium, & Reſponſum Secundum Deciſiuum
EIVSDEM CELEBER. AVCTORIS
In Cauſa ſucceſſionis ab Inteſtato. Pro Venerando Monaſterio Sancti Antonij Fratrum Ord. Præd. Vallis Telinæ.

EPITOME.

Statuta quæcunq; prohibentia ſucceſſionem bonorum ab inteſtato, ſi afficiant perſonas Eccleſiaſticas, præter alia, &c. ſunt omnino inualida, vtpote à non habente iuriſdictionem, & directè contra libertatem Eccleſiaſticam facta.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vallis Telinæ, & alia illi ſimilia prohibentia ſucceſſionem Eccleſiaſticis ſunt immediatè, & directè contra Eccleſiaſticam libertatem.*

2 *Statuta ſupradicta nulla ſunt, vti facta à non habente poteſtatem, nec iuriſdictionem, & etiam nu. 4.*

3 *Item nequiſſima ſunt, vti impeditiua vitam contemplatiuam.*

5 *Supradicta ſtatuta tyrannidem ſapiunt, tanquam Eccleſias opprimentes.*

6 *Iuribus, & Doctorum auctoritatibus oſtenditur nullius roboris eſſe huiuſmodi ſtatuta.*

7 *Validi ratione oſtenditur, nullo modo poſſe, nec debere afficere perſonas Eccleſiaſticas.*

STATVTO ciuili Vallis Tellinæ cap. 193. cauetur.

Che quando alcun Maſchio, ò Femina entra nella Religione, ſe ſi fà profeſſo, ſi preſuma eſſere morto al mondo vn' hora inanzi, che farà entrato, e s'habbi per morto, &c. e la ſua heredità, e beni ſecolari, come ſe naturalmente fuſſe morto, ſi differiſcano, &c.

Quod itidem alijs in ſtatuto apud nos verbis habetur. vol. 1. cap. 284. vid.

Illa perſona, quæ de iure communi pro mortua ciuiliter reputatur (qualiter cenſendus eſt profeſſus, & profeſſa) in ſucceſſione non admittatur ad partem, nec faciat partem, & quò ad ſucceſſionem, tam eius, quam alterius in omnibus, & per omnia habeatur, & reputetur vt mortua, ac ſi naturaliter, & verè eſſet mortua antequàm reputare poſſit pro mortua.

Ex facto autem proponitur Horatium natum Morbinij in dicta Valle fuiſſe ingreſſum Religionem Dominicanam anno 1580. atq; in ea ſolemniter profeſſionem emiſiſſe anno 1581. Cum autem poſtmodum caſus paternæ, & maternæ ſucceſſionis euenerit; interimq; petita eius nomine fuerit à D. Rethis, tunc in dicta Valle dominantibus, & mādantibus, diſpenſatio vt præfatus Reuerēdus Frater profeſſus, in ſę culo vocatus Horatius, vt ſupra, poſſet non obſtante memorato ſtatuto in tertia parte ſuccedere, de duobus dubitare contingit.

Primò, nunquid ſtatutum prædictum impediat ſucceſſionem Monaſterij in bonis paternis, & maternis præfati Reuerendi Fratris.

Secundò, nunquid ſaltem tertiam partem prędictam vendicare poſſit, non obſtante quod ea per multos annos potiri permiſerit Titium eius affinem, acceptata quadam annua penſione.

Ad primum negatiuè exiſtimo reſpondendum, idq; deffectu non poteſtatis.

Pri-

1 Primò, quia omnium conſenſu receptũ eſt tale ſtatutum eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam, ex regula, de qua per Angel. conſ.48. num.3. Felin. in c. nouerit. nu.2. de ſententia excommunic. Dec. in c. Eccleſia S. Mariæ nu. 4. de conſtit. & in conſ. 114. ſub nu. 1. & ſub num. 5. latè Surd. conſ. 301. nu.77.

2 Secundò, quia in terminis tale ſtatutum non valere tenent grauiſſimi doctores. Paul. de Caſtro conſ.462. non eſt dubium, ſub nu. 2. in principio p. p. Abb. vbi latè additur in c. 9. de Clericis ſub nu.49. verſ. 5. Bald. ibi, & verſ. mihi non placet de foro competenti;& conſ.111.ſub num.4.p.2. Alex. conſ.139. col. fin. num. 13. lib. 2. vbi de magis commun.& conſ.44. nu.15. lib.5. Pariſ. conſ.40. nu.3. & multis ſeqq. lib. 3. & ex commun. Socin. ſublata difficultate, quod ſtatutum loquatur per verbum ingrediens, vel ingreſſus in l.2. ſub nu. 3. verſ.3. prout nec infidelis, qui pœnæ nomine. Dec. cõſ. 114.

3 ad finem, tum ratione prædicta, tum etiam quia tale ſtatutum eſt impeditiuum ingreſſum Religionis, & vitæ contemplatiuę vt per Abb. in dicto c.9. de Clericis ſub dicto nu. 40. & Alex. dicto conſ.139. paulo ante finem lib.2, num.15. lib.5. Pariſ. dicto conſ.40. nu.7. vol.3. Socin. Sen. in dicta l.2. ſub nu.3. ff. de his, qui pœnæ nomine. Ripa reſponſ. 6. ſub rubr. de Iure & ciuili in antiquis.

Tertiò, quia ſublata eſt omnis difficultas in caſu noſtro, cum ſtatutum loquatur per verbum præſentis temporis, ibi. *E anco ſtatuito, che quando alcuno Maſchio, ò Femina entra nella Religione, ſe ſi fà profeſſo, ſi preſuma eſſere morto al Mondo vn' hora dinanzi, che ſarà entrato, e ſi habbi per morto, &c. e la ſua heredità, e beni ſecolari, come ſe naturalmente foſſe morto, ſi deferiſcano, &c.* In

4 hac enim ſpecie nemo eſt, qui neget defectu poteſtatis, & iuriſdictionis inualidum eſſe huiuſmodi ſtatutum, Alciat. cõſ. 554. nu. 1. verſ. quamuis etiam, ſecundum impreſſionem Lugdunenſem. Anchar. Iun. q.2. nu.6. p.2. latè D. Menoch. conſ.196. num.32. etiam ſi fingat, prout hoc caſu, cum mortuum præambula hora, vt ibi per eundem nu.33.

5 Quamobrem ſi quid in contrarium viguit in id vſq; tem-

poris conſuetudo ea omnis referri debet ad Tyrannidem Rethorum hæretica prauitate laborantium, qui de opprimendis Eccleſijs, & Eccleſiaſticis perſonis callidè cogitarũt; exindeq; eis, Deo maximè adiuuante expulſis, de tali conſuetudine auocari non debet.

Ad ſecundum non poteſt aliqua ſubeſſe dubitatio, quoniam cum nomine ipſius Horatij diſpenſatio petita fuit proindeq; intret iuris regula, quod ratihabitio retrotrahitur, & mandato æquiparatur; cæterum noluimus ſolam licentiam ſine aliqua acceptatione expreſſa iuſſi cere, cũ de mero cõmodo tractetur, vt latè inſiſtit Rol cõſ. 19. à n. 39. vſq; ad n. 47 lib. 1. Burſat. cõſ. 33. nũ. 5. lib. 1. Surd. decif. 206. nu. 11. Cæph. cõſ. 33. n. 19. de tẽ. Molin. de iure primog. lib. 4. c. 2. nu. 76. Nec ſcrupulũ inijcit ipſius Horatij dũ Monacus fuit, taciturnitas, & exactio annuæ præſtationis viuente Titio, cum certum ſit neq; per expreſſam renunitationem quicquam ab eo potuiſſe fieri in præiudicium Monaſterij, cui ſoli ius ſucceſſionis ex ingreſſu, & diſpenſatione prædicta fuit quæſitum. Auth. ingreſſi C. de ſacroſanctis Eccleſijs.

Quò verò ad id, quod pati paſſu in Statuto apud nos eſſe retulimus, non eſt quod ſcribam, cum paſſim doctores ſuper hoc ſcribentes, quos legere, & bene perpendere quicũq; voluerit poterit, omnibus innoteſcant, proindeq; per quam latè ſat erit, vix vnum ſub breuitate detegere, idq; erit Bart. in auten. ſi qua mulier C. de ſacroſ. Eccleſ. & in ea quæſtione, qua queritur; An ſi quis fecit teſtamentum, & poſtea efficiatur Monacus, rumpatur teſtamentum: & Antonius de Butrio in c. in præſentia de proba. poſt mediũ, volunt quod iſta mutatio ſtatus, ſiue capitis terminatio, quæ fit per ingreſſum Monaſterij, non debeat ſibi obeſſe, cum ſit actus virtuoſus, & meritorius; Item l. Deo nobis, & d. c. ſtatutũ habetur expreſſe, quod Monacus, quò ad acquirẽdum Monaſterio nõ habeatur pro mortuo, ſi Monaſterium ſit capax bonorum.

Verum, vt etiã vltra leges ratione loquamur, ſine qua erubeſcendũ foret inter rationis compotes, efficaci ratione probatur quod mors ciuilis nõ operetur id, quod naturalis proindeq;

indeq; nō poſſe mortuum ciuiliter, mortuo naturali comparari.

7 Vbi poſt mortem ciuilem poteſt aliquid aliud deuenire naturaliter, quod plus operetur l. ex ea §. inſulā de verbo oblig. §. hæreditatem, ibi enim poteſt euenire mors naturalis vnde ipſa expectatur, ſecus ſi poſt mortem ciuilem non poteſt aliquid vltra euenire, quia tunc non expectatur naturalis caſus, vt eſt videre in matrimonio diſſoluto per mortem ciuilem, nam poſtea non poteſt euenire caſus naturalis, qui aliquid operetur quò ad diſſolutionē matrimonij, quia quod diſſolutum eſt, amplius diſſolui non poteſt. in auth. de nup. in §. ſi diſtraxerit, & hæc fuerunt verba Petri, vt refert Cyn. in l. Deo nobis, vel ſecundum, Dyn. & Barth. in d. §. inſulam, & Cyn. in l. Deo nobis, & Baldus in repetitione l. 1. in 15. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & Canoniſtæ in c. cum ſit de conuerſio. coniuga. Aut mors. ciuilis non operatur eundem effectum, & tunc æquipollet morti naturali, vt in §. inſulam præallegato, & in dicto §. hæreditatem; aut operatur eundem effectum, & æquipollet morti naturali, l. ſed ſi deceſſerit. ff. qui ſatis cog. & d. l. actionis §. publicatione; ſed ſi ita eſt, quod poſt mortem ciuilem procedentem ab ingreſſu Religionis poteſt aliquid euenire, quod plus operabitur, quam mors ciuilis, quia poſt mortem ciuilem non deſinit Monacus egere alimentis, & conſequenter hæreditate, donec naturaliter viuit, vt alatur, & induatur, quæ neceſſitas ceſſat poſt mortem naturalem, ergo non poteſt dici, quod operatur eundem effectum mors ciuilis, quàm operatur mors naturalis, proinde dato quod ciuiliter ſit mortuus, poteſt, vt morti naturali ſibi propinandæ abſq; alimentis, & indumentis occurrat in hæreditate ſuccedere, &c. Hæc ex conſ. 139. lib. 2. Alex. de Imol.

Nullo itaq; iure dicendum profeſſum vti ciuiliter mortuum poſſe à ſucceſſione bonorum rationabiliter excludi.

Supplicat, &c.

Celeberrimi, ac prçſtantiſſ. V.I. Conſulti IO: PETRI SVRDI CASALENSIS, Præſidis Senatus Montisferrati, ac ſupremi Conſiliarij Sereniſſ. Ducis Mantuç & Montisferrati.

V.I. Conſilium, & Reſponſum Deciſiuum.

Et eſt 2. in ord. in 1. volu. ſuorum conſil.

EPITOME.

Nullum ſtatutum laicorum ligat Eccleſiam, aut Eccleſiaſticas perſonas, nec quoſcunq; eorum colonos, aut ab eis cauſam habentes pro eorũ bonis, vel fructibus, nec etiam pro illa parte, quæ colonorum eſſe exiſtimatur.

SVMMARIVM.

Notandum tamen, quod à numer. 1. vſq; ad numer. 14. ſunt argumenta, ſeu rationes argumentatiuo modo adductæ contra veritatem.

1 *Alienatio ſi ex pacto ſit prohibita in potentiorem, non poterit res alienari in eccleſiam.*
2 *Idem eſt quando alienatio prohibetur ex ſtatuto.*
3 *Statutum laicorum non faciens de clericis mentionem ligat clericos, ſi verſetur circa honeſta, & non tollat priuilegium clericorum.*
4 *Statutum prohibens immobilia alienari in forenſem, ligat clericum, & eccleſiam.*
5 *Clericus uti poteſt ſtatuto diſponente de retractu rerum venditarum ab agnatis.*
6 *Eccleſia vti debet contra ſe eo iure, quo vtitur contra alios.*

7 Sta-

7 *Statutum quòd ceſſio non poſſit fieri in nobilem contra plebeium, ligat clericum ne cedat.*

8 *Statutum infringens donationem, quæ non ſit inſinuata, & facta cum certa ſolemnitate, ligat clericum donantem.*

9 *Statuta laicorum ligant clericos, quando præiudicant in acquirendis, non in acquiſitis.*

10 *Statutum excludens fratrem à ſucceſſione ſororis, ligat clericum.*

11 *Statutum licet non poſſit in ſpecie diſponere de reb. clericorum, tamen poteſt id facere in genere.*

12 *Statutum tunc dicitur contra eccleſiaſticam libertatem, quando tollit ea quæ eccleſiæ ſunt conceſſa in priuilegium.*

13 *Clericus ligatur ſtatuto diſponente de retractu.*

14 *Statuta laicorum non ligant clericos, ex defectu poteſtatis, & voluntatis, vt ibi late.*

15 *Statuta laicorum quamuis fauorabilia, non ligant clericos, niſi ſint confirmata à Pontifice.*

16 *Statutum quòd cauſæ inter affines compromittantur, an liget clericum litigantem.*

17 *Clerici non poſſunt renunciare priuilegio fori, nec conſentire in Iudicem laicum.*

18 *Statutum laicorum quantumuis fauorabile, quando clericos non liget.*

19 *Statuta laicorum permiſſiua, & continentia conſilium, includunt clericos, non præceptiua.*

20 *Vendere, vel emere nemo cogitur.*

21 *Vendere nemo cogitur, niſi iuſto pretio.*

22 *Statutum dicitur contra libertatem eccleſiaſticam, quando facit conditionem clericorum deteriorem, quàm ſit ex iure communi.*

23 *Statutum inducens relocationem, niſi Dominus denunciet conductori per tres menſes, ante finem locationis, non ligat clericum.*

24 *Statutum diſponens de retractu, eſt contra libertatem eccleſiaſticam quò ad clericos ementes.*

25 *Statutum dicitur contra eccleſiaſticam libertatem, quando reddit clericos timidiores ad faciendum id, quod liberè facerent ſtatuto ceſſante.*

26 *Statutum, quod loquitur in perſonam, non ligat clericos.*

27 Sta-

Digitized by Google

27 Statutum loquens in perſona, non ligat eum qui non eſt ſubditus etiam quò ad bona poſita in territorio ſtatuentium.
28 Statutum diſponens de retractu, non ligat clericum.
29 Statutum ne liceat appellare, non valet, ſed bene valet pactum.
30 Pactum plus operatur quàm ſtatutum, vbi quis diſponit de re propria.
31 Clericus non poteſt renunciare priuilegio fori.
32 Bar. in l. cunctos populos nu. 29. C. de ſumma Trin. reprobatur.
33 Voluntas, & poteſtas requiruntur in quocunq; actu.
34 Statutum prohibens immobilia alienari in forenſem, non ligat clericos.
35 Titulus, quod quiſque iuris. quomodo procedat.
36 Hæres licet non conueniatur intra tempus ad conficiendum inuentarium, tamen ipſe alios poteſt conuenire.
37 Eccleſia poteſt vti lege pro ſe, & eam non recipere contra ſe.
38 Superior poteſt vti lege inferioris ſi velit, quamuis ea non ligetur.
39 Clerici ideo vtuntur ſtatuto laicorum, quia ciues ſunt, & ſubeunt onera ſpiritualia.
40 Statutum, quòd ceſſio non poſſit fieri in nobilem, non ligat clericum, ſed alium contrahentem cum clerico, vt ibi latè.
41 Statutum ligat clericos, quando annullat actum niſi fiat ſub certa forma.
42 Statutum ligat forenſem, quando non prohibet actum ſimpliciter, ſed niſi ſeruetur certa ſolemnitas, & ibi etiam declaratur hoc quomodo procedat.
43 Laici poſſunt ſuorum ſtatutorum beneficium denegare clericis.
44 Generalis diſpoſitio idem operatur quod ſpecialis, & ibi exornatur.
45 Statutum laicorum ſiue generale ſit, ſiue ſpeciale, non ligat clericos.
46 Priuilegium facilius tollitur, quàm ius commune.
47 c. Conſtitutus. de reſtit. in integr. quomodo procedat.
48 Opinio communis non attenditur vbi contraria eſt melioribus rationibus fulcita.
49 Doctori, qui fuit contrarius, non creditur.
50 Statutũ mixtũ conditũ à clericis, & à laicis, ſeruatur in vtroq; foro.

DVBIVS eſt & diſputabilis articulus, qui nunc controuertitur coram Reu. Dom. Vicario Caſalenſis Epiſcopi, inter nob. Alber. Palleſium, & Vener. Do. Euaſium Marciniſium, ſuper retractu prædiorum, quę dictus Euaſius emit ſuper finibus huius ciuitatis à fratre dicti Alberti. Nam extat ſtatutum diſponens; quod qui emerit aliquam rem immobilem à perſona de Caſali, teneatur eam reuendere, & reſtituere fratri, vel ſorori venditoris, Et quamuis hoc ſtatutum fuerit à laicis conditum, includere tamen videtur etiam clericos ementes: id quod ex pluribus comprobari poſſe videtur.

Primò, quia in generali diſpoſitione, quam facit laicus, venit & clericus: vt ſi laicus per contractum diſponat; quod res non poſſit alienari in potentiorem, ea verba etiam eccle-
1 ſiam comprehendent. not. in l. ea leg. C. de condic. ob cau. l. ſi ita quis §. ea lege ff. de verbor. obl. in l. fin. C. de pact. inter empto. & vend. & in l. fin. C. de iure emph. etſi id licet priua-
2 to cuique homini, multò magis verum erit quando à ſtatuto vniuerſali aliquid generaliter diſponitur: quia potentius eſt ius ſtatuti, quàm pacti. glo. in rubr. C. de decurion. lib. 10. Opizo. in loco infer. alleg. num. 76. Euer. loco 89. in princi. Ità in ſimili arguit Ambr. de Opizo. in l. filius fa. §. diui. num. 85. ff. de leg. 1. & ſicuti ex pacto clericus obligari poteſt ad retractum, ita ex ſtatuto. Barba. conſil. 65. colum. antepen. volu. 4.

Secundò, quidquid ſit, quando ſtatutum expreſſam facit mentionem de clericis. Hoc certum eſſe videtur, quod ſi ſtatutum verſetur circa ea, quæ honeſta ſunt, & non tollit quicquam quod clericis, vel eccleſiæ fuerit conceſſum in priuilegium, tali caſu, ſi generale ſit, & de clericis non fa-
3 ciat mentionem, erit etiam contra clericos ſeruandum, quia nõn poteſt dici contra libertatem eccleſiaſticam, quando nullum priuilegium adimit clericis, iuxta Auct. caſſa. C. de ſacroſa. Eccl. ita Bar. in l. cunctos populos num. 29. verſ. hoc præmiſſo C. de ſum. Tri. & fid. cath. ſequitur Bal. in Auth.

ſi qua.

ſi qua mulier.C.de ſacroſan.Eccl.Luc.de Pena.in l.iubemus. col. pen. & fi. C. de naui.non excu. li.11.ſeq. plures alij relati per Neuiz. in conſ.39.num.9.ver.2. pro iſta part. vbi in terminis per hanc rationem concludit,competere ius retractus contra clericum, & præter eum Bar. ſequitur Crot. in conſ.135.nu.12. Natta de ſtat. excluſ. fœmi. in 3.q.num.88. Tiraq. de retract. conſang.§.1.gl.13.nu.4. vbi & ipſe tranſit cum hac opinione. Et ſubdit, quod Bart. in loco prædicto videtur hoc tenuiſſe, dum allegat tex. in cap. conſtitutus, de reſti. in integ. qui loquitur de retract. Aliud .n.eſt quod ſtatutum tollat ea quæ clerico competunt tanquam vni de populo, aliud verò quod tollat ea, quæ ſunt clericis, in priuilegium conceſſa. Quia primò caſu ſtatutum in odium clericorum valet, ſecundo verò non. Hic autem clericus non priuatur per ſtatutum prædictum aliquo priuilegio, ſed ſolum illa libertate prouenientе à iure communi, per quam nemo vendere cogitur rem ſuam.

4 Tertiò, quia ſtatutum prohibens immobilia transferri in forenſem, includit eccleſiam & clericum. Iac. But. in dicta Auct. caſſa. C. de ſacroſan.Eccl. cum alijs latiſſimè adductis per Barba. in rep. rub. de reb. eccl.non alienan.in 2.dubi.nu. 81. vbi plura allegat fundamenta, & in c. quod clericis. de foro comp. vbi quindecim argumenta addit. & eum refert, & ſequitur Neuiza. d.conſ.39.nu.14. Tiraq.d. glo.13.nu.4. Crot. in conſ.135.nu.11.ſi igitur clericus ligatur ſtatuto,cuius vigore bona non poſſunt in forenſes alienari,pari ratione videtur eum teneri ad obſeruantiam ſtatuti, quo cauetur, quod emptor teneatur prædium emptum reuendere fratri eius qui vendidit.

Quartò, clarum eſt, quod clericus poteſt vti ſtatuto præ-
5 dicto, & illius remedio auocare ab emptore rem à ſuo fratre venditam: nam de hoc eſt tex. in ca. conſtitutus. de reſtit. in integ. vbi hoc not. Anch. & Abb. & huius ſententiæ fuerunt Bal. Lapus, Butri. Comen. Cardi. Flor. Ale. Do. Afflict. Feli. & Dec. quos omnes refert Tiraq. in d. tract. §.1. gl.8 nu. 41. qui dicit, hoc eſſe indubitatum: ſubdens poſt Dec. in

conſ.

conſ.282.nu.7. hoc procedere, etiam vbi ſtatutum de clericis præcisè loqueretur Iaſ. in l. de quib. num.12. ff. de legib. quare igitur non etiam contra clericos admittendum erit ſtatutum, cum maxima exigat æquitas, & eo iure quis vtatur quod in alios ſtatuitur? vt in rubr. & toto tit. ff. quid quiſque
6 iur. præcipuè in eccleſia, vt per Hoſti. Imol. & Abb. in ca. 1. de empt. & vend. & hoc argumento vtitur in propoſito Tiraq. dicta gloſſ. 13. nu.6. vbi illud multis comprobat.

Quintò, ſtatutum, quod ceſſio fieri non poſſit in nobilem
7 contra plebeium, extenditur etiam ad clericū qui ideo non poterit iura nobili cedere in præiudicium alicuius plebei, vt concludit Fed. Senen. in conſ.85. per totum: quia tale ſtatutum non impedit Eccleſiaſticam libertatem; licet.n. Eccleſia poſſit libere cōtrahere cum quocumq; id tamen intelligitur, ſi ille ſit habilis. Et ideo non contrahet cum excommunicato, nec cum alio, qui iure vel ſtatuto ſit prohibitus. ſequuntur plures relati per Neuiz. d.conſ.39. nu.12. ver.3. facit, vbi dicit, non vidiſſe hactenus qui Fed. impugnet. Sectatores adducit Tiraq. de le. conu. gl.8. nu.169.

Sextò, Neuiz. in d.conſ.39. nu.15. adducit Barba. in conſ.
8 65. nu.7. vol.4. vbi concludit, ſtatutum includere clericos, quando diſponit nullam eſſe donationem, quæ non ſit inſinuata, & facta in præſentia Poteſtatis, quinque teſtium, & Conſulum. Mouetur pluribus rationibus; & inter cæteras, quia tale ſtatutum non præiudicat eccleſiæ in acquiſitis, ſed
9 ſolum in acquirendis; quo caſu ſtatuta laicorum ligant clericos ſecundum Bal. in c. clerici de iud. Ricard. de Salic. in rep. l.1. col.penul. C. de ſacroſ. Eccleſ. & hāc rationem exornat late Barb. in loco prædicto, & multis quoq; comprobat Opizo. in d.§. Diui. nu.75. Dec. d.c. Eccleſia S.Mariæ.nu.53. verſ.3. concluſio. de conſtit. Neuiz. conſ.39. nu.17. ver. nec obſtat, quod ſtatuen.

Septimò Neuiz. in eod. loco num.16. verſ. 6. facit. allegat conſilium Calcan. ſeptimum, in primò dubio, vbi concludit,
10 quòd ſtatutum excludens fratrem à ſucceſſione ſororis, vendicat ſibi locum in fratre clerico, qui non poterit ſorori ſucce-

ſuccedere, & vtitur pro parte contraria ſeptem argumētis.

Poſtea verò, & octauo, pro ſua ſententia nouem adducit fundamenta.& viginti quatuor authoritates,& probat quod
11 illud facere poſſunt in genere. Card. c.decernimus,extra,de iudicijs; vbi per hanc rationem dicit, ſe conſuluiſſe, & vidiſſe iudicatum per iudicem laicum ſuper vniuerſitate bonorum cuiuſdam laici, in qua erat ius patronatus; quia nō fuit de patronatu facta mentio. Opizo. in d.§. diui. nu.84. verſ.2. quia licet, vbi plures allegat, & tenere videtur, quod non dicatur ſtatutum contra eccleſiaſticam libertatem, quando non facit expreſſam de clericis mentionem.

Nonò, quia tale ſtatutum non poteſt dici quod tollat eccleſiaſticam libertatem; nam tunc ſolum contra libertatem
12 dicitur ſtatutum, quando tollit ea,quæ eccleſiæ, vel clericis conceſſa fuerunt in priuilegium. Inn. in c. nouerit. de ſent. exc. Bar. in d. §. Diui. num. 12. vbi allegat etiam Cyn.idem Bar. in l.1. in §.onerandæ. ff. quar. rer. act. non detur vbi diſputando ſuper quodam ſtatuto per eum relato, dicit, non eſſe contra libertatem eccleſiæ,quia non aufert aliquid,quod ſit clericis conceſſum in priuilegiū, licet eos priuet eo, quod clericis competit, tanquam cuilibet de populo, & dicit.Abb. in d.c. nouerit, quod Doctores tranſeunt communiter cum Innoc.

13 Decimò videtur de hoc eſſe caſus in c.conſtitutus.de reſt. in integ. quem adhoc inducit Barb. in rub. de reb. eccl. non alien. nu.157.verſ. 9.& ante eum illum tex. allegat Bar. in d. l. cunctos populos. nu.29. & Tiraq. d.gl.13. nu.4.& Neui. d. conſil.39. nu.7.verſ. prædictis non obſtantibus,& cum ibi ſit caſus non eſt vlterius quærendum,vt dicit Dec. in conſ.282. nu.7. quem ad hoc adducit Neuizan. loco præcitato: & ante eum Afflict. de iur. prothom. in prin. nu.8.

Poſtremò hāc ſententiam tenuit Afflic. in tract.protomiſ. in prin. legis. nu. 8. ver. item quæro, an ſi clericus emat. & mouetur, quia ſtatutum nō eſt inimicum canonib. ergò ſeruandum quò ad clericos. gl. in c. cæterum. de app. adducit, etiam doctrinam Bart. in d.l.cūctos populos.poſtremò dicit,

quod

quod ſicuti clericus poteſt pro ſe vti beneficio ſtatuti,de retract. d.c. conſtitutus. ita tenetur ſtatutum contra ſe recipere;aliàs faceret contra illud præceptum,patere legem,quam tu ipſe tuleris, & non ſeruaret æqualitatem,iuxta ea quæ habentur in l fin. C.de fruct. & lit. expenſ. eandem opinionem probauit Socin. conſ.45. nu.2. vol.3. Neuiz. in conſ. 39. per totum, vbi latè hanc partem defendit, adducendo multa ex fundamentis ſupra recitatis. Boer. in deciſ.231. nu. 2. vbi ait ita ſeruari in Francia. Tiraq. de retra. conſan. §.1. gl.13. nu. 4. vbi mouetur ex illa deciſ. Bar. in l. cunctos populos,& Rol. in conſ.21. nu.7. vol.1. Capic. deciſ.98. nu.2.

Sed præmiſſis non obſtantibus conſtanter teneo contrariam partem, quod ſtatutum prædictum non includat clericos; nec hi teneantur reuendere prædium emptum.

14 Primò,quia regulariter ſtatuta laicorum non ligant clericos, c. quæ in eccleſiarum, & c. eccl. S. Mariæ de conſt. vbi gl. Fel. & Dec. concordantes allegant, late Zab. in c. perpendimus. de ſen. exc. Barb. in rep. rub. de reb. eccl. non alien. & adhoc adducit Neuiz. plura in conſ.39. num.3.& ſeq. idque ex defectu poteſtatis: quia clerici ſunt laicis maiores, & ſtatuta inferiorum non ligant ſuperiores. §. plebiſcitum. Inſt. de iu. nat. vbi ſtatuta plebis, non ligant patres, & in quocunq; actu requiritur poteſtas. l. cum te. C. de don. ante nup.& inferior non iudicat ſuperiorem. c. cum inferiori. de mai. & obed. ita arguit in d.c. eccleſia nu.53. quinimò videtur etiam procedere ex defectu voluntatis: quia cum hoc ſtatuentes non poſſint facere, non eſt credēdum, quod id facere voluerint: nemo .n. videtur manum apponere ad ſibi illicita, & impoſſibilia. ſimiles. §.eam, vbi Ang. ff. de adu. Anc. in rep. c.1. de conſt. nu. 20. & nemo in dub. videtur voluiſſe in ſua diſpoſitione comprehendere eos, de quib. expreſſe diſponere non poteſt. l. Lucius. §. pe. ff. ad munici. c. à nobis de ſen. exc. & ſtatutū recipit ſemper interpretationem ex poteſtate ſtatuentis, vt per Bar. in l. ſi quis ſub conditione. in fi. ff. de cond. inſt. vbi dicit, quod ſtatutum mandans ne quis declinet iuriſdictionem poteſtatis, non includit clericos. Et fuit

d. Io. Mon. in c. 2. de conſt. in 6. generalis. n. ſtatuti diſpoſitio, non trahit ad ea quæ fieri non poſſunt in ſpecie. Dec. d. c. Eccleſia. nu. 50. Crot. d. §. diui. num. 80. & generalis diſpoſitio non comprehendit ea, quæ ſpecialiter non venirent. l. obligatione generali. ff. de pignor. adducitur etiam alia ratio, quia clerici non ſunt de foro laicorum. l. decernimus. C. de epiſc. aud. Oldra. in conſil. 83. an Epiſcopus, & tradit Abb. in d. c. Eccleſia. ergo ſtatutis quoq; laicorum non ſubijciũtur. Nam paria ſunt ſortiri forum, & ſtatutis ligari. Inno. & Bút. in rub. de conſuetud. Archi. in c. quo iure diſt. 9. cum plurib. apud Dec. d. c. Eccleſia. nu. 6. vbi infert, quòd clerici etiam in minorib. ordinib. conſtituti, quia de foro ſunt eccleſiæ c. cum non ab homine. de iud. c. 2. de foro compe. non diſtringuntur conſtitutionib. laicorum. Quod ſecundum eum procedit quoq; in clericis primæ tonſuræ; quia hi habent immunitatem ab eccleſia. gl. in c. nullus. in verſ. tonſura. de temp. ordi. in 6. & in clericis coniugatis, quò ad illos caſus quib. gaudent fori priuilegio. ca. 1. de cle. coniug. in 6. & latè ipſe Dec. proſequitur in loco prædicto.

Secundò, quia ſtatuta laicorum quamuis fauorabilia, non
15 includunt clericos: niſi ſint à Pontifice confirmata, vt cõcludit Mathe. notab. 112. vbi dicit hanc eſſe lucroſam, & vtilem doctrinam: & procedere in foro, ne dum eccleſiaſtico, ſed & ſeculari, per no. in d. c. eccleſia, quod ante eum voluiſſe videtur Bal. in c. cum veniſſent. nu. 6. ver. oppono; dicitur de eo qui mitt. in poſſ. vbi ait, quod talis conſuetudo non valet, propter ſummam clericorum libertatem. Scriptum eſt enim, nolite tangere Chriſtos meos, vt no. in §. vult enim. in auth. de non alien. & cum non ſint laicis ſubiecti, non debent eorum fauoribus tanquam legib. vti: d. c. eccleſia. licet eis tanquam priuilegijs vtantur, & ſecundum eum, ſtatutum laicorum, ſiue actiuum, ſiue paſſiuum, nõ includit clericos, quia ſi non facit de eis expreſſam mentionem; interpretatur ſecundum ius. Si vero eos nominat, vult quidem, ſed non
16 poteſt. Et infert, quod imò ſtatutum, quod cauſæ compromittantur inter affines, non extenditur ad clericos, de quo maxi-

maxima tamen eſt inter Doctores controuerſia, vt per Dec. d.c.eccleſia nu.45.verſ. & per conſequens,& Blan.in tract.de comprom. in 3. prin. q. nu.32 ver. clericus. latiſſimè Rol. in conſ.57. per totum. vol.2. vbi tamen nu.27. dicit cõmunem eſſe, quod clericus non cogatur compromittere, & hãc ſententiam probat Gram. in conſ. 1. nu.33. poſt deciſ. vbi dicit, quod clerici non tenentur recipere leges Domini temporalis,etiam fauorabiles, niſi ſint approbatæ à Papa allegat Io. And. & Calderin. in c.1. de oper. nou. nuntiatio. & ante eos hanc ſententiam tenuit Hoſtien.in c.fi.de ſolut.dicens,quòd lex municipalis quantumuis fauens clericis,vel eccleſijs, non includit perſonas eccleſiaſticas,niſi à Papa ſit approbata. Refert, & ſequitur Afflict. de iure prothom.in princ.nu.8. Cotta in memor.incip.clerici ligantur. colum.2.verſ.ſed iſtã deberent. Et videtur hæc opinio iuuari poſſe hac ratione,quia ſicuti clerici non poſſunt cum ſui ſuperioris licentia,& con-
17 ſenſu, renuntiare priuilegio fori, & conſentire in iudicẽ laicum, gl. in c.ſignificaſti.de foro compe. Alex. conſ. 8. col. 1. vol.1.Roland.in conſ.4.nu.10.vol.1. ita neque ſe ſubmittere ſtatutis laicorum; quia, vt dictum eſt, procedunt à pari, forum ſortiri, & ſtatutis ligari. Et quamuis hæc opinio non ita abſolutè recipiatur à Doctoribus, tamen procedit, & eſt vera,quando ſtatutum non indiſtinctè priuilegiat clericos pre-
18 ter legem communem, ſed diſponit ad fauorẽ clericorum, exorbitando à iure communi, vt declarat Bal. in conſ. 300. nu.4. vol.1. vbi tamen ſubdit, quòd ſtatuentes bene poſſunt præter legem fauorabiliter diſponere ſuper rebus, & perſonis eccleſiaſticis: puta quod credatur codicibus rationum eccleſię etiam priuatis: quod violatores eccleſiarum ſint ipſo facto forbannenti, & alia ſimilia ſtatuta: & ideo dicit Lapus alleg.101. quod ſtatuta laicorum permiſſiua vel præben-
19 tia conſilium eccleſiæ, vel etiam priuilegium, porriguntur ad clericos. Sequitur Domin. in cap. fi. de off. deleg. in 6. at ſecus eſt, quando ſunt præceptiua, & neceſſaria. Eandem doctrinam probarunt Card. Abba.& Alex. in locis relatis per Dec. in d.c. Eccleſia num.52. in fi, vbi ita reſoluit, & clarius

num. 50. diſtinguens, quod aut ſtatuta continent materiam eccleſiæ fauorabilem, quæ tamen habet in ſe præceptum, & neceſſitatem, & tunc non ligant clericos. Aut materia eſt fauorabilis, adeo quod reſoluitur in vim conſilij, aut priuilegij, & tunc porriguntur ad clericos; & hoc eſt quod dixit Bal. in alleg. c. cum veniſſent, quod clerici non ligantur ſtatuto laicorum, licet eis vti poſſint tanquam priuilegio, non tanquam lege; quia lex neceſſitat, & obligat, priuilegio autem nemo inuitus vtitur, arg. l. quod fauore C. de legibus. & quilibet dare poteſt priuilegia eccleſiæ ſuper pertinentibus ad ſe, vt dicit Cardi. Floren. quem refert Brun. de ſtat. exclu. fœmi. art. 12. nu. 171. apparet igitur ex præmiſſis, quòd ſtatutum poteſt quidem priuilegium conferre in eccleſiam, & clericos, ſed non eos obligare ad ſtatuti obſeruantiã. In propoſito autem ſtatutum noſtrum loquitur per verba preceptiua, nempe, teneatur: nõ mirum ergo ſi clericos non debet ligare, cum non fuerit confirmatum à ſummo Pontifice. Hãc etiam doctrinam poſt Lapum & Gemi. tenet Alex. conſ. 210. nu. 11. ver. ad id vol. 2.

Tertiò inualiditas dicti ſtatuti demonſtratur, quia eſt contra libertatem clericis, & eccleſiaſticis perſonis conceſſam:
20 nam de iure communi nemo cogitur vendere, nec emere. l. nec emere C. de iu. deli. & contractus præcedere debent à libera hominum voluntate, non autem à neceſſitate l. ſicut. C. de actio. & obl. & non debet inuitus quis compelli ad contrahendum l. dudum vbi Igne. C. de contrah. emp. & inhumanum eſt, quod inuitus quis rem ſuam vendat. l. quamuis in fi. prin. de pigno. action. & quando cogitur quis vendere,
21 tamen debet iuſtum pretium, non vilius recipere, niſi ſimus in caſu publicæ neceſſitatis. Bar. in l. 1. §. cura. ff. de off. præfe. Vrb. Ale. qui alios refert, in conſ. 109. col. 1. vol. 2. cum pluribus apud Tiraq. in trac. retract. in præfat. nu. 28. ex prædicto autem ſtatuto cogitur, quis rem ſuam vendere, & non eo quidem pretio quod iuſtum ſit, ſed eo quo ipſe emit. Cum tamen poſſint anni intercedere à die emptionis ad retrouenditionem, & pretium mutari, prout in facto nunc euenit,

dupli-

duplicatum eſt, à ſex annis circa pretium rerum. Vbi verò ſtatutum deteriorem facit clericorum conditionem, quam 22 ſit ex iure communi, dicitur eſſe contra eccleſiaſt. libertatem auct. caſſa. C. de ſacroſ. eccl. vbi dicitur eſſe contra eccleſiaſt. libertatem, quod ſit cõtra canonicas, & temporales ſanctiones. Ita ſenſit Iun. in c. nouerint de ſen. exc. dum dicit, quod non valet ſtatutum auferens priuilegium, quod eſt commune omnib. eccleſijs: nam ſi non valet contra priuilegium commune: multo minus valebit contra ius commune canonum. Cald. in conſ. fi. tit. de conſt. Anc. in rep. ca. ea quæ co. vlt. de reg. iu. in 6. ita quoq; tenent But. & Imol. in c. Cumana. per illum tex. de elect. But. Imol. & Abb. in d. c. eccl. S. Mariæ Ale. in conſ. 2 10. num. 11. Vol. 2. ver. roborantur, vbi dicit, non ſolum lædi eccleſiaſt. libertatem quando tollitur priuileginm competens clericis: ſed etiam quando id denegatur, quod à iure communi conceditur? Et ſubdit, quod etiam ſi non poſſet dici contra libertatẽ eccleſię quò ad hoc, vt ſtatuentes incurrant pœnas à iure impoſitas, de quibus in d. ca. nouerint, tamen negari non poteſt, quod non ſint ſeruãda in foro eccleſiaſtico cõtra clericos, quia quò ad eorum perſonas, & quò ad illud forum, ſtatuẽtes nullam habent iuriſdictionem, & ſtatuta non ligant extra forum ſtatuentium. c. vt animarum de conſt. in 6. l. fi. ff. de iuriſd. omn. iud. fortius enim eſt acquiſitum, & difficilius tollitur id. quod competit iure communi, quam quod iure ſpeciali §. quia non veriſimile, in Auth. de non alie. l. eius milites §. militia miſſus ff. de milit. teſta. per quam rationem tranſit in hanc opinionem Fel. in d. c. Eccleſia S. Mariæ nu. 42. ver. 3. fuit opinio. dicens eam eſſe iuri conſonam, & inferri ex ea poſſe, quod ſtatutum prohibens clericis ea, quæ non ſunt prohibita à lege canonica, vel diuina, dicitur contra libertatem eccleſiaſticam, & clericorum, attenta diffinitione libertatis, de qua in l. libertas ff. de ſtatu homin. idem vult alios addens Dec. d. c. eccl. num. 3. vbi poſt But. dicit, magis dici contra eccleſiaſticam libertatẽ, ea quę tollunt iuris communis beneficium, quã ea quæ priuilegium auferunt c. fi. de reb. eccleſiæ non alien. latè Ferd. in d. §. diui.

num.159. & Crot.nu.84. vbi infert, quod non valebit contra
23 clericum ſtatutũ, quod non poſſit dominus locare domum
alteri, ſed teneatur ſtare primæ locationi, niſi per tres menſes ante finem locationis denunciauerit inquillino ſe nolle, quod perſeueret; quia de iure communi, licitum eſt cuiq; locatione finita rem alteri locare l. ſi cui C. locat. Galiau. in rep. l. Centurio. nu. 157. ff. de vulg. & pup. vbi, quod ſi ea ſunt contra eccleſiaſticam libertatem, quæ tollunt priuilegium; multo magis ea quæ ſunt contra ius commune, reſpiciens fauorem eccleſiarum, & latè proſequitur Calcan. in conſ. 7. nu. 16. ibi allegat Innoc. Cald. Anch. Bart. Bal. Cyn. Oldr. Fulg. Io. de Lignan. Fran. tigri. But. Imo. Abba. & Matheſi. Alc. in conſ. 91. nu. 3. Alba. in conſ. 8. nu. 3. Roch. de conſuet. ſectio. 5. nu. 20. & ſeq. Clar. pract. crim. §. fi. q. 37. num. 28. & in terminis de noſtro vel ſimili ſtatuto, quod ſit contra eccleſiaſti-
24 cam libertatem, ex quo per illud clerici coguntur rem ſuam vendere, quam tamen ex forma iuris communis poterant retinere, voluit Afflict. in d. tract. prothom. in §. 9. nu. 15. qui tamen ad hoc allegat ſolum Imo. in d. c. Eccleſiæ S. Mariæ, & ante eum Bal. conſ. 300. nu. 4. vol. 1. dum dicit, quod hoc ſtatutum impediret, ne clerici libero vtantur iure, idest iure communi.

Quartò non ſolum dicitur hoc ſtatutum eſſe cõtra libertatem eccleſiaſticam, eo quod præter, vel contra ius cõmune clericos compellat inuitos vendere, ſed etiam quia eos ef-
25 ficit timidiores ad faciendum id, quod ceſſante ſtatuto, & iure communi inſpecto, facerent liberè, ita Bar. & Ang. in l. 1. § quæ onerandæ ff. quar. rer. actio non dat. Bal. & Ang. in l. 1. ff. de in ius vocan. Abb. & Anc. quos ſequitur Fel. in d. c. eccl. S. Mariæ nu. 42. ver. 2. fuit, & nu. 69. & ibi etiam Dec. n. 4. Cæpo. in conſ. 15. col. 2. verſ. item quod illud inter. cr. m. Barb. late in conſ. 23. col. 4. ver. præterea, & ad hoc vol. 3. & in conſ. 31. col. 1. vol. 4. Ambr. Opi. in d. §. diui. nu. 90. Alba. d. conſ. 8. nu. 3. per hoc autem ſtatutum clericus timidior fit ad emendum, quia timet ne ſibi poſtea res auferatur, iure congrui, a fratre, vel ſorore venditoris, & in ſpecie per hanc

ratio-

rationem concludit ita Affli. d. §. 9. num. 16. verſ. nam tunc dicitur. Vt igitur integra, & illæſa ſeruetur clericorum libertas, dicendum erit, nullum & inualidum eſſe ſtatutum de quo eſt ſermo: & per hæc tollitur inane illud reſponſum, quod adducit Neuiz. d. conſ. 38. num. 17. ver. non obſtat ſecundum, dum dicit, non eſſe contra libertatem eccleſiaſticam; quia non loquitur de clericis. Nam non hoc eſt quod inſpicitur, an clerici ſint nominati, vel non: ſed an eccleſiam lædat, vel ne: ſi enim lædit, ſiue nominatim id fiat, ſiue indiſtinctè non valebit, & attenditur ſtatuti effectus, non autem verba.

Quintò, clarum eſt, quod hoc ſtatutum verba dirigit in perſonam. Inquit. n. quod ille qui emerit dictam rē, teneatur illam reuendere, & reſtituere fratri, vel ſorori vēditoris: & ita perſonam ligat, & aſtringit. Facit Inſt. de actio. §. nāque agit. & de verb. debet, ponit gl. in prin. vbi Rom. l. ſi cōſtantē. num. 8. ff. ſol. matr. perſona autem clericorum non eſt laicis aliquo modo ſuppoſita, & imo ſtatutum laicorum, quod in
26 perſonam loquitur, nullo modo clericos includit: quia non ligat eum, qui non eſt ſubditus l. 1. ff. de tut. & curat. dat. ab his no. do. in d. l. cunctos populos, & ita tradit Imo. in c. quod clericis, de foro compe. vbi dicit, hoc procedere etiā quando ſtatutum diſponit circa ſolemnitatem ſeruādam in actu. Sequitur Alc. in conſ. 210. nu. 11. verſ. ſi autem ſtatuta vol. 2. & in conſ. 44. nu. 10. vol. 5. Socin. in conſ. 71. nu. 17. vol. 4. Brun. in tract. de ſtat. excluſ. fœmi. in 6. art. 1. nu. 8. & art. 8. nu. 9. & hoc confirmat Abba. in d. c. quod clericis num. 8. & ſeq. & ponit exemplum, quando ſtatutum mandat aliquid fieri poſt perfectum contractū, vt apprehendi poſſeſſionem rei emptæ, vel probari actum per tot teſtes Feli. in d. c. Eccleſ. S. Mariæ nu. 58. ver. 5. & vl. caſus vbi Dec. nu. 56. Ripa in d. §. diui. nu. 83. Corta in mem. clerici ligantur col. vlt. ver. quod tamen vltima. Cæpol. in conſ. 53. nu. 43. & in conſ. 54. num. 1. Io. Bap. Bouius in tract. de præſcri. ſtatut. gl. 19. nu. 208. vbi allegat Socin. & Pariſ. hanc diſtinctionem facit in terminis ſimilis ſtatuti Socin. in conſ. 45. vol. 3. quem ſequitur in pro-

Digitized by Google

poſito Neui. d. conſ. 39. num. 12. & id non ſolum procedit in clerico, ſed in quocunque qui non ſit ſubditus ſtatuenti-
27 bus, quia cum non ligabit ſtatutum, quod loquitur in perſonam, vt tenet Bar. in l. cunctos populos nu. 26. C. de ſum. Trin. vbi inquit, quod ſtatutum loquens in perſonam, non extenditur ad forenſem, etiã quò ad bona poſita ſub iuriſdictione ſtatuentium, quia ſtatuta non poſſunt habilitare, vel inhabilitare perſonam non ſubditam, ſequitur Signor. ibi nu. 17. & 26. & hanc ſententiam tenuerunt Florian. Anch. Bald. Cald. Abb. Alex. Aret. Caſtr. Cor. Soci. & plures alij, quos refert & ſeq. Rol. in conſ. 24. nu. 17. & ſeq. vol. 3. vbi dicit, hanc opinionem eſſe communem, & æquiorem, & ſuſtentatam fortiorib. rationib. & hanc Bar. deciſionem in propoſito, clerici adducit. Abb. in d. c. quod clericis nu. 32. quod ſi laicus non ligatur ſtatuto loquente in perſonam, ſi ſit forenſis, eo quod non ſit ſubditus, & ſtatuentes non poſſint iuriſdictionem exercere in non ſubditos. Idem erit quoque in clerico, qui non eſt ſubditus domino temporali, ca. per venerabilem de excep. c. cum non ab homine de iud. cum alijs apud Boſſ. in tit. de crim. læſæ maieſt. nu. 86. vbi infert quod ideo non incidit in crim. læſæ maieſt. latè etiam per Roli. in conſ. 4. volu. 1.

Sextò, hanc opinionem tenuerunt in noſtris terminis Bal. in conſ. 30. nu. 4. vol. 1. vbi loquitur de ſtatuto generaliter diſponẽte, quod liceat debitori vel alijs de parentela, luere rem
28 venditam. Concludit non valere tam ex defectu poteſtatis, quam & voluntatis: quia cum hoc ſit impoſſibile ſtatuentib. ad id non debet extendi eorũ voluntas: quia impoſſibilium nulla eſt diſpoſitio l. confeſſionib. ff. de interrog. actio. & laici nihil ſtatuere poſſunt ſuper reb. eccleſiæ, vt per eum. Idem Imol. in d. §. conſtitutus de reſti. in integ. & ibi, etiam Abb. dicens, quod vbi ſtatutum laicorum non eſt priuilegiatiuum non extenditur ad clericos ex defectu iuriſdictionis, & dicit quod But. qui tenuit ibi contrarium, fuit deceptus ex allegatione Bar. in d. l. cunctos populos; & quod laici poſſunt quidem priuilegium concedere clericis, ſed non eos obſtringe-

 re, &

Digitized by Google

res,& arctare Iaſ.qui hanc opinionem probat, ſequendo Bal. in loco prædicto, in conſ. 152. c. vlt. ver. vnde ſtatutum vol. 4. Affli. in d. tract. §.9. nu.15. & ſeqq. fol. mihi 83. vbi monetur; quia eſt contra libertatem eccleſiaſticam; & concludit, quod clerici poſſunt agere iure congruo, contra laicos, ſed non poſſunt laici contra clericos. Et quod hæc opinio eſt de iure verior, licet male ſeruetur de facto. Hanc quoq; ſententiam tenuiſſe in duob. locis Alc. refert Tiraq. in d. trac. gl. 1. §. 13. nu. 3. & præter eos, quando ſtatutum dirigit verba in perſonam, eiuſdem ſententiæ eſt Soci. in d. conſ. 45. volu. 3. licet teneat contrarium, quãdo verba ſunt in rem concepta, quia tunc ſtatuentes dicuntur diſponere de reb. ſibi ſubiectis: & ceſſat defectus poteſtatis qui ſolet annullare ſtatutum contra clericos; eandem quoque opinionem probarunt Socin. iun. conſ. 1. num. 9. volu. 2. & Grauet. conſ. 271. nu. 4. ver. & in terminis.

Quibus ſicut ſupra firmatis, non obſtat, quod clerici includantur in pacto, vel generali hominis priuati diſpoſitione & ideo idem ſit in ſtatutaria conſuetudine. Quia reſpondeo, quod & ſi argumentum à pacto ad ſtatutum ſit de iure validum: tamen procedit, quando agitur ſolũ de ſtatuentium præiudicio; tunc .n. quidquid fieri poteſt per pactum, poterit fieri per ſtatutum. Sed vbi tractatur de ſuperioris præiudicio, plus operatur pactum, quam ſtatutum. Et ideo videmus, quod etſi non valeat ſtatutum ne liceat appellare à ſententia c. venientes de iur. iu. quia violatur ius ſuperioris; tamen valet pactum de non appellando, vel reclamando contra ſententiam l. fi. in fin. C. de temp. app. gl. in c. cũ dilectus, de arbit. & ratio eſt, quia paciſcentes abdicant à ſe id, quod eſt in eorum facultate; nec tangunt ius ſuperioris: ſtatutum autem directe tollit ius ſuperioris: ita declarat Abb. in d. ca. cum dilectus. nu. 16. vbi dicit hunc eſſe caſum mirabilem, in quo plus operatur pactum, quam ſtatutum, & quod quædam poſſunt fieri per pactum, quæ non poſſunt expediri per ſtatutum. Et per hanc rationem ita in propoſito reſpondet Crot. in d. §. diui. nu. 81. dicens generaliter, quod vbi quis diſpo-

diſponit de re propria, plus operatur pactum, quã ſtatutum
& ante eos ita reſoluit Innoc. in d. c. venientes; quia per pa
ctum nõ derogatur legi ſuperioris, ſecus autẽ per ſtatutum
& cum ſequitur Bal. in l. cum anteriorib. §. illud num. 4. C. de
temp. app. But. in d. c. venientes Sali. in l. fin. §. col. pen. ver
rationes Rui. C. de temp. appell. Rol. in conſ. 29. nu. 29. vol
1. ita ergo in propoſito, pactum valet, quia per illud non fi
præiudicium ſuperiori, at non valet ſtatutum, quia tollit ec
cleſiaſticam libertatem; Cum igitur diuerſa militet ratio in
ter pactum, & ſtatutũ, quia ſtatuto oſtenditur ſuperioris au
thoritas, non autem per pactum, diuerſum quoq; ius dicen
dum erit, & ita quoq; reſpondet Feli. in d. c. Eccleſia S. Ma
riæ nu. 61. ſed ſi velimus argumentum rectè formare, pote
rit retorqueri; quia ex pacto non poteſt clericus foro, & iu
riſdictioni laicorum ſe ſubijcere, nec fauori ſuo renunciare,
31 quia id eſt introductum in fauorem totius clericalis ordinis,
vt dicit gl. in c. ſignificanti. de foro. comp. Alber. in 3. par. ſta
tut. num. 42. cum alijs per Rol. d. conſ. 4. num. 8. & ſeq. non
mirum itaque ſi ſtatuto id non poteſt induci, quia vt optimè
procedat argumentum à pacto ad ſtatutum, non debet de
ſumi ab actu, ſed à ratione actus, quia ſtatuere in clericos eſt
prohibitum ex defectu poteſtatis, quia clerici non ſubijciun
tur laicis, & hoc caſu ſi ex pacto poſſet clericus ſubijci laico,
poſſet procedere argumentum. Sed ceſſat argumentum,
quia neque ex pacto induci poteſt.

Non etiam aduerſatur doctrina Bar. in l. cũctos populos,
32 quia eſt falſa. Et mouetur Bart. futilibus rationibus nam, vt
dictum eſt, vt ſtatutum quod poſſit, requiritur voluntas, &
33 poteſtas, quia hæc requiruntur ad eſſentiam cuiuſq; actus,
c. cum ſuper. de off. dele. l. cum te. vbi Bal. C. de don. ante
nup. l. multum C. ſi quis alte. vel ſibi. Dec. in conſ. 198. nu. 3.
& alibi ſæpe. Sed in laicis deſideratur poteſtas in clericos,
& ea deficiente, non etiam præſumitur voluntas in ſtatuen
tib. quando de clericis non faciunt expreſſam mentionem,
vt dicit Bald. d. conſ. 300. nu. 4. Bart. ad l. ſi quis ſub cõditio
ne in fi. cum alijs de quib. ſupra in princ. huius partis. Ceſ-
ſante

ſante autem poteſtate, fruſtra conſideratur quod honeſtum ſit id, de quo ſtatutum diſponit: quia ex eo quod ſtatutum ſit bonum, & æquum non datur authoritas ſtatuentib. vt dicit Bal. in l. cunctos populos num. 10. verſ. contrarium tenet Bar. vbi imo Bar. reprehendit. Ad validitatem .n. legis requiruntur plura copulatiuè, nempe, poteſtas, honeſtas, & alia: Et quando plura requiruntur, non ſufficit vnius concurſus: & idem dicit Soci. conſ. 71. nu. 10. vol. 4. Fel. in d. c. eccleſ. S. Mariæ nu. 53. & nu. 16. & ibi Dec. nu. 48. verſ. & licet tale ſtatutum, & num. 55. ver. nec obſtat. Ita quoq; reſpondet Crot. in d. §. diui. nu. 80. dicens, quod licet ſtatutum emanauerit ad publicam vtilitatem, tamen non debet ideo eccleſiaſticas perſonas comprehendere, cum in eas laici nullam habeant iuriſdictionem. Alia quoq; Bart. ratio eſt inanis, dum dicit, quod tale ſtatutum non eſt contra libertatem eccleſiaſticam ex quo clericis nullum aufert priuilegium: nã ſufficit, quod eis auferat id, quod erat eis à iure communi, tã ciuili, quam canonico conceſſum; ne. ſ. inuiti compellerentur contrahere l. nec emere C. de iu. deli. vt dixi in 3. & 4. fundamento huius partis, & explicabo in reſolutione noni argum.

Et contra Bar. in d. l. cunctos populos eſt tex. in d. c. eccleſia S. Mariæ, vbi dicitur, non valere ſtatutum, de quo ibi fit mentio, quamuis ſit generale, & non tollat eccleſiaſticam libertatem, nec prædictum nutriat, quin etiam veniat ad obuiandum fraudibus. Et per illum tex. Bal. impugnauit Cald. in conſ. 11. in titu. de conſt. illum quoq; contra eum inducit Abb. in d. c. nu. 1. dicens eſſe ibi tex. apertum contra opinionem Bar. & eſſe notandum, quia non ſolet ad hoc induci, & contra eos tenent Bal. in d. l. cunctos populos num. 10. Lapus alle. 101. But. in diſput. ſu. Cl. ſtatuto ſtatuto, vbi dicit, quod hæc theorica nunquã ſibi placuit. Do. in c. Romana. § porro in 1. no. de ſen. excom. in 6. But. in ca. fi. de vit. & hon. cler. & in c. fi. de reb. eccl. non alien. Abb. in ca. tua de deci. Sal. & Fulg. in Auth. caſſa. C. de ſacroſ. Eccl. Ale. in cõſ. 210. ferè per totum, vol. 2. Fel. in d. c. eccleſia. nu. 53. vbi allegat prædictos omnes, & præter eos quoq; Imo. & Card. Dec. nu. 53. ver.

ſed breuiter, & Bar. communiter reprobari teſtantur Do-
mini 1. col. 1. de iure iu. in 6. gl. de c. ign. But. & Imo. in d. c.
Eccl. S. Mariæ. prout eos refert Alc. in d. conſ. 210. n. 6. Dec.
d. n. 53. ver. & breuiter. Cotta in mem. inci. clerici ligantu
in prin. Alba. in d. conſ. 8. nu. 8. & præter eos Soci. in conſ. 7.
nu. 10. vol. 4. vbi nu. 17. dicit, quod opinio Bart. non eſt. com
munis, & admittit quoq; Neuiz. in d. conſ. 39. nu. 16. verſ. e
verum quod Fel. & eam non eſſe conſtet receptam. fatetu
Caccial. d. l. cunctos populos. nū. 185. verſ. ſed iſta tertia.

Secundò reſpondet Soc. in d. conſ. 71. nu. 17. quod doctri
na Bar. poſſet procedere, quando ſtatutū loqueretur in rem
quia tunc tanquam diſponens de re ſibi ſubdita, ſeruandun
eſſet per clericos, non minus quam per laicos. Sed quand
verba dirigit in perſonam, tunc clericos non ligat; quia eo
rum perſona eſt ideo exempta ab ipſorum laicorum iuriſdi
ctione; nec poteſt per eos aliquo modo aſtringi. Statutum
autem noſtrum verba habet in perſonam, quia dicit, quod
ille qui emerit, teneatur rem emptam reuendere, & reſtitue
re fratri, vel ſorori venditoris: ergo non erit extendendum a
clericos, vt late quoque probat Rocho. de conſuetudine. ſe
cti. 8. nu. 78.

Minus reſiſtit tertium quod fuit obiectum, quod. ſ. ſtatu
tum diſponens ne immobilia alienentur in forenſem, inclu
dat etiam clericos. Adhoc. n. reſpondeo; contrariam opi
nionem eſſe veriorem, & magis communem, quam tenue
34 runt Io. An. Ancha. Lap. Do. & Fr. in c. 1. ſi de immun. eccl
in 6. Oldr. in quadam ſua diſput. quam refert, & ſeq. Bar. in
d. l. filiusfa. § diui. nu. 12. vbi Alb. Ang. Flor. Imo. Raph. Ale
& Iaſ. plures alios addunt. eandem quoque ſententiam pro
barunt But. Abb. Ancha. Caſtr. Cū. Florian. Io. de Plac. Fra. c
Firmian. Soci. Fabi. de monte, & Rip. quos omnes refert, &
ſequitur Tiraq. de legib. connub. gl. 8. nu. 172. addo Ferd. in
d. § diui. nu. 137. qui dicit hanc eſſe communem concluſio
nem doctorum, quam dicit procedere, etiam in clericis con
ſtitutis in minoribus ordinibus, & quibuſcunq; eccleſiaſtici
perſonis, & hoſpitalibus, & Crot. num. 80. qui duplici in lo

co,

do, eam atteſtatur eſſe communem, & reſpondet ad obiectiones Bal. qui contrarium tenuit in c. clerici de iud & idem videtur tenere Opizo. ibi nu. 84. dum ait, ſanctius eſſe iſtam opinionem tenere. Hanc pariter communem dicit duobus in locis. Feli. in c. Eccleſia S. Mariæ nu. 61. vbi reſpondet ad ſingula argumenta Bal. Rip. d. §. diui. num. 83. Alb. d. conſ. 8. nu. 9. Cæphal. in conſ. 53. nu. 38. Roch. d. ſect. 8. nu. 63. & 77. & ſeq. cum igitur hæc ſit communis opinio, non eſt attendendum quid aliqui, & hi quidem pauciores ſenſerint.

Reſponderi etiam poteſt, quod ſi admitteremus in iſto caſu, clericos obligari, tamen id non noceret, quia ſtatutum prædictum loquitur in rem, noſtrum vero in perſonam. Et quando verba ſunt in rem cõcepta, ceſſat ratio ſubiectionis, ceſſat quoque cõſideratio defectus poteſtatis; quia vt ſupra dictum eſt in quinto fundam. huius partis, ſtatuentes diſponunt circa ea quæ ſibi ſubiecta ſunt, nec conſideratur perſona poſſeſſoris ſed res. Et ideo; ſiue res ſit penes clericum, ſiue penes laicum, ſemper remanet obnoxia ſtatuto, quod inijcit vinculum rei, ſine quo non poteſt in aliquam perſonam tranſire.

Remouetur & quartum quo dicebatur, quod ſicuti clerici vti volunt, & poſſunt ſtatuto diſponente ſuper retractu, ita illud debent contra ſe recipere, ſic ſuadente æquitate. Nam illud procederet, ſi ipſi clerici poſtulaſſent ſtatutum fieri: nam titulus, Quod quiſque iuris, locum habet ſolum quando illud, quod contra ſe recuſat quis recipere, fuit ad
35 ſuam poſtulationem conceſſum: aliàs ſi non fuit eo inſtante conceſſum, poteſt quidem eo ſe iuuare, ſed non tenetur contra ſe admittere, vt declarat gl. n. in fi. in c. 2. de mut. pet. & idem voluit gl. in Auth. quas actiones. C. de ſacroſ. Eccleſ. dicens, quod & ſi eccleſia poſſit ſe iuuare præſcriptione decem, vel viginti annor. contra alios ipſa tamen ea non ligatur, nec contra ſe cogitur admittere, ſequitur Io. And. in ca. qui ad agendum, de reg. iu. in 6. & allegant rationem, quia illud priuilegium fuit ex liberalitate principis conceſſum, non ad poſtulationem, & declarant omnes in d. Auth. quas actiones

Abb.

Abb. d.c.2. nu. 7. eandem reſolutionem ponit Bar. in l. fi. §.
36 donec. in fi. C. de iur. deli. dicens, quod licet hæres non poſſit conueniri intra trimeſtre. quod à iure conceditur ad conficiendum inuentarium: tamen poterit intra illud tempus alios conuenire, non obſtante titulo: Quod quiſque Iuris. quia ille titulus habet locum, quando priuilegiũ conceſſum fuit ad poſtulationem, non quando motu proprio, & ita diſtinctio, an motu proprio, vel ad poſtulationem partis conceſſum fuerit, probatur expreſſe in l.3. in prin. vbi Bal. Ang. Caſt. & Iaſ. dicunt alibi non reperiri ff. quod quiſq; iu. & Bar. in d. §. donec. ſequitur plures allegans. Rol. in tract. de inuent. in §. quia ſupra, fol. 108. & in ſimili reſpondet Bart. in l. cunctos populos n. 10. ver. alij aſſignant. vbi dicit, ſtatutum non poſſe ideo ligare clericos, quia eo clericus vtatur, ex quo ſtatutum non fuit ad poſtulationem clericorum conditum. Ita quoque reſpondet Fel. in d.c. eccleſia nu. 53. verſ. & ſi diceretur, & Soci. in conſ. 71. nu. 19. vol. 4. adducens tex. cũ ibi no. in c. fi. de vit. & hon. cle.

Secundò reſponderi poteſt, eſſe ſpeciale in eccleſia, ſeu
37 clericis, vt poſſint legem pro ſe inducere, ſed contra ſe non teneantur admittere c. le. diſt. 10. & ponit gl. in c. nouit. in ver. quicunq; de iudi. vbi Inn. & ponit Hoſt. in c. fi. de ſolu. vbi plures recitat caſus quib. clerici non ligantur conſtitutione laicorum Abb. in d.c. nouit. nu. 28. & Dec. nu. 28. non tenetur igitur clericus contra ſe admittere ſtatutum, quamuis poſſet eo ſe iuuare.

Tertiò reſpõdeo, quod eſt generale vt poſſit quis ſe iuuare, ſi velit, aliqua diſpoſitione, ſed ea non ligetur, quando ille talis eſt, qui non eſt ſuppoſitus diſponenti, & imo dicit Bal. in l. legatis C. ad le. Falci. quod & ſi Imperator non ſit ligatus ex ſtatuto inferiorum, tamen poteſt eis vti, ſi velit, ſequitur Brun. in tract. de ſtat. excu. fœm. in 6. art. prin. num. 67. & ſeq. vbi ad hoc plura cumulat. Rol. in d. tract. de lucro dot. q. 83. in fi. & latius in q. 84. nu. 8. vbi allegat Caſt. in l. digna vox in fin. C. de legib. non .n. eſt par ratio in eo quod debeat obligari; quæ eſt in eo quod vti poſſit ſtatuto, clerici enim
ideo

Digitized by Google

39 ideò vti poſſunt ſtatuto, quia dicuntur ciues ſecundum Bar. in l.1. ff. ad municip. & plura ponit Natta, de ſtat. exclu. in 3. q. nu.84. & ſeq. & licet non ſubeant onera temporalia, ſubeunt tamen ſpiritualia, vt per Caſtr. quem refert Fel. in cap. Eccl. S. Mariæ nu.53. verſ. 1. eſt Brun. d. trac. de ſtat. excl. in 12. ar. prin. nu.173. ſed nõ poſſunt ſtatuto obligari, quia non ſunt ſubditi, & in eis ſtatuentes non poſſunt iuriſdictionem exercere, & in ſimili facit, quia leges ſemper expenduntur ad non ſubditos in concernentib. eorum fauorem l. 1. C. de coniug. cum emanc. lib.

Similiter non obſtat, quod quinto loco adducebatur ex Fed. Sen. in conſ. 85. qui vult quod clericus cedens includatur in ſtatuto prohibente, ne quis recipere poſſit ceſſionem in damnum plebei, quia illud procedit, non quia clericus in-
40 cludatur, vel non includatur in ſtatuto, ſed quia ſtatutum diſponit ſolum contra ſubditos. Dicit n. quod nobilis non poſſit recipere ceſſionem in damnum plebei, & ita ligat non clericum cedentem, ſed laicum recipientem ceſſionem, & inhabilitat eius perſonam, ne poſſit contrahere; & imò ſi fiat tali nobili aliqua ceſſio, erit nulla, etiam ſi fiat à clerico, nec tale ſtatutum dici poteſt cõtra eccleſiaſticam libertatem ex eo, quod clericus non poſſit libere cum quocunque contrahere; quia vt dicit Senen. in d. conſ. col. pe. verſ. non obſtat, quod dicitur licet cum quocumq; poſſit eccleſia contrahere, debet tamen intelligi, dummodo is ſit habilis, & non prohibitus communi, vel particulari leg. l. ſi quando C. de inoff. teſt. & ſtatutum habuit reſpectum, non ad perſonam cedentem, nec ad ſucceſſum, ſed ad perſonam recipientem, vt ibi in verſ. cum igitur. Sed in caſu noſtro, ſtatutum verba ſua dirigit contra ementem, & ita contra clericum, & ideò eum non ligat, & ſimilem diſtinctionem facit Abb. in c. quod clericis nu. 28. & 30. de foro comp. vbi inquit, quod ſi ſtatutum diſponit rem dotalem non poſſe alienari; tali caſu, quia mulier inhabilitatur ad alienandum, non valet alienatio, licet fiat clerico, quia ligat, non clericum, ſed ſubditum, & impedit obligationem ne oriatur ex contractu l. non dubium C. de legib.

legib. ſecus tamen ſecundum eum, quando ſtatutum p
pit perſonæ: quia tunc non obligat perſonam non ſubd
Et illud conſ. Senen. ita intelligit, & declarat Fel. in d.c. e
ſia S. Mariæ nu. 56. in fin. quia ſ. illud ſtatutum diſponit
tra ſubditos, & ita in caſu licito, ita quoque declarat De
nu. 55. ver. & hoc etiam vbi dicit id procedere, non qui
tutum ligat clericos, ſed quia clericus non poteſt laicum
41 ligare, qui fuit inhabilitatus à ſtatuto ad contrahendum
licet loquatur Dec. de ſtatuto dante contractui certam
mam ſeruādam: tamen eius rationes conueniunt caſu
ſtro, & ſecundum eas dicit procedere conſi. Senen. I
ſimili reſpondet, & declarat Rui. in conſ. 39. nu. 16. ſtatu
quod non poſſit fieri alienatio in forenſem: inquit enim
ſtatutum ideo comprehendere forenſem, non quia for
per illud ſit inhabilitatus ad acquirēdum, vel ſuccedend
ſed quia alienans vel teſtamentum faciens, qui erat ſub
ſtatuentib. redditur inhabilis, & obligatus ſtatuto, & ei q
hoc potuit interdici bonis; & ideo quamuis quò ad forē
ſtatutum non potuerit diſponere, tamen ſtatutum valet
ad ſubditum, qui redditur inhabilis ad contrahendum
diſponendum. Ita pariter Senen. intelligit Tiraq. de le. c
nub. gl. 8. nu. 169. & ſeq. & ſimilem facit declarationē
pha. in conſ. 53. nu. 37. & ſeq. & conſ. 54. nu. 1. vbi in ſta
prohibente alienationem in forenſem, dicit includi in eo
ricum, in quem facta fuit alienatio: non quia ſtatutum v
re potuerit illum acquirere, ſed quia impedire potuit
ſubditus alienaret. Pulchrè Rochus de Curt. d. ſect. 8. n
caſus igitur Senen. longè eſt à noſtro diuerſus; nam ibi
tutum iubet ſubditis; hic verò iubet clericis qui nō ſunt
diti; & imo cum clericorum perſona non poſſit diſtrin
laicis, vt dixi in prin. non mirū ſi hoc non valet ob defect
poteſtatis; Et illud valet, quia obijci non poteſt aliquis d
ctus, ex quo diſponit in ſuos ſubditos, & eos inhabiles red
ad recipiendum ceſſiones contra pleb.
42 Sextum pariter fundamentum parum vrget, quia mili
in eo diuerſa ratio: nam quando ſtatutum annullat donat
nem,

nem, quæ non ſit inſinuata, & in qua non interuenerint ſolemnitates, à ſtatuto deſignatæ; ideo tali ſtatuto ligantur clerici, quia ſtatutum non loquitur in perſonam, ſed in rem. Dicit.n.quod donatio ſit nulla, & quando ſtatutum diſponit in rem, iam diximus ligari clericos, vt videri poteſt apud eos, quos adduximus in quinto fundamento. Sed hoc noſtrum ſtatutum loquitur in perſonam, ideo non extenditur ad clericos, qui non ſubſunt ſtatuentibus.

Præterea reſpondetur, quod dicta per Barb. in d. cõſ. 65. vol.4. procedunt, non quia ſtatutum liget clericos, ſed quia per illud laicus, qui donauit, & qui erat ſubditus ſtatuenti. fuit prohibitus donare, & inhabilitatus ad donandum, vt declaratum fuit in reſponſione data quinto obiecto. Sed hæc ratio ceſſat in caſu noſtro, quia hic verba diriguntur in emptorem, qui non eſt ſubditus, nec ligatur ſtatuto.

Tertiò reſpondeo, quod dictum Barbatiæ procedit, quia ſtatutum de quo ipſe loquitur, non habilitat, vel inhabilitat perſonam, ſed diſponit de ipſo contractu dando certã formam ſeruandam in contractu, & ideo meritò comprehẽdit etiam clericos contrahentes, qui tenẽtur formam illam ſeruare. Diſtinguunt .n. doctores communiter inter ſtatutum, quod ſimpliciter mandat, vel prohibet, quid fieri, vel ſtatutum quod non ſimpliciter, vel ſub certa forma, & qualitate
41 reprobat, vel approbat: vt primo caſu nõ includat clericos, ſecundo verò caſu ad eos extendatur, quia ſubditus non poteſt etiam cum non ſubdito contrahere ſpreta lege ſui ſuperioris, & contractus eſt nullus propter reſiſtentiam ſtatuti. l. non dubium, cum ibi not. C. de legibus, & cum ex vna parte contractus non poſſit ſubſiſtere l. Labeo, ff. de verb. ſignif. clericus contrahendo cum laico, omiſſa ſtatuti ſolemnitate nulliter contrahit. Zabar. in rep. c. perpendimus in q. 9. de ſent. exc. Abb. in c. quod clerici nu.26. de foro compet. vbi dicit, quod tali caſu in vtroq; foro iudicabitur iuxta ſtatutum, quia ſi non valuit contractus, non debet ex eo ius reddi, nec per hoc ligantur clerici, ſed diſponit ſtatutum circa ſubditos ſuos ad bonum finem: & ſi clericus voluerit laicum

obligare, tenetur ea omnia ſeruare,ſine quib. ille non po
obligari. Albe. in d.tract. ſtatut. in 2.par.q.2.in fi.Fel. in
eccl.S.Mariæ nu.56. ver.4. caſus. Ferdi. in d.§. diui. nu. 1
ver. item limitatur, & adducitur deciſ. Salic. in auth. Ca
C. de ſacroſ. Eccl. qui dicit, quod ſtatutum diſponens
valere contractum minoris,in quo non interuenit conſen
agnatorum: erit ſeruandum etiam cũ minore clerico, q
ſtatutum non inhabilitat ſimpliciter minorem,ſed ſub ce
forma. Dec. d.c. eccleſia nu.55. circa fin. verſ. 2. caſus;
allegat Bal. Card. & Rom. Crot. in conſi.135.nu.10.late
uiz. in conſ.39. nu.10. ver. applicatur etiã;vbi adducit A
Barb. Abb.Ferdi. Opizo. Ale. Corn. Roch. de curt.; & a
ſectatores huius opinionis. Alba. in conſ.8. nu. 8. & pro
facit, quia etſi ſtatutum regulariter non comprehendat
42 renſem,tamen quando aliquem habilitat,vel inhabilitat c
certa modificatione,tunc ligatur etiã forenſis,vt voluit B
in rep. l. cunctos populos, in 7.car. verſ.3. caſu, & in rep.
ff. de iu. om.iud. Aret. conſ.54. col.3. ver. tunc ſuccedit,
hanc eſſe communem opinionem; & hoc etiam voluer
Anch.Iaſ. Rui.Crot.Bero.Tiraq. & alij,quos refert,& ſeq
tur Rol. in conſ.91.nu.23. volu.3. ſtatutum autem noſtru
non tradit formam, ſed verba confert in perſonam; qu
abſolutæ obligat ad retractum,& ideo ex caſu Barb.in d.
65. non poteſt inferri ad caſum præſentem; quia Barba.
quitur de ſtatuto dante certã formam cõtrahendi, vt po
apud eum videri, qui pro fundamento conſilij vtitur præ
cta diſt. col.9. ver. diſtinguo ſic;Quinimò non ſufficit, q
ſtatutum tradat formam vt liget clericum, ſed neceſſe
quod principaliter det formam actui,alias n. ſi principal
diſponeret circa perſonam, & ſecundariò daret form
actus, non ligaret clericum, vt per Caccia. in l. cunctos
pulos nu.89. & ſeq. vbi dicit, tali caſu non includi, nec lig
forenſem. allegat ita tenuiſſe Bal. in d.l. fin. & in d. l. cunc
populos;idem tenet Iaſ. in conſ.59. col.fi. vol. 3. & dicit
d.l. cunctos populos nu.13. non valere ſtatutum, quod n
tim de forma,& de perſona diſponit, quia forma eſt acc
ſoria

ſoria perſonæ, & ideo principaliter videtur diſpoſitum de
iure perſonæ. Sequitur Corn. in conſ. 64. circa fi. vol. 3. & ita
tenet Rui. in conſ. 160. nu. 5. vol. 4. & in terminis, quod cle-
ricus non includatur in ſtatuto, quando ſtatutum loquitur in
perſonam, quamuis det formam actui, hoc voluit Imo. d. c.
quod clerici, & eum ſequitur Alc. in d. conſ. 210. nu. 11. verſ.
ſi autem ſtatuta.

Cæteris autem leuius eſt ſeptimum obiectum, quod ex
Calca. deducitur per Neuiz. nam non dicit, nec diſputat
Calc. an ſtatuta laicorum clericos includant, nec an excluſo
fratre per ſtatutum à ſucceſſione fratris, veniat quoq; ex-
cludendus frater clericus, vt arbitratur; & refert Neuiz. quē
crediderim conſilium illud Calca. non vidiſſe, ſed hoc ſo-
lum quærit ibi, an valeat Cremonenſe ſtatutum, quo diſpo-
nitur, quod clericus non gaudet ſtatutis, niſi ea ſint à foro
eccleſiaſtico approbata; Et concludit valere per rationes per
eum adductas; Et ſane illud conſilium non nocet, quia & ſi
concludat valere ſtatutū, per quod clericis denegatur alio-
rum ſtatutorum auxilium id tamen, non, eſt quia ſtatutum
poſſit clericos ligare, ſed quia nemo cogitur alij beneface-
re, gl. in c. ad reprimendum de off. ord. & aliud eſt tollere ius
quæſitum, aliud verò denegare, quærendum. Bal. in rubr. de
conſt. nu. 10. & proinde non tenentur laici ſtatutorum bene-
43 ficium clericis impartiri, & in terminis ita concludit Bal. in
l. de quib. nu. 26. ff. de legib. quia ſecundum eum beneficio
meo nemo vti poteſt, niſi quatenus ego volo, & nemini iniu-
riam facit, qui beneficium non impartitur. l. iniuriarum. §. ſi
quis de honorib. ff. de iniu. & dicit idem Bal. in l. ſi quis cu-
rialis circa fi. C. de epi. & cle. quod licet per ſtatutum non
poſſit auferri clerico ius commune; tamen poteſt auferri
protectio ſtatuti, & priuilegium; Et quod diſpoſitio legis vel
ſtatuti non prodeſt clericis, ſi non vult lex quod proſit, Iac.
But. Bal. Sali. Fulg. & Caſt. in d. Auth. Caſſ. & plures refert
Dec. in d. c. eccleſia num. 47. & num. 53. verſ. & ſupradicta
procedunt, & in verſ. 3. concl. & ante eum Feli. num. 53. cir-
ca fin. verſ. 2. declara. & hæc opinio eſt communis, vt videri

poteſt apud Tiraq. de retrac. conſan. §. 1. gl. 8. num. 42. v
allegat Anc. Abb. Alc. Barb. Iaſ. Soc. in Dec. Cottam, & Ri
qua propter licet per ſtatutũ diſponi poſſit ne clerici ben
ficio vtantur ſtatutorum, tamen ex hoc non infertur, quo
clerici ligari poſſint laicorum ſtatuto; quia primo caſu n
aufertur libertas eccleſiaſtica, ſed denegatur beneficium
aut priuilegium, nõ tamen exercetur iuriſdictio in clerico
ſed ius quærendum adimitur. Secundò verò caſu auferti
beneficium iuris communis, & exercetur iuriſdictio in cl
ricos: quæ omnia ſunt cõtra clericorum libertatem, & ide
primo caſu ſtatutum valet, ſecundo verò eſt nullum.
Illa verò differentia, quæ octauo allegatur, vt. ſ. valeat ſt
tutum laicorum quando eſt generale, & includat tunc cle
cos, licet ſecus ſit quando in ſpecie de eis diſponit; eſt ve
balis, non fundamentalis, quia defectus iuriſdictionis eq
militat in generali, ac in ſpeciali diſpoſitione, & proin
vtroque caſu debet ſtatutum annullare, & generalitas n
44 minus operatur quam ſingulorum expreſſio l. ſi duo, in f
ff. de admi. tut. Soc. & alij in l. 1. ff. de vulg. & idem operat
genus, quò ad omnia, quod ſpecies quò ad ſpecialia l. ſi cl
rus ff. de le. 3. no. in c. 2. de off. ord. & in c. 2. de coniug. ſe pre
genus. n. includit ſub ſe omnes ſpecies, ſe. omnes vbi Ang. n
C. de præſc. 30. annorum, & qui generaliter, vel aliter loqu
tur, omnia particularia directè comprehendit, & nemine
excludit, vt dicit Fed. Senen. d. conſ. 85. num. 3. & prædic
differentia deſtruitur per Io. Mon. in c. animarum, de con
45 in 6. vbi vult, quod generalia verba laicorum ſtatuentiũ
comprehendant ea, quæ ſunt ipſorum iuriſdictioni po
bilia, & ita quoque dicit Bal. in l. fin. §. in computatione
fi. C. de iu. deli & illud dictum Io. Monaci refert But. in c
eccleſia S. Mariæ, vbi etiam Abb. & contra prædictam
ſtinctionem, eſt tex. in d. c. Eccleſia S. Mariæ, vbi ſtatutu
generaliter loquitur, & tamen non valet, & ad hoc illum t
inducit Abb. ibi num. 1. poſt Cald. conſ. 11. de conſt. adh
quoq; illum tex. citat idem Abb. in d. c. conſtit. nu. 4. dice
quod vbi ſtatutum non eſt priuilegiatiuum nõ ligat cleric

quan-

quantumcunq; generale loquatur. Hanc quoque opinionem poſt Bal. But. & Abb. tenuit Barba. in conſ.23. col.2. in fi. ver. præterea eſt ponderandum, & col. ſeq. vol.3. vbi tradit ſtatutũ, ſiue generale, ſiue ſpeciale, nullo modo clericos includere, & doctores omnes faciunt iſtam conſequentiam, quia ſi non valet in ſpecie, multo minus in genere, vt per Dec. in d.c. eccleſia nu.53. ver. breuiter.

Ex his verò quæ diximus in tertio, & quarto fundamẽto huius partis, ſublatum remanet nonum obſtaculum; quia ibi ſatisſuperq; demonſtrauimus, non modo contra eccleſiaſticam libertatem fore ſtatutũ, quod clericis priuilegium aufert, ſed illud quoq; quo priuantur beneficio eius, quod à lege ciuili, vel pontificia eis conceditur; & illud quo timidiores efficiuntur ad contrahendum cum laicis: & quia ex illis conſtat hanc eſſe communem opinionem, non eſt opus latius inſiſtere in confutatione huius argumenti. Si.n. non valet ſtatutum, quando tollit priuilegium, multo minus debet valere quando tollit ius commune: quia priuilegium,
46 quod de iure competit ſpeciali, facilius tollitur, quam quod competit de iure communi l. eius militis, §. militia. ff. de teſta. milit. ita in propoſito arguunt doctores, vt per Fel. in d. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ num. 53. Opiz. in d. §. diui nu.84. poſt Alc. ibi.

Decimò, non mouet c. conſtitutus de in integ. reſti. quia & ſi Neuiz. in d. conſ.29. dicit, eſſe caſum legis pro ſua opinione: tamen verè non meruit allegari: nam ibi non dicitur,
47 nec probatur, quod ſtatutum laicorum clericos cõprehendat, ſed dicitur, quod clerici poſſunt vti beneficio ſtatuti laicorum diſponẽtis ſuper retractu, & hoc ſane aliud eſt, quam ligari ſtatuto. Quia, vt dictum eſt, clerici poſſunt quidem vti, ſi volunt, ſed illis nõ ligantur, & quod clerici poſſint gaudere beneficio ſtatuti diximus ſupra in quarto obiecto partis contrariæ, & ita loquitur Dec. in d. conſ.282. nu.7. & ita illum tex. declarat Abb. ibi nu.4. & ex eo colligit regulã prædictam, quod clericus vti poſſit ſtatuto fauorabili, & allegat ita intellexiſſe Bar. in l. fi. C. in qui. cau. in integ. reſt. non eſt

neceſſ. & repræhendit Bar. ibi qui inferebat ex eo tex. qu
ſtatutum laicorum ligat clericos, & dicit ſe credere, qu
fuerit deceptus ex allegatione Bar. in d.l. cunctos popul
& hanc declarationem probat Feli. in d.c. eccleſia. nu m.
ver. poteſt etiam & Dec. nu.53. in fi. verſ. non obſtat tex
modo illum tex. intelligit Tiraq. de retrac. cenſan. §. 1
13. nu.2. vbi dicit probari ex eo, quod clericus poteſt vti
tuto laicorum, ſed nō definiri an e conuerſo cogi poſſit
ricus reuendere ad formam ſtatuti: Et hæc reſponſio n
iudicio eſt plana, & clara, ita vt non ſit opus, inhærere
ſponſioni adductæ per Io. de ligna. quā reprehendit Ba
conſ.65. col. antepen. vol.4. & Neuiz. d. conſ.39. nu.9.
paret itaque illum text. non facere ad propoſitum, nec co
nere caſum noſtræ quæſtionis, vt arbitratur Neuiz.

Poſtremo, non obſtant authoritates eorum, qui dic
clericum ligari huiuſmodi ſtatuto, quia eorum dicta nō
attendenda, ex quo contra eos ſtant grauiores autho
nempe Bal. Imol. Abb. Afflict. Iaſ. & Socin. quorum vn
quiſque maioris eſt authoritatis, quàm omnes alij in cō
rium allegati, quis enim ex his, nedum anteponendus,
æquiparandus eſt Bal. Imo. Abb. vel Socin. Sed omiſſa qu
que doctorum grauitate, hæc ſententia eſt tenenda, q
48 fundata eſt melioribus rationibus. Contraria vero o
ratione deſtituta, quo caſu licet etiam à communi opinio
recedere, vt per Neuiz. in ſilua nup. li.5. nu.67. præterea
per deciſione Afflicti non poteſt fieri fundamentum, q
contrarium tenuit in d.§.9. nu.15. & ſeq. & doctori cont
49 rio non creditur. Alex. in conſil.185. nu.32. ver. non obſ
vol.7. Iaſ. in conſ.89. col. pen. vol.3. Neuiz. in conſ.30. nu
& Soci. quem pro ſua opinione Neuiz. adducit, tenet cōt
rium, quando ſtatutum loquitur in perſonam, vt noſtro h
caſu. Dec. vero in conſil.182. nu.7. non dicit, quod cleric
ligetur ſtatuto, ſed quod gaudere & vti poteſt ſtatuti bene
cio. Neuiz. autem qui cæteris difuſius tangit hanc quæſt
nem, videns eam iure non poſſe defendi, recipit, &
ducit ſe ad tres limitationes, & caſus, quorum nullus com

Digitized by Google

nit caſui noſtro. Et hoc modo ſaluat ſuam opinionē. Pri-
mò, quia ſtatutum ſuum non præcipit,nec vtitur verbis præ-
ceptiuis ,vt poteſt videri nu. 12. verſ. eſt verum. Sed Caſa-
lenſe ſtatutum præcipit, quia dicit, ille,qui emerit,teneatur:
Secundo ſaluat ſe,quia ſtatutum ſuum procedebat,traden-
do formam ſeruandam , ita in loco præcitato , verſicul. ap-
plicatur, noſtrum autem eſt præciſum,& non dat formam.
Tertio ſe reſtringit, quia ſtatutum ſuum loquebatur in rem
vt num. 12. verſ. accommodatur etiam , qui caſus non con-
uenit præſenti ſtatuto, quod verba dirigit in perſonam. Et
ita apparet, quod Neuiz. non eſt auſus hanc opinionem af-
firmare abſolutè, ſed in certis illis caſibus declaratis per Fe-
lin. in d. cap. Eccleſia S. Mariæ, quia cognouit communem
opinionem eſſe in contrarium Tiraq. autem d. gl. 13. num.
4. fundat ſe ſuper deciſione Bart. in d.l. cūctos populos, quam
probauimus eſſe communiter reprobatam, & ideo ſublato
eius fundamento deſtruitur illius dictum. Boer. autem, &
Rol. perfunctoriè loquuntur, & per tranſennam, nec poteſt
vis fieri ſuper eorum dicto. Et non obſtat, quod dicit Boer.
ita ſeruari in Francia, quia ideo hoc procedit, quia in Fran-
cia conſuetudines ſunt mixtæ clericorum, & laicorum, &
fuerunt communi omnium clericorum, & laicorum conſi-
lio, & conſenſu inductæ, vt atteſtatur Tiraq. de leg. connub.
glo. 8. nu. 173. & d. tracta. retract. d. gl. 13. nu. 2. & quando ſta-
50 tutum fuit promiſcue conditum a laicis & clericis, tunc in
vtroque foro ſeruatur, Bal. & Abb. c. cum veniſſent col. 3. de
eo qui mit. in poſſ. cum alijs per Tiraq. in locis prædictis:
Non mirum itaque ſi contra clericos in Francia ſeruatur di-
cta conſuetudo, cum ſit omnibus communis.

Poſt redditum conſilium vidi Maran. diſput. 8. qui tenet
contrarium, ſed ſi diligenter eius dicta examinentur non
obſtant, quia illa ſua conſtitutio loquitur in rem, & rationi-
bus ſuis colligi poteſt reſponſum ex ſupra deductis.

PLenariè intelligere cupientibus, quod ad collectas & onera pro militum hoſpitatione, ex ipſorummet aduerſantium ſententia, non teneantur Eccleſiaſticorum bona, nec eorum coloni, nec etiam ratione eorum colonicæ partis ſub tit. de oneribus §. Collegijs,&c. in Nou. Conſtit. cum ipſimet fateantur Nou. Conſt. deberi ibi intelligi de oneribus tantummodo ordinarijs, & non de extraordinarijs; Legant diligenter ſupradicti D. Præſidis conſ. 146. in ordine, in primo volumine, & ex ipſo, & alijs ibidem ab ipſo acumulatis intelligent ſupradictas collectas non eſſe onera fixa, ſed omnino variabilia, & extraordinaria, maximè ab initio, à quò deſumitur denominatio collectæ; quod etiam communiter, & pari animi conſenſu fatentur, & teſtantur omnes doctores; ſicq; ad eas nulla ratione eccleſiaſticorum bona, & cultores ligari poſſe, & impubis patet.

Conſilium, & Reſponſum Secundum Deciſiuum
EIVSDEM CELEBER. AVCTORIS
In eadem Cauſa Eccleſiaſticę Immunitatis.

Et eſt conſ. 301. in ordine, & 1. in 3. volu. ſuorum conſil.

EPITOME.

In nullo, laicorum ſtatuta, afficere poſſunt perſonas Eccleſiaſticas, nec eorum quæcunq; bona, vel colonos, vti ad Eccleſiam ſpectantes, nec etiam pro parte colonica.

SVM.

Notandum tamen, quod à num. 1. vſq; ad num. 12. ſunt argumenta, ſeu rationes argumentatiuo modo adductæ contra veritatem.

1 *Clerici tenentur ad refectionem pontium, & murorum.*

2 *Eccleſia tempore penuriæ cogi poteſt ad vendendum, vel emendum frumentum.*

3 *Clerici tenentur ſimul cum laicis contribuere ad onera, vbicunq; tractatur de communi vtilitate permixtim clericorum, & laicorum.*

4 *Edictum de non ſerendo orizam, ſuſtinetur etiam ad clericorum præiudicium.*

5 *Clerici, & Eccleſia ligantur ſtatuto laicorum, continente commune bonum.*

6 *Clerici contrauenientes Edicto laicorum continente commune bonorum, mortaliter peccant.*

7 *Clerici dicuntur ciues, & veniunt appellatione ciuium, etiam ſi ſint alienigenæ; ſi tamen in loco habitent, beneficient, & ibi commorentur.*

8 *Ad Principem ſæcularem ſpectat condere legem circa ea, quæ ad iuſtam viuendi rationem pertinent, & Reipub. reſpiciunt conſeruationem, non ad Epiſcopos, vel alios Eccleſiaſticos Iudices.*

9 *Lex ciuilis, ideſt ius Romanorum, ligat clericos, & Eccleſiaſticas perſonas, ſi eſt iuſta, & non aduerſatur Canonibus.*

10 *Statutum, ſeu Edictum Principis, habetur pro iure ciuili.*

11 *Epiſcopus ſi augeat pœnam impoſitam à Papa, & ſtatuat pœnam rei à Papa probibitæ, valebit huiuſmodi conſtitutio, quia auget, vel ſupplet ius Canonicum eo, quod reperitur diſpoſitum.*

12 *Clerici non ligantur ſtatutis laicorum.*

13 *Principis laici iuriſdictioni non ſubſunt clerici; nec ab eo coerceri, & diſtringi poſſunt.*

14 *Statuto laicorum, quamuis fauorabili, non ligantur clerici.*

15 *Statuere eſt iuriſdictionis.*

16 *Clerici ſunt exempti à iuriſdictione ſæculari de iure diuino.*

17 *Poteſtas eſt neceſſaria in quocunq; actu.*

18 *Nullitas deſcendens à defectu iuriſdictionis allegari poteſt la pſo tempore à ſtatuto præfixo ad dicendum de nullitate.*

19 *Ratio eadem vbi eſt, idem ius eſſe debet.*

20 *Ratio vniuerſalis omnes caſuum ſpecies includit ſub ſe, ſicut i genus plures amplectitur ſpecies.*

21 *Diſpoſitionis ratione ceſſante, ceſſat diſpoſitio.*

22 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*

23 *Metus dicitur durare, donec durat ratio, vel cauſa metus.*

24 *Clerici non ligantur laicorum ſtatuto, continente eorum merum fauorem, & vtilitatem quamuis eo vti poſſint, ſi velint.*

25 *Alienatio rei Eccleſiæ facta abſq; neceſſarijs ſolemnitatibus, non ſuſtinetur; licet ſit Eccleſiæ vtilis.*

26 *Legum finis eſt, vt ſeruetur commune bonum, ac bene, & beate viuamus.*

27 *Statutum ad publicum, non priuatum commodum fieri debet, ideo factum in odium alicuius particularis perſonæ, eſt ambitioſum, & nullum.*

28 *Ad Legis validitatem principaliter auctoritas, & poteſtas eſt neceſſaria.*

29 *Ad Actus cuiuſcunque validitatem tria requiruntur, voluntas, poteſtas, & modus.*

30 *Clerici non ligantur lege ſæculari, etiam concurrente bono publico, niſi ea lex ſit à Principe confirmata.*

31 *Lege ſæculari concernente bonum publicum, & communem vtilitatem, clericos ligari, qui dixerunt, intelligendi ſunt, vt ligentur vi rationis, non vi legis.*

32 *Princeps, qui nulla lege ligatur, obligatur tamen dictamine rationis, non legis.*

33 *Edictum Principis ſpernens, ab eo punitur, & pœna ad eum ſpectat.*

34 *Clericus puniri non poteſt à laico, etiam in caſibus, quibus Edictum promulgatum eſt pro vtilitate publica; & quibus clericus ad onera tenetur.*

35 *Eccleſia, vbi de iure contribuere tenetur ad aliquod onus, tunc cogitur ab Epiſcopo, vel alio Iudice Eccleſiaſtico, & non à laico.*

36 *Cauſa prima, & originalis ſemper magis attenditur.*

37 *Finis regulatur à ſuo principio, & ad illud trahitur.*

38 *Actus tribuitur ordinanti, non exequenti.*

39 *Clerici tenentur lege Regia, publicatâ ad moderandum pretium vinadorum, ſed ſunt exempti à pœna temporali.*

40 *Pœna temporalis non imponitur, niſi expreſſa lege cautum ſit.*

41 *Delictum non eſt omne inhoneſtum, nec omne illicitum punitur, ſed illud ſolum quod lex ſtatuit eſſe delictum.*

42 *Lex ciuilis, vel Principis obligat inobedientem ad pœnã æternam. non ex vi legis, ſed ex vi iuris diuini, vel naturalis, quod cum ipſa lege violatur.*

43 *Lex ciuilis quamuis contineat publicum bonum, & non repugnet canoni, vtiliſq; ſit Eccleſiæ, tamen non valet, ſi de clericis expreſsè diſponat.*

44 *Noſtra facimus, quibus auctoritatem noſtram impartimur, & infra nu. 47. circa finem.*

45 *Lex laici, vbi eſt generalis, & non loquitur ſpecialiter de clericis, poteſt Iudex Eccleſiaſticus cogere ſtatuentes ad declarandum, quod ea lege neq; Eccleſia, neq; clerici ligentur.*

46 *Iuriſdictionem nullam habet laicus reſpectu perſonarum, & rerum Eccleſiæ, & clericorum.*

47 *Iudex Eccleſiaſticus, vbi publica ſubeſt vtilitas, & neceſſitas, poteſt prouidere, & laicos compellere ad res, & bona ſua vendendum.*

48 *Lex ciuilis confirmata à iure Canonico ſuſtinetur, propter confirmationem.*

49 *Actus confirmatus ſumit robur, non à faciente, ſed à confirmante.*

50 *Lege, quod cautum non reperitur, nec nos dicere debemus.*

51 *Hiſpanum ius non eſt à iure Canonico receptum, neq; approbatum, imò neq; cognitum, ideò clericos non ligat in vim iuriſdictionis, nec in vim ſocietatis, nec in vim approbationis.*

52 *Perſonæ Eccleſiaſticæ ſunt iure Diuino exemptæ à iuriſdictione Imperatoris, vel alterius laici.*

53 *Papa non poteſt clericos Imperatori ſubijcere.*

54 *Conſuetudo, per quam clerici ſubijciuntur laicis, non valet.*

55 *Præſcribere non poteſt Princeps laicus facultatem ligandi clericos*

ſua

ſua lege, aut ſuo ſtatuto.

56 *Molin. in tract. de iuſt. diſp. 31. ver. tertia pars concluſionis reprobatur.*

57 *Conſenſus expreſſus eſt validior, quam tacitus.*

58 *Tolerantia Papæ, & ſcientia nõ validat conſuetudinem, per quam clerici ſubijciuntur laicis.*

59 *Beneficia conferendi ius, poteſt laico concedi à Papa per ſpeciale priuilegium, ſed non poteſt acquiri conſuetudine, aut præſcriptione, etiam accedente ipſius Papæ ſcientia, & tollerantia.*

60 *Glo. in c. dilectus, verſ. non obſtante, de filijs presb. quomodo intelligatur.*

61 *Statutum laicorum ſuper rebus Eccleſiæ confirmari non poteſt expreſsè aut tacitè ab Epiſcopo, ſed ſoli Pontifici hoc eſt permiſſum.*

62 *Laicus ſuper rebus Eccleſiæ non poteſt ſtatuere.*

63 *Bona Eccleſiæ non ſunt ſub iuriſdictione laicorum.*

64 *Princeps ſecularis, ſecundum multos Doct. nihil omnino facere poteſt circa bona patrimonialia clericorum.*

65 *Patrimonialia bona clericorum gaudent eodem priuilegio cum perſonis, vbi agitur de foro.*

66 *Statutum laicorum ſi dirigat verba in perſonam, non ligat clericos in patrimonialibus.*

67 *Eccleſia, vbi ad onera aliqua tenetur, & iure cogi poteſt, tunc conuenire debet clerus cum populo, vel Epiſcopus cum Principe ſeculari diſquirere debet, an onus illud ſit à clericis ſubeundum.*

68 *Executor merus dicitur ille, cui negotium iam præſentibus, & vocatis partibus plenè diſcuſſum, committitur exequendum.*

69 *Coloni clericorum non gaudent priuilegio fori.*

70 *Coloni clericorum, ſi contrauenerint Edicto ſeculari de ſtratis, & immunditijs, vel de non ſerendo orizam in bonis Eccleſiæ, poſſunt à laico Iudice puniri.*

71 *Blada extrahere, & victualia plus iuſto pretio vendere, eſt delictum.*

72 *Coloni Eccleſiaſtici in caſu delicti puniri poſſunt à Iudice ſeculari.*

73 De-

73 *Delictum vbi eſt merè profanum, Iudex laicus procedit contra laicum etiam in Eccleſia delinquentem.*

74 *Prohibito vno, cenſentur omnia prohibita, per quæ ad illud peruenitur.*

75 *Prohibitum vna via, non cenſetur alia permiſſum.*

76 *Statutum laicorum circa res Eccleſiæ non valet, licet verba dirigantur in perſonas ſubditas, cum effectus reſpiciat res ipſas.*

77 *Statutum laicorum nullo caſu ſuſtinetur, ſi Eccleſiæ libertas tollatur, & reſtringatur directè, vel indirectè.*

78 *Statutum laicorum, quod quilibet conductor poſſit renuntiare conductioni factæ pro futuro tempore, non valet ad clericorum præiudicium.*

79 *Collecta ſicut clerico imponi non poteſt, vel Eccleſiæ, ita nec Eccleſiæ colonis.*

80 *Gabellæ à ſolutione immunis eſt emens ab Eccleſia, quando alias Eccleſia damnum ſentiret, vt quia vilius vendidiſſet.* 1

81 *Coniunctus gaudet priuilegio coniuncti quando, aliàs priuilegium eſſet inutile, & ſuum effectum non produceret.*

82 *Socius omnium bonorum, gaudet immunitate ſocio conceſſa.*

83 *Laicus, ſi cum clerico capiatur pro eodem facto, vterq; remittitur ad Iudicem Eccleſiaſticum.*

84 *Præſcriptio contra laicum, habentem rem communem cum Eccleſia, non habet locum, niſi tantum temporis effluxerit, quantum requiritur ad præſcribendum rem Eccleſiæ.* 2

85 *Coloni Eccleſiæ grauari non poſſunt pro Eccleſia.*

86 *Edicto laicorum, ſicut non comprehenduntur res Eccleſiæ, ita nec colonus, aut quiuis alius; qui operas locat in culturam earum rerum, eo ligatur.*

87 *Salyc. doct. in Authen. caſſa, nu. 14. C. de Epiſc. & cler. quomodo debeat intelligi.* 3

88 *Damnum dans in bonis alterius cum beſtijs Eccleſiæ, cogi poteſt ad emendationem.*

89 *Colonus Eccleſiæ collectari poteſt, pro colonica portione fructuum perceptorum ex bonis Eccleſiæ.*

90 *Emptor fructuum Eccleſiæ non eſt immunis, ſicut Eccleſia.*

91 Emphyteuta ceſſans in vno numero in ſoluendo portionem, cadit à tota re.

92 Idem iudicatur de minimo, quod de magno, vbi in minimo eſt proportionabiliter eadem ratio, quæ in magno.

QVI primùm, atque vnicum eſt propoſitum veritatem ſectari, & Eccleſiaſticam libertatem rationibus tueri, ei nullis præfationibus vtendum eſſe exiſtimo, quò circa ad rem deueniendo, & primam quæſtionem aggrediẽdo, dico primo aſpectu videri, quòd edictum de non ſeminando orizam à ſæcularibus Iudicibus factum, liget Clericos, & Eccleſiam Mediolanenſem, quia commune bonum, & promiſcuam Clericis, & laicis vtilitatem continet, & ab omnibus videtur approbata concluſio,
1 quòd Clerici teneantur ad ea, quæ communem vtilitatem, & publicum reſpiciũt commodum, vt ad refectionem pontium, & murorum, l. ad inſtructionem, C. de ſacroſ. Eccleſ. vbi Pet. Cyn. Bal. & alij notant, Innoc. Io. Andr. Card. & alij in c. non minus, de immunit. Eccleſ. Bald. Salic. Guid. Pap. Alex. Cepol. Corne. & alij, quos citat Rip. in tract. de remed. ad conſeruan. vbertatem, num. 234. vbi dicit communem
2 Iſern. & alij infra allegandi, in §. illicitas, & ad vendendum, vel emendum frumentum tempore penuriæ, vt per Bart. in l. prima, in fin. C. vt nem. liceat inuend. ſpicier. lib. 10. vbi dicit, quòd Eccleſia tali caſu cogi poteſt, quia agitur de publica vtilitate, ſequitur Io. de Plat. nu. 4. quia redundaret in damnum quoq; Eccleſiæ, niſi publicæ neceſſitati ſubueniretur, hinc dixit generaliter Iſern. in cap. 1. in ver. illicitas, nu.
3 36. de pace iuram. firman. quod vbicunq; vtilitas, vel neceſſitas publica exigit, non ſeruatur immunitas Clericis, vel Eccleſiæ, ponit exemplum in portu, in portibus, & muris in cuſtodia Ciuitatis, & in alijs, quæ imponuntur pro aeris ſalubritate, ſequitur Afflict. ibi nu. 23. pro communi etiam regula conſtituit Anchar. in c. non minus, nu. 8. de immunit. Eccleſ. quod vbicunq; tractatur de communi vtilitate permix-

tim

tim Clericorum, & laicorum, tenentur Clerici ſimul cũ laicis contribuere ad onera, proindè infert conſultum audiuiſſe, quòd Clerici collectantur pro conſtructione aggerũ, qui fiunt ad fluminum inundationes arcendas, ex quo periculum eſt commune, idem dicit, vbi agitur de reſiſtendo militibus, qui hoſtiliter inuadunt territorium; quia, vt euitentur, cædes, rapinæ, captiuitates, omnes contribuunt: nulla .n. eſt maior pietas, quam ab hoſtibus patriam tueri, debilibus, & pauperibus ſubuenire, & non habentibus, ſeu laborantibus ſubſidium ferre. hanc eandem concluſionem latiſſimè defendit Anchar. in conſ. 96. per totum, vbi idem repetit; & in c. 1. col. 8. de immunit. Eccl. l. 6. regulam etiam generaliter conſtituit Rip. qui infinitos allegat concordantes in cõſ. 68. nu. 6. & in conſ. 163. per totum, vbi plus vult, quod ſi pro eo onere ſuſtinendo imponatur vectigal, puta ſuper vino vendendo, vel ſuper plauſtris ingredientibus Ciuitatem cogatur Eccleſia onus illud ſubire, quia ſat eſt, quòd cauſa impoſitionis ſit publica, & reſpiciat Clericorum non minus, quàm laicorum commodum, plures alios congerit Oſaſch. in deciſ. Pedem. 68. in primo dub. vbi loquitur principaliter de oneribus belli, & reparatione fluminis, & ibi Nicol. Balb. in 2. artic. poſt dictam deciſ. Purpur. in conſ. 50. per tot. vbi loquitur de cuſtodia Caſtri, de refectione putei communis, de occurrẽdo militibus inuadẽtibus territorium, & de alijs multis oneribus, ſubdens, quòd vbi onus communem, & publicam reſpicit vtilitatem, neceſſaria non eſt Summi Pont. auctoritas, & dicit hanc eſſe veram, & æquam Iuriſtarum, Canoniſtarum, & Theologorum opinionem, idem tenet in conſ. 835. nu. 1. & ſeq. vbi latè agit, & ponit tribus in caſibus Eccleſiam teneri ad onera, Opizo. in l. filius fam. §. diui, nu. 88. ff. de leg. 1. vbi infert. Mediolanenſe decretum de aquis ducendis per alienum fundum, mediante ſolutione, locum habere etiam in prædijs Clericorum, infinitas congerit auctoritates. Menoch. in conſ. 800. nu. 1. vſq; ad 28. & in ſpecie, quod ſuſtineatur etiam ad Clericorũ præiudiciũ edictũ de non ſerendo Orizam, probat Gabr. in conſ. 37. vol. 2. quem ſequitur

Me-

Menoch. loco pręd. nu. 22. alios adit idem Menoch. in reſpōſ. edita hac in eadem cauſa, nu. 19. & multis ſeqq. non .n. dubium eſt, quin pro publica vtilitate ſit factum decretum prędictum, tum pro aeris ſalubritate inducenda, & conſeruanda, tum etiam vt loco Orizæ homines inducantur ad ferendum prædia frumento, & grano, ac bladis, vndè magis proſpicitur humano victui, quam ex Oriza mali ſucci, & nutrimenti, & Doctores in locis præcit. dicunt Clericos ligari legibus, quæ pro Annona conſeruanda, & vbertate inducenda à Principibus ſæcularibus promulgantur.

5 Et in ſpetie, quòd Clerici, & Eccleſiæ ligentur laicorū ſtatuto, continente commune bonum; voluit Sotus in 4. ſent. diſt. 25. quæſt. 2. art. 2. col. 4. verſ. Quarta concluſio. Nauar. in manual. confeſſo. cap. 23. num. 88. Auendan. in tract. de exequen. princip. mandat. lib. 1. cap. 13. nu. 7. Meſſias in tract. de taxa panis, concl. 5. nu. 4. & idem probauit Vincent. Franch. deciſ. 9. nu. 5. vbi loquitur de ſtatutis factis ſuper diſtributiotione Annonæ, & latè Menoch. d. conſ. 800. & in alio pro hac cauſa, vbi ſuſtinet Clericos, & Eccleſias indifferenter ligari.

6 In tantum autem verum id affirmant, vt velint Clericos contrauenientes mortaliter peccare, Luc. de Pen. in l. fi. C. de quib. muner. nemin. lice. ſe excuſ. Sot. d. concluſ. 4. vbi ait, quod vltra peccatum tenentur ad reſtitutionem damni dati, Franch. d. deciſ. 9. nu. 4.

7 Prædictorum ratio eſt, quia Clerici dicuntur ciues, & veniunt appellatione ciuium, Bart. in l. 1. nu. 11. ff. de municip. Bal. in c. 1. de vaſſall. qui arm. belli. depoſ. vbi dicit, quod Eccleſia dicitur de corpore Ciuitatis. Georg. Natta de ſtatu. excluſ. fœmin. in 3. princip. quæſt. num. 85. Marſil. in tract. de bannit. in ver. ciuitate, nu. 116. Caſſan. latè ponit in conſuet. Burgund. rubr. 13. §. 5. nu. 2. vbi dicit, quod Clerici dicuntur, ciues diſtrictuales, & pars Ciuitatis, allegat Oldr. Io. Andr. Roman. & Abb. Tiraq. de primogen. quæſt. 44. nu. 9. Cumia. in ritibus magnæ Curiæ, c. 40. num. 280. id quod locum vendicat, non ſolum in Clericis originarijs, ſed etiam

in alie-

in alienigenis, ſi tamen in loco habeãt beneficia, vel ibi commorentur; quia habentur pro ciuibus, dum moram ibi trahunt, Bar. in l. ciues, C. de incol. lib. 10. in d. l. 1. col. 3. Barba. in c. Rodulphus, nu. 137. de reſcrip. Fely. in c. dilectus, il 2. nu. 2. & 8. de reſcrip. Sanſeuer. in l. 1. nu. 141. C. de ſum. Trinit. Boer. deciſ. 260. num. 20. Lupus in rubr. de donat. inter vir. & vxor, §. 39. nu. 5. Ideo ligantur lege communiter lata, quæ omnes ciues ligat, nec à ciuibus in hoc ſolo ſeparari debent, qui in cęteris gaudent omni commodo Ciuitatis.

8 Rurſus ad Principem ſæcularem, cui à Deo in temporalib. populorum cura eſt demandata, ſpectat condere legem circà ea, quæ ad iuſtam viuendi rationem pertinent, & Reipublicæ reſpiciunt conſeruationem, non autem ad Epiſcopos, vel alios Eccleſiaſticos Iudices, Sot. lib. 1. de iuſtit. & iur. lib. 1. quæſt. 6. artic. 2. poſt princ. verſ. Cæterum, & in d. lib. 4. ſent. quæſt. 25. ver. Quarta concluſ. Molina in tract. de iuſt. & iure diſput. 31. concluſ. 6. vbi addendo Siluestr. & Victoriam, dicit, quod laici, & Clerici in concernentibus politicam temporalem, eundem habent Rectorem Principem ſæcularem; cuius legibus gubernantur, & quibus ſubijciuntur, id quod reaſſumit Menoch. in ſuo reſpo. huius cauſæ num. 27. ſicuti igitur in ſpiritualibus tenentur Iura Pontificia ſeruare, ita in temporalibus à ciuilibus ſanctionibus diſcedere Clerici non debent. & hanc dicit eſſe manifeſtam propoſitionem. Driedo. de liber. Chriſti. lib. 2. cap. 1. propoſ. 4. Diuus Thom. de regimin. Princip. lib. 1. cap. 12. Bellarmin. lib. 3. cap. 6. Henr. lib. 10. cap. 15. num. 4. Ignat. in addit. ad pract. Canon. Bernard. Diaz. cap. 55. ver. Sed vt liberè dicam, folio. 72. hoc autem, de quo agimus, eſt merè profanum, nihil pœnitus ſpiritualitatis habens admixtum, ideò à Clericis non minus, quàm laicis ſeruandum eſt.

9 Accedat, quod lex Ciuilis, ideſt ius Romanorum ligat Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas, ſi eſt iuſta, & non aduerſatur Canonibus, quia tali caſu recipitur à Pontifice Romano, vt probatur in c. 1. de iuram. calum. in c. 1. de oper. nou.

nunciat. in cap. veniens, de iureiur. in c. vt Inquiſitionis, de hæret. in 6. & hanc concluſionem probat Fortun. Garz. in tract. de vltim. fin. iuris in 14. illati. nu. 162. vbi latè agit. ſic etiam poſt Driedon. & Didac. ponit Vaſq. in tract. de ſucceſſio. creation. lib. 3. §. 26. nu. 50. vbi fortius loquitur, quando ius Ciuile diſponit expreſsè de Clericis, & Eccleſia, & ponit exemplum in crimine vſurarum, vel hæreſis, & Didac. de ſponſal. par. 2. cap. 6. in princ. num. 20. & ſeq. ponit de lege ciuili diſponente de matrimonio, ſi verò lex ciuilis, & ius commune Romanorum ſuſtinetur, quamuis de Clericis diſponat, quando eſt iuſta, rationabilis, & honeſta, quare non
10 idem dicendum eſt de ſtatuto, ſeu edicto facto à Principe, cum illud quoque habeatur pro iure ciuili, Bart. in l. ſtipulationum aliæ, in fin. prin. ff. de verb. oblig. vbi Iaſ. nu. 9. Bald. in auct. generaliter, col. 1. C. de Epiſcop. & Cler. Alex. in l. 1. nu. 2. C. vt quæ deſunt aduo. Manti. de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 7. nu. 1. & ſeq. Intelligendo tamen ſemper, quando ſtatutum iuri Canonico non aduerſatur; ſicuti enim ius ciuile Romanorum conſtat ex multis partibus, vt ex plebiſcitis, reſponſis prudentum, reſcriptis Imperatorum, & alijs, vt Inſtit. de iure natu. gent. & ciuil. per totam, ita ius Canonicum dicitur, ex pluribus partibus conſtare, & vnum, atque idem eſt ius Canonicum comprehendens, etiam ius ciuile Romanorum, Hiſpanorum, & alia iura, quæ non repugnant iuri Pontificio, ita reſoluit Vaſq. in d. tract. lib. 1. §. 10. num. 648. circa finem, vbi infert valere multas leges in Regno Hiſpaniæ latas, quæ tamen videntur de rebus ad Eccleſiam pertinentibus diſponere, idem infert d. §. 26. num. 60. & ſequ. quia ſicuti ſuſtineretur lex ciuilis vniuerſalis in toto orbe, ita lex particularis in vno Regno, licet pluribus legibus in eodem Regno cautum ſit, ſeruãdam eſſe libertatem Eccleſiaſticam, & contraria ſtatuta penitus annullentur, vt per eum ibi nu. 72.

Præterea vbi ius ciuile, ſeu Princeps ſæcularis legem faciendo adiuuat, vel ſupplet ius Canonicum, in eo, quod non reperitur diſpoſitum, tunc talis cõſtitutio ſuſtinetur; quãuis

facta

Digitized by Google

facta ſit ab inferiore, qui non poteſt regulariter apponere manum ad id, quod ſuperior fecit, glo. in Clem. ne Roma-
11 ni, in verſ. Tolli, de electio, quæ loquitur, quando Epiſcopus auget pœnam impoſitam à Papa, vel ſtatuit pœnam rei à Papa prohibitæ, & ſequitur ibi Cardin. in prin. & in quæſt. 1. Idem voluerunt Hoſt. Io. Andr. Butr. Abb. & alij, quos citat, & ſequitur Felyn. in c.quod ſuper his, col.4. verſ.Fallit ſeptimo, de maiorit. & obedien. Roch. de Curt. in c.fin.ver. Octauus eſt, & in quæſt. 11. de cõſuetud. In propoſito autem edictum venit adiuuando, vel ſupplendo legẽ Canonicam, quæ nihil de hoc facto particulariter diſponit, ergò ſuſtineri debet, licet factum ſit ab inferiore, & eo, qui alioquin nihil poteſt contra iura Canonica ſtatuere.

Quæ etſi rem in tuto ponere videantur in fauorem temporalis authoritatis, verè tamen nihil mouent, & eis non obſtantibus ſine aliqua hæſitatione concludo, Clericos, & Eccleſias minimè ligari eiuſmodi edictis, aut prohibitionibus; ea enim eſt nõ minus communiter approbata, quàm omni-
12 bus nota concluſio, quòd non ligantur Clerici ſtatutis laicorum, c. Eccleſ. S. Mariæ, vbi glo. & Doctores omnes, præcipuè Felyn. & Dec. de conſtit. ſequuntur alij, quos ego citaui in conſil.2. nu. 14 quam concluſionem Doctores admittunt ſine controuerſia, quando ſtatuti verba ſunt præceptiua, &
13 arctatiua, quia Clerici, qui non ſubſunt temporali iuriſdictioni, non poſſunt diſtringi, vel coerceri à Principe laico, vt per Felyn. ibi num.85. quem in hoc ſequitur Neuiza. in conſ. 39. num.10. Licet in alijs multis caſibus contradicat, prout, & Burſat. conſ.90. num.22. multóq; magis procedit, quãdo Clerici ſunt nominatim expreſſi in lege, aut ſtatuto, quia tũc non valet, etiam ſi contineret fauorem, vt benè diſtinguit Butr. in c.quod Clericis, de foro compet. vbi Imol. Abb. & alij, & poſt Georg. Nattam, & Laur. de Pallat. idem probat. Neuiza. loco præcitato, Burſ. num. 22. & Menoch. de recup. poſſeſſ. rem.14. nu.56. & adducens Dec. in d. c. Eccleſ.
14 S.Mariæ, num. 24. quinimò indiſtinctè Clericos non ligari ſtatuto laicorum, quantumuis fauorabili, voluit Matheſil. in

 notab.

notab.112. vbi ait hanc eſſe doctrinam vtilem, & alios addidi in dicto conſilio 2. num. 15. Idem probauit Purpur. in conſ.335. nu.2. vbi loquitur, quando etiam eſt iuſta, & rationabilis, quia poteſtas ſtatuendi pendet à iuriſdictione, Lamberten. de contract. eor. qui ſine cert. ſolemnit. glo.2.nu.57. vbi dicit eos, qui affirmant legem fauorabilem ligare Clericos, intelligi, quò ad hoc, vt ſi velint, poſſint ea vti, nō quod cogantur illam contra ſe recipere, Roch. de Curt.d.c. fin.ſectio. 8. num.71. vbi ait, quòd includuntur Clerici, ſi velint, non aliter, Lancellot. Gall. in conſuet. Alex. in ver. Maritus, quæſt. 4. num. 7. vbi dicit communem; multò ergo magis erunt ab eiuſmodi legis diſpoſitione exempti Clerici, quæ non eſt fauorabilis, ſed odioſa, non loquitur indifferenter, ſed expreſsè illos includit, & quod plus eſt, loquitur in perſonam, & vtitur verbis præceptiuis, & pœnalibus, quæ nullo modo afficiunt Clericos. prædictorum ratio principalis eſt, quòd in ſæculari Principe ſtatuente, deficit poteſtas in Clericos, vt
15 per Doctores in d. c. Eccl S. Mariæ, & ſtatuere eſt iuriſdictionis. Bart. in l. omnes populi, num.3. ff. de iuſt. & iur. vbi Caccialup. & Iaſ. Roman. in conſ.218. nu.2 Laici autem nullam habent iuriſdictionem in Clericos, l. decernimus, C. de Epiſc. & Cler. Oldrad. in conſ.83. cap.2. vbi glo. de foro competen. & dicit Innoc. in cap. ſignificantibus, de offi. deleg. quod Clerici ſunt exempti à iuriſdictione Imperatoris, & dicit tex. in cap. ſi Imperator 96. diſtinct. quod Deus omnipotens voluit Clericos diſcuti à Pontificibus, & glo. ibi notat, quod hec
16 immunitas eſt de iure diuino, & proceſſit antequam emanaſſet conſtitutio Eccleſię diſponens de Clericis, quam ideo dicit Bald. in cap. atſi Clerici, eſſe non inductiuam, & diſpoſitiuam, ſed declaratiuam; latè perſtringit Rolan. in conſ. 4. nu.7. & ſeq. vol.1. vbi ſuſtinet id procedere etiam in ijs, qui primis tantum minoribus ordinibus ſunt inſigniti. ſequitur Natta in conſil. 495. num. 18. & ſeq. vbi dicit eſſe hoc de iure diuino, & Clericus non dicitur ſubditus, vt per Bald. in l. de quibus, num.26. ff. de legib. Cæphal. in conſil. 53. nu. 38. ſicuti igitur Princeps ſęcularis nō poteſt iudicare Clericum,
ita

ita non poteſt ſtatuto aſtringere, quia procedunt à pari ligare aliquem ſtatuto, vel ad forum ſuum trahere, Innocent. & Butr. in rubr. de conſuet. Archid. in cap. quo iure, diſtinct. 9. Dec. in d.c. Eccl. S. Mar. nu.6. & vbi poteſtas deficit, nul-
17 la eſt operatio; quia poteſtas in quocũque actu eſt ad validitatem neceſſaria, cap. cum ſuper, de offic. deleg. l. cum te, vbi Bald. C. de donat. ante nupt. Dec. in conſ. 198. num. 3. ſuper hoc fundata eſt intentio Eccleſiæ, & Clericorum, vt non ligentur edicto de non ſeminando orizam, & tam grauis eſt defectus iuriſdictionis, vt ſanari nullo modo poſſit, vnde Doctores dicunt, quod & ſi nullitas euidens, & notoria allegari non poſſit, quando ſtatutum præfigit certum tempus ad dicendum de nullitate, vt per Curt. Iun. conſ. vltimo, nu. 4. poſt Alex. conſ. 105. num. 5. vol. 5. Rolan. in conſ. 83. nu.
18 16. Oſaſch. deciſ. Pedemon. 22. nu. 14. tamen quando deſcendit à defectu iuriſdictionis allegari poteſt, lapſo tempore, Bald. in l. exceptionem, in fin. ver. Sed pone ſtatutum, C. de Epiſc. & Cler. Ang. in conſ. 187. in fin. Gemin. in conſ. 95. col. 1. Decius, qui alios citat in conſ. 40. num. 7. quia hæc excluſa nunquam cenſetur. gloſ. in Clem. 1. de ſequeſtr. prop. & poſſ. Bald. in conſ. 225. in fin. vol. 5. latè Purpur. in conſil. 377. num. 14. & Crau. in conſ. 801. num. 2. conſ. 847. num. 9. Vantius in tit. quis poſſit dicere de nullit. num. 37. Riminal. conſ. 71. num. 1. in conſ. 281. num. 68. & regula hæc continens, quod actus ſit nullus, quãdo fit ab eo, qui poteſtate caret, nullam omnino patitur exceptionem, quia eſt fundata in naturali ratione. poſſem autem pluribus hanc propoſitionem ornare, ſed quia video rem ad vnicum argumentum redactam, quo ſolo vtuntur, qui temporalem vellent extendere auctoritatem, ſatis me exiſtimauero feciſſe, ſi illud non ſubſiſtere demonſtrauero.

Non vrget itaque, quod vbi ſtatutum continet commune bonum, & affert commodum non minus Clericis, quàm laicis, tunc ipſos quoque liget Clericos, quia ſi ratio ſupra allegata, & à Doctoribus paſſim conſiderata, quod in laico ſtatuendi poteſtas deficiat, quo ad Clericos, eſt vera, prout eſt

veriſſima, & negari non poteſt, ſaluo pudore fatendum eſt, ſtatutum eſſe nullum, non minus, quando cõtinet vtilitatem Clericis, & laicis communem, quàm vbi ſolum prodeſt laicis, quia ſola vtilitas cauſæ non tribuit iuriſdictionẽ, & cum eo quoque caſu in laico deſit iuriſdictio, deficiet quoque ſta-
19 tuendi poteſtas per vulgatam regulam, quod vbi ratio eſt eadem, ibi idem ius eſſe debet, l. illud, ff. ad leg. Aquil. Dec. in conſ. 15. nu. 2. & in conſ. 301. nu. 6. & 8. ratio etenim vna omnes decidit caſus, non per extenſionem, ſed per compre-
20 henſionem; quia vniuerſalis ratio omnes caſuum ſpecies includit ſub ſe, quando genus plures amplectitur ſpecies, Petr. & Cyn. in l. iura, C. de leg. Abb. in conſ. 75. col. pen. volu. 1. Alex. in conſ. 75. nu. 3. vol. 5. Dec. in conſ. 284. col. 2. Cagnol. in l. in toto, num. 6. ff. de reg. iur. Burſat. in conſ. 40. nu. 11. Dec. in conſ. 62. nu. 17. Lancell. Gall. in conſuet. Alex. in ver. ligare, quæſt. 8. nu. 138. & ſeq. quemadmodum autem ceſ-
21 ſante ratione, ceſſat diſpoſitio, l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patron. l. quod dictum, ff. de pact. Tiraq. in tract. ceſſant. cau. par. 1. nu. 125. ita durante ratione, durare debet diſpo-
22 ſitio, vt contrariorũ ſit eadem diſciplina, l. etſi contra tabulas in fin. ff. de vulg. inſtitut. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. in princip. vbi Ang. & Fab. dixit in conſ. 1. num. 92. ſic dicimus,
23 quòd donec durat metus ratio, vel cauſa, ſemper durare dicitur metus, Bal. in l. 1. verſ. Sed quæro, C. quod met. cau. Alex. in conſ. 68. vol. 4. Barba. conſ. 54. num. 14. vol. 1. Iaſ. conſ. 165. nu. 1. vol. 2. Natta in conſil. 451. num. 17. Rolan. in conſ. 2. num. 87. vol. 1. & in conſ. 95. nu. 33. eod. volum. Crauett. in conſ. 213. num. 1. Oſaſc. in deciſ. Pedemon. 179. nu. 12. Menoch. in conſ. 1. nu. 287. hinc dixit glo. in Clemen. 1. in ver. eligatur. de electio. quòd diſpoſitio catenus extenditur, quatenus ſe protendit ratio, & ibi Card. dicit eam eſſe ſingularem, & ſequuntur multi apud Tiraquel. in tract. ceſſan. cau. par. 1. nu. 150. cum itaq; defectus iuriſdictionis adſit, etiam quando cauſa ſtatuendi eſt promiſcuè vtilis Clericis, & laicis, non debet ſuſtineri ſtatutum, quamuis eo caſu agatur de communi vtilitate.

Con-

24 Confirmatur, quia, vt ſupra dictum eſt, quando ſtatutum continet merum Clericorum fauorem, & vtilitatem, adhuc non ligat Clericos, nec attenditur, quòd eis proſit, licet in tali caſu poſſint Clerici illo vti, ſi velint. Matheſil. dict. notab. 112. cum alijs, quos adduxi in conſ. 2. nu. 15. & probat tex. in d. c. Eccl. S. Mariæ, vbi Abb. nu. 25. & ſeq. Barbat. nu. 2. ver. Nunc verò alteri, & Dec. nu. 24. Socin. in conſ. 56. nu. 1. vol. 1. Neapodan. in conſuet. Neap. in proœm. nu. 309. Natar. in conſ. 4. nu. 5. ver. tertio. lib. 1. & ſupra addidi Purpur. Lamberteng. & Lancel. & ratio eſt, quia ſi ſtatutum laicorum ligaret Clericum nõ poſſet dici fauorabile, nam etſi ratione cauſæ, vel ſubiecta materia prodeſſe poſſet Eccleſiæ, noceret tamen quatenus eam ligat, quinimò plus ei obeſſet, dum iuriſdictionem exercet, quam proſit, dũ commodum tribuit temporale, & nihil aliud eſſet; quàm ſub ſpecie boni apparentis, priuare Eccleſiam bono ſubſtantiali, & pro modico pecuniario cõmodo emere Eccleſiaſticam libertatem, atque in Clericos poteſtatem acquirere, quæ nullo pretio æſtimari poteſt.

Addo quòd Doctores in cap. Eccl. S. Mariæ, vt conſtitutio edita à laico liget Clericos, plura copulatiuè requirunt, nempè quod ſit Clericis fauorabilis, & nõ grauis, quod procedat per modum priuilegij, quod non vtatur præceptiuis verbis, nec pœnalibus, & alias habeat qualitates, ſed hæc, de qua verba facimus, licet in hoc videatur vtilitatem continere, quod ſalubritati aeris conſulit, & abundantiæ bladorum proſpicit, in reliquis tamen omnibus grauat Eccleſiam, precipuè quia præcipit, & pœnam præſcribit; vbi autem plura copulatiuè requiruntur, non ſufficit alterum adeſſe, l. ſi hæredi plures, ff. de vulg.

Comprobo, quia ſola vtilitas non ſuſtinet actum, qui aliàs ſit nullus, ſed alia concurrere debent, quæ ad validitatẽ ſunt
25 requiſita; ideo dicimus non ſuſtineri alienationem rerum Eccleſiæ factam abſque neceſſarijs ſolemnitatibus, quamuis ea ſit vtilis, & proficua Eccleſiæ, c. ſine exceptione, 12. q. 2. c. tua nuper, de his, quę fiunt à præl. ſine conſil. cap. vbi hoc

notat Abb. gloſ. in ſum.12. q.2. Gemin. & alij in c. 2. de reb. Eccl.non alien. in 6. Barbat. in conſ.41. col. 2. vol.4. Aret. in l.mutum, ff.de acquir. hæred. Fed. de Sen. conſ.142. & multos alios citat Tiraq.de legib.connubial.gloſ.8. nu.57.& ſeq. Redoan.de reb.Eccl.non alien.q.20.nu.193.& ſeq. vſque ad fin. vbi hanc ſententiam refert ſuſtineri, vel abſolutè ſtante extrauag.ambitioſè, de rebus Eccleſiaſt.non alien.vel ad electionem Eccleſ. quæ poteſt ſuſtinere, vel improbare contractum, & vtroque caſu ſat eſt, quod non cogitur Eccleſia illi ſtare, quamuis vtilis ſit, atq; ita ſola vtilitas non dat robur actui, qui alias eſt inualidus, ſed alia requiruntur.

Publica porrò vtilitas efficit quidem, vt lex, aut ſtatutum fieri poſſit, ſed iuriſdictionem non tribuit non habenti, nam
26 hic eſt legum finis, vt commune bonum ſeruetur, & in hoc conſiſtit iuſtitia, vt poſt Ariſtot.& D.Thom.inquit Molin.de iuſtit. diſput. 2. col. 2. & huc tendunt omnes leges, vt benè, beateq; viuamus, vt per multa probat Garzias de vltim. fine, nu.3.& ſeq. & probatur in l.1. & 2. ff.de legib. & in §. erit aũt lex, diſt.& omnis lex ad publicam vtilitatem ferenda eſt: atq; in hoc iuſtus Princeps differt à Tyranno, qui ſuam ſemper, priuatamq; reſpicit vtilitatem. Sot.de iuſt. & iur. q. 6. art.3. pulchrè Vaſq. Illuſtr.controuerſ.cap.30.nu.1.& ſeq.& quod de legibus dicitur, procedit etiam in ſtatuto, quod ad publicum, non ad priuatum commodum fieri debet. Bonacoſſ.
27 in quæſt.crim.in ver.ſtatutum, verſ.Statut.debet, vnde dicimus, quod ſtatutum in odium alicuius particularis perſonæ eſt ambitioſum, & nullum. Abb. in c. cum omnes, in 5. not. de conſt.comprobat multis, Deci.in conſ.3. nu.69. & ſeq. & legi ſemper ineſſe debet publica vtilitas.Sola in conſtitut.Pedem.in procem.gloſ.2.nu.25.& ſeq. præcipuè nu.30 publica igitur vtilitas ſemper eſt neceſſaria ad legis,vel ſtatuti validitatem, tanquam illius finis,& intẽtio; nec tamen per hoc extenditur, aut ampliatur ſtatuentis auctoritas, & iuriſdictio, alias ſemper lex, & ſtatutum Clericos ligaret, cum ſemper ad publicam vtilitatem ſit condita, nõ ergo licet inferre, lex concernit publicum bonum, itaq; ligat Clericos,quia publicum

cum bonum à lege ſeparari non poteſt, & tamen lex Principis non ligat Clericos: ratione igitur eſt deſtituta ea concluſio, cui ſoli nititur pars aduerſa, quæ ideò edictum ſuū vult ſuſtinere, quod bonum publicum concernat, quaſi alijs legibus non idem ſit finis, & ſcopus, vt publicæ vtilitati proſpiciatur, communi bono conſulatur, & quod omnibus commodum eſt conſeruetur.

Et cum tractamus de legibus condendis, id primum reſpiciendum eſt, ſi is facultatem habeat leges ferendi; deinde qualis eſſe debeat lex. ita Beatus Thom. quem citat Fely. in d. c. Eccl. S. Mariæ, nu. 23. ver. & dicuntur iuſtè. Garzias de vlt. fine, nu. 159. in fin. ver. nec obſtat ratio, vbi omninò videndus eſt, Dec. d. c. Eccleſia, nu. 55. ver. nec obſtat, Bero. in c. 1. nu. 220. de conſtit. Rebuff. in conſtit. reg. tom. 1. proœm. glo. 1. nu. 61. quibus in locis dicitur tria requiri ad legis validitatem, & principaliter poteſtatem, & dicit Dec. in cap. quæ in Eccleſiarum, nu. 7. de conſtitut. quod nō ſolum iuſta cauſa,
28 ſed poteſtas etiam in ſtatuente requiritur; & principaliter auctoritas, & poteſtas eſt neceſſaria, ſine qua ferri lex non poteſt, quamuis iuſta ſit, & publica vtilitas, immo & neceſſitas vrgeat; publicæ namque vtilitatis ratio qualitatem legis reſpicit, ſed poteſtas, & auctoritas concernit ſubſtantiā, ſine qua nulla qualitas conſiderari poteſt, l. nec vllam, §. ſi abſentis, & ibi Ang notat ff. de petit. hered. & alios citaui in cōſ. 34.
29 nu. 13. & tria ad cuiuſcumq; actus validitatem requiruntur; voluntas, poteſtas, & modus; nam ſine voluntate nihil ad finem reducitur, ſine poteſtate nihil eſt reducibile, & vbi modus ad finem ordinatus non ſeruatur, ad finem perueniri non poteſt, ita poſt Cicer. & Boet. probat Bero. in conſ. 76. nu. 26. vol. 1. dixi in conſ. 127. nu. 31. parum autem prodeſt, quod in laico detur modus condendi legē, ideſt, quod ſubſit vtilitas publica, vel neceſſitas, niſi etiam concurrat poteſtas, & auctoritas, vt per Garzi. loco prædicto; malè ergo infertur à cauſa publicæ vtilitatis extantis id facultatem ſtatuendi, cum vtraque concurrere debeat, nec altera ſufficiat.

Et quamuis paſſim dicant iura, & Doctores Clericos teneri

notat Abb. gloſ. in ſum.12. q.2. Gemin. & alij in c. 2. de reb. Eccl.non alien. in 6. Barbat. in conſ.41. col. 2. vol.4. Aret. in l.mutum, ff.de acquir. hæred. Fed. de Sen. conſ.142. & multos alios citat Tiraq.de legib.connubial.gloſ.8. nu.57.& ſeq. Redoan.de reb.Eccl.non alien.q.20.nu.193.& ſeq. vſque ad fin. vbi hanc ſententiam refert ſuſtineri, vel abſolutè ſtante extrauag.ambitioſè, de rebus Eccleſiaſt.non alien.vel ad electionem Eccleſ. quæ poteſt ſuſtinere, vel improbare contractum, & vtroque caſu ſat eſt, quod non cogitur Eccleſia illi ſtare, quamuis vtilis ſit, atq; ita ſola vtilitas non dat robur actui, qui alias eſt inualidus, ſed alia requiruntur.

Publica porrò vtilitas efficit quidem, vt lex, aut ſtatutum fieri poſſit, ſed iuriſdictionem non tribuit non habenti, nam
26 hic eſt legum finis, vt commune bonum ſeruetur, & in hoc conſiſtit iuſtitia, vt poſt Ariſtot.& D.Thom.inquit Molin.de iuſtit. diſput. 2. col. 2. & huc tendunt omnes leges, vt benè, beatèq; viuamus,vt per multa probat Garzias de vltim.fine, nu.3.& ſeq. & probatur in l.1. & 2. ff.de legib. & in §. erit aũt lex,diſt.& omnis lex ad publicam vtilitatem ferenda eſt: atq; in hoc iuſtus Princeps differt à Tyranno, qui ſuam ſemper, priuatamq; reſpicit vtilitatem. Sot.de iuſt. & iur. q. 6. art.3. pulchrè Vaſq.Illuſtr.controuerſ.cap.30.nu.1.& ſeq.& quod de legibus dicitur, procedit etiam in ſtatuto, quod ad publicum, non ad priuatum commodum fieri debet. Bonacoſſ.
27 in quæſt.crim.in ver.ſtatutum, verſ.Statut.debet, vnde dicimus, quod ſtatutum in odium alicuius particularis perſonæ eſt ambitioſum, & nullum. Abb. in c. cum omnes, in 5. not. de conſt.comprobat multis, Deci.in conſ.3. nu.69. & ſeq. & legi ſemper ineſſe debet publica vtilitas.Sola in conſtitut.Pedem.in procem.gloſ.2.nu.25.& ſeq. præcipuè nu.30 publica igitur vtilitas ſemper eſt neceſſaria ad legis,vel ſtatuti validitatem, tanquam illius finis,& intẽtio; nec tamen per hoc extenditur, aut ampliatur ſtatuentis auctoritas, & iuriſdictio, alias ſemper lex, & ſtatutum Clericos ligaret, cum ſemper ad publicam vtilitatem ſit condita, nõ ergo licet inferre, lex concernit publicum bonum, itaq; ligat Clericos,quia publi-

cum

cum bonum à lege ſeparari non poteſt, & tamen lex Principis non ligat Clericos: ratione igitur eſt deſtituta ea concluſio, cui ſoli nititur pars aduerſa, quæ ideò edictum ſuũ vult ſuſtinere, quod bonum publicum concernat, quaſi alijs legibus non idem ſit finis, & ſcopus, vt publicæ vtilitati proſpiciatur, communi bono conſulatur, & quod omnibus commodum eſt conſeruetur.

Et cum tractamus de legibus condendis, id primum reſpiciendum eſt, ſi is facultatem habeat leges ferendi, deinde qualis eſſe debeat lex. ita Beatus Thom quem citat Fely. in d. c. Eccl. S. Mariæ, nu. 23. ver. & dicuntur iuſtè. Garzias de vlt. fine, nu. 159. in fin. ver. nec obſtat ratio, vbi omninò videndus eſt, Dec. d. c. Eccleſia, nu. 55. ver. nec obſtat, Bero. in c. 1. nu. 220. de conſtit. Rebuff. in conſtit. reg. tom. 1. proœm. glo. 1. nu. 61. quibus in locis dicitur tria requiri ad legis validitatem, & principaliter poteſtatem, & dicit Dec. in cap. quæ in Eccleſiarum, nu. 7. de conſtitut. quod nõ ſolum iuſta cauſa,
28 ſed poteſtas etiam in ſtatuente requiritur; & principaliter auctoritas, & poteſtas eſt neceſſaria, ſine qua ferri lex non poteſt, quamuis iuſta ſit, & publica vtilitas, immo & neceſſitas vrgeat; publicæ namque vtilitatis ratio qualitatem legis reſpicit, ſed poteſtas, & auctoritas concernit ſubſtantiã, ſine qua nulla qualitas conſiderari poteſt, l. nec vllam, §. ſi abſentis, & ibi Ang notat ff. de petit. hered. & alios citaui in cõſ. 34.
29 nu. 13. & tria ad cuiuſcumq; actus validitatem requiruntur, voluntas, poteſtas, & modus; nam ſine voluntate nihil ad finem reducitur, ſine poteſtate nihil eſt reducibile, & vbi modus ad finem ordinatus non ſeruatur, ad finem perueniri non poteſt, ita poſt Cicer. & Boet. probat Bero. in conſ. 76. nu. 26. vol. 1. dixi in conſ. 127. nu. 31. parum autem prodeſt, quod in laico detur modus condendi legẽ, ideſt, quod ſubſit vtilitas publica, vel neceſſitas, niſi etiam concurrat poteſtas, & auctoritas, vt per Garzi. loco prædicto; malè ergo infertur à cauſa publicæ vtilitatis extantis ad facultatem ſtatuendi, cum vtraque concurrere debeat, nec altera ſufficiat.

Et quamuis paſsim dicant iura, & Doctores Clericos teneri

neri ad ea, quæ publicam reſpiciunt vtilitatem, & bonum commune concernunt, ex quibus multos enumerat Dom. Menoch. in conſ. 800. & in reſp. edita pro hac cauſa nu. 29. & ſeq. tamen illi (paucis admodum exceptis) non dicunt, quod Clerici ligentur lege ſæculari, nec quòd ſtatutum laicorum includat, vel obliget Clericos, ſed dicunt Clericos teneri ad ea onera, quæ pro communi vtilitate debentur, vt quando agitur de refectione pontium, viarum, aggerum, puteorum, vel fontium, & ſimilium, & hæc inter ſe differũt, quia poſſunt ſimul ſtare, quod ad ea onera teneantur, ſed quod ad illa non obligentur ex lege, aut ſtatuto laicorum, ſed ex iure communi Canonico, vel ex lege Ciuili recepta, & approbata à lege Canonica, & à Summis Pontificibus; vnum .n. reſpicit qualitatem oneris, alterum verò reſpicit poteſtatem edicentis, vnde ex diuerſis non benè infertur, l. Papinianus exuli, ff. de minorib. ſic etiam Bar. Io. de Plat. & alij in d. l. 1. C. vt nem. lice. in emption. Spec. non dicunt edictum circa Annonam ligare Clericos.

Et qui hoc dicunt explicitè, vt Sot. Meſſias, Victoria, & alij ſupra citati, ſi abſolutè intelligantur, & indiſtinctè malè loquuntur, contra iura, & communem concluſionem ſupra firmatam, quod ſæculari Principi nulla eſt poteſtas in Clericos, quacunque ratione ſtatuant, ſintq; omni ratione deſtituti, quare eorum auctoritas attendenda non eſt, quibus plures numero, & grauitate repugnant, & quibus ratio ipſa
30 refragratur, & in ſpecie, quod etiam concurrente bono publico, lex ſæcularis non liget Clericos, niſi ſit à Pontifice confirmata, voluerunt Garzi. de vlt. fin. nu. 158. vſque ad 168. Vaſq. d. §. 10. num. 651. & 658. & §. 26. nu. 71. Rebuff. tom. 1. in procem. gloſ. 1. nu. 55. & ſeq. & dictis Theologis in hoc ſtandum non eſt, ſed Canoniſtis, Baptiſta Ferret. conſ. 37. in fin. vol. 1. Burſat. conſil. 200. num. 50. Vaſq. Illuſtr. quæſt. cap. 29. nu. 16.

Vel (id, quod ego de tantis viris iudico) intelligendi ſunt, vt dicere voluerint non ſubiacere Clericos illi legi, vel ea ligari abſolutè, ſed teneri ad id faciendum, quod lege illa man-

itoa datur,

datur, aut prohibetur, non ex eo, quia ea ſit lex, ſed quia, quod in ea præcipitur, iuſtum eſt, & rationabile, & commune bonum reſpicit; atq; ita non lege, ſed ratione, quã lex monetur, in tãtum, quod ſi ſuper eo nulla eſſet promulgata lex, Clericus tamen idipſum facere, vel omittere teneretur propter dictamen rationis naturalis; & æquitatis canonicæ, & moralis, qua inducimur omnes ad faciendum id, quod publica omnium hominum vtilitas exigit, & in ſpecie ſi Clericus ſcit infici poſſe aerem ab orizæ ſationem; vel indè oriri poſſe bladorum penuriam, vtique ex regula iuſtitiæ, nulla ſubſiſtente alia lege, tenetur abſtinere à ſeminando orizam, quia alias proximo damnum dat, & facit contra regulam charitatis, & hoc eſt, quod aliquando in hac cauſa dictum eſt alijs verbis, Clericum ligari lege Principis ſæcularis, non ex vi legis, sed ex vi rationis, & hoc modo viri illi intelligen-
31 di ſunt, qui dixerunt ſtatutum laicorum circa publicum bonum ligare Clericos; non quia ſtatuto Clerici ligentur; ſed quia id, quod ſtatuto præcipitur, adeo iuſtũ eſt, quod etiam nullo extãte ſtatuto Clerici non poſſint ſine læſione iuſtitię, & charitatis contrarium facere: & hoc modo ſuſtinetur eorum dictum; & reſolutio, quæ aliàs ſuſtineri non poſſet, & contradiceret iuribus, & rationibus ſupra allegatis, quæ optimè militant.

Hæc autem diſtinctio, quod aliud ſit vi legis ligare, aliud vi rationis, non eſt noua, ſed antiqua, eam probauit Fortun. Garzias in d. tract. de vltimo fin. in 13 illation. nu. 158. & ſeq. præcipuè nu. 160. vbi dicit non eſſe bonam conſequentiam: lex ſęcularis eſt honeſta, & æqua, ergo ligat etiam eum, qui ſibi non ſubijcitur, & num. 161. ver. ſed quæro; quæ eſt ratio; vbi poſtquam ſuſtinuit legem Ciuilem non repugnare iuri Canonico, ligare Clericos propter comprobationem iuris Canonici; quærit quare ius Canonicum, ſeu Pontifex debet iura ciuilia approbare? & ſubdit propter iuſtitiam in eis contentam, ex quo prouident humanis negotijs ad conſeruationem humani generis, & ſubdit, quod ante approbationem leges humanæ vi propria nõ conſtringunt Eccleſiam

ſibi ſuperiorem, & addit,hoc modo intelligenda eſſe omnia iura canonica, quæ dicunt iura ciuilia Clericos ligare, vt id verum ſit propter confirmationem Pontificis, non autem ob vim ipſius legis ciuilis, & hoc ipſum repetit in 14. illatio, ver. Nec obſtat fundamentum, nu. 165. ait .n. leges ciuiles, ſi ad auctoritatem Imperatoris reſpiciamus, eſſe nullas,quia ſine poteſtate latæ ſunt, ſed quia iuſtæ ſunt, iuſtum eſt quoque, quòd à Pontifice confirmentur,atque ita vult,quod attendatur,non auctoritas Principis legem ferentis, ſed iuſtitia ipſius legis, quinimò vtrunq; ſimul iunctum nihil ligat, niſi accedat confirmatio Pontificis, vt dicam fortè infrà. eandem diſtinctionem fecit ad aliud tamen propoſitum, Bald. in l. nemo, in principio, C. de ſentent. & interlocut. omn. iudic. vbi dicit, quòd Iudex non debet ſequi ſententias, niſi in ſe habeant rationes, & quando continent rationes, ſequitur eas, non quia ſit eo modo iudicatum, ſed quia ius,& ratio ita vult, & ſubdit, quod eo modo Fancigenæ ſeruant leges Imperiales, non quia ſit lex,ſed quia ratio,qua leges monentur ſic dictat, atq; ita ſequuntur rationē legis,non legem, & allegat ſæpè Conſtitutiones Imperatorum, non quia ſint conſtitutiones,nec quia proueniant ab Imperatore,ſed quia naturales, & bonæ à naturali rationis fonte procedentes. eandem diſtinctionē in noſtris terminis approbauit Purpur. in co iſ.335. nu.2. & 3. vbi dicit, quod lex ciuilis, quantumcumq; rationabilis, Eccleſiam non ligat vi arctatiua,ſed cum iuſta eſt,ſuſtinetur per vim directiuam rationis,& tunc Clerici ligantur nō lege, ſed ex naturali iuſtitia, à qua nemo ſubducitur, quamuis Imperatori legem ferenti non ſubijciatur & ibi latè proſequitur. idem ſenſit Nauar. in ſuo Manual. cap.23. nu.88. dum loquendo de lege laici moderantis pretia rerum, ait, quod etſi Clerici tali lege condita à ſæculari non ligentur, nec ei ſubijciantur, tamen ſubiecti ſunt legi naturali,& diuinæ,quibus prohibetur cuilibet plus iuſto pretio vendendo exigere, & ſubdit, conuenire Chriſtianæ charitati, quòd Princeps Eccleſię eiuſmodi leges iuuet ſuis edictis,atq; ita vult aliud eſſe ligari vi legis, aliud teneri vi rationis. eandem

dem diſtinctionem, latius tamen exordiendo, fecit Vaſq; de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 10. nu. 65 1. vbi ait iuriſdictionem afficere aliquando ex vi poteſtatis, aliquando ex vi confirmationis, tertio ex vi ſubmiſſionis, vel conuentionis, poſtremo ex vi rationis; quamuis in vltimo capite velit, quod fortius eſt in caſu noſtro, quod etiā vi rationis lex nō liget Clericos, quando lata eſt à non habente poteſtatem, ſed intelligit ipſe, quod liget ad effectum, vt Clericus puniri poſſit, & diſtringi, ſed ſi intelligamus ad effectum tantum, vt iure obligetur, ceſſabit

32 contradictio, & eodem modo dicimus, quod Princeps ſupremus, qui nulla lege ligatur, tenetur tamen ratione, quia eſt animal rationale, & obligatur dictamine rationis non legis, l. digna vox, vbi Doct. C. de legib. benè declarat Bald. in l. 2. nu. 40. C. de ſeru. & aq. & in conſil. 271. col. 1. Vol. 1. dicit, quòd honeſtas ligat Principem, & ponit Purpur. d. conſ. 335. nu. 2. & ſunt iura infinita, quo ergo modo Princeps non ligatur lege, ſed ratione, eo ipſo Clericus legé ciuili nō ligatur, ſed ratione; & poſſem multa alia cumulare, ſed video hoc ipſum à D. Menoch. non impugnari, dum nu. 35. in vltimo ſuo reſponſo dicit hoc ſibi ſufficere, quod ex infraſcriptis tamen melius videbitur.

Et quemadmodum diſtinctio prædicta non eſt noua, ita non eſt verbalis, ſed ſubſtātialis, & plurimum intereſt, quod lex liget vi ſua, vel quod vi rationis obliget; vbi enim vi propria ligaret Clericos, vtiq; poſſet contra eos Idem ſtatuens cognoſcere, tum quia paria ſunt forum ſortiri, & ſtatutis ligari, vt ſupra demonſtraui, tum etiā, quia Princeps ſtatuens habere debet ſuæ iniuriæ vltionem, l. cum emancipati §. emancipatus filius, ff. de collatio. bono. & at vbi. ff. de pet. hered. Bar. in §. & hanc, in princ. in Auth. quomod. oport. Epiſc.

33 & dicit Nat. conſil. 580. nu. 6. quod vbi quis ſpernit edictum Principis, ab eo punitur, & pœna ad eum ſpectat. probaui in conſ. 152. nu. 6. vbi allegaui Amad. quoq; de ponte, nouiſſimè Menoc. in conſ. 604. num. 28. & ſeq. contrauenieus enim efficitur de foro prohibentis, qui poteſt, & debet ſuam tueri iuriſdictionem, vt probat Amad. quæſt. Lauden. 241

nig col. 6.

34 col. 6. & tamen fatentur omnes, quòd Clericus puniri non poteſt à laico, etiam illis in caſibus, quibus edictum promulgatum eſt pro vtilitate publica, & quibus Clericus ad onera tenetur, vt voluit Io. de Plat. in §. item lex Iul. colu. 4. verſ. item numquid, Inſt. de public iudic. vbi ait pœnam exigi per Iudicem Eccleſiaſticum, nec ſæcularem poſſe in ea ſe intromittere, cuius deciſionem inquit ſingularem, Io. Lup. in c. per veſtras, in 2. not. §. ſed eſt pulchra, nu. 13. de donat. iut. vir. & vxo. folio mihi 128. ſic Iſern. in d c. 1. §. illicitas,
35 in fin. de pace iuran. ſirm. inquit, quod vbi Eccleſia tenetur de iure contribuere ad onus aliquod ſuſtinendum, cogitur tunc ab Epiſcopo, vel alio Iudice Eccleſiaſtico, non à laico, & ſequuntur ibi Doctores, præcipuè Afflict. num. 23. & hoc voluerunt Bai. & alij in d. l. ad inſtructionem, C. de ſacroſ. Eccl. Abb. & alij in c. non minus, de immuni. Eccleſiaſt. Doctores in d. cap. Eccl. S. Mariæ, Iaſ. in l. placet, C. de ſacroſan. Eccl. Rip. in tracta. de peſt. in tit. de remed. ad conſeruan. vbert. nu. 136. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 10. num. 648. colum. fin. verſ. Et Hiſpaniæ vſu, vbi allegat Io. de Plat. & Lup. in locis præcitatis, Sot. quem citat, & ſequitur Franch. in d. deciſ. 9. num. 6. Viuius in deciſ. 28. in princ. & indifferenter tenent omnes, quod Clericus tali caſu non puniatur à laico, ſed ab Eccleſiaſtico Iudice, ergò vi legis Clericus non ligatur: quia ſi ea vi obſtrictus eſt, non minus teneretur quò ad pœnæ exactionem, quam quo ad pœnæ illius impoſitionem, ſicuti itaq; laicus non poteſt ad pœnam condemnare, vel eam exigere cognoſcendo, & puniendo, ita non poteſt ad pænam Clericum obligare, ſtatuendo, & imponendo, quia plus eſt, per ſtatutum pœnam imponere, & per talem impoſitionem aliquem obſtringere, quàm ſic obligatũ plectere, & ad obſeruantiã compellere; tum quia à primordio tituli poſterior formatur euentus, l. 1. in fin. C. de impon. Lucrat. de-
36 ſcript. lib. 10. tum etiam, quia ſemper magis attenditur prima, & originalis cauſa, l. ſi id, quod in principio, ff. de donat. Crauet. in conſ. 144. nu. 2. & principium eſt fine potentius, & cauſa incipiens potentior eſt perficiente, l. 1. ff. de origin.

gin. iur. l. Pomponius, ff. de nego. geſt. l. ſi filius, ff. de verbo-
rum obligat. & omnis proceſſio fit à principijs, Ariſt. lib. 1.
de cœlo, Angel. conſ. 110. num. 6. poſt med. pulchrè Crauet.
37 in conſ. 883. nu. 13. & finis regulatur à ſuo principio, & ad
illud trahitur, l. 3. §. ſcio, vbi Bald. ff. de minor. Angel. in l. ſi
poſſeſſor, §. redactè, ff. de petit. hæred. & multò plus eſt ordi-
38 nare, quàm exequi; nam actus tribuitur ordinanti, non exe-
quenti, l. ſi hæres teſtamento, ff. de actio. empt. l. itē eorum,
§. ſi decuriones. ff. quod cuiuſque vniuer. nom. Crauet. d. cōſ.
144. nu. 3. Tiraquell. de legib. connub. gloſ. 8. nu. 184. & 194.
vbi latè probat, & ego quoq; tenui in conſ. 29. nu. 3. ſi ergo
laicus propria facultate, & poteſtate poterit cum ſua lege o-
bligare, & obſtringere, vndè fatendū eſt, quod vbi Clerici ad
aliquid tenentur, quod lege laicali eſt interdictum, & præci-
puè quando publica verſatur vtilitas, aut neceſſitas, tunc te-
nentur, non quia lex tunc promulgata, faciat illicitū, ſed quia
ratione naturali, vel lege charitatis, aut iuſtitiæ illud ipſum
eſt prohibitum, & clericis interdictum, propterea illa regu-
la charitatis, & iuſtitiæ obligat Clericum, non autem lex lai-
ci, quæ declarat, mandat, & præcipit illud obſeruare.

Ex alio pariter deprehendi poteſt in prædictis caſibus Cle-
ricos non ligari vi ſtatuti, vel edicti laicalis, ſed ſolum vi ra-
tionis, & lege charitatis, aut iuſtitiæ, quia Iudex etiam Eccle-
ſiaſticus Clericum ijs caſibus contrauenientem non caſti-
gabit, pœna impoſita, & indicta à ſtatuto laici; immò nec
alia quauis pœna temporali, ſi tamen lex Epiſcopi, vel alte-
rius Superioris Eccleſiaſtici non acceſſit, ita voluit Sot. qui
ſæpè pro parte aduerſa allegatur in 4. ſenten. diſtinct. 25. q. 2.
39 art. 2. col. 4. verſ. Quarta concl. vbi concludit teneri quidem
Clericos lege Regia publicata ad moderandum pretium bla-
dorum, ſed eſſe exemptos à pœna temporali, ſequitur Molin.
d. diſputat. 31. Franch. d. deciſ. 9. num. 6. hac ratione dixit
Nauar. d. c. 23. n. 88. benefacere tali caſu Principes Eccleſia-
ſticos, ſi ſæculares Iudices ſuis edictis iuuarent, quia voluit
dicere, hoc modo Clerici contrauenientes punientur pœna
temporali, qua non poſſunt alioquin choerceri, ſi ab Eccleſia-

ſtico nulla lex ſit ad hoc promulgata,& ſi dicatur nonne Sot. Victor. Molin. Franch.& alij concludunt peccare Clericum inobſeruantem, & ad reſtitutionē teneri? quare ergo eodem modo plecti non poſſunt pœna temporali? reſpondeo,quod ad peccatum obligat regula charitatis, & iuſtitiæ, de qua ſupra, & quæ militat etiam circa eleemoſynæ diſtributionem, vt per Abb.Felyn.& alios, quos citat, & ſequitur Didac.lib.3. variar. reſolut. cap.24. num.5. & dixi in tract.alimento.tit.1.
40 q. 90. num. 2. pœna autem temporalis non imponitur, niſi lege expreſſa cautum ſit, §. cum igitur, in authen.de non eligen. ſecun.nuben.l. at ſi quis, §.Diuus, ff.de relig.& ſump.fune. Deci. conſ.18. nu.19.& quamuis Clericus faciens contra legem charitatis,& regulam iuſtitiæ Deum offendat,& dicatur illicitum quid facere, tamen non ideo temporali pœna affligendus eſt, cū non ſonet in delictum, vt per Bald.in cōſ.
41 14. filiusfamil. volu. 1. vbi non omne inhoneſtum eſt delictum, & in conſ.15.eodem volum. dicit,quod non omne illicitum punitur, ſed illud ſolū,quod lex ſtatuit,eſſe delictum, allegans textum, quem dicit ſingul. in d. l. at ſi quis,§.Diuus, & Bald. ſequitur Natta in conſ.435.n.9.& 10.& in conſ.597. num.10. punitur itaque Clericus à Deo pœna ſpirituali, ſed non ab homine pęna temporali; ergo non punitur vi legis; quia ſi vi legis puniretur, pęna quoq; temporali plecteretur, vel ſcripta in lege ipſa, vel alia Iudicis arbitrio, cui locus eſt, quando in lege certa pœna non eſt definita,quin etiam idipſum, quod prædicti Doctores dicūt de peccato,procedit ob læſionem iuris naturalis,& diuini,& offenſionem legis charitatis, & iuſtitiæ:nam etſi,ſecundum communem ſentētiam,
42 lex ciuilis, vel Principis obliget inobedientem ad pœnam æternam,tamen id prouenit principaliter non ex vi legis,ſed ex vi iuris diuini, vel naturalis, quod cum ipſa lege violatum fuit, vt concludit Vaſq. Illuſt.controuerſ. cap.29.nu.18. vbi poſt longam diſputationem ita reſoluit quæſtionem alias inter Ioannem Herſon,& Alphon.Caſtren.maximè cōtrouerſam, de qua tamen latè agit Nauarr. d. cap.23. numer. 48. & 54. Capra concluſ. 3. Viuius deciſ. 28. in principio, Cene-

dus

dus in decret. collect. 2. num. 2. 3. in 2. par.

Quod ſi Clerici vi legis, ſeu edicti, ſic, vt præfertur publicati, non ligantur, nihil eſt, quod legi tribuatur, nec quod pars aduerſa ſe fundet ſuper poteſtate ſui edicti, vel affirmet, Clericos obligari, quinimò verum erit, quod edicendo, & legem promulgando, cũ expreſſa Clericorũ mentione, verbaq; ipſa in Clericorum perſonas dirigendo, & Clericos diſtringendo, læſit iuriſdictionem, & libertatem Eccleſiaſticam vim ſuæ legis in Clericos extendendo, quod ſolus Pontifex, alijq; inferiores Eccleſiæ Principes facere poſſunt. vnde ſatis patet non idem eſſe, quod legis vi, vel rationis vigore Clerici teneantur; nec vt ligentur Clerici ſufficere, quẽadmodum D. Menochius exiſtimauit, quod Clerici vi rationis ligentur, quando enim de Clericis non eſt in edicto facta nominatim mentio, tunc ſæcularis Iudex non ponit manum ad alienam meſſem: ſed quia, quod fieri, vel non fieri mandat, aut vetat, cum naturali iuſtitia, & lege conuenit, charitatis vi tenentur Clerici illud ſeruare, non quia vetitum lege ſæculari, ſed quia contrarium charitati, & bono publico, cui naturali ratione, & diuina lege Clerici ſunt obſtricti; quando vero Princeps ſæcularis Clericos expreſſe diſtringit, eis mandat, illis interdicit, pœnam ſtatuit, & in eos dirigit verba; tunc quia ſua lege eos ferit, qui ſibi non ſunt ſubiecti, eorumq; perſonas à ſua iuriſdictione pœnitus exemptas afficit, & diſtringit, offendit Eccleſiaſticam libertatem, & quod diuino, ſecundũ multos, vel poſitiuo, ſecundum aliquos, iure ſolis Eccleſiarum Prelatis tributum eſt, vſurpat, occupat, & ſibi vendicat, alienũq; ius, & alienam exercet iuriſdictionem; per eandem hanc rationem videmus plurimũ intereſſe, quod lex ſecularis quantumuis ad bonum publicum directa de Clericis faciat, vel non faciat mentionem, quia ſi Clericos expreſsè cõprehendit, tunc, ex quo eos vult afficere, quos lex ſæcularis non ligat, eſt nulla, & lædit ius, & poteſtatem Eccleſiaſticam; ſi Clericos non nominat, tunc ſtatuenti obijci non poteſt, quod in Eccleſiam, aut Eccleſiaſticam iuriſdictionem committat.

Digitized by Google

Quare Doctores in contrarium allegati loquūtur omnes, quando in lege, aut edicto ſæcularis Principis nō eſt facta de Clericis expreſſa mentio, tunc enim vi legis Clerici nō includuntur, nec verba ad eos extendūtur, ſed quia ſtatutum publicæ proſpicit vtilitati, & communi bono conſulit, Clerici contrauenientes legem charitatis offendunt, & regulam iuſtitiæ contemnunt, propterea peccant. & ſi rectè videantur Doctores prædicti, nemo ex eis loquitur, quando Clerici sūt expreſsè comprehenſi in lege, & ſi aliter eos intelligamus, obſtabit omnium Doctorum turba in d. c. Eccl. S. Mariæ, vbi Abb. expreſsè notat, & Felyn. num. 23. in fin. verſ. Recipit
43 autem prædicta, vbi quamuis lex ciuilis contineat bonum publicū, & non repugnet Canoni, vtiliſq; ſit Eccleſiæ, tamen non valet, ſi de Clericis expreſsè diſponat: ſequitur Dec. & alij ibi, & melius cæteris Garzias in d. tract. de vltimo fin. nu. 158. & ſeq. vbi vult, quod lex ſæcularis quamuis iuſta bonum continens publicum, & communem vtilitatem, nō tamen liget Clericos, niſi ſit à Pontifice confirmata, & eo caſu robur
44 ſumit à cōfirmante, quia ea noſtra facimus, quibus noſtram impartimur authoritatem, l. 1. C. de veter. iur. enucle. Cyn. in d. l. digna vox, Garzias loco prædicto, nu. 161. idem probauit Nauar. d. c. 23. nu. 88. dum edictum Principis Eccleſiaſtici exigit, quo iuuetur lex ſæcularis, latiſſimè Vaſq. d. §. 10. nu. 651. vbi negat prorſus Clericos ligari lege ſeculari, quamuis iuſta ſit, & rationabilis, quia tunc demum eſt iuſta, quando ſit ab habente poteſtatem, & vult, quòd neque vi legis, neque vi confirmationis, neque vi ſubmiſſionis, tranſactionis, aut præſcriptionis, neque demum vi præſumptæ rationis liget Clericos, quod vltimum intelligo ad hoc, vt liget reſpectu iuriſdictionis; nam loquitur de iuriſdictione, & ad hoc, vt ſubijciat Clericos ſuæ legi, & num. 658. facit generalem concluſionem, quam repetit lib. 3. §. 26. nu. 72. Quinimò fortius dixit Io. Andr. in cap. fin. de immunit. Eccleſiar. quod
45 vbi lex laici eſt generalis, & non loquitur ſpecialiter de Clericis, ſtatuētes cogi poſſunt ab Eccleſiaſtico ad declarādum, quod ea lege, neque Eccleſia, neque Clerici ligātur. ſequitur

Capra concluſ. 15. num. 38. latè alios citans. Felyn. d. c. Eccl. S. Mariæ, num. 81. Gabr. conſ. 47. num. 3. in 2. volum. Anchar. conſ. 155. num. 8. in fin.

Et non mouet, quòd ad Principem ſæcularē ſpectat prouidere circa politicam temporalem, & ea, quæ publicū bonum circa temporalia reſpiciunt, non autem ad Epiſcopos, quia reſpondeo verum id eſſe, dum tamen perſonas, & res Eccleſiæ, vel Clericorum non attingat: ſed ſi Princeps, ſæcularis velit in eis Clericos, & Eccleſias afficere, nō minus lędet Eccleſiaſticam iuriſdictionem, quā offenderet temporalem Iudex Eccleſiaſticus, ſi in tēporalibus laicis pręciperet, cum enim iuriſdictio quinque reſpiciat, tempus, locum, cauſas, res, & perſonas: reſpectu loci, temporis, & cauſarum ſecula-
46 ris iuriſdictio eſt ſeiuncta à temporali: reſpectu verò perſonarum, & rerum Eccleſiæ, & Clericorum, nihil eſt, quod laicis concedatur, vt inquit Vaſq. d. §. 10. nu. 651. vnde quò ad cauſas ſtatuendi, licet ſæcularis ſit Iudicis bono publico prouidere, id tamen intelligendū, dum ne manū ponat ad perſonas, & bona Clericorum, quia vt ſupra dixi, ex D. Thoma, Felyn. Dec. & Garzi. iuſtitia cauſæ, & bonum publicum non ſufficit ad ſtatuti validitatem, niſi accedat auctoritas. Præ-
47 terea vbi publica ſubeſt vtilitas, vel neceſſitas, etiam Eccleſiaſticus Iudex prouidere poteſt, & laicos diſtringere, & compellere ad res, & bona ſua vendendum, vt probat tex. in l. fin. §. ita Epiſcopi, ff. de muner. & honor. l. 1. vbi gloſ. C. de Epiſc. audient. Io. de Plat. in l. 1. num. 4. C. vt nem. liceat ab emption. ſpecier. Didacus variar. reſolut. lib. 3. cap. 14. nu. 5. in fine.

Nec aduerſatur, quod ius ciuile fuit receptum à iure Canonico, atque approbatum in omnibus, etiā quando Clerici expreſsè sūt nominati, vel quādo lex ciuilis ſtatuit de pertinentibus ad ius Canonicum, vt ſuper iuramento, hęreſi, & alijs; quoniā quò ad eas leges, quæ fuerūt receptæ à iure Canonico, & approbatæ, nulla eſt difficultas; ſeruantur. n. & ligant Clericos, non tanquam ius ciuile, ſed tanquam ius canonicum, propter approbationem ſecutam, ex quo, vt ſupra

 dictum

dictum eſt,noſtra facimus, quæ noſtra auctoritate cōfirma-
48 mus; atque ita legem ciuilem propter confirmationem ſu-
ſtineri,concludit Garzias,loco in contrariū citato,& nu.165.
ſic etiam Didac de ſponſalib. par.2. cap.6. in prin. num 20.
Vaſq. dicto §.10. num.651. & facit, quia, vbi confirmatur,
49 quod nullū eſt,tunc dicitur noua datio, & actus cōfirmatus
ſumit robur, non à faciente, ſed à confirmante, l.adoptio,ff.
de adoption. l. legata inutiliter,ff.de adim. leg.Bart. in l.mo-
re, nu.5.ff.de iuriſd. omn.iud. gloſ.& Bal. in §. fin. vbi textus
eſt clarus, Inſtit de tutell. Ang. in d.l.adoptio, Iaſ.d.l more,
num.30. vbi Curt. Iun.num.44.Crot. conſ.97.num.12.Mar-
ſil. ſingul.196.in princ. Pariſ. conſ.3.nu.40.& ſeq.vol.4. Ber-
tran.conſ.179.num.3.vol. Vaſq. d §.26.num.101.Cephal.in
conſ.304. numer.86. conſ.414. numer.52. perindè ergo eſt,
atque ſi id diſpoſitum eſſet à iure Canonico, & dicitur Ca-
nonicum ius non ciuile, poſtquam eſt à Canonico rece-
ptum, & approbatum tunc ſuſtinetur, tanquam lex ciuilis,
& id ideò clarè à Garzia dicto num.161.profertur,quod non
eſt opus declaratione, aut demonſtratione; & præter eum
hoc voluit Rebuff. de conſt. reg. tom. 1. in procœm gloſ.1.
num.61.& ſequen.vbi quod ſuſtinetur,vi approbationis,non
vi propria.

Hæc autem approbatio nō eſt generalis,nec referri poteſt
ad omnes leges ciuiles, ita quod quidquid ciuili lege conſti-
tutū eſt,id totum etiam cenſeatur approbatum à lege Cano-
nica, ſed de approbatione cōſtare debet, quæ & ſi facta lega-
tur, quòad aliqua,non tamen indè licet ad omnia alia infer-
re, quinimò diſputant Doctores, ſi leges ciuiles, quę deſcri-
ptæ, & tranſumptæ leguntur in decreto,videantur approba-
tæ, & canonizatæ, Ioan.Andr.in cap.2.de reſcript. vbi Abb.
nu.9. & Felyn. num.39. in ver. leges inſertæ, Marant.de ord.
iud. in 3.par.num.38.Cened. in 1. par. decret. collectan. 16.
num. 8. quod eſſet ſuperfluum, ſi omnes leges ciuiles eſſent
ipſo iure approbatæ à iure Canonico,eo ipſo,quod illi nō re-
pugnant, nec contrariantur, & Garzias dicto num.ibi diſpu-
tat,an Pontifex teneatur legē ciuilem confirmare,vnde con-
cluſio

cluſio eſt, quod lex ciuilis ante confirmationẽ non ligat Clericos, & poſt confirmationem non ligat tanquam ciuilis lex, ſed tanquam canonica, & non quia lata à ſæculari, ſed quia confirmata à Pontifice.

Præterea ponamus abſque iuſti, & veri læſione, ius ciuile Romanorum fuiſſe receptum abſolutè à iure canonico, per hoc non licet inferre ad ſtatuta, vel edicta particularia, facta à Principibus ſæcularibus in Prouincijs ſibi ſubiectis, neque de iure cautum reperitur, quod quam quiſq; in ſua patria, aut Prouincia legem ſtatuerit, eam ius canonicum approba-
50 re, & confirmare cenſeatur. & nouis non eſt inuentionibus præſumendum, quod iure cautum non reperitur cap. conſuluiſti, 2. q. 5. Archid. in prooem. Sexti, in ver. ſacroſanctæ, col. pen. in fin. Deci. in conſ. 35. nu. 4. Ideoq; loquendo in iu-
5 re Hiſpano Vaſq. d. lib. 3. §. 26. nu. 71. inquit illud iure canonico neq; receptum, neq; approbatum eſſe, quinimò neque etiam cognitum eſſe, & propterea Clericos nõ ligare in vim iuriſdictionis, nec in vim ſocietatis, nec in vim approbationis: Iure ergo meritò id de ſtatutis, ſeu edictis Mediolanenſibus affirmare poſſumus, quod ille de Hiſpanis legibus pronunciauit, & hac fortè ratione Garzi. loco prædicato nu. 58. & ſeq. in 13. & 14. illation. princip. quæſtionem propoſuit, non in omnibus legibus, aut ſtatutis, ſed ſpecialiter in Romanis legibus, & in iure ciuili Romanorũ. & quamuis idem Vaſq. in §. 20. nu. 648. in fin. videatur dicere, quod ſicuti ius canonicum approbauit ius ciuile Romanorum, ita quoq; receperit ius Hiſpanorum tanquam partem, & membrum iuris ciuilis, tamen poſtea diſcedit ab hac ſententia, & concludit nu. 651. ius etiam Hiſpanorum Clericos non ligare, nedum vi iuriſdictionis, ſed nec etiam vi confirmationis. & hãc differentiam inter leges ciuiles, & ſtatuta fecit Hoſtien. in c. fin. de ſolut. quem ſequitur Caſſan. in conſuet. Burgun. rub. 10. §. 1. nu. 2. Alex. conſ. 121. nu. 6. vol. 2. & in conſ. 122. num. 6. vol. 5. Rebuff. in conſtit. Regiorum, in prooem. gloſ. 1. nu. 62. & 72. Cotta in memor. incip. Clerici ligatur, ver. ſed iſta deberent, vbi allegat Barbat. & ſubdit eſſe illuſtre dictum

Demum nõ reſiſtit, quod edictum, de quo agimus, veniat adiuuando ius naturale, immò ius Canonicum nihil de hac materia diſponens; nam iura in contrarium citata loquuntur, quando nõ deficit auctoritas, ſed tractatur de materia, ideſt an Epiſcopus ſtatuat circa ea, quæ iuri canonico non aduerſantur: nos autem principaliter de poteſtate agimus, quæ eſt neceſſaria, etiam quando materia ſtatuēdi eſt iuſta, & rationabilis, vt ſupra explanaui ex D. Thoma, & alijs, vbi probaui tria requiri, poteſtatem, finem, communis boni, & modũ: in facto autem iſto deficit poteſtas, vt pulchrè oſtendunt Garzias, & Vaſq. in locis ſupra relatis.

Conſuetudo verò, aut præſcriptio, quæ allegatur, non poteſt ſubſiſtere, tum quia non probatur cum ſuis requiſitis, & conſtat diuerſimodè obſeruatum fuiſſe, & Archiepiſcopos ſtatuiſſe, & licentias conceſſiſſe, immo & vltimam hanc eſſe poſſeſſionem, & ſtatum, quæ omnia ſunt in conſuetudine, & præſcriptione attendenda, vt ſunt iura legata, tum autem, quia conſuetudine, aut præſcriptione induci non poteſt, vt laici poſſint Clericos iudicare, aut ſuis Conſtitutionibus
52 ligare; iure namque diuino exempti ſunt ab Imperatoris, vel alterius laici iuriſdictione, ſecundum Tancr. per tex. in c. ſi Imperator, 96. diſt. Vnde dicũt Innoc. & Hoſtien. in c. 2. de maiorit. & obed. quod ex quo Clerici corpus, & animam ad Dei ſeruitium transferentes, facti ſunt res ſpirituales, dignum eſt, quod non ſubijciantur conſtitutionibus laicorum, vel eorum iudicio: ſequitur ibi Anchar. & Imol. in fi. & Abb.
53 ibi num. 2. dicit fortius, quod Papa non poteſt Clericos Imperatori ſubijcere, quia hoc eſt contra ius diuinum, & idem vult, quando etiam exemptio non proueniret à iure diuino, ſed ab ipſa Eccleſia, quia per hoc vniuerſalis Eccleſiæ ſtatus decoloraretur, quòd Papa facere nõ poteſt, c. & ſi illa, 1. q. 7. gloſ. in c. literas, de reſtit. ſpoliat. & hoc ipſum voluit etiam Card. in repet. cap. perpendimus, col. 5. ver. & primo ſcias, de ſent. excom. vbi dicit, quod priuilegium fori eſt de iure diuino; ideò tolli non poteſt. Roman. l. ſi verò, §. de viro, in 7. fallent. ff. ſolut. matrim. & ſing. 419. Alex. conſ. 8. nu. 4. in 1.

vol. in conſ. 149. num. 5. vol. 9. Felyn. in d. c. 2. in princ. & in c. Eccl. S. Mariæ, num. 4. de conſtit. vbi multos citat cōcordantes, Iaſ. in l. eſt receptum, num. 3. ff. de iuriſd. omn. iud. Gram. in deciſ. 29. num. 11. & deciſ. 61. num. 9. Marian. Socin. in c. ſi quis Clericus, num. 24. ver. vigeſimaquinta declaratio, de foro competen. Si igitur hoc facere nō poteſt Papa, multo minus poteſt fieri cōſuetudine, vel etiā præſcriptione, & in ſpe-
54 cie, quod non valeat conſuetudo, per quam Clerici ſubijciantur laicis, per multas rationes cōcludit Rot. de conſuet. deciſ. 10. per totam, vbi reprobat Anglicanā cōſuetudinem, & dicit immunitatem Clericis cōceſſam fuiſſe à Chriſto, cui omnis poteſtas fuerat tributa, non minus in temporalibus, quam in ſpiritualibus, & Bal. in auth. ſtatuimus, in princ. C. de Epiſc. & Cler. dicit vnum magnum verbum, quod .ſ. Clerici nunquam à princ. fuerunt ſub iuriſdictione laicorum, quia Deus has iuriſdictiones diſtinxit: ſequitur Alex. d. conſ. 8. nu. 3. & quod conſuetudo non teneat, probatur in c. Clerici, in c. at ſi Clerici, & in c. cum non ab homine, de iudic. quæ iura ad hoc adducit, Alex. d. cōnſ. 8. nu. 5. d. conſ. 149. num. 10. vbi ait, priuilegium hoc Clericis conceſſum conſuetudine tolli non poſſe: Marian. d. cap. ſi quis Clericus, nu. 43. in 19. fallent. vbi dicit, conſuetudinem non valere, Vaſq.
55 d. §. 10. nu. 65 1. vbi ait, quod non poteſt Princeps laicus preſcribere facultatem ligandi Clericum ſua lege, aut ſtatuto, Natta in conſ. 495. nu. 14. vbi dicit conſuetudinem non valere, quia priuilegium competit iure diuino, adeò vt à Papa tolli non poſſit, quibus fit, vt minimè ſtandum ſit hìs, quæ
56 Molin. aſtruit in tract. de iuſt. diſput. 31. ver. tertia pars concluſionis, vbi dicit, Clericorum hanc exemptionem non iure diuino conceſſam, ſed poſitiuo: nō parum .n. allucinatur, dum ſæcularibus Principibus vult gratus fieri, & Deus ipſe diſtinxit Imperium ſæculare ab Eccleſiaſtico, cap. ſolitæ, de maiorit. & obedient. Garz. de vlt. fine, num. 160. in fin. latè Burſat. conſ. 42. num. 1. & 2. Et quamuis ex prædictis multi de iudicio loquantur, non de ſtatuto, tamen Innoc. & Hoſtien. & multi alij expreſsè dicunt, Clericum à Papa non

 poſſe

poſſe ſubijci iudicio, aut conſtitutionibus laicorum, & idem ſatis clarum eſt axioma, idem eſſe ſtatutis ligari, quod forum ſortiri; agitur enim vtroque caſu de diſtinguenda perſona.

Tollitur ex prædictis, quod allegat Do. Menoch. præſumi ſcientiam, & licentiam Pontificis, eiuſq; tollerantiam haberi pro diſpenſatione, & priuilegio; nam ſi expreſſa Pontificis conceſſio non poteſt Clericos poteſtati ſæculari ſubijcere, multò minus id efficit ſimplex ſcientia, & tollerantia: ita arguit addition. ad Marian. in dicto c. ſi quis Clericus, nu. 43.
57 validior .n. eſt expreſſus conſenſus, quam tacitus, c. ſcienti,
58 de regul. iur. in 6. Abb. in c. Clerici, num. 4. de iudic. præterea tollerantia Papæ non validat conſuetudinem, per quam Clerici ſubijciuntur laicis, probarunt Ioan. de Lignan. & Gaſpa. Calder. in c. decernimus, de iudic. quia patientia nõ iuuat in eo, quod irrationabiliter fit, & multa tollerantur, quæ tamen non permittuntur, aut conceduntur; vnde in propoſito benè dicit Abb. in c. Clerici, nu. 6. de iudic. vbi ſuſtinet, quod hæc conſuetudo eſt nulla, tanquam contra Eccleſiaſticam libertatem, Marian. d. c. ſi quis Clericus, nu. 43. vbi etiã vult, quod talis conſuetudo non iuuetur per ſcientiam, & tollerantiam Pontificis. quæ ergo à D. Menoch. allegantur de Papæ ſcientia, tollerantia, & diſpenſatione optimè procedunt in his, quæ iuri diuino non contrariantur; at vbi repugnat diuinum ius, tunc non eſt credendum, quod Papa velit circa id patiendo, & tacendo diſpenſare, quod expreſsè ſtatuendo, & diſponendo facere non poſſet, cum maior ſemper, vt dixi, ſit virtus expreſſi, quam taciti, & validior ſit voluntas certa, & explicata, quam tacita, incerta, & præſumpta.

Reſponderi etiam poteſt, quod ſi Papa poſſet Clericos vnius Prouinciæ ſubijcere laico: tamen hoc verũ eſt, quando expreſsè id Papa faceret, ſed vbi ſolum ſcit, & patitur, nõ videtur hanc facultatem tribuere, atque ita licet acquiri poſſit hoc ius priuilegio, & expreſſa Papæ conceſſione, tamen non poteſt acquiri conſuetudine, aut præſcriptione, hoc .n. eſt re-

gulare in ſpiritualibus, vt probatur in c. 2. de præben. in 6. vbi
59 ius conferendi beneficia poteſt laico cõcedi à Papa per ſpe-
ciale priuilegium, ſed non poteſt acquiri præſcriptione, aut
conſuetudine, etiam accedente ipſius Papæ ſcientia, & tolle-
rantia; & notatur ibi à Ioan. Andr. & Geminian. Felyn. d. c. 2.
num. 3. de maior. & obed. vbi allegat Card. & infert, quod
ſi verum eſſet, quod Papa poſſet Clerũ vnius Prouinciæ ſup-
ponere laico, tamen non per hoc laicus poſſet hanc ſuperio-
ritatem conſuetudine, aut præſcriptione acquirere: ſubdit
autẽ hanc concluſionẽ, quod poſſit vnus Clerus expreſsè ſub-
iici, nõ eſſe audacter aſſirmandũ: quare ſiue quia Papa non
poſſit, quod ego remitto iudicio Sanct. Matris Eccleſiæ, ſiue
quia non velit, aut præſumatur non velle, ſat eſt, quod nõ ſit
locus præſcriptioni, aut conſuetudini, & non proſit Papæ
ſcientia, & patientia, quidquid ſit in alijs, quæ à iure diuino
60 non deſcendunt: & ſecundum hæc intelligi debet glo. in c.
dilectus, in ver. Non obſtante, de filijs Præsbyt. de qua Lupus
in c. per veſtras, in 2. not. §. ſed eſt pulchra, n. 35. & ſeq. de do-
nat. inter. vir. & vxor. folio mihi 131. Sed hæc videtur ſuper-
flua, quia de ſcientia Papæ, & eius longiſſimũ per tempus to-
lerantia, non apparet: ſolius autem Archiepiſcopi ſcientia, &
tolerantia vbi adeſſet, ſicuti conſtat de contradictione, non
61 prodeſſet, quia ſtatutum laicorum ſuper rebus Eccleſiæ con-
firmari non poteſt expreſsè, aut tacitè ab Epiſcopo; ſed ſoli
Pontifici hoc eſt permiſſum, vt per Abb. in rep. dicti cap. Ec-
cleſia Sanctæ Mariæ, num. 5. & facit, quia Epiſcopus non po-
teſt conſentire, quod laicus Iudex Clericũ iudicet; Hoſtien.
in ſum. de iudic. §. quæ ſint neceſſaria, Gram. deciſ. 61. nu. 8.
Ex prædictis igitur planum fit, quod non poteſt ſuſtineri edi-
ctum promulgatum cõtra Clericos de non ſeminando præ-
dia oriza, nec eo ligantur Clerici, ob defectum poteſtatis in
edicente, & promulgante, ſed per illud lædi Eccleſiaſticam
libertatem: qua ſtante concluſione, quam multa inferri poſ-
ſint, non eſt propoſitum referre.

Secunda autem quæſtio eſt, an ſtatutum prædictũ liget, &
includat res, & bona Eccleſiaſtica, & hæc quoque eſt indu-

62 bitata, quia laicus ſuper rebus Eccleſiæ non poteſt ſtatuere, tex.eſt in c.quæ in Eccleſiarum,de conſtit.vbi notant Doctores, Abb. in 3.not. num. 2. vbi ampliat etiam ſi eorum bonorum dominium vtile ſit apud laicos, Butr. nu.3. Zabar. nu.3. Imol. num.7. qui tenet ampliationem ſupra relatam,num.5. verſ. Quintò nota, dicens, quod à Iudice ſæculari geſtum ſuper bonis Eccleſiæ retractatur à Iudice Eccleſiaſtico; eius .n. eſt bona Eccleſiæ defendere,Dec. latè, nu. 6. vbi extendit etiam ſtante iuſta cauſa, & ſequitur ampliationē prędictam, quando poteſt intereſſe Eccleſiæ,Berò.num.6. vbi nu.16. latius proſequitur, dicēs ſtatutum eſſe ipſo iure nullū, & vult idem eſſe in vtili dominio ratione connexitatis. Mant. nu.6. & 7.Rimin. Iun. nu. 61. & ſeq. & hæc concluſio probatur in c. bene quidem 96.diſtinct.vbi quòd bona Eccleſię non ſunt ſub poteſtate ſæcularis Iudicis, & omnes Doctores in c. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, præcipuè Abb. Felyn. Deci. & Mantu.
63 dicunt, quod bona Eccleſiarum non ſunt ſub iuriſdictione laicorum; quæ enim Eccleſiæ dātur, ſancta ſanctorū efficiuntur c. nulli liceat,& c. quicūque, 12.q.2.Purpur.in conſilio poſt 68.deciſ.Oſaſch.nu.40.latè Burſat.in conſ.42.nu.1. & ſeq. Socin. Iun. in conſ.25.nu.5. vol.2. Vbi vult,quod ſtatutum non includat bona Eccleſiæ,& dicit cōmunem, idem affirmat Pariſ.conſ.27.num.43. & ſeq. vol.1. vbi quod non ligat Clericos,nec perſonas Eccleſiaſticas, reſpectu rerū Eccleſiæ, & hæc concluſio eſt indubitata, quod ſicuti ſtatutum laicorum non valet, quando de perſonis Clericorū diſponit; ita eſt nullum,quando tractat de rebus Eccleſiæ, quia res ipſæ non minus ſunt exemptæ à iuriſdictione ſæculari, quàm
64 perſonæ Eccleſiaſticæ: quinimò voluerunt multi, quod Princeps ſęcularis nihil omnino facere poſſit circa bona patrimonialia Clericorum,vti latè probat Oldra.in conſ. 83. an Epiſcopus, Butr. in c.1.de conſuetud. Card.in Clē. 1.de cenſibus, Abb.in d.c.Eccl.S.Mariæ, Soci.in conſ.65. nu.6.vol.3. hęc opinio placuit etiam Spec. Imol. & alijs, quos citat Felyn.in d.c. Eccleſ. S.Mariæ,num.10. Alb. authen. ſtatuimus, col.2. C. de Epiſcop. & Cler. & quamuis multi contrariū teneant

neant, vt per Felyn. d. c. Eccl. S. Mar. nu. 10. Guid. Papa cōſ. 68. nu. 30. Lup. in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 38. num. 10. Io. Bapt. Bouius de præſcript. ſtatuta. gloſ. 19. num. 205. Odd. in tract. de reſtit. in integ. q. 3. nu. 52. & ſeq. tamen 65 vbi agimus de foro, tunc bona patrimonialia Clericorum gaudēt eodem priuilegio cum perſonis, l. decernimus, C. de Epiſcop. audiend. conſideratur. n. principaliter perſona, quādo agimus de foro: Ideo idem iudicandum eſt de rebus, quod de perſona ipſa, ita reſoluit Decius in d. c. Eccl. S. Mariæ nu. 18. quam diſtinctionem latè confirmat Bertran. in conſ. 121. nu. 1 & ſeq. volum. 3. quia bona, ſecundum eum ſequuntur conditionem perſonæ, Vaſq. d. §. 10. nu. 561. in fine; vbi ait res propter homines, non autē homines propter res creatos fuiſſe, ideo magis eſſe, vt bona Clericorū ſequantur perſonas, quam è contra perſonas ſequi res, & num. 654. dicit qualitatem rei non inſpici, ſed perſonam penes quam res reperitur: in facto autem agimus de foro, & iuriſdictione, quia vt ſæpius in ſuperioribus tactum eſt, forum ſortiri, & ſtatutis 66 ligari paria ſunt: ceſſat etiam contraria opinio, quando ſtatutum dirigit verba in perſonam, quia tunc ſtatutum non ligat Clericos in patrimonialib. ob defectum poteſtatis, vt fuit opinio Baldi in l. cūctos populos, C. de ſumma Trinit. & fide Cathol. vbi cum ſequitur Cacialup. probauit Socin. in conſil. 288. vol. 2. Pariſ. conſ. 40. col. fin. volum. 3. Bouius d. gloſ. 19. num. 206. vbi ita diſtinguit: hoc autem dictū eſt ex abundanti, quia res nunc eſt de bonis nō patrimonialib. Clericorū, ſed proprijs Eccleſiarū, quo caſu nullū ſubeſt dubiū, quominus ſint exēpta à iuriſdictione laicali, & ſoli Eccleſiæ ſubiaceant.

Stantibus prædictis, non eſt opus quærere, an in oneribus imponendis Clero, vel in ſtatuendo aduerſus Clerū, conſenſus Papæ, vel Epiſcopi ſit neceſſarius: nam ſi ſtatutum laicorum quò ad Clericos eſt nullum, iam infertur, quod vt Clerici ligentur, neceſſaria eſt Pontificis, vel Epiſcopi conſtitutio, 67 quibus ſolis eſt in Clericos poteſtas, & iuriſdictio: ſed vbi, etiam Eccleſia ad onera aliqua tenetur; & iure cogi poteſt, tunc conuenire debet Clerus cum populo, ſi onus publicam,

& com-

& cõmunem reſpicit vtilitatẽ, vel Epiſcopus ipſe cum Principe ſæculari diſquirere debet, an onus illud ſit à Clericis ſubeundum, & cauſa impoſitionis ęque proſit Clericis, ſicut laicis, & hæc fuit ſententia Abb. in c. non minus, nu. 20. ver. aut vtilitas, & neceſſitas concernunt de directo, & principaliter de immunit. Eccleſ. mouetur, quia, quod omnes tãgit, debet ab omnibus approbari, Clem. 1. de cenſib. & quando aliquid ad communem Clerici, & populi vtilitatẽ expediendum eſt, vtriuſq; deliberatio eſt neceſſaria, cap. fin. de ferijs, c. 1. de cenſib. Sed hoc non fuit Abbatis inuentum, quinimò textus hoc vult, expreſſus in d. c. nõ minus, vbi dicit, nõ aliter Clericis, vel Eccleſijs collectã indici poſſe, niſi Epiſcopus, & Clerus aſpexerint tantam ſubeſſe neceſſitatem, & vtilitatem, quod exiſtimet laicis ſubſidiũ ab Eccleſia ferẽdũ eſſe, ſi verò Epiſcopus, & Clerus inſpicere debet, an ſubſit neceſſitas, & vtilitas, atque æſtimare, an ſubueniendum ſit laicis ab Eccleſia, abſque dubio per Laicos cõmunicari debent cauſę, propter quas exiſtiment Eccleſiam teneri ad contribuendũ, nihil enim aliud eſt aſpicere, an ſubſit neceſſitas, & ęſtimare an 55
ſubſidia ferenda ſint, quàm cognoſcere, & examinare, an expediat Clerum ad contributionem, & collationem cogere: Per illum itaque textum Epiſcopo, & Clero tribuitur cauſæ cognitio, & idem omnino dicitur in c. aduerſus, eod. tit. vbi Pontifex vtitur verbis importantibus cauſę cognitionẽ, dum inquit, ſi proſpexerit tantam eſſe neceſſitatẽ. & rurſus dum inquit, ſi duxerit ſubſidia eſſe conferenda. & vlterius addit, quòd laici deuotè, & humiliter, & cum gratiarum actione recipiant, & gloſ. in d. c. non minus, in verſ. tantã neceſſitatem, ait pendere ex arbitrio Epiſcopi inſpectionem, an neceſſitas ſubſit, & hanc opinionem, quòd deliberatio Cleri, & Populi neceſſaria ſit, voluit Ang. de Clau. in ſumma, in ver. immunitas, §. 37. in fin. Purpur. in conſ. 50. nu. 6. in fin. & quod communicandum ſit conſilium laicorum, & Eccleſiaſticorũ, vbi onera imponenda ſunt Clericis, voluit Riminal. Son. in conſ. 56
74. nu. 7. 8. & alibi ſæpè in 4. vol. vbi allegat Bald. Iaſ. & alios præcipuè Caſtr. Capol. & vult ſemper, quod communican-

dum

dum ſit conſilium,& facit ratio; quia ſi Clerici ſunt cogendi ab Epiſcopo ſuo, vti communiter concludunt Doctores, & dixi ſupra, & idem voluerunt Caſtr. & alij poſt Bal. in d. l. ad inſtructionem, C.de ſacroſ. Eccleſ. vtique Epiſcopus cognoſcet, an onera ſint imponenda, quia aliter cogere non poteſt, niſi cognitione præuia, & ex verbis c. non minus, & c. aduerſus dignoſcitur Epiſcopũ, vel Eccleſiaſticũ Iudicem nõ eſſe
68 merum executorẽ, ſed cognitorem, & merus executor dicitur ille, cui negotium iam præſentibus, & vocatis partibus plenè diſcuſſum committitur exequendum, vt per Bar. Imol. & alios in l. à D. uo Pio. in princ. ff. de re iudic. glo. in c. paſtoralis, §. quia verò, in ver. ſciat, de offi. deleg. vbi Anch. Butr. Abb. Imol. & alij notant, Abb. in c fin. nu. 12. vbi etiam alij de præſumpt. Dec. in conſ. nouit, num. 7. de appellat. & facit alia ratio, quia laici poſſent Clericis imponere, & ſemper illos collectare, aſſerendo rem, pro qua grauãtur Clerici reſpicere communem bonũ, & promiſcuã vtilitatẽ, aut neceſſitatem, ſi nulla eſſet Epiſcopi cognitio ſuper hoc articulo: ſed cogeretur ordinationes laicales exequi: corroboratur, & alia ratione, certum eſt, quod cum tractetur de præiudicio Clericorum neceſſaria eſt eorum citatio, vt onera imponantur, citari enim debet in quocumque actu is, de cuius agitur intereſſe, vt in l. de vnoquoq; ff. de iudic. coram laico autem citari non poteſt Clericus, vt volunt præcitata iura, ergo contra eum non poterit fieri aliqua deliberatio à Laico.

Vltima eſt dubitatio, an Coloni, ſeu Conductores bonorum Eccleſiaſticorum ligati ſint, & includantur edicto de non ſerendo pinguia prædia oriza, & in hoc puncto maior controuerſia verſari videtur; quia Coloni ſunt laici, & conſequẽter ſubiecti Principis ſæcularis poteſtati, & opponi non poteſt, quod exerceatur iuriſdictio in exemptos, vel nõ ſubditos, quia Coloni Clericorum non gaudent priuilegio fori,
69 vt voluit glo. 1. in c. iudicatum, 30. diſtin. Specul. de foro compet. §. 1. ver. 27. Archid. in c. Clerum, 11. q. 2. Albe. in l. 1. C. de Epiſcop. & Cler. Doctores in c. 2. de foro compet.

vbi

vbi Butr. nu. 14. Abba. num. 5. Aret. in 2. notab. Felyn. num. 2. Capic. deciſ. 12. num. 2. Io. Ant. Niger in repet. extrauag. vnicè, nu. 91. de vita, & honeſt. Cleri. Gram. deciſ. 102. num. 14. Natta conſ. 576. nu. 3. & ſeq. Clarus §. fin. quæſt. 35. verſ. quæro numquid familiares. Theſau. Pedem. 22. nu. 4. Decian. tract. crimin. lib. 4. c. 9. nu. 58. & ideo Salicet. in auth. ceſſa, nu. 14. C. de Epiſcop. & cleri. concludit, quòd ſtatutaria pœna impoſita ſuper cloacis, ſtratis, & immunditijs puniri poſſunt à laicis Coloni, & Inquilini Clericorum; & in ter-
70 minis, quod Coloni, & Inquilini Eccleſiæ puniri poſſint à laico Iudice, ſi contraueniendo edicto orizam ſeminarint in bonis Eccleſiæ, voluit Gabriel. in conſ. 37. nu. 4. vol. 2. quem ſequitur Octau. Vulpell. in tract. de libert. Eccleſiaſt. par. 3. nu. 12. & 16. ratio eſt, quia præiudicium eſt modicum, & non apparet, quòd edictum tendat ad infringendum, vel minuendum libertatem Eccleſiaſticam.

Augetur difficultas, quia, vt D. Menoch. nu. 56. deducit, delictum eſt ſerere prædia oriza, quo facto aer inficitur, &
71 penuria aliorum bladorū, quæ ſalubria ſunt, inducitur, ſicuti delictum eſt blada extrahere, victualia plus iuſto pretio vendere, Rip. de remed. ad conſeru. vbert. num. 42. Menoch. d.
72 conſ. 800. num. 54. & in caſu delicta Coloni Eccleſiæ puniri poſſunt à ſæculari Iudice, ſecundum Specul. de Iudic. cōpe. §. 1. num. 27. Butr. c. 2. num. 6. de foro compet, in c. grauem, nu. 18. de ſent. excom. Felyn. d. c. 2. nu. 3. Gram. conſ. ciuil. 102. nu. 8. & ſeq. Decian. d. lib. 4. cap. 9. num. 58.

Et quamuis agatur de delicto cōmiſſo in re Eccleſiæ, non tamē minus cognoſcit laicus, quia nō locus delicti, ſed qua-
73 litas attenditur, & vbi delictum eſt merè profanum, & non Eccleſiaſticum, Iudex laicus procedit contra laicum etiam in Eccleſia delinquentem, Bart. in l. ſi cui, §. fin. nu. 3. ff. de accuſation. Abb. in c. cum ſit generale, de foro comp. vbi Barbat. numer. 235. & Marian. numer. 25. latè Rolan. in conſil. 24. numer. 5. volum. 2. Decian. in tract. crimin. lib. 4. tit. 27. numer. 12.

Contrariam tamen ſententiam arbitror veriorem eſſe, &

Colo-

Colonos, aut Conductores Eccleſiæ non ligari edicto, quia, vt ſupra oſtenſum eſt, edictum non extenditur ad bona Eccleſiæ; vndè etiam ſi loquatur in perſonam, non ligat eos, qui
74 in re Eccleſiæ operātur; vno enim prohibito cenſentur omnia prohibita, per quæ ad illud peruenitur, vt l. oratio, ff. de ſponſal. l. eos, in fin. C. de vſur. l. pupillus, §. ſed ſi per interpoſitam, ff. de author. tuto. l. legem, in fin. C. de natural. lib. Caroc. in c. cum quid. par. 3. in princ. de regul. iur. in 6. & prædia Eccleſiæ ligarentur edicto, nec poſſent oriza ſeminari ſi Coloni, Conductores, & Operarij ligarentur, & tenerentur ad edicti obſeruantiam, atque ita liceret laicis obligare per indirectum bona Eccleſiæ, quamuis directè eis id minimè ſit
75 permiſſum cōtra iuris regulam, de qua in l. quod dictum, ff. de pact. l. cum hi, §. ſi cum iis, ff. de tranſact. l. athlætas, §. ait Prætor ff. de infam. c. cum quid vna via, de regul. iur. in 6. Crau. qui multos addit, conſ. 973. num. 27. & ideò in propoſito dicebat Anchar. in conſ. 13. ſuper dubio, quod non valet ſtatutum, mandans ſolui debere duodecimam pro blado, ad molendinum per Portam Piſtorienſem, quia per indirectum affert præiudicium molendino Eccleſiæ, extra illam Portam exiſtenti: & ſubdit, quod non ligat laicos bladum ad illud molendinum ferentes: & licet verba dirigantur in perſonas ſubditas, effectus tamen lædit Eccleſiæ libertatem, & damnum affert Eccleſiæ, & ibi latius proſequitur Calder. in
76 conſ. 12. per totum, quia ſtatutum circa res Eccleſiæ non valet, & cum effectus dirigatur ad res ipſas, non eſt curandum, quod verba reſpiciant perſonas ſubditas, & vt idem Anchar. dicit in conſ. 155. num. 8. non eſt curandum, cum quo quis loquatur, ſed in quem voluntatis intētio dirigatur, l. cum pater, §. donationis, ff. de leg. 3. & ibi Ancha. reſpondet ad id, quod dicitur ſuſtineri ſtatutum contra ſubditos, quia intelligi debet modò non afferat Eccleſiæ præiudicium, Socin. in conſ. 272. num. 8. vol. 2. vbi eum ſequitur in omnibus Felyn. in c. Eccleſ. S. Mariæ, nu. 74. q. 18. in 1. exemplo, & Ancha. dicit, quod ita quoque conſuluit Collegium Bononienſe, Iaſ. in l. quominus, num. 155. ff. de flumin. vbi dicit

hanc

hanc ſententiam eſſe magis communem apud Doctores, idem Iaſ. in conſ. 161. num. 15. vol. 2. Rip. d. l. quominus, nu. 131. & idem probauit Caccialup. in l. omnes populi, nu. 94. ff. de iuſt. & iur. vbi ſubdit eſſe menti tenendum, Rip. in conſ. 88. per totum, Boer. in deciſ. 15. Rolan. in conſ. 22. num. 19. vol. 2. Riminal. in conſ. 68. num. 11. & Boer. in conſ. 3. num. 72. & ſeq. hæc autem deciſio eſt in fortioribus terminis, quia in ea diriguntur verba in ſubditos, & non diſponitur de rebus Eccleſiæ, nec principalis diſpoſitio concernit rem, ſeu molendinum, ſed actum ſolum extrahendi blada per vnam portam: multò ergo magis obtinebit in præſenti facto, in quo diſpoſitio fit principaliter de rebus, licet verba
77 in perſonas dirigantur, & non eſt curandum, quòd Eccleſię libertas tollatur, & reſtringatur indirectè, potiuſquam directè, quia quomodo lædatur ſat eſt, & nullo caſu laicorum ſtatutum ſuſtinetur, c. quanto, de priuileg. cap. ſtatutum, de hæret. in 6. ſiue enim id fiat expreſſis, ſiue velatis verbis, ſemper idem eſt, c. clericis, & §. fin. & §. nos igitur, de immun. Eccleſ. in 6. ponunt Doctores in d. c. Eccleſ. S. Mariæ, & fuit alias allegatum in hac ipſa cauſa, Vaſq; qui hoc modo format concluſ. d. §. 10. num. 658. Alba. in conſ. 8. num. 3. Burſat. conſ. 42. num. 17. & ſeq. prædicta probant edictum, nedum Colonos, & Conductores Clericorum, ſed nec alium quemquam ligare, qui in prædijs Eccleſiæ orizam ſeminet, quia vtroque modo libertas Eccleſiæ reſtringeretur, ne in ſuis prædijs orizam poſſit ſeminare, nihil enim intereſt, præcipere, quòd Clerici in prædijs ſuis abſtineant à ſeminando orizam, vel mandare, quòd nemo poſſit operas ſuas locare Clericis pro ſeminando orizam, cum certum ſit, non aliter Clericos prædia colere poſſe, quam per alios, vtroque namque modo remanet Clericis impeditus rerum ſuarum vſus, & conſequenter libertas Eccleſiaſtica remanet vulnerata, & læſa.

Secundò, quòd Conductores, & Coloni rerum Eccleſiæ non ligentur ſtatuto, probat Bart. in conſ. 187. Domini Priores
78 Artium in pri. dub. vol. 1. vbi concludit ad præiuditium

Eccle-

Eccleſiarum, aut Clericorum non valere, ſtatutũ diſponens, quod quilibet Cõductor poſſit renunciare cõductioni factæ pro futuro tempore, quia laici ſtatuere non poſſunt de rebus Eccleſiæ, & quia effectus ſtatuti non porrigitur ad res eidem minimè ſubiectas, & demum, quia eſt contra Eccleſiaſticam libertatem, ſequitur Alex. ad Bar. in auth. Caſſa. C. de ſacroſ. Eccleſ. Felyn. in d.c. Eccleſ. S. Mariæ, n. 74. in 2. exẽpl. 18. quæſtio. Deci. qui alios citat in d. auth. Caſſa. nu 18. Caccialup. in l. cunctos populos, nu. 190. verſ. Et his infertur, C. de ſumma Trinit. Paneirol. in cõſ. 49. n. 5. vbi dicit, quòd ſtatutum nõ comprehendens Clericos nec etiam includit eorum Colonos, & prædicti loquuntur, quando ſtatutum diſtringit perſonam, & diſponit ſuper contractu, multò ergò fortius idem dicẽdum erit, quando ſtatutum diſponit de rebus, quia non ligabit res Eccleſiaſticas, & quod prædictum ſtatutum non teneat ad preiudicium Eccleſiarum, probauit etiam Gabriel dicto conſ. 37. nu. 8. & 9. vbi infert ad propoſitum noſtrum.

Tertiò accedit, quod Conductores ſerentes orizã in prædijs Eccleſiæ, ſi edicto includerentur, id eſſet propter rem Eccleſiæ, in qua ſeminaſſent; ſed ſicuti pro ea re laicus non poteſt Clericum afficere, ita nec Clerici Conductorem, per
79 deciſionem Bar. in l. hi penes C. de agricol. & cenſ. lib. 11. vbi ait, quod ſicuti collecta Clerico imponi non poteſt, vel Eccleſiæ, ita nec Eccleſiæ Colonis, Barbat. in conſ. 29. colum. antepenult. num. 5. verſ. Et ſi mihi dicatur, vol. 4. vbi dicit, quòd ſtatutum, cui non eſt poteſtas compellendi Dominum fundi ad ſoluendum Gabellam, non poteſt etiam Colonos in odium Dominĩ arctare, licet aliud ſit, quando poteſt contra Dominum ſtatuere, Parpal. in l. placet, nu. 69. & num. 75. C. de ſacroſ. Eccleſ. Roland. in conſ. 79. num. 11. volum. 2. vbi addit Boſſ. Natta conſ. 409. numer. 6. Rimin. Sen. conſ. 740. num. 12. In facto autem pro hac cauſa ſtatutum Eccleſiam non obſtringit, ergo neque Colonos eiuſdem, aut Conductores.

Quartò, priuilegium Eccleſiæ conceſſum trahitur etiã ad

alios,quando non prodeſſet ipſi Eccleſię,niſi ad eos traheretur, atque ita quando vtilitas Eccleſiæ eſt connexa cũ facto alterius, immunitas Eccleſiæ extenditur etiam ad aliũ.Hinc
80 Bald.in conſ.31.vol.1.concludit,quod emens ab Eccleſia eſt immunis à ſolutione gabellæ, quando aliàs Eccleſia dãnum ſentiret, vt quia vilius vendiſſet,ſequitur Io.de Amicis conſ. 18. Alciat. in ſimili in conſ. 216. num. 7. vbi loquitur in priuato,idem in ſimili voluit Deci. in conſ.48. in fin. Roland. in conſil.61.nu.18.vol.4.& latè comprobat Rimin.in conſ.724. num.47. & ſequent.vbi loquitur præciſè de immunitate Eccleſiæ, at in præſenti caſu non prodeſſet Eccleſiæ non ligari ſtatuto prædicto,ſi non poſſet Colonorum opera,aut Cõductorum miniſterio vti in prædia ſeminando orizã,ergo ad illos extenditur libertas Eccleſiæ,& eſt regulare,quòd coniun-
81 ctus gaudet priuilegio coniuncti, quando aliàs priuilegium eſſet inutile,& ſuum effectum non produceret, vt ponit glo.
82 in l.fin.C.de muner.& honor.lib.10.vbi ſocius omnium bonorum gaudet immunitate ſocio cõceſſa, latè Marſil.in ſingul. 180. Iaſ.in l.ſi emancipati, num.9.C.de collatio. Natta,in
83 conſil.1. num.10. ſic ſi Clericus, & laicus capiantur pro eodem facto, vterque erit ad Eccleſiaſticũ Iudicem remittendus, Anton.de Prato vete. in l.1.§. fin.ff.quæ ſent.ſine appell. reſcind. Socin.in conſ.12. colum.5. vol.1. & in c.2.col.16.in 8. fallen.de mutu. petitio. ſequitur Fely. & alij apud Nattam in conſ.590. in fin.Marſil. d.ſingul.180. Boſſius in tit.de foro compet. num.146. Menoch. de arbitr. Iud. caſu 171. nu.13. Pariſ.conſ.154. in princ. vol.4. Zuccard.in l.fin. nu.36. C.de bonor. poſſeſ. contra tabul. Boer. deciſ.300. col.1. Riminal. Inſtitu. quibus alien. non licet, in princ. num.156. ſic etiam inquit Innocen.in c.ad audientiam,de præſcript. quòd ſi laicus rem habeat communẽ cum Eccleſia, nõ erit locus pręſcriptioni contra eum, niſi tantum tẽporis effluxerit, quan-
84 tum requiritur ad præſcribendum rem Eccleſiæ, Iaſ. in d. l. emancipati, num. 17. Natta d.conſ. 590. col. fin. & infinita exempla ad probandum,quod intuitu coniunctionis gaudet quis beneficio, quo aliàs nõ gauderet, ponit Iaſ. d.l.ſi eman-
cipati,

cipati,nu.3.vſq;ad 24. Marſil. d.ſingul.180. cum igitur ligari non poſſint Coloni, aut Conductores,aut quiuis alij operari pro cauſa prædicta, niſi etiã ligentur bona Eccleſiæ,& commune, atque inſeparabile ſit intereſſe, fatẽdum eſt Colonos, & Operarios non includi edicto, quia includi non poſſunt, niſi reſtringatur libertas Eccleſiaſtica, & impediatur vſus rei propriæ Clericis. & ſi omnis alia deficeret ratio, hæc ſola ſufficere debet ad demonſtrandum,quod edictũ prędictum afficere non poteſt Colonos, & Operantes in bonis Eccleſię. & hoc eſt, quod voluit Bart. in d. l. ſi penes, C. de agricol. &
85 cenſ. dum voluit, Colonos Eccleſiæ grauari non poſſe pro Eccleſia, & Felyn. in c.2. num.3.de foro cõpeten. dicit,quod non tenentur Coloni Eccleſiæ, quando per indirectum grauaretur Eccleſia, & hoc in caſu, quia ſi Clerici vellent in ſuis prædijs ſeminare orizam, hoc facere non poſſent, niſi vterentur Colonorum opera, ne igitur impediantur Clerici, erunt ab edicto exempti etiam Coloni, quorum miniſterium eſt Eccleſiæ neceſſarium ad ſuorum prędiorum culturam,& qui hoc negaret non minus laberetur,quàm ſi ſenſum negaret.

Nec quemquam terreat, quòd Conductores, & Coloni ſint ſubditi Principi ſæculari,ideoq; in eos exerceri poſſit iuriſdictio; Reſpondeo .n. quod ſi ageretur de ſolis perſonis Colonorum argumẽtum procederet, ſed in edicto cõmixtæ ſunt res Eccleſię,& ideo perſonis imperatur,vt edictum circa res ſtatutum, & promulgatum ſeruetur. Vndè cum res Eccleſiæ non includantur, nec edictum circa illarum vſum
86 aliquid ſtatuere poſſit; ne dum Coloni ipſi non ligantur, ſed nec quiuis alius; qui operas locaſſet in culturam rerum, ita reſoluit Anch. & Cald.d.conſ.12. conſ.13. conſ. 155. & declaraui ſupra id, quod eſt indubitatum in facto,quia principalis intentio edicti fuit interdicere, ne in prędijs ſeminaretur oriza, atq; ita finis legis reſpicit res, & earum vſum, & in eas dirigitur, vnde non ſunt attendenda verba, ſed intentio: cum igitur per indirectum reſtringatur Eccleſiæ libertas, & vſus rerum ſuarum, ſtatutum non valet etiam ratione Co-

lonorum, quatenus reſpicit ea bona Eccleſiæ,& conſequenter Iudex laicus non poterit Colonos punire tanquam tranſgreſſores legis, ex quo enim lex eos non ligat, ipſi non dicuntur contraueniſſe, nec delictum commiſiſſe, & ceſſante delicto, ceſſat pœna.

Præterea non ſufficit ad legis validitatem, quod ea ponatur ſubditis, niſi etiam fiat de re, circa quam legem ferens habeant poteſtatem, & parum proderit, quòd præcipiatur ſubditis, niſi etiam id, quod præcipitur, pendeat à poteſtate præcipientis, vnde in caſu Anch. ſupra relato, licet ſtatutum in ſubditos dirigatur; eſt tamen nullum, quia agitur de præiudicio Eccleſiæ, ſic etiam in ſtatuto, quo imponitur onus Colonis Eccleſiæ pro rebus Eccleſiæ, ſecũdum Bar. in d.l. hic pœnes, ſic diceremus, ſi ſtatutum interdiceret matrimonium certis perſonis, ſi concederet aliquibus vſuram, ſi ingreſſum Eccleſiæ interdiceret, vel vſum Sacramentorum, quia & ſi perſonæ ſint ſubiectæ, materia tamen, de qua diſponitur,& ſuper qua factum eſt ſtatutum, non pertinet ad ſtatuentes, & ſicuti ſuper vſu Sacramentorum non diſponit laicus, ita nec ſuper vſu rerum Eccleſiæ, quia vtroq; caſu laicus caret iuriſdictione, licet res, & bona Eccleſiæ non ſint ſub eadem ſpecie, ſub qua ſunt iura ſpiritualia; nec refert, quod prædia Eccleſiæ ſint alia ratione exempta à iuriſdictione laicali, qua ſunt exempta ſpiritualia, ſed ſufficit, quod omnia exempta ſint, & libera à laicali ſtatuto, & diſpoſitione.

Huc quoq; tendit alia reſponſio, quæ applicari poſſet, quod ſcilicet laicus ſtatuere quidem poteſt in perſonas ſibi ſubiectas, ſed ita, ne per indirectum fiat Eccleſiæ præiudicium, & libertas ſua reſtringatur, vt ſupra demonſtraui, & non curo, quod principaliter factum ſit ſtatutum pro communi bono, quando Iudex laicus prætendit ſe habere poteſtatem in bona, & res Eccleſiæ, vt declarat Garzias nu. 163. & nu. 165. in tract. de vlt. fin. & hoc eſt clariſſimum in facto; quia edicto non poteſt Colonus Eccleſiæ contrauenire, niſi ſeminando in prædijs Eccleſiæ, & ita conſiderari non poteſt

factum

factum Coloni, niſi in re Eccleſiæ, nec ſeparari poteſt perſona ab intereſſe Eccleſiæ.

Ad doctrinam Salic. in auth. caſſa, num. 14. dum vult Inquilinos Eccleſiæ puniri, ſi contra edictum immunditias in publicum effundant, reſponſum fuit, & benè, quod eius edi-
87 ctum ſustineretur, ſi verum eſſet principale aſſumptũ, quod etiam Clerici ligētur eo edicto, ſed illud falſum eſt, quia probauimus nullam eſſe laico poteſtatem in Clericos; vnde non mirum, ſi vno dato inconuenienti, alterum conſequitur. ſi .n. Clerici cogi poſſunt, tunc & Coloni ligantur: at vbi ſtatutum non afficit Clericos, tunc nec etiam ligat Colonos, vt in ſimili reſpondet Barba. d. conſ. 29. col. antepenult. præcipuè, quando Coloni diſtringuntur pro Clericis, vt ibi. Reſponderi etiam poteſt, quod Salicet. dum loquitur de Colonis, & Inquilinis, intelligi debet eos puniri poſſe pro effuſione ſterquilinij, vel immunditiæ, id quod neque rem Clericorum reſpicit, neque rei vſum, nec libertatem reſtringit Eccleſiæ magis, quam vbi Colonus in domo Clerici homicidiũ committeret, quo caſu admitto, Colonum puniri poſſe à laico, & ligari ſtatuto, ne quis deijciat, vel effundat immunditiam: & verè iſto caſu loquitur Salicet. quod ſi eum intelligere vellimus circa ſtatutum, de quo primo loco meminit, dans formam ædificijs, certè non ad rem faceret, quia Coloni, & Inquilini non faciunt ædificia, nec impenſas, quæ perpetuam reſpiciunt vtilitatem.

Eiuſdem farinæ ſunt deciſiones, quæ allegantur in contrariũ; præcipuè Butr. in c. grauem, de ſent. excom. vbi, quod ſi quis damnum dedit in bonis alterius cum beſtijs Clerico-
88 rum, cogi poteſt ad emendationem, Felyn. in d. c. Eccleſ. S. Mariæ, in verſ. Quintum exemplum, Parpal. l. placet, nu. 8. C. de ſacroſ. Eccleſ. nam paſtores, & cuſtodes hoc caſu puniuntur ex propria culpa, & negligentia, atque ita ex facto proprio, & delicto proprio, nec per hoc in aliquo læditur res Eccleſiæ, vel reſtringitur Eccleſiaſtica libertas, vt optimè declarat Gram. conſ. ciuili 102. num. 10. & ſeq. & non eſt in conſideratione, quod animal ſit Eccleſiæ, quia nihil diſponit

Digitized by Google

ſtatutum contra animal, nec ſuper eo, & non minus ligatur paſtor pro damno, quod ipſe dedit cum animali Eccleſiæ, quàm ſi puniretur pro homicidio patrato cum gladio, aut ſica Eccleſiæ; paſtor .n. dicitur damnum dediſſe, quia non benè cuſtodit animal, vt ibi oſtendit Gram. ſecus quando ſtatutum diſponendo de re Eccleſiæ reſtringit illius vſum, & libertatem, veluti ſi animalibus Eccleſiæ denegaret paſcua communia, Abb. in conſ.6. vol.1. Parpal. d. l. placet, nu.79. & 80. vel ſi in præiudicium Clericorum aliquid ſtatueret de eorum animalibus, vt poſt Afflict. in conſtit. Neap. rubr. 37. nu.9. ponit Caſſan. in conſuet. Burg. rubr.1. §. 6. verſ. ea me ſuſaige, num.15. Sic etiam procedit, quod dicitur Colonos
89 Eccleſiæ collectari poſſe pro colonica portione fructuum perceptorum ex bonis Eccleſiæ, vt per Feder. de Sen. in conſ. 111. num.10. Capra in concl.96. num.85. Parpal. in d. l. placet, num.73. Burſat. qui alios citat conſ. 25. num. 3. & conſ. 42. nu.14. Menoch. de arbitra. iud. caſu 180. nu.8. vbi Deci. Rip. & alios allegat. Aegid. de collect. in §. ſi quiſpiam, nu.7. & 8. fol. mihi 274. & ſeq. vbi reſpondet rationi Gabellæ, & Datij, Rol. conſ.61. num. 15. in 4. Nam illud contingit, quia non agitur de rebus Eccleſiæ, fructus enim illi poſtquã ſunt à ſolo ſeparati, ſpectant ad Colonum, non mirum ſi pro eis cogitur ſoluere, ex quo, & perſona, & res eſt laicis ſuppoſita, ſicuti etiam dicimus, quod & ſi Eccleſia ſit pro fructibus ex proprijs bonis perceptis immunis, tamẽ emptores fructuum
90 non gaudent immunitate, & mutatione perſonæ extinguitur priuilegium, Bart. Alber. & alij in l. licitatio, §. fin. ff. de publican. Salicet. in l. vniuerſi, C. de vectig. & com. Abb. c. ex parte, il primo, de decim. infinitos cumulat Rolan. conſ. 61. num. 17. vol.4. ideo ſi onus imponeretur nõ pro Gabella, & Datio, ſed pro prædio, tali caſu Coloni non tenerentur, vt poſt Abb. in d. c. non minus, de immunit. Eccleſ. declarat Aegid. loco prædicto num.9. & melius, & latius cæteris omnibus, quos viderim declarat Ioan. Maria Riminal. in conſ. 740. num. 12. & ſeq. in 4. vol. vbi diſtinguit, dicens, onera realia triplicis eſſe generis, vnum quod ſolis perſonis imponitur,

nitur, vt capitatio, & hoc neq; Eccleſiæ, neq; Colonis eius incumbit: aliud indicitur perſonis pro rebus, & ab eo Coloni, ſicut Eccleſia, exempti ſunt; tertium autem ſubdiſtinguitur, quia ſi verſatur in re, vel fit de re, vt quod mittatur perſona cum Equo, vel Mulo, vt recipiantur milites in domo, ad hoc, neque Eccleſia tenetur, neque Colonus, vt hu: r3. ſi verſatur circa ea, quæ naſcuntur ex re, vt cap. fructus, vel extra rem, tunc diſtinguit, vt per eum, qui concludit Colonos, vbi agitur de re Eccleſiæ, non autem de fructibus, qui ſunt ipſius proprij, eſſe exemptos, aliud igitur eſt querere, an ſtatutum, quod non diſponit de re Eccleſiæ, nec impedit, aut reſtringit libertatem Eccleſiaſticam, includat Colonos, an verò Coloni comprehendantur, quando fit diſpoſitio de re Eccleſiæ, & ad præiudicium Eccleſiaſticæ libertatis, quia primo caſu ligantur tanquam ſubditi, & nihil eſt, quod imminuat auctoritatem ſtatuentis: ſecundò verò caſu non valet, quia in ſtatuente deficit auctoritas, & poteſtas, & cum in ferendo legem requiratur poteſtas, vt dicit D. Thō. & ſeq. Felyn. Garz. Bero. & Rebuff. quos ſupra citaui, non ſufficit poteſtatem concurrere reſpectu perſonæ Coloni, niſi etiam concurrat reſpectu rerum, & materiei, ſuper qua fit ſtatutum, parum enim prodeſt, quod præcipiatur ſubditis, ſi id, quod præcipitur non pertinet ad laicum ſtatuentem.

Et non eſt verum, quòd ſerere prædia oriza ſit delictum, ſicuti & blada extrahere, vel plus iuſto pretio vendere, horū enim nullum reperitur iure Cōmuni ſancitum, quinimò ea omnia ſunt permiſſa, nec inuenietur lex, quæ contrarium dicat, & erubeſcimus cum ſine lege loquimur, l. illā, C. de collat. & quod non reperitur iure cautum, non eſt ſuperſtitioſis inuentionibus præſumendum, vt ſupra probaui, & quamuis in foro conſcientiæ id ſit illicitum, quando verè inducitur victualium penuria, vel inficitur aer, vel contra fit communi bono, non tamen per hoc efficitur delictum: vnde iure communi hæc non ſonant in delictum, ſed efficiuntur delictum, quando ſuper his emanat lex, quæ damnat, & cum talis lex edicitur, tunc fit de non delicto delictum, vt probaui in conſ.

in conſ. 152. & Menoch. conſ. 604. antequam igitur contraria lege ea ſint interdicta non ſunt delictum: an autem lex, de qua agimus, faciat delictum quò ad Colonos Eccleſiæ, hoc eſt, de quo quærimus, ideò id non debet pro vero aſſumi, doctius validitate diſceptamus.

Nec quidquam obſicit, quòd delinquẽs in re Eccleſię puniri poſſit à laico iudice, & delinquens in ipſa Eccleſia, quia ad hoc ſuit aliàs reſponſum; & quidem ſufficienter; addo quòd in illis caſibus nulla eſt dubitatio ſuper validitate legis, quæ delinquentem obligat, hic dicimus nullam eſſe legem, quę in Colonos fuit promulgata, eo quòd Eccleſię reſtringit libertatem, & de re Eccleſiæ diſponit; ibi nihil de re Eccleſię diſponitur ad Eccleſię præiudicium. Item ibi agitur de contraueniendo iuri communi, quod eſt ab Eccleſia approbatum, non ſic vbi conuenitur ſtatuto nondum approbato, vt per Garz. Rebuff. & Vaſq. in locis ſupra citatis.

Rationes Gabriel. in conſ. 37. & Vulpell. quod ſcilicet præiudicium ſit modicum, & edictũ nõ tendat ad infringẽdam Eccleſiaſticam libertatẽ ſunt falſæ: quod enim attinet ad primum, non poteſt cenſeri modicum pręiudicium, quando de lędẽda Eccleſia agitur, etiam in eo, quod videtur modicum; quia non benè pro toto venditur libertas auro, & quando læſio reſpicit perſonas, & inducit cõtemptum, tunc etiam modica læſio conſideratur, & eundem producit effectũ, atque
91 ſi eſſet magna, vnde emphyteuta deficiens in vno nummo, in ſoluendo penſionem, cadit à tota re. Spec. de locato, §. nũc aliqua, nu. 40. ver. 29. latè Natta in conſ. 479. num. 7. Rolan. conſ. 17. vol. 2. Corbul. de cauſ. priuat. ob nõ ſolu. canõ. amplia. 5. ſic etiam in prędictis locis inferũt, quod alienãs partem rei perdit totã, propter perſonę cõtemptum, quia eſt indiuiduus, ſic quando malè verſatur in vna re Eccleſię, ſicuti in magnis, ita in minimis firmam debet habere vnitatem, vt in c. maioribus, vbi gloſ. extra de pręben. & vbi in minimo eadem eſt proportionabiliter ratio, quæ in magno, idem indi-
92 camus de minimo, quod de magno, vt doctè declarat Tiraquel. in tract. de iudic. in reb. exig. feren. in fin. Secunda

quoque

quoque ratio eſt falſa, quia immo tendit ad infringēdam libertatem Eccleſię, id, quod vel ex eo probatur, quod pretendunt laici Clericos eſſe ſibi ſubiectos, quò ad bona, & ſibi licere ſtatuere contra id, quod optimè declarat Garz. loco pręcit. num. 163. vbi Imperiales ſuſtinet ſanctiones, quia in eis profitentur Eccleſiam eſſe ſuperiorem, ſibiq; ius nullum eſſe ſuper ea.

Conſilium, & Reſponſum Tertium Deciſiuum EIVSDEM CELEBER. AVCTORIS In eadem cauſa Eccleſiaſticæ Immunitatis.

Et eſt conſ. 304. in ordine, & 4. in 3. volu. ſuorum Conſili.

EPITOME.

Priuilegium Eccleſiæ competit etiam eius colonis, & bonis, quando ſine illis Eccleſia non benè gaudet rebus ſuis, nec plenariè frui poteſt ſuo priuilegio in corpore iuris clauſo.

SVMMARIVM.

1 *QValitas non eſt ſine ſubiecto.*

2 *Diſputatur vbi de vno, in cæteris omnibus præſupponitur habilitas.*

3 *Mixti fori delictum dicitur, quod lege Canonica, & Ciuili eſt prohibitum.*

4 *Definitio cui non conuenit, nec etiam conuenit definitum.*

5 *Argumentum à definitione ſumptum valet.*

6 *Legis ratione ceſſante, ceſſat quoque eius diſpoſitio.*

7 *Pœnam imponere ad eum ſpectat, qui principaliter offenditur.*

8 *Edicto contrauenienſ nō dicitur illud offendere, ſi edicto nō ligetur.*

9 De-

9 Delicti certa ſpecies, ſi ab Eccleſia ſola prohibeatur, delictum dicitur merè Eccleſiaſticum.

10 Petere quis non debet id, cuius contrarium non eſſet poſtulaturus.

11 Priuilegium Eccleſiæ competit etiam Colonis, quando ſine eis Eccleſia non gauderet rebus ſuis, nec frui poſſet ſuo priuilegio.

12 Coloni gaudent priuilegio Clericorum.

PRO defenſione iuriſdictionis Eccleſiaſticæ ſcripſi menſibus elapſis ſuſtinendo, quòd laicorum edictum non ligat Clericos, nec eorum bona, aut Colonos. nunc inſiſtunt aduerſarij ſuper eo, quòd, cum ſeminare orizam contra edicta Eccl. & laicalia, ſit delictum mixti fori, liceat laico Magiſtratui in delinquentes laicos animaduertere; id quod & ſi ex ſuperioribus meis ſcriptis, multòq; magis ex ijs, quæ Excellentiſſimi Domini Romani Aduocati deduxere, ſatis demonſtratum ſit erroneum eſſe; vt tamen veritas magis elucescat, non grauabor addere non nulla, & pauca quidem; nam ſuperuacaneum eſt eadem repetere: difficile alia inuenire: & omni in caſu meliora primi meſſores occuparunt.

Suppono itaque, edictum laicorum Colonos, vel conductores Eccleſiæ non ligare reſpectu bonorum Eccleſię, per ea, quæ à me, & alijs dicta fuere; & id ſolum venire in controuerſiam: an, quia delictum ſit mixti fori, liceat laico Iudici cohercere dictos Colonos. Suppono item, quod ſi nullum extaret Eccleſiaſticum edictum contra ſerentes orizam in bonis Eccleſiæ, quæſtio eſſet inanis, quia non dicitur mixti fori delictum, quod non eſt vtraque lege canonica, & ciuili prohibitum, vt dicam infra: quinimò reſpectu Coloni non eſſet delictum, quia prohibitio facta à laico, tamquam limitata ob poteſtatis defectum, non extenditur ad bona Eccleſiaſtica, nec ad Colonos Eccleſiæ; & cum non ſit delictum, non poteſt eſſe mixti fori, ex quo qualitas non eſt ſine ſubie-
1 cto. l. nec vllam, §. ſi abſentis, vbi Ang. ff. de petit. hæred.

Bald.

Bald. in l. 2. ff. de bono. poſſ. ſecund. tab. & qui tractant de mixto foro, ſupponunt præambulum delictum, iuxta propoſitionem, quod vbi diſputatur de vno, in cæteris omnibus
2 præſupponitur habilitas, l. 1. §. lex Falcidia, ff. ad leg. Falcid. latè Crau. in conſ. 592. nu. 40. hoc autem dixiſſe volui, quia latet me Eccleſiaſtica prohibitio.

Quod ſi tam ab Eccleſiaſtico Iudice, quàm à laico interdicta eſt facultas ſeminãdi orizam, adhuc dico colonũ Eccleſię ſeminantem in bonis Eccleſię diſtringi, puniriq́; non poſſe à laico Iudice; nec delictum iſtud iudicari poſſe mixti fori; quoniam mixti fori delictum dicitur quod lege canonica,
3 & ciuili eſt prohibitum. Doctores in c. cum ſit generale, de foro compet. vbi Abb in fin. Arct. num. 4. & fuit originalis opinio Gofred. ibi, quem ſeq. Marian. num. 26. Soc. in conſ. 119. nu. 7. in 4. volum. Decian. in tract. crim. lib. 4. c. 26. nu. 63. ſed conductoribus, aut colonis Eccleſiæ non eſt ciuili, aut laicali lege interdicta poteſtas ſeminandi orizã in bonis Eccleſiæ, nec lex laicalis ad talia bona, taleſq; perſonas trahi poteſt, ergo colonis prædictis non eſt delictum, ſecundum vtranq; legem: & ſic delictum nõ erit mixti fori, ex quo prohibitio, quò ad eos, deſcendit à ſolo Eccleſiaſtico Iudice, non autem à laico: atque ità deficit id, quod neceſſarium eſt, vt delictum dicatur mixti fori; & cui definitio nõ conuenit, nec
4 etiam conuenit definitum, Cagnol. in l. omnis definitio, ff. de regul. iur. & valet argumentum à definitione ſumptum,
5 l. 1. §. dolum, ff. de dolo, Euerhar. loco 44. in princ.

Præterea in delictis mixti fori ideo poteſt vterque Iudex, Eccleſiaſticus, ſcilicèt, & laicus punire, quia vterq; Iudex, & vtraque lex offenditur per traſgreſſionem; & delinquẽs non minus in vnam legem cõmittit, quam in alteram: Ideò meritò vterque animaduertit in eum; at in colono, ſeu conductore Eccleſiaſtico, ſeminante orizam in bonis Eccleſię, ceſſat eiuſmodi ratio, ex quo non offendit laicum Iudicem, neque eius legem tranſgreditur, eo ſtante, quod lex laici nõ includit talem colonum, ſeu conductorem. Ceſſante autem
6 legis ratione, ipſa quoq; ceſſat legis diſpoſitio, l. in omni, vbi

Bart.

Bart.ff. de adoption.latè,Tiraq.in tractat.Ceſſan. cau. par. 1. num. 11.

Contra verò,quia talis colonus legem ſpernit Eccleſiaſtici Iudicis,ab eo, non ab alio puniri debet, vt illæ ſuæ iniuriẹ habeat vltionem, qua ratione ad eũ ſpectat plectere, qui prin-
7 cipaliter offenditur, l. cum emancipati, §. emancipatus filius ff. de collat. bono. Bar. in §. & hanc, in princ. in authen. quom. oport. Epiſco. quod poſt Brun. Nattam, & Amad.de Pont.comprobaui in conſ. 152. nu.16.Menoch. in conſ.604. num.28.&ibi Pancirol nu.14.vbi inferunt,quod vaſſalli non poſſunt punire eum, qui Principis edicto contrauenit: quia per talẽ contrauentionem ipſi non fuerunt leſi,ſed Princeps: ſic in propoſito, cum edictum laici Iudicis non offendatur ex coloni tranſgreſſione,ſed benè lędatur edictum Eccleſiaſticum, Iudicis Eccleſiaſtici erit illum punire.cũ autem coloni non ſint ligati edictò laicorum, vt dixi, contraueniendo,
8 non dicuntur illud offendere, l. extra territorium, ff. de iuriſdict. omn. iud. cap. vt animarum, de conſtit. in 6.& paria ſunt,quòd locus ſit extra territorium, vel intra, ſed exẽptus, c. cum Epiſcopus,de off. ordin. in 6. Domin. & Io. Andr. in c.2. de conſtit. in 6. Dec. d.l. extra territorium, nu.6.& ideò multum ad propoſitum noſtrum dixit Socin. d. conſ. 119. per totum, præcipuè verò nu.35. vol.4. quod Epiſcopus punire non poteſt Hebræum pro blaſphæmia, ſeu maledicentia in Deum,quia Canones prædicta prohibentes,non includunt Hebræos, & conſequenter Hebræi non dicuntur Canonibus contrauenire. Idem ergò erit dicendum in edicto laici, quod ſi aliquem non comprehendit, is à laico puniri non poterit.

Accedat, quòd ſi ſolus Eccleſiaſticus poteſt ſtatuere quò ad bona Eccleſiæ, & Colonos illius, vt ſæpè dictum eſt, vtiq; delictum erit merè Eccleſiaſticum, ex quo ſecundum legem laicorũ non eſt crimen,vt in ſimili voluit Gofred. in d.c.cum ſit generale, vbi ait, quod crimen vſurarum eſt merè Eccleſiaſticum,quia iure ciuili non eſt crimen;& quamuis dictum eius ſit falſum, & ab omnibus reprobetur, argumenti tamen

forma

formã vera eſt, & ſequitur Abb. ibi num.25.& 30. in princ. & num. 31. vbi ponit exemplum, quando prohibetur certa
9 ſpecies delicti à ſola Eccleſia, Arct. numer. 9. & 19. & Marian. num. 26. in delictis autem merè Eccleſiaſticis ſolus Iudex Eccleſiæ cognoſcit, ſæcularis autem ſe non poteſt intromittere, non ergo erit mixtum delictum, vt ex aduersò contenditur, ſed eſt merè Eccleſiaſticum, & ad Eccleſiaſticum Iudicem pertinet cognitio.

Addo quod, vt delictum dici poſſit mixtum, adeò vt Iudex laicus concurrere poſſit cum Eccleſiaſtico neceſſe eſt, quod detur concurſus legis prohibẽtis, adeo quòd vnaqueq; lex omnes contrauenientes complectatur, ſicuti videmus in criminibus ſacrilegij, vſurarum, periurij, adulterij, ſodomię, & alijs; in his enim vtraque lex generaliter prohibens, omnes homines generaliter ligat; Ideo ad vtrunque Iudicem ſpectat cognitio; & quilibet ipſorum procedere poteſt, vt in d. c. cum ſit generale, ſed in præſenti facto leges vtriuſque fori non concurrunt, ſed diuerſa bona, & diuerſas afficiunt perſonas; nam edictum Eccleſiæ reſpicit ſolum bona Eccleſiæ, & eius conductores, & colonos: lex autem laicalis bona reſpicit tantum ſibi ſubiecta, & perſonas ſibi ſubiectas, non autem bona Eccleſiæ, & ſuos colonos: ideò ſicuti Iudex Eccleſiaſticus non poſſet animaduertere in eos, qui orizam ſeminarunt in bonis laicorum, vt de ſe patet; ita nec Iudex laicus colones Eccleſiæ coercebit: quod ſi diceremus crimen eſſe mixti fori ob vtriuſq; fori leges concurrentes, vtique, liceret etiam Eccleſiaſtico Iudici punire, præter ſuos colonos alios quoque ſeminantes in prędijs priuatorũ, quod eſt abſurdum, & diſplicere arbitror etiam aduerſantibus; petere autem aduerſantes non debent id, cuius contrarium
10 non eſſent poſtulaturi, l. ſi & rem, & pretium, ff. de petit. hered. l. pen. C. de ſolut. l. ratas, C. de reſcind. vend. l. ſi ea lege, C. de vſur. Crau. conſ. 946. num. 12. & ſi vni denegaretur, quod alteri permittitur, Iudiceſq; ipſi ad imparia iudicarent, delictum non eſſet mixti fori; quia in delictis mixti fori par iudicatur vtriuſq; Iudicis conditio; & cognoſcit,

qui

qui ex eis præuenit in cognoſcendo; nec mixtura reſtringi debet ad ſolos colonos Eccleſiæ, ſed vel in omnibus eſſe debet, vel in nullo.

Demùm ponamus abſque veri læſione, quod crimen mixti fori appellari poſſit; non tamen per hoc laicus Iudex poſſet colonos, & conductores Eccleſiæ criminaliter vexare, quia priuilegium competens Eccleſiæ competit etiam colonis, quando ſine eis Eccleſia non gauderet rebus
11 ſuis, nec frui poſſet ſuo priuilegio, Felyn. in cap. quam ſic, numer. 1. de iudic. in cap. 2. num. 2. de foro comp. Dec. in l. in omnibus cauſis id obſeruatur, numer. 8. ff. de reg. iur.
12 & coloni gaudent priuilegio Clericorum. Carauita ritu magn. Cur. 46. numer. 28. & in colonis verificatur quidquid de Clericis dicitur. Pancirol. conſ. 49. numer. 5. vt dixi in prioribus ſcriptis, & latè confirmat D. Iulius Pheus Excellentiſs. huius cauſæ Aduocatus: ſicuti autem pro delictis mixti fori laicus non procedit contra Clericum delinquentem, quia non dicitur ſuæ iuriſdictioni ſubditus, vt per Doctores in d. c. cum ſit generale, ita nec contra colonum, quia vltra qualitatem, & naturam delicti requiritur etiam, quod perſona ſit ſubdita, aliàs ceſſat cognitionis poteſtas, per regulam ſupra poſitam, quòd cum diſputamus de vno, cętera ſupponũtur habilia; coloni autẽ tanquã coloni Eccleſiæ non ſunt ſubditi; quia gaudent priuilegio Eccleſię, ergo puniri non poſſunt.

Cc

Celeberrimi, ac Egregij V. I. Conſulti ROLANDI A VALLE CASALENS. Præſidis Senatus Montisferrati, ac ſupremi Conſiliarij Sereniſsimi Ducis Mantuæ, & Montisferrati.

V. I. Conſilium, & Reſponſum Deciſiuum.

Et eſt 37. in ordine in 4. volu. ſuorum conſil.

EPITOME.

Priuilegiorum Eccleſiaſticorum tanta eſt vis, vt à nulla laica poteſtate debilitari poſſint, vel minui.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus habere non poteſt armatam familiam, & nu. 8. ſed contra nu. 10. & 20.*

2 *Auxilium brachij ſæcularis implorari debet per Epiſcopum pro executione iuſtitiæ.*

3 *Brachium ſæculare licèt inuocari poſſit, tamen id procedit, quando rem dia eccleſiaſtica deficiunt.*

4 *Principes ſæculares ſicut recurrere debent ad Eccleſiam pro ſpiritualibus, ita in temporalibus debent recurrere Prælati ad Principes ſæculares.*

5 *Armorum vſus prohibitus eſt eccleſiaſticis perſonis.*

6 *Clericus arma deferens, dignus eſt excommunicatione.*

7 *Arma clericorum ſunt lachrymæ, & orationes.*

8 *Regula, quæ habet, quod vno commiſſo videntur omnia alia commiſſa, ſine quibus illud explicari non poteſt, non habet locum in prohibitis.*

9 *Inquiſitores hæreticæ prauitatis poſſunt tenere Officiales armatos.*

10 *Papa poteſt dare licentiam clerico pugnandi in bello iuſto,ſine metu irregularitatis.*

11 *Papa ex iuſta cauſa poteſt bellum indicere, præſertim contra infideles.*

12 *Crimen hæreſis eſt eccleſiaſticum.*

13 *Dominus temporalis, ſi impediat familiam Inquiſitoris in delatione armorum, poterit puniri tanquam turbator Inquiſitionis.*

14 *Epiſcopus poteſt procedere contra Hæreticos.*

15 *Abſurditas euitari debet.*

16 *Epiſcopus per ſuam iuriſdictionẽ poteſt laicos in certis criminibus capere, & corporaliter coercere.*

17 *Epiſcopus pro defenſione ſui, & ſuorum poteſt vti gladio materiali.*

18 *Iudex ſæcularis, vbi vires ipſius non ſufficiunt ad exequendum quod ſuo incumbit officio, implorat auxilium alterius potentioris.*

19 *Officialis alicuius villæ non habens familiam ſufficientem, poteſt conuocare incolas, & habitantes in illa, pro capiendo malefactorem; & ſi nollent eum adiuuare, tenentur ex condictione l. 2. C. de his, qui latr. abſcond.*

20 *Iudices ſæculares, vbi per ſe non poſſunt ſubditos ſuos domare, inuocant auxilium eccleſiaſticum in ſubſidium.*

21 *Armorum vſus, nedum prohibitus eſt clericis, ſed & laicis.*

22 *Eccleſia licet non habeat exercitium gladij materialis ad inferendam mortem alicui, vel membri mutilationem, tamen ſecus eſt ad exequendum iuſtitiam.*

23 *Epiſcopus, & eius Vicarius dicuntur Officiales communis, & diſpoſitio cap. ſi ſententia. de ſent. excom. in ſexto. ita verificatur in Epiſcopo delinquente, ſicut in Rectore.*

1 DVbitatio exoritur, nunquid liceat Epiſcopo familiam habere armatam,& reperio,quod Abbas in c. ſignificaſti. col. fin.ver. & ex his infero. de offi. deleg. refert aliàs fuiſſe interrogatum à quodam Epiſcopo, & ei reſponſum dediſſe, quod non, niſi haberet iuriſdictionem temporalem in loco. & primò, propter iura canonica, quæ prouident in executione iuſtitiæ, Epiſcopum de-
2 bere implorare auxilium brachij ſæcularis, cap. adminiſtratores. c. Principes. 23. q. 5. facit dictum Oldrad. in conſ. 89. circa fin. vbi inquit, quod illud implorari non poteſt, niſi quando ordinarius nihil habet, quod faciat; quia iura loquuntur, ſi opus fuerit. c. de offi. ord. in 6. Federic. de Sen.
3 in conſ. 25. col. fin. vbi dicit, quod licet poſſit inuocari brachium ſæculare, debet tamen inuocari cum neceſſe eſt, & iuris ordine ſeruato, videlicet quando remedia eccleſiaſtica deficiunt: quia non debet Iudex delegatus incipere à cauda, ſed à capite, cum iura loquentia de brachio ſæculari dicant, ſi opus eſt, vel neceſſe eſt, vt in c. 1. de off. ord. Dec. in c. cum non ab homine nu. 7. de iudic. ſ. quando Ordinarius excommunicauit aliquem, aggrauauit, vel reaggrauauit, & effectus fuerit incorrigibilis, vt per Calca. in conſ. 119. col. fin. & ſic ex his apparet, quod armatam familiam Epiſcopus pro executione iuſtitiæ habere non poſſit, ſed pro ipſa recurrendum ſit ad brachium ſæculare.

4 Secundò facit, nam ſicut pro ſpiritualibus Principes recurrere debent ad Eccleſiam, ita in temporalibus debent recurrere Prælati ad Principes ſæculares, cap. cum ad verum, & in cap. ſi Imperator. 96. diſtinct. ne officia eorum promiſcuis actibus turbentur, l. conſuetudinalia C. de teſtam.

5 Tertiò facit, quia vſus armorum prohibitus eſt clericis, ſeu eccleſiaſticis perſonis. c. clerici. de vita, & honeſt. cle-
6 ricor. & in tantum, quod contra faciens, grauiter peccat, quod colligitur ex eo, quod delictum eſt excommunicatione dignum, quæ non fertur, niſi pro graui crimine, c. nullus. c.

nemo. 11. q. 3. Abb. in d. c. Clerici col. 1. nam arma clericorum ſunt lachrymæ, & orationes, c. conuenior. 23. q. 8. vbi ſic ait Ambroſius, dolere potero, flere potero, gemere potero aduerſus arma, milites, globos, quia lachrymæ meæ arma ſunt mea: talia .n. inſtrumenta ſunt Sacerdotis; aliter .n nec debeo, nec poſſum reſiſtere. Ex quibus verbis videtur, quod Sacerdos ex orationibus, & lachrymis debet malis reſiſtere, & non per potentiam temporalem, & ſic oſtenditur, quod Epiſcopus non habet iuriſdictionem tenendi familiam armatam.

Quartò demonſtratur: Nam ab ipſo Chriſto dictum fuit Petro, volenti defendere eum ab iniuria Iudæorum. Conuerte gladium tuum in vaginam; vt habetur in Euangelio, & tranſumptiuè 23. q. 8. c. 1. item & in veteri Teſtamento dixit Deus ad Dauid: Non ædificabis mihi Templum, quia vir ſanguinis es, vt habetur in cap. 1. de conſecr. diſt. 1.

Quintò, ita voluit Abb. in c. cum non ab homine nu 8. de iud. & Felyn. in c. ſignificaſti. col. 2. in fin. ver. vtrum Epiſcopus. de offi. deleg. Nec obſtat, quod in contrarium tenuerit Bald. in l nam ſalutem. §. fin. ff. de off. perfect. vig. vbi per illum tex. inquit, quod ſicut Officiales Communis poſſunt arma portare, ita & familia Epiſcopi, cum habeant imperiũ in ſua Diœceſi; quia reſponderi poteſt, quod illatio Bald. non videtur benè procedere de Officialibus Communis ſæcularibus ad eccleſiaſticos, quibus armorum vſus prohibitus eſt, d. c. Clerici.

Nec ſimiliter habet obſtare, ſi dicatur, quod immo ſibi videtur concedi dicta facultas acceſſoriè, per rationem tex. in
8 c. præterea. de off. deleg. vbi commiſſo vno, vidētur omnia commiſſa, ſine quibus illud explicari non poteſt. Quia reſpondetur, quod regula illa locum non habet in prohibitis, & ſic non videtur extendi ad arma, quæ prohibita ſunt, vt in d. c. clerici.

Sed præmiſſis non obſtantibus, contraria ſententia eſt de iure verior, quod immo Epiſcopo cõpetit facultas tenēdi familiam armatam, & pro fundamento huius partis facit tex.

in

9 in Clemen.2. §. fin. de hæret. vbi Papa conceſſit facultatem Inquiſitoribus, vt poſſint armatos Officiales tenere, ex quo datur, intelligi, quod pænes Papam eſt poteſtas habendi armatos, & mouendi arma in criminibus ad eccleſiaſticum forum ſpectantibus, alias non potuiſſet Inquiſitoribus eam concedere, vnde ad laicos de neceſſitate in his non eſt recurrendum, vt contraria præſupponit opinio. & quod pœnes Papam ſit huiuſmodi poteſtas, probatur ex not per Abb.
10 in d. c. clerici. vbi quærit, nunquid Papa poſſit dare licentiam clerico pugnandi in bello iuſto ſine metu irregularitatis, & concludit, quod ſic: quia Papa conſtitutionem Eccleſiæ, quæ prohibet Clericum pugnare in bello iuſto, poteſt
11 illam relaxare, maximè cum ipſe Papa ex iuſta cauſa bellum indicere poſſit, præſertim contra infideles, cap. omni. & c. præterea 23. q.8.

Secundò facit; nam nulli dubium eſt, quod Inquiſitores hæreticæ prauitatis pro exequendo officio ſibi commiſſo, poſſunt habere familiam armatam, vt in Clem. 2. §. porrò. de hæret. quia ſecundum Car. ibi conceſſio armorum hoc caſu
12 ſpectat ad Iudicem eccleſiaſticum, ſicut crimen hæreſis, c. vergentis ext. de hæret. & in tantum vera eſt huiuſmodi
13 concluſio, ſecundum eum, quod ſi Dominus temporalis impediat familiam Inquiſitoris in delatione armorum, quod ſecundum Gemin. poterit puniri tanquam turbator inquiſitionis, per id, quod notat Innoc. in c. 1. de offic. deleg. ſi
14 verò hoc permittitur Inquiſitori, ergo & Epiſcopis, qui contra Hæreticos procedere poſſunt. Clem. 1. de hæret. & ſi aliter diceremus, ſequeretur abſurdum, videlicet, quod Inquiſitores non poſſent per familiã ſuam capi facere Hæreticum, quem citare poſſunt, arreſtare, capere, & tute cuſtodire, emancipare, ponendo etiam in compedibus, & manicis ferreis, vt in d. Clem. 1. §. ſi quod. & quod Epiſcopi ex defectu familiæ nõ poſſint officium ſuum exequi, quod abſurdũ eſt dicere, cum tam Epiſcopis, quam Inquiſitoribus detur huiuſmodi facultas capiẽdi Hæreticos, & alia faciendi. de quibus ſupra, vt in d. Clemen. 1. §. præter quod. vt igitur euite-

 tur-

15 tur abſurditas ipſa, quæ omnino euitari debet. Etiam abſurdum. ff. de bon. liber. Clem. 2. de magis, & tollatur differentia inter vnum caſum, & alium, quæ eſſe non poteſt ratione identitatis, videtur dicendum, quod ideo Papa Epiſcopis non contulit facultatem tenendi familiam armatam contra hæreticos, ex eo, quod ſciebat, quod ipſis, tanquam Ordinarijs, facultas huiuſmodi competebat, aliàs ſi non competijſſet, vtique dubitari non poteſt, quod eis ſicuti Inquiſitoribus conceſſiſſet.

16 Tertiò accedit; nam Epiſcopus per ſuam iuriſdictionem poteſt etiam laicos certis criminibus capere, & corporaliter coercere, vt eſt tex cum glo. in c. contra idolorum 26. q. 5. c. attendendum 16. q. 4. c. 2. de adult. quia nemo dubitat, egere miniſtris armatis.

Quartò accedit; nam vt inquit Gemin. in d. c. dilect. col. 2.
17 ver. quæro, quia tex. de ſent. excom. in 6. Epiſcopus, pro defenſione ſua, & ſuorum, poteſt vti gladio materiali in homines cuiuſcunque iuriſdictionis, ſi ergo et pro priuata vtilitate hoc permittitur, ergo multò fortius pro executione iuſtitiæ, quæ reſpicit publicam vtilitatem, quæ præfertur priuatæ, vt per Doct. in l. 1. ff. ſolut. matr.

Quintò, in terminis noſtris voluerunt Bald. in d. l. nam ſalutem §. fin. Barbat. & Dec. in c. ſignificaſti. de off. delega. & rurſus in c. cum non ab homine. de iudic. quia iſto caſu vſus armorum pro executione iuſtitiæ videtur licitus: quia cum ipſius executio permittatur ordinario, omnia ad id neceſſaria permiſſa videntur, c. præterea. de off. deleg. Idem tenuit Stepha. Aufrer. in tract. de poteſtate eccleſiaſtica nu. 18. vbi inquit, quod Epiſcopus familiares, aut ſeruientes armatos habere poteſt, cauſa cuſtodiendi ſcalatos, & ducendi per villā Toloſæ, & quod poſſunt portare enſes, & arma defenſiua, vel etiam inuaſiua, ſuadens ita caueri in concordatis inter Officiarios Regios, & ſpirituales Toloſæ factis. pro quo dicit facere, quod ſcribunt Mod. in d. c. ſignificaſti. & Bald. in d. l. nam ſalutem. §. fin. licet Abb. contrarium teneat, vbi ſupra, quam partem libenter ſequuntur Officiarij Regij. hanc

Digitized by Google

hanc quoque ſententiam latè proſequitur Gundiſal.in tract. de hæret.q.11. ver.ex quo infertur, vbi ait, quod iſta opinio ſibi placet, quam obſeruat cōmunis vſus, & mouetur quaſi ex primis duobus fundamentis per nos ſupra prò hac parte adductis.

Non obſtant modò, quę exaduerſo allegata videntur, quia ad primum argumentum reſpondetur, quod licèt Ordinarius recurrat ad brachium ſęculare in ſubſidium, tamen per hoc non infertur, quin etiam immediatè poſſit habere familiam armatam, vt patet in Inquiſitore Hæreticorum, qui poteſt inuocare brachium ſæculare, c. officium §.deniq; de hęret. in 9. & tamen ipſe poteſt habere Officiales armatos, d. Clem. 1. in fin. de hæret. ita Deci. in d. cap. ſignificaſti. column. fin.

Vlterius dicitur, quod per dictum Abbatis non probatur intentum opinionis contrariæ, quoniam inter ipſoſmet ſæ-
18 culares Iudices idem obſeruatur, quod vnus implorat auxilium alterius, vbi vires ipſius non ſufficiunt ad exequēdum, quod ſibi incumbit, tex. eſt in l.ſi quis in hoc genus, C.de Epiſcop. & cler. & ideo inquit Pariſ. de Put. in tract. ſindic in verbo: brachium alterius Iudicis potentioris, ſed (quod plus
19 eſt) Officialis alicuius Villæ non habens familiam ſufficientem, poteſt conuocare incolas, & habitantes in illa pro capiendo malefactorem, allegat Bald. in d. l. ſi quis in hoc genus, & ſubdit, quod ſi nollent eum adiuuare, & vellent vt fugeret, tenentur ex conditione l. 2. Cod. de his, qui latr. occulta. allegat Ang. in l. 1. C.de nil.ager. rump Item etiam
20 videmus, quod Iudices ſæculares inuocant auxilium Eccleſiæ in ſubſidium, vbi per ſe non poſſunt ſuos ſubditos domare, vt per Innoc. in c. licet ex ſuſcepto. de foro compet. ita Gundiſal. vbi ſupra, vbi inquit hoc notan.

Ad ſecundum reſpondetur, quod hic nulla videtur eſſe confuſio, ex quo vnus non ſe intromiſit de officio alterius, ſed ſuam tantum exequitur iuſtitiā, vt per Dec. in d.c. ſignificaſti. col. fin.

Ad tertium reſpondetur pluribus modis, & primò, quod

21 vſus armorum eſt prohibitus nedum clericis, ſed etiam laicis, vt in tit. C. de vſu arm. & de vtroq; per Abb. in d. cap. clericum. in princip. & Imol. in Clemen. 2. col. penul. circa fin. dehæret.

Secundò reſpondetur, id verum eſſe regulariter, ſecus videtur pro executione iuſtitiæ, vt per glo. fin. in c. dilecto. de ſent. excom. in 6. ita Dec. vbi ſupra, inquit, quod per hoc etiam reſpondetur ad tex. in c. inter, exaduerſo allegatum.

22 plus dicitur, quod licèt Eccleſia non habeat exercitium gladij materialis, illud eſt ad inferendum mortem alicui, vel membri mutilationem, & hoc caſu intelliguntur iura adducta in contrarium, ſecus autem ad exequendum iuſtitiam ſibi competentem, per ſuperius dicta, ita Gundiſal. vbi ſup. iſtud etiam ſentit Dec. vbi ſupra. Non obſtat, quod arma clericorum ſunt lachrymæ, & orationes. Quia reſpōdetur, iſtud eſſe verum regulariter, tamē nos videmus, quod etiam in pluribus caſibus licitum eſt vti materialibus, vt in c. dilecti de ſent. excom. in 6.

Non obſtat, quod dictum fuit per Chriſtum Petro. Quia reſpondetur, quod non ſolum Chriſtus locutus eſt cum Petro, ſed etiam cū alijs laicis, vt colligitur ex eo, quod in eadem auctoritate ſubijcitur dum dicitur. Nam omnis, qui gladium accipit, gladio perhibit. Sic etiam reſpondetur ad aliam auctoritatem, quod illa loquitur de effuſione ſanguinis iniuſta. Nā Dauid proditoriè fecerat interfici Vriam, vt committeret adulterium cū Bethſabea eius vxore, & adhuc non fuerat pœnitens, quando illa verba ſibi dicta fuerūt, ſed nos loquimur de executione iuſtitiæ fiendæ, quæ eſt licita, & iuſta, ergo, &c. vt per Abb. in d c. clerici colu. 2. verſ. Nec obſtat prima auctoritas.

Penultimò, non obſtat, quod illatio, quam facit Bald. in d. l. nam ſalutem. §. fin. ſubſiſtere non videatur: Quia reſpondetur, quod immo valet: quoniam dum Bald. loquitur de Officialibus Communis, eius dictum verificatur

23 etiam in Epiſcopo: quia ipſe, & eius Vicarius dicuntur Officiales Communis, vt per Anch. in conſ. 342. quem ſequitur

quitur Dec. in cap. Eccleſia S. Mariæ num. 10. de conſt. & in c. ſanè. colum. fin. de offi. deleg. vbi etiam dicit, quod id, quod diſponitur in c. ſi ſententia. ibi, Domini, vel Rectores. de ſent. excom. in 6. videlicet, quod propter delictum Rectoris poteſt interdici locus, verificatur etiam in Epiſcopo delinquente, qui etiam dicitur Rector Ciuitatis, & in terminis noſtris, ita dixit Deci. in d. cap. ſignificaſti. column. final.

24 Vltimò, non obſtat, quod in prohibitis locum non habet regula, quod vbi alicui quid conceditur, videntur etiam permiſſa omnia, per quæ peruenitur ad illud. Quia reſpondet Dec. vbi ſupra, quod in iſto caſu pro executione iuſtitiæ hoc prohibitum non videtur, & quod regula prohibitiua præualere non debet, quando affirmatiua eſt magis ſpecialis: quia tunc illa attenditur, cum ſpecies derogat generi, vt in regula generali per ſpeciem derogetur. de reg. iur.

Celeberrimi V.I. Conſulti præcipui NICOLAI EVERHARDI MIDDELBVRGENSIS Magni Senatus Belgici apud Mechliniam Summi Præſidis V.I. Perilluſtre Conſilium, & Reſponſum Deciſiuum.

Et eſt conſil. 42. in ordine in ſuo conſil. libro.

EPITOME.

Certi, & indubitati iuris eſt, Eccleſias, Eccleſiaſticas perſonas, eorum bona, poſſeſſiones, & colonos pleniſſima gaudere libertate, ac immunitate ab omnibus, & quibuſ-

cunq; oneribus, & impoſitionibus per quoſcunq; laicos, vel communitates, etiam auctoritate Principis ſæcularis impoſitis, ſeù imponendis, tam pro bonis iam antiquitus, quam pro de recenti acquiſitis, in æſtimo allibratis, & cataſtratis, exceptis oneribus merè realibus, perpetuis, fixis, vniformemq; preſtationem habentibus rebus impoſitis, antequam ad Eccleſiam, vel clericos perueniſſent.

SVMMARIVM.

1 *Clericus coniugatus, quænam habeat priuilegia.*

2 *Priuilegia eccleſiæ quæ ſint.*

3 *Bona eccleſiæ, vel clericorum immunia ſunt ab exactionibus laicorum.*

4 *Clerici de bonis præbendarum ſuarum, quæ vendunt, non tenentur ſoluere gabellam.*

5 *Bona etiam patrimonialia clericorum ab omnibus oneribus libera ſunt.*

6 *Clerici, vel eorum poſſeſſiones, etiamſi communis vtilitas, vel neceſſitas immineat, grauari nequeunt.*

7 *Statutum, vel conſuetudo contra libertatem eccleſiæ non valet. & num. 50.*

8 *Facultatibus laicorum deficientibus, & Romano Pontifice conſulto clerici, & illorum bona ad collectam tenentur.*

9 *Verba narratiuè poſita nõ multum ponderantur, niſi ſuper illis fundata ſit intentio.*

10 *Bona clericorum quare ſint immunia ab oneribus.*

11 *Spiritualia ſine temporalibus diù ſubſiſtere non poſſunt.*

12 *Statutum laicorum ſpecificè diſponens ſuper bonis patrimonialibus clericorum, non valet ex defectu poteſtatis. & nu. 56.*

13 *Bona non habentia onus annexum ſequuntur perſonam tanquam acceſſoria, & ideò gaudent priuilegio perſonæ.*

14 *Eccleſia non tenetur ad conſtructionem, vel refectionem murorum ciuitatis.*

15 *Eccleſia non tenetur ad munus extraordinarium, & ſuperindictum.*

16 *Hominum genera duo ſunt, &c.*
17 *Clericis licitum non eſt immiſcere ſe rebus ſæcularibus.*
18 *Arma Clericorum ſunt orationes, & lachrymæ.*
19 *Bellum propter peccata Deus inducit ſuper homines.*
20 *Offenſio clericorum ad Deum pertinet.*
21 *Onera perſonarum eccleſiaſticarum quæ ſint, &c.*
22 *Quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet.*
23 *Obligatio bonorum non inducitur niſi in caſibus expreſſis in iure.*
24 *Gabella, tallia, vel collecta perſonæ imponitur ratione rerũ, & non rebus. Vnde forenſi imponi nequit.*
25 *Clerici non ſunt, neq; vnquam fuerunt ſubiecti laicis, quò ad iuriſdictionem, ſed ſunt exempti etiam de iure diuino.*
26 *Bona Clericorum tanquam acceſſoria, libera quoque ſunt.*
27 *Iudex bonorum is eſt, qui eſt iudex perſonæ.*
28 *Perſona conditione mutata, ſtatum rei quoque immutari conuenit, etiam quò ad forum.*
29 *Religioſa ſunt, quæ religioſis adhærent.*
30 *Cauere debent laici ne clericos talliando, iram Dei contra ſe prouocent.*
31 *Conſuetudo diſponens, quod clericus in actione reali conueniatur coram Iudice laico, non valet.*
32 *Eccleſiæ, & clerici quò ad tributum aliaq; onera realia, quibus obligatæ fuerunt poſſeſſiones, antequam ad eccleſiam vel miniſtros eius venerunt, omnino tenentur.*
33 *Bona ab omni tributo libera eſſe quænam debeant.*
34 *Eccleſia, & clerici ratione bonorum feudalium tenentur ad collectam, &c.*
35 *Cautela afficiendi bona in præiudicium libertatis eccleſiaſticæ.*
36 *Vbi eſt caſus legis, ibi nulla debet eſſe dubitatio.*
37 *Laici quando propter exactionem collectarum incurrant ſententiam excommunicationis.*
38 *Exigere eſt ab inuito extorquere.*
39 *Succeſſores exigentium gabellas à clericis, tenentur ad reſtitutionem.*
40 *Ad conſtructionem murorum clerici quando teneantur.*

41 Refectio pontium, & viarum concernit pietatem.

42 Lex varias habens intellectus ad deciſionem cauſarum allegari nequit.

43 Tēpore neceſſitatis, maxime clerici perſonaliter vigilare vel alios ſuis ſumptibus ſubſtituere tenentur.

44 Collectam authoritate Epiſcopi impoſitam quando clerici exoluere cogantur.

45 Conſuetudo excedens memoriam hominum, vim habet priuilegij.

46 Eccleſia, & eccleſiaſtica perſonæ exemptæ non ſunt à muneribus ordinarijs, & nu. 56.

47 Damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſibi non alteri imputari debet.

48 Onus recuſare non debet, qui commodum ſentit, & amplectitur.

50 Conſuetudo contra legem introducta inpræſcriptibilis eſt.

51 Multa per patientiam tolerātur, quæ ſi in iudicium deducta forent, non tolerarentur.

52 Vniuerſalis conſuetudo an liget clericos.

53 Conſuetudo, vt clerici annuatim pro illis quæ reſpiciunt communem vtilitatem, & pietatem aliquid dent, an valeat.

54 In generali diſpoſitione nunquam comprehenduntur illi, cōtra quos non poteſt ſpecificè diſponi.

55 Libertas accedendi ad molendinum Epiſcopi non poteſt impediri per ſtatutum laicorum.

57 Laicus iuriſdictionem in clericos, nec ex conſuetudine quanticunque temporis acquirere poteſt.

58 Forenſi, ratione bonorum, collecta imponi poteſt.

59 Onera perſonæ ratione rerum impoſita, cenſentur perſonalia, non realia.

60 Res tranſit cum ſuo onere.

61 Dato vno inconuenienti, ſequuntur plura.

62 Immunitatem habens à collectis, non tenetur ad collectam impoſitam propter guerram ſuperuenientem.

63 Clerici in fauorabilibus gaudere debent priuilegio ciuium.

64 Actus voluntarij eatenus obligant & præiudicium faciunt, quatenus geruntur, & non vltra.

65 *Priuilegiatus quando ſuccedit priuato, tunc pro futuro tempore vtitur iure proprio, & non iure priuati. Licèt ſecùs ſit de tempore præterito.*

VISIS, & benè diſcuſſis actis, & actitatis cauſe coram vobis venerabilibus dominis officialibus Remenſibus iudicibus in ea parte competentib. pendentis indeciſæ, de & ſuper immunitate aſsiſiarum vini, ceruiſiæ, multuræ, aliorumq; onerum, de quibus in actis, per & inter venerabiles dn. decanum, & capitulum inſignis eccleſiæ collegiatæ ſanctæ Gudilæ Bruxellen. Cameracen. diœceſis, totumq; clerum eidem Eccleſiæ ſubiectum agentes ex vna: ac burgimagiſtros, ſcabinos, conſules, receptores, alioſq; rectores, communitatem, ſiue rempub. dicti oppidi Bruxellenſis repræſentantes reos, ex alia partibus: Videtur mihi ſubſcripto, quod partes veſtræ in iudicando eſſe debent, declarare per veſtram ſententiam diffinitiuam, præfatos dominos agentes fuiſſe, & eſſe immunes ab oneribus aſſiſiarum vini, ceruiſiæ, multuræ, ac alijs his ſimilibus, in actis expreſſis, & ſpecificatis, ipſoſq; agentes plena libertate quò ad præmiſſa debuiſſe, & debere gaudere, dictoſq; reos ad reſtitutionem omnium, & ſingulorum ſaltem à tempore monitionis ſeu litis motæ perceptorum, & in expenſis litis fuiſſe, & eſſe condemnandos, ac per vos condemnari debere: quod ſic deducitur. Nam certi, & indubitati iuris eſt, quòd Eccleſiæ, eccleſiaſticæq; perſonæ, bonaq; & poſſeſſiones eorundem pleniſſima gaudere debent libertate, ita & taliter, quòd nedum perſonæ ipſorum clericorum non coniugatorum, verùm etiam bona eorundem regulariter debent eſſe immunia ab omnibus oneribus, & impoſitionibus per laicos quoſcunque, vel communitates, etiã auctoritate principis ſæcularis impoſitis, ſeu imponendis, exceptis oneribus merè realibus, ordinarijs perpetuam, & vniformem præſtationem habentib. impoſitis reb. antequam peruenerunt ad Eccleſiam, vel clericos, ac aliquibus alijs caſibus infrà ſubijciendis

ciendis

Digitized by Google

1 ciendis. Habet enim clericus non coniugatus inter alia priuilegia per Card. & alios DD. in clem. 1. in 15. q. & alijs ſequentibus de vita, & hon. cler. enumerata, triplex priuilegium, quorum duo ſunt priuilegia perſonæ, ſcilicet illud de quo habetur in c.ſi quis ſuadente Diabolo, 17.q.4.& priuilegium fori, de quo habetur in c.2. & in c. ſi diligenti,& in c.ſignificaſti de foro comp. & in auct. ſtatuimus, C. de Epiſc. & cler. Tertium autem eſt priuilegium rerum ab exactionibus laicorum, de quo nunc eſt quæſtio: ita dicit gl.ordin. in c. vnico, ſuper verbo:priuilegio clericali, de biga. lib.6.habet
2 etiam Eccleſia plura alia grandia priuilegia, à Deo, Summis Pontificibus, & Imperatoribus data, quæ enumerantur per Innocen. Hoſtien. Ioan.And. Henri. BoicK, & Doctor. in c. nouerit, de ſenten. excōmunic. & per Hoſtien. & Ioan.And. in cap. cum laicis, de rebus Eccleſ. non aliena.& per Card.in repetitione c. perpendimus, de ſenten. excommunica. quæ quia nō multum ſeruiunt propoſito, omitto: & de priuilegio rerum ſeu bonorum Eccleſiæ, vel clericorum principaliter
3 loquar, de quo ſi quidem priuilegio rerum ab ex actionibus laicorum eſt tex. clarus in c. 1. de immunita. Eccleſ. lib. 6. & ibi habetur per Archidi. Io. And. Dominicū, Philip.& Doct. de iſto etiam eſt tex. apertus in c. fin. de vita, & honeſt. cleric. & ibi habetur per Anto. de Butrio, Card. Io.de Imo. Panor. & Doct. & in c. vnico, de cler. coniuga. lib.6.& in ca. ſimiliter, 16. q.1. & in l.2.ibi,nec eorundem facultates,& ſubſtantiæ, C.de epiſc. & cler. per quam l. dicit ibi Bal. poſt Pe-
4 trum, & Cyn. quod clerici de bonis præbendarum ſuarum, quæ vendunt nō tenentur ſoluere gabellam, nec ſoluere aliquid ad portām ciuitatis: quod dictum refert, & ſequitur Philippus in c.quanquam de cenſ. lib.6. & idem vult Card.in
5 conſilio ſuo 12. Nec etiam de bonis ſuis patrimonialibus, ſecundum Paul. de Caſt. & Alber. in d. l.2. per illum tex. De iſto priuilegio rerum, ſeu bonorum clericis competentium etiam habetur in auct. item nulla communitas, C. de epiſc.& cler. & in corpore, vnde ſumitur, & in l. placet, & ibi habetur per Pet. Cyn. Bar. Alberi. Paul. de Caſt. Bald.& Salic.& alios
Doctor.

Doctor. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & plenius per eundem Saliceet. quò ad bona patrimonialia in l. de his, C. de epiſc. & cler. de hoc etiam habetur in d. c. quanquam, & ibi per glo. & Doctor. & in clem. præſenti, eod. tit. & in clem. vnica, de immun. Eccleſ. qui ſunt textus generalis Concilij Viennenſis, ſub Clemente Quinto celebrati: Imò, quod fortius eſt,
6 non poſſunt clerici, vel eorum poſſeſſiones grauari per laicos, etiamſi immineat communis vtilitas, vel neceſſitas, quamdiù facultates laicorum ad ſupportandū onera ſufficiunt, quibus etiam deficientibus adhuc non poſſunt clerici cum laicis ratione rerum, & poſſeſſionum ad eos ſpectantium contribuere, Romano Pontifice incōſulto, cuius conſenſus propter imprudentiam aliquorum clericorum contribuentium, vbi contribuendum non eſt, ac ſe, & Eccleſiam ſeruituti ſubijcientium, ex decreto Concilij generalis requiritur, vt de iſto eſt text. planus in c. non minus, & in c. aduerſus, de immun. Eccl. qui ſunt reſpectiuè tex. Conciliorum Lateranen. ſub Alexandro 3. & generalis ſub Innoc. 3. habitorum, vniuerſalem Eccleſiam repræſentantium, vt ex ſuprascriptione eorundem, & ex chronica, ac ex notatis per gloſſ. Card. & Doctor. in d. clem. vnica patet: quibus Concilijs Reges, Principes, & Duces innumeri interfuerunt, & præcipuè illi Concilio generali, cui interfuerūt Reges Hieruſalem, Franciæ, Hiſpaniæ, Angliæ, & Cypri, Oratores Imperij ac alij Greci, necnon mille trecenti Epiſcopi, cum Hieroſolymitano, & Conſtantinopolitano Patriarchis, vt habet chronica: & de illo Concilio generali dicunt Hoſtien. & Ioā. And. in dicto cap. cum laicis, quod illud ſeruandum eſt vt
7 Euangelium, & quod ſtatutum, vel conſuetudo contra illud non valet. Excommunicantur enim laici in d. cap. non minus, clericos, vel Eccleſias ratione bonorum ſuorum collectantes, vel talliantes, niſi moniti deſtiterint. & in dict. cap. aduerſus, conſtitutio d. cap. non minus innouatur; & vltra hoc, propter imprudentiam quorundam clericorū ſoluentium collectas, ac ſe, & Eccleſias ſeruituti, vt præmittitur, ſubijcientium, adijcitur: vt in contributione huiuſmodi interuenire

uenire debeat Romani Pontificis conſenſus: & ſtatuuntur de nouo pœnæ aliæ in rectores, & conſules ab Eccleſijs, vel clericis collectas, vel tallias exigentes, & in ſucceſſores in officio, niſi infra menſem adepti regiminis reſtitutionē extortorum fieri procurauerint:nec ſufficeret, ipſos omnem diligentiam adhibere,niſi effectualiter per eos procuretur reſtitutio,vel niſi in euentum quo id procurari per eos nō poſſit, dimittant officium, ſecundum Ioan. And. Ant. de Butrio, Petrum de Anch. & Panormi. in d. c. aduerſus: licet dicant id valde rigoroſum. Patet ergo clarè ex illis duobus text. quòd laici talliam, gabellam, vel collectam, clericis vel eorum bonis imponere non poſſunt, etiam ſi ſubſit neceſſitas,
8 vel communis vtilitas, & quod Eccleſiæ, vel clerici ratione bonorum ſuorum nō tenentur ad collectam,vel talliam, niſi facultatibus laicorum deficientibus, & Romano Pontifice conſulto, ponderando diligenter verba eorundem tex. & ſignanter illa verba, ſacerdotes & poſſeſſiones eorum,& ſimiliter illa verba, de bonis eccleſiarum, & clericorum, & illa, ſiue foſſata, ſiue expeditiones, & illa, communes vtilitates,& & neceſſitates,non ſine myſterio repetita.in d.cap. aduerſus arg. l.baliſta ff. ad Trebel. vbi enim ſecunda interuenit conſideratio,ibi plena pręſumitur eſſe deliberatio §.& hoc verò, iunct. glo. in auct. vt nulli iud. col.9. capiuntq; tex.dictorum Conciliorum robur à d. clem.vnica, edita,vt præmittitur, in Concilio Viennenſi, in qua idem innouatur,& inuiolabiliter obſeruari mandatur.

Nec obſtat ſi forte dicatur, quod dicta verba, ſacerdotes, & poſſeſſiones eorum, & pręfata verba, de bonis Eccleſiarum, & Clericorum, & illa verba, foſſata, ſiue expeditiones,
9 ponuntur in d. c. non minus, vt narratiua, & ſic non videntur ponderanda, c. ſi Papa, de priuil.lib.6. cum vulgar. Quia reſpondetur, quod propter verba illa, ſub anathematis diſtrictione fieri talia de cætero prohibemus, poſita poſtmodum in diſpoſitiua, d. c. non minus, & repetita effectualiter in d. c. aduerſus: ex quibus patet, quòd huiuſmodi conſilia ſuper illis verbis narratiuis fundant ſuam intentionem, habenda

benda

benda ſunt dicta verba perinde, ac ſi in diſpoſitiua poſita eſſent, iuxta doctrinam ſingularem do. Io. de Im. in c. cũ Apoſtolica, de his quæ fiunt à præl. & in ca. 2. de conſtitu. quam refert, & ſequitur do. Alex. de Imo. in l. 1. ff. de offi. eius cui manda. eſt iuriſdic. & do. Fely. in c. 1. de conſti. & dominus Iaſon. & poſteriores in l. 1. C. quando non peten. par. pet. ac-
10 creſ. per tex. Clem. 1. de proba. Ratio autem, quare bona clericorum hoc priuilegio gaudent, poteſt aſsignari: quia bona clerici deſeruiunt clerico, & clericus deſeruit diuino officio, vnde bona clerici vidẽtur eſſe in ſeruitio Eccleſię: nõ eſt ergo nimirũ ſi perfruantur priuilegio bonorum eccleſiaſti-
11 corum ad inſtar familiæ clerici. l. 2. C. de Epiſcop. & cleri. cum ſpiritualia ſine temporalibus diu ſubſiſtere nõ poſſint, ca. ſi quis obiecerit, 1. quæſtio 3. attento, quod bona ſunt alia vita hominis, vt eſt gloſſ. notabilis, & ibi Bald. in l. aduocati C. de aduo. diuerſo. iudic. & notat Panormitan. in cap. Abbas, quod metus cauſa. Patet ergo, quod bona clericorum alia à feudalibus, tanquam acceſſoria, & quaſi cauſa ſine qua non, gaudere debẽt priuilegio perſonæ clerici, & eſſe immunia à tallijs, & exactionibus laicorum: & iſtud vult glo. ordinaria, & ibi hoc expreſsè determinat Panorm. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitu. vbi decidit, quòd ſtatutum
12 laicorum ſpecificè diſponens ſuper bonis patrimonialibus clericorum, non valet ex defectu poteſtatis: de quo latius ibi per eum, & idem voluerunt Antõ. de Butrio, Ioan. de Imol. & Panormitan. in cap. 1. de conſuet. vbi dicunt, quòd ſicut non poſſunt collectari res Eccleſiæ, ita nec patrimonialia clericorum, quando tempore collectæ imponendæ ſunt incorporata in clericum: & idem volunt Ioan. de Ligna. Ioan. de Imol. & Card. in præalleg. Clemen. præſenti, vbi dicũt, quòd
13 bona non habentia onus annexum ſequuntur perſonã, tanquam acceſſoria, & ideò gaudent priuilegio perſonæ, & per conſequens ſecundum eos domini temporales non poſſunt pro talibus rebus clericis collectas imponere: & idem volunt Anton. de Butrio, Cardin. Panorm. Imol. & alij in præallegato cap. fin. de vita, & honeſt. cleri. idem etiam volũt Archid.

Ioan.

Ioan. Andr. in nouella, Domini. Imol. Philippus, & alij in d. c. 1. de immun. Eccl. lib. 6. & originaliter Specul. in tit. de cler. cōiug. poſt prin. in verſ. ad huiuſmodi. & idem Specul. in tit. de immun. Eccl. in verſ. & ſcias. Et deducuntur premiſſa pleniſſimè per do. Panor. in d. c. non minus, vbi poſt multa dicit, ab hac opinione in iudicando non eſſe recedendū. Præcipuè attento, quòd Accurſius gloſſator iuris ciuilis in l. ad inſtructionem. C. de ſacroſan. Eccl. tenet & firmat hanc opi-
14 nionem, in quantum tenet Eccleſiam non teneri ad cōſtructionem inſtructionem, vel refectionem murorum ciuitatis: quam gloſ. Bartol. ſummæ auctoritatis ibi ſequitur: attento etiam, quòd hanc opinionem tenet gloſſator decreti Ioan. Teuthonicus ſubtiliſſimus doctor in cap. generaliter, in §. 1. quæſt. 1. & Ioan. And. in d. c. non minus, in fin. & Guil. de Cuneo, in l. neminem. C. de ſacroſan. Eccl. & ſecundum hāc opinionem conſuluit idem Panor. in conſ. ſuo 3. Et quia ipſe pleniſſimè hunc articulum ibidem, & in d. c. non minus, examinat: cenſeo amplius in his, quæ ipſe cōmemorat non eſſe inſiſtendum: cùm lectura eiuſdem & ſimiliter ſua conſilia ab omnibus habeantur. Sed vltra per eum adducta adduco conſ. Bart. incipiens, ſi aliqua poſſeſſio 180. vbi per plures efficaces rationes pro hac parte conſuluit: de quo conſilio commemorat do. Io. de Imo. in d. c. fin. & Dominicus & Philippus in d. c. 1. & Paul. de Caſt. in conſ. ſuo 438. in nouis circa fin. dictum conſ. Bart. approbantes, licet illud aliter intitulent. adduco etiam conſ. Bal. 148. 1. volum. vbi multum benè loquitur ad propoſitum. adduco etiam doctrinam Bal. in d. l. placet, & in d. l. neminem, & in extrauag. de pace Conſtantiæ, in 5. col. in quibus locis tenet hanc partem: & idem vult Bar. in l. 1. circa fi. C. de mulie. & in quo loco lib. 10. facit etiam pro hac parte text. d. l. placet, in illis verbis, nihil extraordinarium ab hinc, ſuperindictumve flagitetur, inducē-
15 do eum dupliciter. Primò ſic, Eccleſia non tenetur ad munus extraordinarium, vt ibi eſt text. ſed id quod indicitur extraordinariè ob aliquam cauſam ſuperuenientem, eſt munus extraordinarium, ex quo non habet vniformem & ordinariam

nariam

nariam præſtationem, quod eſt propriũ muneri ordinario, ſecundum Bal. & DD. in d. l. placet. ergo, &c. Secundò ſic, Eccleſia non tenetur ad ſuperindictum, vt ibi eſt tex. ſed ſuperindictum eſt, quod propter neceſſitatem belli indicitur, vt eſt glo. & Bart. in Rubr. C. de ſuperindict. lib. 10. & gloſ. in l. 1. C. vt ne. lice. in emp. ſpe. ſe excuſ. eod. lib. omne enim ſuperindictum eſt extraordinarium, ſed non è contra, ſecundum Paul. de Caſt. & alios in dict. l. placet, ergo, &c. Præte-
16 rea conſiderandum eſt, duo eſſe genera hominum, vnum quod mancipatum eſt diuino officio, & deditum contemplationi, & orationi, vt clerici. Aliud genus eſt mundanis, & temporalibus deditum, vt ſunt laici 12. quæſt. 1. duo: Hinc iſtis diſtincta competunt officia, laicis quidem ſæcularia, &
17 clericis ſpiritualia, neque licitum eſt clericis, imò expreſsè vetitum, immiſcere ſe negotijs ſæcularibus, toto titulo Ne cleri. vel Monach. ſecular. nego. ſe immiſc. & l. placet, C. de Epiſcop. & cler. & l. conſulta diualia. C. de teſta. cum ſimili. inter quæ inter alia eſt, arma deferre, bellum mouere, & ſi-
18 milia. Arma verò clericorum ſunt orationes, & lachrymę, cap. conuenior. 23. q. 8. & militum Chriſti eſt ſeruire Chriſto: militum verò ſæculi ſeruire ſæculo. c. reprehenſibile 23. q. 8. vbi text. notabiliter probat, quòd tempore obſidionis clerici non tenentur vigilare, ſed hoc habent facere milites ſæculi: clerici verò debent orationibus vacare, quorum orationes, quò ad victoriam contra hoſtes obtinendam plus ſũt ponderandæ, quàm inuaſio, ſeu reſiſtentia laicorum. Conſeruat enim Deus ciuitates, & loca, in quibus diuina celebrantur miniſteria: vnde legitur de Moſe, Exodi 17 capit. & habetur 36. diſtinct. cap. vlt. quòd ipſo orante vincebat populus eius: eo autem dimittente manum, vincebatur populus eius. Præcipuum enim eſt, quòd Chriſtus nobiſcũ pugnet, & hinc dicit alibi text. quòd Sacerdotes ſuis orationibus dicuntur comedere, delere, & cõſumere peccata populi, cap. ipſi Sacerdotes 1. quæſt. 1. & c. Nulli. 3. quæſt. 1. Cum ergo vt
19 plurimum Deus inducat ſuper nos bellum propter peccata noſtra, vt notat gl. & Doct. in c. ad apoſtolicæ, de re iud. lib. 6.

non mirum ſi miniſtri Eccleſiæ, & milites Chriſti, qui diurnum officium pariter, & nocturnum laicis dormientibus,& in ſuis delitijs viuentibus deuotiſſimè celebrant, vt Deum iratum ſuis precibus, & orationibus placent, ſeminantes ſpiritualia, gaudeant ſuis temporalibus, & tanquam boni vaſalli principis pro obſequio in bonis ſuis collectam non patiuntur, ſed potius remunerationem à laicis, ad antidota naturaliter obligatis, expectent: vnde poteſt Eccleſia in ſuis poſſeſſionibus collectam paſſa contra laicos exclamare, & dicere illud Eſaiæ. 1. filios enutriui, & exaltaui, ipſi autem ſpreuerũt me: imò non ſolum ſpreuerũt, ſed pro gratia contumeliam reddiderunt, & pro familiaritate contemptum, illamque retributionem impenderunt, quam iuxta commune prouerbium, de quo in c. & ſi Iudæos, de Iudęis: Mus in pera, ſerpens in gremio, & ignis in ſinu, ſuis conſueuerunt hoſpitibus exhibere. Iſte enim populus eſt Dei electus in ſortem beatitudinis, cap. cùm ſecundum Apoſtolum, de præben. & cap. cleros, 21. diſtinct. & d. cap. duo, quem ſi quis affligit,
20 vtriuſque teſtamẽti pagina edocente, indubiè ipſum Deum contra ſe prouocat, ad quem talium offenſio pertinet, cùm eius legatione fungatur. c. accuſatio, in fi. 2. q. 7. vnde habetur Pſalmo 104. Nolite tangere Chriſtos meos: Chriſtos quidem, id eſt, vnctos, de quo verbo commemorat gloſ. iuris ciuilis, in Auth. de non alienan. poſt principium, in verbo, degeneri, collat. 2. & alibi dominus in lege Moſaica, Exodi 22. in fin. inter alia præcepta dedit illud, dijs non detrahes, per Deos ſacerdotes intelligens: qui propter ordinis dignitatem Deorum nomine nuncupantur. c. cùm ex iniuncto. de hæret. Accedit præmiſſis, quod clericis, & perſonis eccle-
21 ſiaſticis diuerſa incũbũt onera, in quibus laici nõ contribuunt, vt eſt procuratio legatorum Sedis Apoſtolicæ, c. ad audientiam, de præſcrip. cum ſimilib. quæ non immeritò felici embolæ, vel expeditioni cæſareæ, de qua in l. iubemus nullam nauem, & in d. l. neminem C. de ſacroſ. Eccleſ. comparari poteſt. Item decima beneficiorum imminente neceſſitate grandi, Clem. ſi de deci. Item procuratio debita Epi-

ſcopo

ſcopo ratione viſitationis ſingulis annis fiendæ, c. cùm venerabilis, de cenſ. & ca. cùm non liceat, & c. cùm ex officij, de preſcript. Item charitatiuum ſubſidium, de quo in c. cum Apoſtolus, de cenſib. & in Cle. ad noſtram, eo. tit. Item cathedraticum, & alia iura ordinario debita, de quibus in c. conquerentes, de offic. ordi. & alia plura, vt annatæ, & ſimilia, quæ enumerare magis laborioſum eſſet, quam ſubtile.
22 Præterea, vt impoſitio quæcunq; liget, & arctet pelliparios, vocantur pelliparij: clerus autem ad nullum actum deliberatiuum vocatur, nec per clerum gubernatur reſpublica: ex quo planè videntur fateri laici, hæc onera clerum non tangere: quod enim omnes tangit, ab omnibus debet approbari: regula, quod omnes tangit, de reg. iur. lib. 6. & ita expreſsè decidit Paul. de Caſt. in d. ſuo conſil. 438. circa fin. Præterea licet non eſſet tex. neq; auctoritas gl. neq; DD. tamē pro clero eſt euidens ratio. Certum enim eſt, quod bona, & poſſeſſiones clericorum, vel Eccleſiarum non ſunt obligata pro oneribus extraordinarijs ſubeundis, hoc enim nullo iure
23 cautum reperitur, & obligatio bonorum non inducitur, niſi in caſibus expreſſis in iure, ſecundùm Io. de Imol. & alios in præal. c. fi. Incertæ enim obligationi hypotheca accedere non poteſt, ſecundum Bal. in d. extrauaganti, de pace Conſtantiæ: ergo eorum bona non poſſunt per laicos nouo onere grauari, ex quo prius affecta non fuerunt. Præterea ga-
24 bella, tallia, vel collecta, vel impoſitio alia ſimilis, non imponitur rebus, ſed perſonæ ratione rerum: & hinc eſt, quod non ſubdito, vel forenſi imponi non poteſt, etiam ſi habeat poſſeſſiones ſub diſtrictu eorum, text. eſt in l. reſcripto. §. fin. & ibi gloſ. notabiliſis, Bartol. Alexan. & Doctor. ff. de mune. & hono. quam glo. commendat Doct. & præcipuè Salic. in d. l. placet, ergo multò minus clerico miniſtro Dei, & militi Chriſti à foro laicorum notoriè exempto. & hoc conſtanter aſſerit Bald. in d. l. placet, & in d. l. neminem, & in d. l. extrauaganti, de pace Conſtantiæ, & Augel. in conſ. ſuo 24 poſt medium, & Bar. in locis ſuprà allegatis. Quod autem cleri-
25 ci non ſint ſubiecti laicis, neque vnquam fuerint, quò ad

 iuriſdi-

iuriſdictionem: ſed ſint exempti etiam de iure diuino, patet in ca. ſi Imperator, & ibi eſt gl. ſingularis ſuper verbo, diſcuti, 96. diſt. & notant Innocen. Hoſtien. Io. And. Imol. Panor. & Doct. in c. 2. de maiori. & obed. & Card. in repetitione ca. perpendimus, in 7. contrario, de ſent. excom. & idem Cardi. in Clem. 1. in 3. notabili, & 1. quæſtione, de offi. ord. poſt gl. ibidem: & Panorm. & canoniſtæ in d. c. Eccleſiâ Sanctæ Mariæ, de conſtitutio. & eſt deciſio Rotæ pulcherrima 840. in antiquis, incipiens, vtrum valeat conſuetudo Anglicana, quæ plus determinat, ſcilicet non valere conſuetudinem etiam quanticunq; temporis, per quam iudex laicus aliquam iuriſdictionem ſibi vendicaret in clericum: & dicit tolerantiam Papæ hoc efficere non poſſe: imò quod fortius eſt, non
26 ſolum ipſi clerici ſunt exempti à iuriſdictione ſæculari, verùm etiã ipſorum bona quæ ſunt acceſſoria, & propter hominem creata. l. in pecudum. ff. de vſuris, cum ſimilib. Acceſſorium enim ſequitur naturã principalis c. acceſſorium. de reg. iur. lib. 6. & l. cum principalis ff. eod. tit. etiam quoad forum, vt videmus in vxore clerici, filijs, ſeruitoribus, ac bonis eiuſdem clerici, dict. l. 2. Cod. de epiſcopis, & cleric. & cap. eos, cum ibi notatis, per gloſſ. 32. diſtinct. & cap. de prudentia, de donatione inter vir. & vxor. & l. cùm quædam
27 puella. ff. de iuriſdictio. omni. iudi. qui enim iudex eſt perſonæ, eſt etiam iudex bonorum, d. c. de prudentia, & l. quotiens §. adeò autem Cod. vbi ſenat. vel clar. & mutata conditione
28 perſonæ, rei ſtatum cõuenit immutari. l. vnica. C. de imponen. lucrati. deſcrip. lib. 10. & c. 1. de iure patro. lib. 6. etiam quò ad forum, argumento l. ſi quis poſtea. ff. de iudic. Si enim per militiam ſæcularem quis mutet forum l. ex eo, Co. de agen. in reb. lib. 12. & l. 2. Cod. de ſilentia. eodem lib. & l. qui cum vno. §. reus capitalis. ff. de re milita. Multò magis per militiam cœleſtem quis forum mutabit, argumento l. non diſtinguemus. §. ſacerdotio. ff. de arbit. iuncta Authen. multò magis, C. de ſacroſanct. Eccleſ. Et quòd mutatione perſonæ mutet quis forum, etiam quo ad res, probatur vltra præmiſſa: nã ex hoc fundatur æquitas illius tituli. C. ne liceat
poten-

potentioribus, l. 1. & ff. de aliena. iudic. mutan. cauſa facta. l. 1. 2. & 3. in principio, & extra eodem titulo, cap. ex parte: vt enim ex illis titulis patet, ideò prohibetur ceſſio bonorum in potentiorem, quia contingeret ex hoc forum mutari in bonis, & rebus ceſſis. Sequitur ergo, quòd cùm clerici tam quò ad perſonam, quàm quò ad bona eorum, ſeclusis fæudalibus, ſint exempti à iuriſdictione laicorum: Et quia imponere collectam, & talliam eſt iuriſdictionis, nec poſſet imponi non ſubdito, vt dictum eſt: quod ipſi laici clerico, vel bonis eiuſdem collectam, vel gabellā imponere nō poſſint. Poſtquam enim bona ad Eccleſiam vel clericum liberè per-
29 uenerunt, eius conditionem ſequuntur. Nam quæ religioſis adhærent, religioſa ſūt. l. quæ religioſis ff. de rei vendica. & magis dignum trahit ad ſe minus dignum, cap. quòd in dubijs, de conſecra. eccle. vel alta. & l. eum qui ædes ff. de vſucap. & hinc dicit lex, quod ea quæ diuini iuris ſunt, humanis nexibus allegari non debent. l. ſancimus 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & quæ ſemel Deo dedicata ſunt, ad humanos vſus redire non debent. l. intantum §. ſacræ ff. de rerum diuiſ. cum
30 ſimilib. vnde cauere debent laici, ne clericos talliando, aut vnctos Chriſti tangendo, iram Dei contra ſe prouocent, & à domino flagellentur: ſicut rex Oſias, qui lepra legitur eſſe percuſſus, vt habetur 2. Paralipo. 26. cap. & tranſumptiuè 2. quæſt. 7. §. ſed notandum: Præponantque ſibi exemplum Hieroboam, de quo habetur tertij Regum 13. cap. & exemplum Oſæ, de quo habetur 2. Regum 6. cap. Et quod clerici non ſolùm quò ad perſonas, ſed etiam quò ad eorum bona, ſint exempti à iuriſdictione laicorum, conſuluit Oldrad. de Laude, in conſilio ſuo 83. incipiente, an Epiſcopus, & vult Albericus de Roſa in d. Auth. ſtatuimus, vbi dicit de hoc, magnam fuiſſe contentionem inter regem Portugaliæ, & Epiſcopum, referens dictum Conſilium Oldrad. de verbo ad verbum, licet de eo mentionem non faciat: & idem volunt Bald. & Paul. de Caſt. in Auth. clericus, C. de Epiſc. & cler. & idem Bald. & Paul. de Caſt. in d. l. iubemus nullā nanem. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & Hoſtien. Ioann. And. & canoni-

ſtæ in cap. poſtulaſti, de foro competen. & idem vult Bald. in
d.l. de his: & collec. per Panor. in c. qualiter, de iudic. & ibi
cum eo tranſeunt Andreas Siculus, Felin. & Moderni. Imò
31 fortius vult idem Bald. in cap. 2. in fin. de iud. quod nõ valeat
conſuetudo diſponens quòd clericus in actione reali conue-
niatur coram iudice laico: quem referunt, & ſequuntur no-
uiſſimi in d. c. qualiter. & faciunt no. per Panor. in c. clerici,
in fin. de iud. Hinc etiam legitur Geneſ. 47. c. vltra medium:
ſubiecit Ioſeph omnem terram Aegypti Pharaoni; & cun-
ctos populos eius à nouiſſimis terminis Aegypti, vſque ad
extremos fines eius, præter terram ſacerdotum: & poſt in-
teruallum ſubditur: ex eo tempore vſq; in præſentem diem
in vniuerſa terra Aegypti regibus quinta pars ſoluitur, & fa-
ctum eſt quaſi in legem, abſq; terra ſacerdotali, quæ libera
ab hac exactione fuit: imò plus dicit ibi text. quòd ſtatuta ci-
baria ex horreis publicis ſacerdotibus dabantur: & hoc eſt,
quod vult l. priuilegia, in fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & d. ca.
non minus, in princip. & in §. quamuis. 23. quæſt. 8. dicitur,
quòd ex tunc dominus pronunciauit, ſacerdotes in omni gen-
te liberos eſſe debere: & Eſdræ 7. capit. legitur, quòd Arta-
xerxes rex miniſtris præcepit in hunc modum: Omne quod
ad ritum Dei cęli pertinet tribuatur diligenter in domo Dei
cœli, ne fortè iraſcatur contra regnum regis, & filiorũ eius:
vobis quoq; notum facimus de vniuerſis ſacerdotibus & le-
uitis, cantoribus & ianitoribus, nathinæis & miniſtris domus
Dei huius, vt vectigal, & tributum, & annonas non habeatis
poteſtatem imponẽdi ſuper eos: & hinc rectè dicitur in præ-
allega. cap. non minus, & in d. c. quanquam, quòd Eccleſiæ,
Eccleſiaſticæq; perſonæ, ac res ipſarum, non ſolùm iure hu-
mano, quinimò & diuino, à perſonarum ſecularũ exactio-
nibus ſunt immunes: vbi gl. hoc intelligens de bonis proprijs
clericorum, adducit paſſus biblianos iam proximè allegatos.
Hinc etiam rectè dicit dominus Panor. in c. Maſſana, circa
fin. de elect. quòd non poteſt introduci cõſuetudine, vt cle-
rici de bonis ſuis patrimonialibus ſoluant collectam, vel ga-
bellam, ex quo eſt contra [illegible] Eccleſiæ: & idem voluit

An-

Digitized by Google

Anton. de Butrio, Io. de Imol. & Panor. in d. c. 1. de conſuet. & eſt talis conſuetudo reprobata, & declarata corruptela in d. c. quanquam, & in §. illicitas, de pace iura. fir. in vſibus feudor. Ex quibus conuincitur error dicentium, in bonis clericorum, vel Eccleſiarum per laicos executiones licitè poſſe fieri, cùm aſſerant, ea tonſuram non habere: quorum veſaniam reprehendunt Bald. Paul. de Caſt. Oldra. Alber. & Doct.
32 in paſſibus ſuprà allegatis. Fateor tamen, quòd ad tributum & alia onera realia, quibus obligatæ fuerunt poſſeſſiones, antequam venire ad Eccleſiam, vel miniſtros eius, benè tenentur Eccleſiæ & clerici, & ita loquitur c. tributum, 11. q. 1. & c. tributum, 23. q. 8. & d. l. de his, & d. l. placet, in verbo, ca-
33 nonicam illationem. Niſi prædia fuerint dedicata pro cimiterio, fundatione, horto, manſo, vel dote Eccleſiæ, quia talia ab omni tributo debent eſſe libera, c. 1. de cenſi. & habetur per Innoc. Henric. BoicK, & alios in d. c. non minus, & per Cardin. in d. Clem. 1. de vita, & honeſt. clerico. in 18. quæ-
34 ſtione, & ſequenti. In bonis autem feudalibus Bald. in l. fi. in fin. C. ſine cenſu vel reliq. & Henric. BoicK in d. cap. non minus, expreſsè volunt, quod Eccleſiæ, vel clerici ratione illorum bonorum teneatur ad collectam in caſibus in quibus dominus vaſallo collectam imponere poteſt; qui quales ſint habetur per Specu. & Ioan. And. in tit. de feudis, in §. quoniam, in verſi. & nota quod vaſſalli comitum. Cùm igitur ex actis huius cauſæ, & præcipuè ex confeſſione ipſorum reorum in reſponſione ad libellum copiata folio 139. pagina prima, lucidè habeatur, quod ipſi rei certa onera præfatis agentibus impoſuerunt, & quòd ab eiſdem agentibus aſſiſias & malerotas exegerunt. Conſtet etiam ex eiſdem actis, & præcipuè ex ſcriptura pro parte dictorum reorum exhibita copiata 145. pagina ſecunda, quod ipſi rei huiuſmodi aſſiſias prius impoſitas adauxerunt, & quædam noua extraordinaria onera impoſuerunt: ſequitur clarè, huiuſmodi impoſitiones ſeu gabellas per præfatos reos ipſis agentibus eis minimè ſubiectis imponi non potuiſſe, nec eoſdem agentes ligaſſe, per prædicta. Cùm omnium Doct. iudicio collecta

35 Vel gabella extraordinaria clericis imponi non poſſet; licet aliqui voluerint res, & bona antequam ad clerum perueniat onere collectarum ſubeundarum affici poſſe: ſine tamen & abſque eo, quòd à clericis inuitis, vel perſonis eorum, etiam poſtquam bona ad eos peruenerunt, huiuſmodi collectæ exigi poſſint; quæ tamen cautela afficiendi bona in præiudicium Eccleſiaſticæ libertatis, tradita originaliter per Bart. in d. l. reſcripto, & in d. l. placet, damnatur per Do. Ioan. de Imol. Panor. & Doct. in d. c. fina. & per Bald. in d. l. placet. & in d. l. neminem; & in præfato conſilio 148. & per Feli. in d. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, in 5. quæſtione, de conſtitu. & in pluribus alijs paſſibus: de qua tamen affectione bonorum ex actis huius cauſæ nullo modo conſtat, & ſic caſus præſens ex actis huiuſmodi attentis, ſub opinionibus Docto. non cadit: ſed clariſſimè eſt deciſus, nedum per ius diuinum, & Canonicum, ſed etiam per ius ciuile in præall. l. 1. & in præall. l. placet, & in præalle. Auth. item nulla communitas, & in alijs
36 iuribus ſupra abundè ſatis adductis: vbi enim eſt caſus legis, ibi nulla eſt dubitatio. l. ancillæ, cum ſua gloſſ. & ibi Bald. C. de furt. Licet enim clericis, etiam voluntariè ſoluentibus collectas, vel gabellas, laici ab eis recipientes olim incurrebant ſententiam excommunicationis, capit. clericis laicos,
37 de immun. Eccleſ. lib. 6. Hodie tamen, vt laici incurrant ſententiam excommunicationis, & alias pœnas canonicas, & legales, requiruntur duo copulatiuè; ſcilicet quòd ab inuitis petantur, & extorqueantur collectę ſeu gabellę, & quod moniti, ſeu requiſiti, vt deſiſtant non obtemperent, d. Auth. item nulla communitas, & d. cap. non minus, & præall. c. aduerſus, & Clem. vnica eod. tit. hoc tamen caſu ſufficit vnica monitio, ſecundum Hoſt. Ioan. And. & Doct. in d. c. non minus, & voluit Card. in conſilio ſuo 12. & dicuntur extorqueri eo ipſo, quòd præcedit petitio laicorum, & ſubſequitur ſolutio clericorum, ſecundum Hoſti. & Ioan. Andr. in d. c. aduerſus, & ſecundum eoſdem in ſimili caſu in c. præterea ſecundo, de iure patro. In caſu autem præſenti conſtat ex actis, & ſignanter ex confeſſione prætacta, ipſos reos ab agen-

38 tib. collectas, & gabellas exegiſſe: Exigere autem ab inuito eſt extorquere, l. fideicōmiſſa §. ſi rem ff. de leg. 3. cum ſimi. Conſtat etiam eos fuiſſe monitos, vt deſiſterent: cui monitioni nondum paruerūt, imò ea ſpreta, & contempta ab eiſdem agentibus collectas, & gabellas, vt prius exegerūt, & exigunt de præſenti: quare ad reſtitutionem, nedum perceptorum, ſaltem à tempore huiuſmodi monitionis ſeu litis motæ citra tenentur, & condemnandi ſunt: verum etiam ad refuſionem tripli, ſi ad hoc concluſum eſſet, tenerentur: & præter hoc ſententiam excommunicationis, & alias cenſuras incurrerunt, & tales etiam declarari deberent, ſi petitum fuiſſet, per iura ſuprà allegata. Et poſſet iudex ex officio hoc caſu, inſtante procuratore fiſcali, dictis reis ad hoc vocatis, licet ipſi agentes hoc non poterent, præfatos reos declarare huiuſmodi cenſuras, & pœnas incurriſſe, dict. Clem. præſenti, iuncta ſua notabili gloſ. in verbo, conſtiterit, approbata per omnes ibi Scribentes, & per Cardin. in d. ſuo conſilio 12. valde horribili, & periculoſo pro ipſis laicis, à clericis collectas, vel gabellas exigentibus. Tenet enim ibidem expreſsè & in d. Clemen. præſenti, poſt Stephan. & Feder. de Senis in ſuo conſilio 207. quod d. c. quanquam, nedum habet locum in pedagijs, & gindagijs, ſeu vectigalibus, ſed etiam in gabellis, quales ſunt impoſitiones ſuper vino, ceruiſia, farina, & alijs, de quibus in actis. Tutè ergo facerent ipſi rei, ſi exacta reſtituerent, & deinceps deſiſterent, de commiſſis pœniten-
39 tiam agentes, & abſolutionem à cēſuris petendo: Ad quam reſtitutionem nedum tenentur illi rectores, qui ſuo tempore huiuſmodi collectas, vel gabellas exegerunt, vel exigi fecerūt, verùm etiam ſucceſſores eorum in officio, iuxta tenorē dicti cap. aduerſus, & quiſque eorum tenetur in ſolidum, vt eleganter in terminis noſtris conſuluit Bal. in conſilio ſuo 222. quartæ partis, de quo ibi latius per eum. Ex quibus ſatis deducta, & roborata eſt concluſio reſponſiua, de qua ſuprà, quòad vtramque eius partem. Sed quia parum eſſet aliquid aſſerere, niſi reſpondeatur contrarijs: hinc vtile mihi videtur reſpondere ad ea, quæ videntur obſtantia: licet non ignorem

magni-

magnificẽtias veſtras perſpicaciſſimas per allegata per partem ream in actis tacta non moueri, nec immeritò: cùm vt infrà patebit, ſuper baculo arundineo fundata ſint. Et primò non obſtãt motiua tacta in ſcriptura per partem ream exhibita copiata folio 141. cum ſeq. Ad quæ deſcendendo reſpondeo, primò ad motiua colligibilia ex quinque primis articulis dictæ ſcripturæ, quæ in effectu in hoc conſiſtũt, quod Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ perſonæ tenentur ad refectionem murorum, portarum, pontium, viarum, ac ad vigilias, & cuſtodiam ciuitatis, tanquam ad illa quæ reſpiciunt communem vtilitatem, tam cleri, quàm laicorum, aut ſaltem pietatem, d.l. ad inſtructionem, cum ibi notatis, per Iacob. Butriga. & Bal. & capit. peruenit, de immunitę. Eccleſ. cum ſimilibus. Licet enim regulariter Eccleſia exempta ſit ab omnibus muneribus, exactionibus, collectis, datijs, & gabellis laicorum, præallega. Authen. item nulla communitas, & d. l. placet, cum ſimilibus. Illa tamen regula recipit limitationem in caſibus pietatem, vel communem vtilitatem concernentibus, per iura prædicta. Cum ergo onera aſſiſiarum vini, & ceruiſiæ, multuræ, ac aliorum onerum, de quibus in actis, impoſita ſint, vt per reos aſſeritur, ad ſuſtinendũ onera conſtructionis, & intertenſionis murorum, portarum, pontium, & viarum prætacti oppidi: & cùm ſurrogatum ſapiat naturam eius in cuius locum ſurrogatur l. ſi eum §. qui iniuriarum ff. ſi quis cautionibus, cum ſimilibus, ſequitur, quod clerus Bruxellenſis ad huiuſmodi aſſiſias, & malerotas ſubeundas teneri debet. Ad quod motiuum reſpondetur multipliciter, primò negando minorem, videlicet, quòd illa de cauſa aſſiſię fuerint impoſitæ, nec hoc creditur ex actis conſtare, tanquam non veriſimile ob antiquitatẽ dictorum murorum, & opulentiam, ſeu abundantiam dicti oppidi vltra annos 40. & 50. quibus muri fuerunt ædificati, & portę conſtructæ, pontes lapidei erecti, & viæ publicæ pulchrè inſtructæ, ità quòd ex cauſa conſtructionis præmiſſorum non eſt veriſimile eos in vno obulo remanſiſſe obligatos: Ob intertentionem verò præmiſſorum aſſiſiæ huiuſmodi etiam non

cre-

creduntur impoſitæ, cùm ad hoc, vt ſperatur ſimiliter ex actis conſtare, ſint redditus ſpeciales deputati, vltra plura tempora per ipſum oppidum ad hoc empti, & comparati, & miniſtri, ſeu officiati ad interſentionem huiuſmodi ordinati, & ex illis redditibus ſalariati: & ſpecialiter pro dictorum interſentione tales deputati, in exequijs laicorum, & ſimplicium clericorum defunctorum, valorem quartæ partis candelarum ab hæredibus defuncti recipiunt, quod & notorium eſt, & ex actis conſtare ſperatur. Præterea ſupponendo ſine præiudicio veritatem minoris; reſpondetur, quòd licet ita eſſet, quod aliqua pars iſtarum aſſiſiarum, vt puta centeſima ad vſus præmiſſos applicaretur, quæ vt aſſeritur ſufficeret, etiam ſi ad hoc non eſſent redditus ſpeciales deputati; non tamen omnes aſſiſiæ ad onera prætacta applicantur, cùm, vt ipſimet rei in eadem ſcriptura in articulo vigeſimo ſecundo; cum ſequ. confitentur, ex eiſdem aſſiſijs ſoluuntur præſtationes Domini Archiducis, & alia extraordinaria onera ipſius oppidi; ad quæ onera certo certius eſt clerum non teneri: imò, vt mihi aſſeritur, & publicè famatur, omnia & ſingula onera dicto oppido incumbentia qualiacunque fuerint, & quantumcunque ſordida, & extraordinaria ex huiuſmodi aſſiſijs, & gabellis ſoluuntur: & ſic non poteſt dici ſurrogatum in locum illius, ad quod clerici tenentur: ſed noua quædam diſpoſitio, ſeu impoſitio ſuam habens diſtinctam naturam, quare dicta obiectio non obſtat, cùm præſuppoſita veritate maioris, conſtare deberet ex actis, pecunias ex huiuſmodi aſſiſijs prouenientes in dictos vſus tantummodo, & non in alios conuerti. Præterea reſpondetur ad maiorem,
40 quòd illa, vt iacet, non eſt indiſtinctè vera, nam vt dicit gloſ. ordinaria in dict. l. ad inſtructionem, quam ibi ſequitur Bartolus, & Guilhelm. in d. l. neminem, illa lex non ligat Eccleſiam, & idem tenet gloſſ. ordinaria decreti in d. cap. generaliter, quam ſequitur Ioan. And. & Panormitan. in d. cap. non minus. & idem Panorm. in d. conſilio ſuo tertio. & Paulus de Caſtro in dict. ſuo conſilio 438. in nouis, in principio 3. colum. vbi dicit hanc opinionem eſſe tutiorem. Et ſuppoſita

eius

eius veritate, & quod liget Eccleſiam: adhuc ſolum ſibi vendicat locum, quando conſtructio murorum eſſet omninò neceſſaria, & quando ex facultatibus laicorum commodè fieri non poſſet: de qua neceſſitate conſtare deberet apud acta, prout tamen non conſtat de ea, nec eſt articulatum nec probatum. Non autem procedit tunc, quando conſtructio eſſet ſolum ad ornatum, vel ad pompam, vel quando ex facultatibus laicorum commodè fieri poſſet, vt dicunt Iacob. Butrig. Bald & Salicet. in dict. l. ad inſtructionem, qui etiam ſubdunt, quòd in caſu ſummæ neceſſitatis compulſio fieri deberet per iudicem cleri, & minimè per laicos: quod etiam eſt de mente d. c non minus, & cap. aduerſus, cum volunt excuſſionem facultatum ipſorum laicorum primò fieri, & Romanum Pontificem conſuli: quod etiam in actis non conſtat eſſe factum. Iſtud etiam vult Ioan. de Platea, in l. ſi diuina, in 2. colum. Cod. de exact. tribu. lib. 10. & hoc quòad conſtructionem, vel refectionem murorum, vel portarum oppidi, quæ concernunt communem, & publicã vtilitatem.

41 Quo verò ad refectionem pontium, & viarum, quæ concernit pietatem dict. l. ad inſtructionem, ſimiliter ſibi locum non vendicat, cùm lex ciuilis, ſeu imperialis expreſsè diſponens de Eccleſia (ſicut facit dict. l. ad inſtructionem) non valet ex defectu poteſtatis, niſi inquantum per Eccleſiam fuerit recepta, & approbata, d. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, & ibi hoc volunt Panormitan. & canoniſtæ, & Hoſtien. Ioan. Andre. Panormitan. & alij canoniſtæ in cap. finali, de ſolut. & Ioan. Calde. in c. 1. de noui. oper. nuncia. & volunt ſpecificè in terminis noſtris Ioan. And. Panorm. & Doct. in d. c. nõ minus. Modò ſic eſt, quod d. l. ad inſtructionem, non eſt recepta, nec approbata per ius canonicum, niſi cum modificatione, quæ habetur in d. cap. non minus, & cap. aduerſus: quare ſequitur, quod etiam in illis, ipſa maior non eſt indiſtinctè vera, non magis quàm in illis quæ concernunt publicam, & communem vtilitatem: cùm lex canonica in illis nullam faciat differentiam, & per hoc etiam reſpondetur ad d. l. iubemus nullam nauem, & ad l. neminem, & ad leg. nullus,

cum ibi notatis per Bartolum, & Ioannem de Platea, Cod. de curſu publi. lib. 12. & ad alias quaſcunq; leges, ſpecificè de Eccleſia in hac materia diſponētes. Si tamen benè inſpiciantur notata per Bartolum, & Ioannem de Platea, in d.l.nullus, & ea, quæ habentur per Petrum de Anchara. in conſil. ſuo 96. illa iura loquuntur in caſu, qui reſpicit priuatam vtilitatem clericorum, æquè principaliter ſicut laicorum, & ſic ſumus omninò extra caſum d.cap.nō minus. & cap.aduerſus: vt benè declarat Paulus de Caſtro, in d. ſuo conſ. 438. ante finem, & Angelus de Clauaſio in ſua ſumma, & Panormitan. in d.cap. non minus. Quò verò ad vigilias & cuſtodiam oppidi, de qua loquitur d. cap. peruenit. Reſpondetur multi-
42 pliciter, quòd hoc cap. diuerſos habet intellectus. Nam aliqui illud intelligunt in vigilia, quæ fieret contra inuaſionem fiendam per infideles inimicos Chriſti. Alij autem hoc intelligunt de oppidis ſubiectis Eccleſiæ Romanę quòad temporalem iuriſdictionem, & alij aliter: quare non poteſt efficaciter ad deciſionem præciſam alicuius caſus allegari, iuxta notabilem doctrinam Bart. in l. in ambiguo. ff. de reb. dubijs, quod enim multipliciter intelligitur, illius veritas ignoratur. l. cum prolatis, ſecundum vnum intellectum magis fauora-
43 bilem laicis, loquitur d. cap. ſolum in caſu maximæ neceſſitatis, quo caſu tenentur clerici perſonaliter vigilare & cuſtodiā facere, vel alios ſuis ſumptibus ſubſtituere, argum. l. ſuo victu, cum ſeqq. ff. de operi. liberto. de qua neceſſitate debet decernere ipſe Epiſcopus loci; & non laici, vt volunt omnes DD. in d. cap. peruenit. & in d. cap. non minus. vnde ex hoc non ſequitur, quod ipſi laici poſſent authoritate d. cap. propter huiuſmodi vigilias, ſic vt pręmittitur raro & irregulariter obuenientes, aliquod onus regulare & quaſi ordinarium
44 omni tempore exoluendum imponere. Et dato, quòd authoritate ſuperioris ob hoc imponeretur collecta: tamē clerici duntaxat tenerentur ad ſoluendum illam, quando in illum vſum duntaxat, & non in alium cōuerteretur, vt notanter dicit Paul. de Caſt. in d. conſ. 438. circa fin. quare ſequitur, quòd propter ea, quæ concernunt publicam vtilitatem,

aut propter ea, quæ concernunt pietatem, aut etiam propter vigiliam perſonalem modo præmiſſo fiendam, ipſi rei huiuſmodi onera aſſiſiarum, & alia de quibus in actis imponere non potuerunt: cùm de neceſſitate, vel publica vtilitate, pietate, vel neceſſaria cuſtodia, inopia reorum, & de authoritate, vel decreto Romani Pontificis, vel Epiſcopi, ex actis non conſtet: quæ omnia tamen ſunt neceſſaria, ad hoc, quòd clerici teneātur, & efficaciter compelli poſſunt ad contribuendum, per ſuprà dicta.

Quò verò ad motiua contenta in 6. 7. 8. & 9. articulis dictæ ſcripturæ, Reſpondetur breuiter, quod illa motiua non merentur allegari, quia vt ex ſupra dictis patet, ſuppoſito quòd contenta in eiſdem eſſent vera, ipſi tamen agentes ad contribuendū in illis oneribus non tenerentur, maximè cum illa concernant principaliter commodum dictorū reorum, & nullo modo onus: imò rei magnum lucrum, vt aſſeritur ex articulatis, ſingulis annis conſequuntur, quare nō debent inter onera oppidi reputari, argumen. l. fin. Cod. de codicil. cum ſimili. Non obſtant etiam motiua tacta in 10. 11. & omnibus ſubſequentibus articulis dictæ ſcripturæ, quæ in effectu ſunt ſeptem. Quorum primum eſt, conſuetudo tanti
45 temporis, de cuius initio memoria hominum non exiſtit, habet priuilegij, ſeu conceſſionis principis, etiam ſi non allegetur. l. hoc iure §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æſti. & cap. ſuper quibuſdam §. præterea, de verbo. ſigni. Sed, vt rei aſſerunt, dicti agentes, & ſui prædeceſſores ſoluerunt aſſiſias à tempore memoriam hominum excedente, ergo ius, titulus, & actio, ex huiuſmodi tanti temporis ſolutione dictis reis acquiſitum eſt recipiendi aſſiſias ab eiſdem in futurum: cùm ex huiuſmodi tanti temporis ſolutione præſumatur interueniſſe authoritas, & cōſenſus Summi Pontificis, argu. l. cum de in rem verſo, cum ibi notatis. ff. de vſuris, & l. cum filius, C. de petitio. hæredita. & cap. peruenit, cum ibi notatis, de cenſibus, quæ inducit tolerantiam, & reddit licitum, quod aliàs eſt illicitum, cap. quia circa, cum ibi notatis per gloſſam, Panormita. & Docto. de conſanguinit. & affini.

ni, præcipuè cum dicta conſuetudo ſit vniuerſalis, tàm clericorum quàm laicorum, cap. cū veniſſent, de eo qui mittitur in poſſeſſ. & cap. cum cauſa, de re iudica. cum ſimil. & tolerabilis, quod ſufficit, licet non ſit rationabilis, ſecundum Bald. in cap. 1. de feudi cognitione, in vſibus feudorum. Se-
46 cundum verò in effectu eſt iſtud: Eccleſia, ſeu eccleſiaſticæ perſonæ, de iure ſcripto non reperiuntur exemptæ à muneribus ordinarijs, vt patet inſpicienti iura priuilegiātia Eccleſias, & eccleſiaſticas perſonas; & priuilegium à muneribus, etiam generale ſolum, eximit priuilegiatum à muneribus extraordinarijs, & non ab ordinarijs: textus eſt notabilis in l. in honoribus, in §. qui muneris ff. de vacati. mune. & in l. vnica Cod. de vacat. muner. publ. lib. 10. & vult Bartolus in l. vaciatis, C. de decurionibus libro decimo, & Paulus de Caſtro, & Ioannes de Imola in l. ſi ex toto, in principio. ff. de legatis primo: Sed aſſiſiæ, vt rei aſſerunt, ſunt munera ordinaria authoritate principis indicta, & vniformem præſtationem habentia, ergo dicti agētes ſolutionem huiuſmodi aſſiſiarum recuſare non poſſunt: Tertium eſt, quia cauſa originalis impoſitionis huiuſmodi onerum fuit concluſio pacis, facta in Brugis, & bellum exinde ſubſecutum, ſed huiuſmodi cōcluſioni interfuit ſtatus eccleſiaſticus ducatus Brabantiæ, ſub quo dicti agentes comprehenduntur, & ipſi agentes fuerunt cauſa belli ſubſecuti, inſtigando populum ſuis monitionibus ad ſeruandam huiuſmodi concluſionem, vnde omnia mala orta ſunt, vt rei aſſerunt, ergo debent ad contri-
47 buendum cum laicis teneri, cùm damnum quod quis ſua culpa ſentit ſibi, debeat non alteri imputare, regul. damnum de regulis iuris, libro ſexto. Quartum eſt, quia omnes alij prælati patriæ Brabantiæ de eorum bonis cōtribuunt in precarijs Domini Archiducis, & ſimiliter ſacerdotes in rure degentes, vbi non ſoluuntur aſſiſiæ, ergo & dicti agentes ſub ſtatu prælatorum comprehenſi, contribuere debent. Quintum eſt, quia dicti agentes tutantur in eorum bonis, quæ habent infra oppidum Bruxellenſe, vel eius diſtrictū per ipſos reos, ſicut alij ciues, qui propter huiuſmodi tuitionem ſoluunt aſſiſias,

ſiſias, & ipſi agentes vtuntur priuilegio magnis expenſis oppidi impetrato. Cùm ergo ratio, & æquitas dictet, vt onus
48 non recuſet, qui commodum ſentit & amplectitur, l. ſecundum naturam. ff. de regulis iuris, & l. vnica §. pro ſecundo, C. de caduc. tollend. cum ſimilib. ergo ipſi agentes meritò ſolutionem huiuſmodi aſſiſiarum recuſare non debẽt. Sextum eſt, æquitas ſuadet pacta ſeruari, cap. 1. & c. qualiter, de pac. & ff. & C. eod. tit. per totũ: ſed dicti agentes, vt rei aſſerunt, conuenerunt cum ipſis reis, & promiſerunt eiſdem, in huiuſmodi oneribus in anteà contribuere, vti ſui prædeceſſores contribuerunt, ergo &c. Septimum eſt, bona ad hęredes tranſeunt cum onere ſuo, l. 1. & 3. C. de hæred. ac. cum ſimilib. Sed ſic eſt, quòd multi ex agentibus ſucceſſerunt ſuis parentibus laicis, qui con ſueuerunt in huiuſmodi oneribus contribuere. ergo, &c. Ad quæ contraria per ordinem reſpondetur: Et primò ad primum de conſuetudine reſpondetur dupliciter, primò negando, quod illa prætenſa conſuetudo obſeruata fuit, ſaltem in omnibus aſſiſijs, quinimò vt ex ſcriptura eorundem reorum, & ex actis conſtat certæ adauctiones ad veteres, & quædam nouæ aſſiſiæ, ſeù impoſitiones à paucis annis citra in prætacto oppido Bruxellenſi impoſitæ fuerunt, in quibus certum eſt illam conſuetudinem ſibi locum non vendicare, neque argumentum militare. Secundò reſpondetur, ſuppoſito quòd illa conſuetudo ſubſit in antiquis, tamen adhuc non obſtat etiam in illis, quia illa prætenſa conſuetudo eſt expreſsè reprobata, vt patet in d. c. quanquam, & in d. §. illicitas, de pace iura. fir. in vſibus feud. & volunt Anto. de Butrio, Io. de Imo. & Panor. & Doct. in d. c. 1. de conſuet. & idem Panor. in d. c. Maſſana, qui omnes volunt, huiuſmodi conſuetudinem ſimpliciter non valere, neque aliquod ius tribuere, etiam in bonis patrimonialibus clericorum: pro quo etiam facit deciſio Rotæ ſuprà allegata, & Conſilium Oldrad. præallegatum, & patet clarè in au-
49 ãen. caſſa, & irrita, C. de ſacroſanct. Eccleſ. vbi caſſantur ſtatuta, & conſuetudines introductæ, ſeu introducẽdæ contra libertatem Eccleſiæ, qualis eſt iſta, cùm ſit contra priuilegia

gia conceſſa Eccleſiæ vniuerſali, & clericis, per Deum, Imperatores, & Papam, per ſuprà dicta, quorum alter ſufficeret, iuxta Theoricam Innoc. Hoſtien. Abba. Io. And. Henr. BoicK, & Doctor. in d.c.non erit, quam ſequitur Antoninus in ſua ſumma, in tertia parte, tit. 24. §. 17. & Lapus pulchrè in allegatione ſua 92. & Ioan. And. in c. eos, de immunit. Eccleſ. lib.6. in nouella, & multum eleganter Cardin. in repetitione dict. cap. perpendimus: Et dato, quòd non eſſet contra ius diuinum, tamen, quia ſemel eſt reprobata nunquam poſſet de nouo induci reſiſtente lege, quæ ſemper loquitur, l. Arriani, Cod. de hæretic. & ſemper reſiſtit conſuetudini introducendæ, ſecundum Lauren. & Cardin. in clem. ſtatutum, de electio. licèt gloſſ. ibi aliud ſentire videatur: & quia eo ipſo quòd eſt reprobata conſtat de eius irrationabilitate. Ex quibus patet ſolutio ad omnia ſuprà in cõfirmatione huiuſmodi conſuetudinis adducta, quæ ſibi locum vendicant

50 in conſuetudine tolerata à iure, & non reprobata, qualis eſt iſta: nam ipſa eſt contra ius diuinum, vt ſuprà latè deductum eſt, & ſic impræſcriptibilis, cùm nutriat peccatum: & tantò ſunt grauiora peccata, quantò diutius infœlicem animam detinent alligatam, c.fi. de conſuetud. & c. ſunt quidam 25. quæſti.1. Nec aliquid facit, quod de præſumpto conſenſu Summi Pontificis, vel tolerantia eiuſdē ex diuturna præſtatione allegatum eſt. quia vt dicit dicta Deciſio Rotæ, cuius in hac parte ſit prohibitiuum, & ab exemptione diuina procedens, vt ſuprà latè deductum eſt, actus in contrarium factus inducit peccatũ, & abuſum, & ſic hoc caſu non ſufficit

51 tolerantia Papæ, nec illa conſenſum operatur; quia multa per patientiam tolerantur, quę ſi in iudicium deducta forent, non tolerarentur, cap. cum iam dudum, in fine, de preben. Præcepta enim negatiua obligant ſemper, & ad ſemper, ſecundum Theologos, & Canoniſtas, in cap. nouit, de iudic. & in c. ſi peccauerit, 2. quæſtio.1. cum alijs in dicta deciſione adductis: vltra quæ bene facit deciſio Anton. de Butrio Panormi. Præpoſiti, & aliorum in d.cap. quia circa, in fine. Nec etiam facit, quod propter diuturnam præſtationē præ-

ſumitur ex legitima cauſa huiuſmodi onus aſſiſiarum impoſitum, vt rei ſuſtinent, quia licet interdum iuſta cauſa potuit ſuffuiſſe, quod tamen non creditur, illa tamen iam diu ceſſauit: Non enim fuit ipſa cauſa perpetua, vt ex deductis ipſorum reorum ſatis colligitur, & ſuprà deductum eſt: Etiam ſola cauſa iuſta impoſitionis præſumpta non ſufficit, niſi interuenerit authoritas ſuperioris, quæ hic non præſumitur interueniſſe, vt ſuprà dictum eſt. Et licet hęc obiectio concluderet, prout non, ſolum tamen hoc eſſet de antiquis aſſiſijs, & minimè de nouis, vel adauctionibus, per ſuprà dicta. Nec aliquid facit, quod de vniuerſali conſuetudine al-
52 legatum eſt, quia licet vniuerſalis conſuetudo laicorum, & clericorum liget clericos, quando diſponit generaliter ſuper actu indifferenti cadēte in clericos, ſicut in laicos, vt eſt conſuetudo diſponens, quòd primogenitus excludat alios, vel ſimilis: tamen hoc non procedit, quando actus non ſunt indifferentes, vt quia clerici ſunt ſpecialiter priuilegiati, vt in caſu præſenti, caſus eſt de hoc in dict. c. quamquam, & vult Paulus de Caſt. in dicto ſuo conſilio quadringenteſimo 38. quando conſuetudo aſtringit ad onus, ita quod euitari non poteſt, & Cardin. multum pulchrè in repetitione dicto cap. perpendimus. Nec præmiſſis obſtant nota. ipſius Hoſtien. in ſumma ſua, in titulo, de immunitat. Eccleſ. in §. quibus, cir-
53 ca finem tertiæ columm. vbi ſentire videtur, quod valet conſuetudo illa, quæ habet: vt annuatim aliquid certi detur laicis per clericos pro illis, quę reſpiciūt communē vtilitatem, vel pietatem: talis enim præſtatio quamuis vocetur talliā, eſt tamen cenſus, ſecundum eum; Clerici autem obligantur ad cenſum, vt ſuprà, ſicut ad tributum. Nec ea quæ habentur per Paul. de Caſt. in dict. ſuo conſilio 438. in nouis, in 2. dubio, qui in terminis noſtræ quæſtionis videtur approbare dictam conſuetudinem: Quia reſpondetur, negando quòd præfati Doct. velint illam conſuetudinem valere, qua laici collectas, vel gabellas imponunt ipſis clericis: ſed ſolùm hoc dicunt, et determinant, quòd conſuetudo illa valet, qua ipſi clerici in illis, quæ reſpiciunt pietatem, vel communem vtilita-

lita-

litatem ſingulis annis aliquid dant, iuſtum initium habens, & non quidem per directum, ſecundum Paulum de Caſtr. ſed per indirectum, eo modo quo aſſiſiæ ſoluuntur per clericos volentes vti commodo prouiſionis habendi, & quærendi ceruiſiam, vinum, carnes, & ſimilia, in dies per pottos, & pondera, ſeu per minutum: dummodo tamen ſi non voluerint vti huiuſmodi commodò quærendi per minutum, pateat eis via alibi in groſſo liberè emendi. Patet ergo ex determinatione ipſorum Hoſtienſ. & Pauli de Caſtro, quòd illa conſuetudo valet ſolùm tunc, quando illa quæ ſoluuntur, dantur propter ea, quæ reſpiciũt pietatem, vel communem vtilitatem, & in illos vſus conuertuntur, ſicuti non eſt in caſu præſenti, vt ſuprà deductum eſt: & vlterius ex determinatione ipſius Paul. de Caſtr. hoc plus habetur, quod nullo modo per directum hoc poteſt fieri, vt clericis, & Eccleſiaſticis perſonis auferatur facultas habendi, & quærendi ceruiſiam, vinum, carnes, & ſimilia alibi in groſſo, abſque ſolutione cuiuſcunque gabellæ, non obſtante quocunque ſtatuto directè vel indirectè in contrarium faciente: cùm illud tanquã contra libertatem Eccleſiæ ſit nullum, & ſtatuentes excommunicati, dict. cap. nouerit, &c. grauem, de ſentent. excõmunic. & dict. cap. eos, de immunit. Eccleſ. lib. 6. etiam ſi illud ſtatutum eſſet generale, prima facie comprehendens in genere, tam clericos, quam laicos, quo caſu ſi dubium fuerit, an ſtatutum illud generale comprehẽdat clericos, vel non, licet in
54 dubio clerici non comprehendantur de iure, cùm in generali diſpoſitione nunquam comprehendantur illi, contra quos non poteſt ſpecificè diſponi, vt vult Paul. de Caſt. in l. ſi quando ff. de lega. 1. cum ſimil. quales ſunt clerici, vt dictum eſt, quia tamen propter huiuſmodi dubium dicti clerici grauari poſſent de facto, cogi poſſunt, & debent ipſi laici per Epiſcopum, declarare quod in illo eorum generali ambiguo, & æquiuoco ſtatuto clerici non comprehenduntur, vt notanter dicit Io. And. in d. cap. eos in nouella, & ibi hoc dictum ſequũtur Dominicus, Philippus, & alij, & vult Card. in repetitione d. c. perpendimus, quibus accedunt ea, quæ

eleganter habentur per Petrũ de Anchar. in conſil. ſuo 153.
& no. per Alex. de Im. in d. auth. caſſa & irrita. & ea quæ ha-
bentur per Gaſpar. de Caldr. in conſ. 12. poſito inter conſilia
Petri de Anchar. & ea, quæ habentur in duobus conſilijs ſe-
quentibus editis per Venerandum Collegium Vtriuſq; Iuris
Bononien. in quibus paſſibus præfati Doctor. plus volunt, vi-
55 delicet quod libertas accedendi ad molendinum Epiſcopi
non poteſt impediri per ſtatutum laicorum, dilaniſ ſtatuant
directè contra ſuos ſubditos. Præſuppoſita ergò veritate deter-
minationis præfatorum Doctor. Hoſtien. & Paul. de Caſtr.
concluſiuè ſolùm, ſequitur ex illis, quod ſi conſuetudo arti-
culata per ipſos reos fuerit probata, prout ſperatur quod
non, quòd illa duntaxat ſibi locum vendicare poteſt, & cle-
rum obligare ad antiquas aſſiſias, & tunc demum ad illas,
quæ imponuntur, & ordinantur ad perſoluendum onera,
pietatem, vel communem vtilitatem concernentia, & ſolùm
in illos vſus conuertuntur, quò ad illos, qui volunt vti com-
moditate prouiſionis emendi, & habendi vinum, ceruiſiam,
carnes, & ſimilia, in dicto oppido Bruxellenſi per pettos vel
pondera modo prædicto: dummodo tamen ſi illa commo-
ditate vti noluerint, non impediantur aliunde quærere,
& liberè ad domos proprias adducere. Hoc enim nulla poſ-
ſet introduci conſuetudine, ſecundum Paul. de Caſt. vbi ſu-
prà per d. cap. quanquam, vbi de hoc eſt caſus: Intelligendo,
illud locum habere in gabellis & aſſiſijs, prout vult Card. in
d. ſuo conſilio 12. & alij Doct. in paſſibus ſuprà allegatis. Ad
ſecundum vero dicitur, quòd illud aſſumit falſum, videlicet
56 quòd Eccleſiæ, & clerici ſolùm ſint exempti ab extraordi-
narijs, & non ab ordinarijs, quia certum eſt eos eſſe exẽptos
ab angarijs, & perangarijs, quæ tamen ſunt ordinaria, vt vo-
lunt Innocen. Ioan. And. Henricus, Boick, & Doctores in d.
cap. non minus, & etiam ab omnibus alijs muneribus, Eccle-
ſiæ & ipſi clerici ſunt immunes, quæ imponuntur perſonis
ratione rerum, etiam ſi fieret ordinaria autoritate principis,
ſtatuti, vel conſuetudinis; cùm perſonæ nullo modo ſubij-
ciantur eiſdem, neq; ſubijci poſſint per conſuetudinem, vel
ſtatu-

ſtatutum laicorum; vt ſuprà dictum eſt: ita expreſsè deter-
minat Cyn. poſt Petrum in d. l. placet, licèt enim per ſtatu-
tum, vel legem de extraordinario fieri poſſit ordinarium, vt
eſt textus in l. prima, C. de inditijs lib. 10. & ibi hoc notat Bar-
tol. Tamen in præiudicium Eccleſiarum, vel clericorũ non
ſubiectorum talis declaratio nihil operatur: & ratio eſt aper-
tiſſima, quia ordinarium, vel extraordinarium non alterat,
vel auget facultatem, ſeu iuriſdictionem imponentis onus:
quin ipſe, cuius autoritate ipſa onera imponuntur, ſeu impo-
ſita ordinaria eſſe declarantur, debet eſſe ſuperior, habens
iuriſdictionem in illum, vel illos, quibus ea imponit. Sed hoc
ceſſat in laicis reſpectu clericorum, vt ſupra deductum eſt;
ergo clarè patet, quod ſi iudex ſæcularis declaret aliqua one-
ra eſſe ordinaria, illa tamen declaratio non magis ligat cleri-
57 cos, quàm prius, ex quo iudex ſæcularis nullam iuriſdictio-
nem de iure habet in clericos, exceptis ſpecialibus caſib. no-
tatis per gloſſ. in cap. principes, 23. quæſt. 5. Nec eam ex con-
ſuetudine quanticunq; temporis acquirere poſſet, vt vult de-
ciſio Rotæ ſuprà allegata, & ſic collectam imponere, & alia
iuriſdictionalia in eos exercere non poteſt, etiam ex quacũq;
58 conſuetudine. Secus tamen eſt in forenſi, cui ratione bono-
rum, quæ hic habet ex conſuetudine collecta imponi poſſet
licèt non de iure communi, d. l. reſcripto §. fin. & ibi habe-
tur per Alex. & Doct. & voluit idem Alex. in conſil. ſuo 68. 2.
voluminis incip. viſo & benè diſcuſſo proceſſu, & Franci. de
Are. in conſilio ſuo 133. incip. in cauſa quæ vertitur, & Bar.
in d. l. 1. in 3. column. C. de mulie. & in quo loco, lib. 10. In
forenſi enim non eſt reſiſtentia iuris diuini, ſicut eſt in cleri-
59 cis. Onera autem quæ imponuntur perſonæ ratione perſo-
næ, vel perſonæ ratione rerum, ſunt perſonalia, non realia,
ſecundum Bald. in l. final. in princ. 2. colum. C. ſine cenſu vel
reliquis, & volunt Ioan. And. & Doctor. in d. cap. 1. de im-
munit. Eccleſ. lib. 6. in nouella. Cùm ergo perſona clerici
non ſubſit, nec ſubeſſe poſſit, etiã ex conſuetudine, vt dictum
eſt, ſequitur quòd ei ratione bonorum ſuorum, quæ libera
ad eum peruenerunt, collecta, vel gabella imponi nõ poteſt,

per prædicta. Errant ergo vehementer ipſi rei, ſuſtinentes illam vniuerſalem, quòd ad omnia onera ordinaria obligantur clerici, vel eccleſiaſticæ perſonę; quinimò ſolum obligentur ad tributa & cenſus, quæ ſunt merè realia, & ab ipſis rebus; & nullo modo à perſonis debita. Ad alia autem onera non reperiuntur obligati, niſi in ſubſidium, iuxta ſuprà dicta: & ergo Doct. in præall. c. non minus, & Ioan. de Platea in d. l. ſi diuina, & Cardin. in d. clemen. 1. de vita, & honeſt. clericor. ponunt hanc vniuerſalem veram, quod clerici ab omnibus oneribus ſunt exempti, demptis caſibus in iure expreſſis, per nos ſuprà latè ſatis commemoratis. Secundò ſuppoſita veritate aſſumpti, Reſpondetur; negando quòd aſſiſiæ ſint munera ordinaria; imò ſunt extraordinaria, ex quo non habent vniformem, & perpetuam præſtationem, ex quo auctæ ſunt, & ſperantur iterum minui deficientibus oneribus, iuxta deducta ipſorum reorum: & hinc à Doctoribus gabellæ nuncupantur & ad inſtar pedagiorum ſoluuntur, à quibus dicti agentes ſunt immunes, iuxta propriam confeſſionem ipſorum reorũ, copiatam fol. 35. pag. 1. & vt ſupra dictum eſt; d. c. quanquam, loquens in pedagijs, habet locum in gabellis, & aſſiſijs: vnde clarè patet, clericos ab illis debere eſſe immunes. Ad tertium verò reſpondetur, negando quòd dicti agentes interfuerint concluſioni pacis, vel quòd ipſi fuerint cauſa belli: Et dato, quòd aliqui ex agentibus fuiſſent cauſa belli, hoc tamen toti clero obeſſe non poſſet, nec dici poſſet per vniuerſitatem cleri factum eſſe, iuxta gloſ. notabilem in l. ſicut, ff. quod cuiuſque vniuer. nomine, & not. per Bar. in l. aut facta. ff. de pœnis, & Ioan. And. in c. felicis, de pen. lib. 6. in nouella, & Panormit. in cap. dilectus, in 6. col. de ſimo. quare non obſtat. Ad quartum reſpondetur præſuppoſita veritate aſſumpti, quod illud non obſtat, quia, vel hoc ipſi prælati, & Sacerdotes præſtant de eorum bonis immobilibus, terris, & pratis, onere reali priùſquam ad eos peruenerunt oneratis, & affectis: & non eſt mirum, quia te-
60 nentur, cum res tranſeat cum ſuo onere, & ſua cauſa, cap. paſtoralis, de deci. & l. ſi debitor, C. de diſtrac. pig. cum ſimi.

Digitized by Google

aut aliàs ex noua impoſitione, & tunc indebitè grauantur, nec ſoluere tenentur, per ſupra dicta. Sicq; hoc inconue-
61 niens allegatum non immeritò inconueniens infert, cum ad abſurdum ſequatur aliud abſurdum, vt dicit gloſ. in l. diuortio ff. ſolut. matri. Poſito enim quod non expedit, ſequitur quod non oportet, vt dicit gloſ. in l. à teſtatore ff. de condit. & demon. & vno inconuenienti dato, plura ſequuntur, l. ratas, & ibi Bal. C. de reſcind. vendi. cum ſimi. Ad quintum autem reſpondetur, quòd illum ſimpliciter falſum præſupponit: quia vt patet ex ſupradictis, ipſæ aſſiſiæ propter huiuſmodi tuitionem non fuerunt, neq; ſunt impoſitæ, ſed propter alia diuerſa onera ipſi oppido incumbentia, ortum habentia ex bellis, & guerris diuerſis, vti ex ſcripturis reorum patet; ad quæ onera ipſi clerici non tenentur contribuere, cum ſint plenè exempti, iuxta prius dicta: ad quæ etiam faciunt ea, quæ notanter volunt Rayne. Pau. de Caſt. Ioan. de Imo. & doc. in d. l. ſi ex toto, in princi. ff. de leg. 1. vbi volunt,
62 quòd habens immunitatem à collectis, non tenetur ad collectam imponendam, etiam propter guerram ſuperuenientem, & idem voluit Paul. de Caſt. in d. ſuo conſilio 438. circa finem, etiam bona clericorum non tenentur, cum ipſa ſint libera, & non obligata, vt dictum eſt: & eodem modo reſpondetur ad id, quod ipſi rei de impetratione cuiuſdam priuile-
63 gij allegant: cum in fauorabilibus gaudere debeant priuilegio ciuium, ſecundum Bar. in l. 3. in §. ſi emancipatus. ff. de bono. poſſ. ſecundum tabu. & eſt tex. notabilis in c. dilecti, de foro compe. nec ideo debent minus benè tractari, quia habent priuilegium ab exactionibus, quia ſic indirectè violaretur eorum libertas, quod non licet, d. cã. eos, vbi de hoc eſt caſus; etiam in actis non conſtat, clerũ Bruxellenſem illo priuilegio fuiſſe vſum, & ſic non obſtat. Ad ſextum autem de pacto reſpondetur per interemptionem: neque hoc conſtat per acta. Suppoſito etiam, quod de illo conſtaret, adhuc non poſſet obeſſe, ex quo conſenſu Summi Pontificis ad hoc
64 requiſitus, d. c. aduerſus, non interuenit: & etiam non poſſet obeſſe alijs à paciſcentibus, cum actus noſtri voluntarij ca-

 tenus

tenus nos obligent, & præiudicium faciant, quatenus geruntur, & non vltra. l. fi. C. quando vxor pro mari. & l. Lucius §. teſtator ff. de leg. 2. & l. voluntariè, C. de excuſa. tuto eſt ſimi. Ad ſeptimum verò reſpondetur, quòd hoc vendicat ſibi locum, quando ipſa bona per prius erant grauata tributo, vel cenſu, aut alio onere merè reali certo, & perpetuo. Secus autem, quando illa bona non erant per prius affecta onere reali, vt in caſu preſenti, cum tunc mutent naturam, & regulentur ſecundum qualitatem perſonæ, ad quam tranſeunt, iuxta vulgatam regulam, quæ habet, quòd quãdo priuilegia-
65 tus ſuccedit priuato, tunc pro futuro tempore vtitur iure proprio, & non iure priuati: licèt ſecus ſit de tempore præterito, tex. eſt notabilis in l. fiſcus ff. de iure fiſci, & voluit docto. in auct. quas actiones, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in pluribus alijs paſſibus ſupra latè commemoratis. Concludo ergo ex præmiſſis, per vos præſtantiſſimos dominos iudicandum eſſe, vt ſupra dixi: Iudicio veſtro, cui Deus adſit, ſemper ſaluo, &c.

Conſilium, & Reſponſum Secundum Deciſiuum EIVSDEM CELEBERR. PRAESIDIS In eadem cauſa Eccleſiaſticæ Immunitatis.

Et eſt 301. in ordine, in ſuo Conſiliorum libro.

EPITOME.

Eccleſiaſtici plena gaudere debent libertate, & immunitate, nedum quò ad eorum perſonas, verum etiam quò ad eorum bona, tam patrimonialia, & propria, quàm alia; & quò ad eorum colonos; ita quod neq; ad talliã, collectam, gabellam, aut aliam quamcunq; impoſitionem, etiam occaſione belli ſuſtenti, vel ſuſtinendi, aut aliqs ob commu-

nem

nem vtilitatem,& neceſſitatem per quoſcunque indicentes laicos imponendam, & indicendam nullo modo contribuere tenentur.

SVMMARIVM.

Notandum tamen, quod cum ex ipſo prolixo Conſilio, & Reſponſo ea hic tantùm reſcribātur, quæ ad propoſitum Eccleſiaſticæ Libertatis, & Immunitatis(ipſo Auctore ſic ibi atteſtante) faciunt, & ſunt principaliter intenta, ab eis etiam tantummodo in ipſius Summarij numeris, vt allatæ Conſilij, & Reſponſi parti reſpondeamus, exordiemur, videlicet.

12 *TAlliam gabellam, vel collectam Laici clericis, vel eorum bonis, an, & quando imponere queant.*

13 *Verba textuum narratiua non ponderantur.*

14 *Bona clerici Chriſto deſeruire cenſentur.*

15 *Spiritualia ſine temporalibus ſubſiſtere diù nequeunt.*

16 *Statutum laicorum diſponens ſuper rebus clericorum, non valet ex defectu poteſtatis.*

17 *Bona fændalia non ſunt libera ab expoſitionibus publicis.*

18 *Eccleſia non tenetur ad conſtructionem, vel refectionem murorum ciuitatis.*

19 *Eccleſia non tenetur ad munus extraordinarium, vel ſuperindictum.*

20 *Hominum genera duo ſunt.*

21 *Arma Clericorum eſſe debent orationes, & lacbrymæ.*

22 *Onera perſonarum Eccleſiaſticarum, quæ ſint, &c.*

23 *Clerici nullo iure ſunt ſubiecti laicorum iuriſdictioni.*

24 *Collecta forenſi non ſubiecto imponi non poteſt.*

25 *Onera realia quibus obligatæ fuerunt poſſeſſiones, antequam venirent ad Eccleſiam, vel miniſtros; clerici, & Eccleſia præſtare tenentur.*

26 *Princeps, etiam ex contractu obligatur.*

27 *Mutanda minimè ſunt, quæ obſeruationē certam ſemper habuerunt.*

28 *Laicus deſſerens aliquid ab extra ad proprium ſuum vſum, vel ad vtilitatem fiſci, non tenetur ſoluere pedagium, vel alias exactiones.*

29 *Opinio fauens religioni, in dubio tenenda eſt.*

30 *Conceſſio ad ſupplicationem vnius impetrata, tertio praiudicare nequit.*

31 *Textus habens varios intellectus, ad deciſionem cauſæ validè allegari non poteſt.*

QVATVOR quæſtiones in quatuor punctis ſubſiſtentes proponente Auctore in hoc eius adducto Reſponſo, ſeu reſcripto, & ad illas omnia dicta eius dirigendo.

Prima de ratione reddenda adminiſtrationis à quibuſdam Eccleſiaſticæ fabricæ rectoribus.

Secunda de eorum iuriſdictione in funeralibus, & ſepulturis dictæ Eccleſiæ.

Tertia de eorum auctoritate in gazofilacijs, ac eleemoſinis recipiendis.

Quarta, & vltima principaliter intenta, vt ipſemet teſtatur, vid. de Eccleſiaſtica, Eccleſiaſticorumq; libertate, & immunitate, ne dum quò ad eorum perſonas, verùm præcipuè quò ad eorum bona, & colonos, prout in inſcriptione, ſeu Epitome dicti quarti quæſiti, & reſponſi inſpicitur; prætermiſſis prioribus tribus, vel nullatenus ad rem noſtram facientibus, ne ſuperuacaneum quid fruſtra ſcribamus ad quartā immunitatis, quæ iuxta eius dicta, eſt etiam principaliter in reſponſo intenta, accedentes, ab illa noſtræ ſcriptionis exordiu ſumemus

memus

memus, verbaliter, & fideliter hic referendo, quæ illic ipſe in allegato reſponſo ſcribit.

IGITVR quò ad quartam quæſtionem, omiſſis breuitatis gratia allegationibus (vt eius verbis vtamur) quæ ad partem contrariam allegari poſſent: Reſpondeo quòd ſic, per tex. clarum in quo hæc concluſio quò ad omnes ſui particulas probatur in c. non minus, de immu. eccle. & in c. aduerſus, eod. tit. qui ſunt tex. generalis Concilij Lateranenſis, cui Reges, Principes, & Duces innumeri interfuere, ponderando diligenter verba eorundem tex. & ſignanter illa verba, ſacerdotes, & poſſeſſiones eorum, & verba illa, de bonis eccleſiarum, & clericorum, & illa verba, foſſata ſiue expeditiones, & verba, illa communes vtilitates, & neceſſitates, repetita non ſine myſterio, in d. c. aduerſus. Ex quibus tex. ha-
12 betur, quod laici talliam gabellam, vel collectam, clericis vel eorum bonis, quouis modo imponere non poſſunt, etiam ſi immineat commune periculum, vt fit tẽpore belli: & quod Eccleſiæ, clerici, & eorum bona; ad talliam, collectam, gabellam, vel impoſitionem præmiſſorum occaſione indicendam, non tenentur: niſi in duobus caſibus, ſcilicet quando facultates laicorum non ſufficerent ad huiuſmodi onera ex integro ſupportanda, & quando talis collecta in vim ſubſidij gratuiti per Epiſcopum, & Clerum, vel Romanum Pontificem indiceretur: & licèt dicta verba, ſacerdotes, & poſſeſſiones eorum, & dicta verba, de bonis Eccleſiarum & cleri-
13 corum, & illa verba, foſſata ſiue expeditiones, ponantur vt narratiua in dictis textibus, & ſic videantur nõ ponderanda, per c. ſi Papa, de priuileg. lib. 6. cum vulga. tamen propter illa verba, fieri talia de cetero prohibemus, poſita poſtmodum in diſpoſitiua, Ex quibus patet, quòd Concilium generale Lateranenſe ſuper illis verbis narratiuis fundat intentionem ſuam, habenda ſunt perinde, ac ſi in diſpoſitiua poſita eſſent; iuxta doctrinam ſingularem Domini Ioan. de Imol. in c. cum Apoſtolica, de his, quæ fi. à præla. quam refert, & ſequitur

Alex.

Alex. de Im. in l. 1. ff. de officio eius cui mandata eſt iuriſdict. & Iaſon. & poſteriores in l. 1. C. quando non peten. partes peten.. accreſ. per text. clemen. 1. de proba. & quòd id verum ſit, nedum de bonis Eccleſiarum, ſed etiam de bonis clericorum, habetur expreſsè in c. fi. de vita, & honeſta. cleri. & ibi Panor. & doct. in c. ſimiliter 16. q. 1. & in l. 2. ibi, nec eorundem facultates, & ſubſtantiæ, C. de epiſ. & cleri. & not. Sali. in l. placet, C. de ſacroſan. Eccleſ. & plenius in l. de his, C. de epiſco. & cleri. & poteſt aſſignari ratio, quia bona cle-
14 ci deſeruiunt clerico, & clericus deſeruit diuino officio, ergo de primo ad vltimum, bona clerici deſeruiunt officio diuino, & per conſequens Chriſto: Cùm ergo ſpiritualia ſine
15 temporalibus diu ſubſiſtere non poſſint, c. ſi quis obiecerit, 1. q. 3. maximè attento, quod bona ſunt alia vita hominis, vt eſt glo. notabilis, & ibi Bal. in l. aduocati, C. de aduoca. diuerſo. iudi. & notat Panor. in c. abbas, quod metus cauſa; patet, quòd bona clericorum alia à fæudalibus tanquam accesſoria, & quaſi cauſa ſine qua non, debeant gaudere priuilegio perſonę clerici, & eſſe immunia à tallijs, & exactionibus laicorum: & ita expreſſe determinat Dominus Panorm. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtitu. vbi decidit, quod ſtatu-
16 tum laicorum ſpecificè diſponens ſuper bonis patrimonialibus clericorum, non valet ex defectu poteſtatis, de quo latius ibi per eum: imò plus dixit idem Dominus Panor. in c. Meſſana, circa fi. de elec. videlicet, quod non poteſt introduci conſuetudine, vt clerici de bonis ſuis patrimonialibus ſoluāt collectam, vel gabellam, de qua materia plenè notatur per Spec. in tit. de cleri. coniuga. poſt princi. & per Archidi. Io. And. & Domini. in c. 1. de immu. Eccle. lib. 6. de bonis autem
17 fæudalibus aliter eſt ſentiendum propter eorum ſingularem naturam: vt in cap. ſolitæ, de maio. & obed. & ibi per Innoc. & doc. & per Panor. in d. Eccleſia Sanctæ Marię. Probatur etiam hæc deciſio per tex. auctenticæ, itē nulla communitas, C. de epiſc. & cler. & in corpore vndè ſumitur, & in c. 1. & in c. clericis, & in c. fi. de immun. Eccleſ. lib. 6. & in clem. vnica, eo. tit. & in c. quamquam, de cenſibus lib. 6. &
in cle.

in cle. præſenti §. eo. tit. & in pluribus alijs paſſibus, per Dominum Panorm. in d. c. non minus, plenißimè commemoratis, vbi poſt multa dicit, ab hac opinione in iudicando non eſſe recedendum, præcipuè attento, quod gloſator iuris ciuilis Accurſius, in l. ad inſtructionem, C. de ſacroſan. Eccleſ.
18 tenet, & firmat hanc opinionem, in quantū tenet, Eccleſiam non teneri ad cōſtructionem vel refectionem murorum Ciuitatis, quam gloſ. Bar. ſummæ authoritatis ibi ſequitur. Hanc opinionem etiam tenet gloſator decreti Ioānes Teutonicus, ſubtiliſſimus doctor in c. generaliter §. 1. 16. q. 1. & Io. An. in d. c. non minus; & Guil. de Cuneo in l. neminem, C. de ſacroſan. Eccle. & conſuluit idem Dominus Panorm. in conſil. ſuo 3. & quia ipſe pleniſſimè hunc articulum ibidem, & in d. ca. non minus, examinat, cenſui amplius in his, quæ ipſe commemorat non eſſe inſiſtendum: ſed vltra dicta per eum, adduco elegans conſilium Bar. incipiens, ſi aliqua poſſeſſio, & eſt numero 180. vbi pro hac parte conſuluit. adduco etiam tex. notabilem in d. l. placet, quæ dupliciter probat concluſionem noſtram ſupra tactam in verbis illis, nihil extraordi-
19 narium ab hinc, ſuperindictumue flagitetur: Primò, quia Eccleſia non tenetur ad munus extraordinarium, vt ibi eſt text. ſed id quod indicitur tempore belli ad ſuſtinendū onera eiuſdem, eſt extraordinarium; ex quo non habet vniformem, & ordinariam præſtationem, quod eſt proprium muneri ordinario, ſecundum Bal. & docto. in d. l. placet: ergo, &c. Secundò Eccleſia non tenetur ad ſuperindictum, vt ibi eſt tex. ſed ſuperindictum eſt, quod propter neceſſitatem belli indicitur, vt vult gl. & Bar. in rubrica C. de ſuperindict.
20 lib. 10. ergo, &c. Præterea conſiderandum eſt, duo eſſe genera hominum: vnum, quod mancipatum eſt diuino officio, & deditum contemplationi, & orationi, vt clerici: Aliud genus eſt mundanis, & temporalibus deditum, vt ſunt laici, 12. quæſt. 1. duo: Hinc illis diſtincta competunt officia, laicis quidem ſæcularia, & clericis ſpiritualia; neq; licitum eſt clericis immiſcere ſe negotijs ſæcularibus, tom. tit. ne cleri. vel mona. ſe negot. ſæcula. immiſ. & l. conſulta diualia, Cod.

de teſtam. cum ſimi. inter quæ inter alia eſt arma deferre,
21 bellum mouere,& ſimilia: Arma enim clericorum ſunt orationes, & lachrymæ, & militum Chriſti eſt ſeruire Chriſto; militum verò ſæculi ſeruire ſæculo, c. reprehenſibile 23.q.8. & in tantum ſunt ęſtimandę orationes clericorum,& eccleſiaſticarum perſonarum, quò ad victoriam contra hoſtes obtinendā, quantū inuaſio,vel reſiſtētia laicorū: vndè legitur de Moyſe Exod 17. c.& habetur 36.diſt.c. vlt. q̄ ipſo orante vincebat populus eius, eo autē dimittēte manū, vincebatur populus eius. Præcipuum enim eſt, quod Chriſtus nobiſcum pugnet: hinc dicit alibi text. quòd ſacerdotes ſuis orationibus dicuntur comedere, delere, & conſumere peccata populi, vt in c. ipſi ſacerdotes 1. q. 1. & c. nulli, 3.q.1. Cum ergo, vt plurimum, Deus ſuper nos inducat bellum propter peccata noſtra, vt notat gl. & doct. in c. ad apoſtolicæ, de re iudi. lib. 6. non mirum ſi miniſtri Eccleſiæ, & milites Chriſti, qui diurnum officium pariter,& nocturnum, laicis dormientibus,& in ſuis delicijs viuentibus deuotiſſimè celebrant, vt Deum iratum ſuis precibus, & orationibus placent, ſeminantes ſpiritualia, gaudeant ſuis temporalibus,& tanquam boni vaſſalli principis pro obſequio collectam in bonis ſuis non patiantur.

Iſte enim eſt populus dei, electus in ſortem beatitudinis, c. cum ſecundum apoſtolum, de præben.& c. cleros, 21. diſt.& d. c. duo, quem ſi quis affligit, vtriuſq; teſtamenti pagina edocente, indubiè ipſum Deū contra ſe prouocat, ad quem talium offenſio pertinet, iuxta illud: Nolite tangere Chriſtos meos; Chriſtos quidem, id eſt, vnctos, de quo verbo commemorat glo. iuris ciuilis in auct. de non alienan. poſt princi. in verbo de generi, col. 11. & alibi dominus, dijs non detrahes, per deos ſacerdotes intelligens, qui propter ordinis dignitatem deorum nomine nuncupantur, c. cum ex iniuncto. de hæreti. Hinc etiam notanter & rectè dicit tex. in d. c. non minus, hæc & ſimilia eſſe onera laicorum. Accedit præmiſ-
22 ſis, quod clericis & perſonis eccleſiaſticis diuerſa incūbunt onera, in quibus laici non contribuunt, vt eſt procuratio legato-

gatorum Sedis Apoſtolicæ, c. ad audientiam, de præſcript. cum ſim. quæ non immeritò fœlici embolæ, vel expeditioni Cæſareæ, de qua in l. iubemus nullam nauem, & in d.l. neminem, C. de ſacroſan. Eccleſ. comparari poteſt. Item decima beneficiorum imminente neceſſitate grandi, clem. ſi. de deci. Item procuratio debita Epiſcopo ratione viſitationis ſingulis annis fiendæ, c. cum venerabilis, de cenſib. & cap. cum non liceat, de præſcrip. Item cathedraticum, ſubſidiũ, de quo in c. cũ Apoſtolus, de cenſi. Itẽ cathedraticũ, & alia iura ordinario debita, de quibus in c. conquerente, de offi. ordi. & alia plura, vt annatæ, & ſimilia, quæ enumerare faſtidioſum eſt. Præterea vt impoſitio aliqua liget, & arctet pelliparios, vocantur pelliparij, Clerus autem ad nullum actum deliberatiuum vocatur; ex quo planè videntur fateri laici, hęc onera clerum non tangere: regula quod omnes, de reg. iu. lib. 6. Præterea licet non eſſet tex. neq; aucto. gl. vel doct. tamẽ pro clero eſt euidens ratio. Certum eſt enim, quod bona & poſſeſſiones Eccleſiarum, & clericorum non ſunt obligata pro oneribus extraordinarijs ſubeũdis: hoc enim nullo iure cautum reperitur: Collecta ergo, tallia, gabella, vel impoſitio, quæ imponitur perſonæ ratione rerum ſeu poſſeſſionum, non poteſt Eccleſiæ, vel clericis per laicos imponi, cum non ſint eis ſubiecti. Imò nulla valet conſuetudo in contrarium, vt ſupra dixi.

23 Quod autem clerici non ſint ſubiecti laicis, neq; vnquam fuerint, quò ad iuriſdictionem, ſed ſint exẽpti etiam de iure diuino, patet in c. ſi Imperator, & ibi eſt gl. ſingularis 96. diſtin. & notat Inno. & doc. in c. 11. de maio. & obed. & Cardi. in repetitione c. perpendimus, de ſent. excom. & idem Card. in cle. 1. in 111. notabili, & 1. quæſtione de offi. ordi. poſt gloſ. ibidem & Panor. & canoniſtæ in d. c. eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſti. Hinc etiam legitur Geneſis 47. vltra medium, Subiecit Ioſeph omnem terrã Aegypti Pharaoni, & cũctos populos eius à nouiſſimis terminis Aegypti, vſque ad extremos fines eius, præter terram ſacerdotũ, &c. Et poſt interuallum ſubditur, ex eo tẽpore vſque in pręſentem diem in vniuerſa terra Aegypti regibus quinta pars ſoluitur

uitur, & factum eſt quaſi in legem, abſq; terræ ſacerdotali;
quæ libera ab hac exactione fuit: Imò plus dicit ibi textus,
quod ſtatuta cibaria ex horreis publicis ſacerdotibus dabantur,
& hoc eſt, quod vult præal. l. priuilegia. in fine, & d. cap.
non minus, in princi. & 1. Eſdræ 7. cap. legitur, quod Artaxerſes
rex ſuis miniſtris præcepit in hunc modum: Omne,
quod ad ritum Dei cœli pertinet, tribuatur diligenter in domo
dei cœli, ne forte iraſcatur contra regnum regis, & filiorum
eius: vobis quoq; notum facimus de vniuerſis ſacerdotibus
& leuitis, cantoribus & ianitoribus. nathinæis, & miniſtris
domus dei huius, vt vectigal & tributū, & annonas non
habeatis poteſtatem imponendi ſuper eos: & hinc dicitur in
præall. c. non minus, & in d. c. quanquā, quod Eccleſiæ Eccleſiaſticæq;
perſonæ, ac res ipſarum, non ſolum iure humano,
quinimò & diuino, à ſæcularium perſonarum exactioni-
24 bus ſunt immunes: Sicut ergo collecta non poſſet imponi
forenſi, nō ſubditò, vt dicit glo. notabilis in l. reſcripto, in §.
fi. de muner. & honori. quam commendant doc. & præcipuè
Salice. in d. l. placet: Ita nec clerico miniſtro Dei, & militi
Chriſti: & hoc conſtanter aſſerit Bal. poſt Bart. in præall. l.
25 placet: fateor tamen quod ad tributum, & ad alia onera realia,
quibus obligatæ fuerunt poſſeſſiones, antequam venirēt
ad Eccleſiam, vel miniſtros eius, benè tenentur Eccleſię, &
clerici: & ita loquitur c. tributum, 11. q. 1. et c. tributum, 23.
q. 8. et d. l. de his, & d. l. placet, in ver. canonicā illationem;
niſi prædia fuerint dedicata pro cimiterio, fundatione, horto,
vel manſo, vel dote Eccleſiæ: quia talia ab omni tributo
debent eſſe libera, c. 1. de cenſib. & per Innoc. in d. c. nō minus.
Pręterea pro iuſtificatione iuris dicti cleri ponderandum
eſt, quod pię memorię Dux Carolus, cum dicto clero
contrahens, ex quo contractu validè obligabatur, l. Cæſar. ff.
de publica. & c. 1. de natura feudi, & ibi Bal. & c. 1. de probat.
& ibi Bal. Panor. et doc. ſe, & ſucceſſores ſuos obligauit ad
bona Eccleſiæ collegiatæ dicti oppidi Buſciducenſis non talliandum,
vel talliari per alios permittēdum, prout nec etiam
communitas Eccleſiam, vel clerū talliare poteſt: d. aut. item

nulla

nulla communitas, & ſic conformiter ad ius commune. Ponderandum etiam eſt, quod Illuſtriſſimus Romanorum Rex Maximilianus, anno 79. nouiſſimè prӕterito, tunc Dux Brabantiӕ pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, conformando ſe iuri communi, dicto clero, & eorum bonis plenam libertatem, & immunitatem indulſit, quod ſiquidē indultum Illuſtriſſimus Dominus noſter Archidux Philippus, exigentibus meritis dicti cleri, qui in eundem Dominum noſtrum Archiducem alternatiuam collationis prӕbendarum dictӕ Eccleſiӕ tranſtuliſſe dicitur in forma, qua iacet, confirmauit. Plurimùm etiam ponderandum eſt, quòd vltra ius commune dicto clero, vt prӕmittitur, competens: & vltra prӕtactas obligationes, & conceſſiones, ipſe clerus longo tempore fuit in quieta, & pacifica poſſeſſione dictę libertatis non ſoluendi talliam, collectam, gabellam, vel impoſitionem de ſuis bonis & rebus, in poſſeſſione habendi, & tenēdi penu, in poſſeſſione vinum, & alia liquida in dicto oppido, & foro, ac alibi liberè emendi, ac vinum & alia liquida ſine ſolutione aſſiſiӕ, vel gabellӕ, ſummam dumtaxat 40. florenorum ab antiquo ſolui ſolitam, ſoluendo, imponendi, ac reliqua, quӕ ad libertatem pertinent, faciendi. Cum ergo dictus clerus habeat pro ſe, nedum ius diuinum, ſed etiam ius humanum, nedum canonicum, ſed ciuile, & conſuetudinem, quę eſt optima legum interpres, d.c. cum dilectus, de conſuetu. & l.ſi de interpretatione. ff. de legi. Cumq; minimè ſint mutanda, quӕ obſeruationem certam ſemper habuerunt; & cum ſubeſſe debeat euidens vtilitas, vt recedatur ab eo quod diu ӕquum eſt, etiam vbi variatio ad placitum fieri poteſt l. 1. ff. de conſtit. princip. & cum hoc caſu in ſublatione libertatis, de qua eſt quӕſtio, euidens reſultaret iniquitas, iuri diuino, & humano diſplicens: ſequitur declarandum eſſe, & declarari debere, dictum clerum ad ſoluendum aliquid prӕter ſummam 40. florenorum ab antiquo ſolui ſolitam, ratione impoſitionis, collectӕ, talliӕ, vel gabellӕ, ſiue id imponatur ſuper vino, ſiue ſuper ceruiſia, ſiue ſuper rebus deferendis ab extra, per vel ad prӕfatum clerum: dummodo non negociationis

 cauſa

cauſa huiuſmodi ſuas res, & bona deferant, vel deferri faciant pro quacunq; etiam communi neceſſitate, vel vtilitate huiuſmodi onera imponantur, aſtringi non poſſe: niſi primum conſtet, quòd facultates laicorum dicti oppidi ad ſupportādū huiuſmodi onera nō ſufficiant: & quòd tunc huiuſmodi collectæ impoſitio iudicatur non per ipſos laicos, vel per communitatem, ſed per iudicem eccleſiaſticum in vim ſubſidij, & doni gratuiti. De iure enim communi laicus deferens aliquid ab extra ad proprium ſuum vſum, vel ad vtilitatem fiſci, non tenetur ſoluere pedagium, gindagium, vel alias exactiones, vt eſt text. in l. vniuerſi, C. de vectig. & commiſſ. Multo minus ergo clerici miniſtri Dei, & milites Chriſti, qui ordinationibus laicorum non ſubſunt, vt prædixi. Licet enim aliqui legiſtæ in d. l. ad inſtructionē, teneant Eccleſiā teneri ad neceſſariā conſtructionē, vel refectionē murorū, vt Iaco. Butriga. Bal. Salice. & Paul. de Caſtr. Tamen idem Bald. Paul. de Caſt. & alij ibidem fatentur, quòd impoſitio, & compulſio hoc caſu facienda eſt per iudicem eccleſiaſticum, iuxta tenorem dicti c. non minus: & ſi bene ponderentur tex. iuris ciuilis, & canonici, nullo iure probatur, Eccleſiam ad hoc teneri: Imò contrarium, vt ſupra deduxi, niſi fortè in ſubſidium, & modo quo ſupra: & hanc partem tenent famoſiores doct. vtriuſq; iuris, & vtriuſq; iuris gloſatores Accurſius, & Io. Teutho. Bart. Guil. de Cuneo, Ioan. And. Panor. & alij plures; & licet d. l. ad inſtructionem, non tam vi legis, quam rationis naturalis, Eccleſiam, & clericos aſtringeret ad inſtructionem pontium, & viarum, ac ad illa quæ pietatem concernunt: tamen, vt inquit Guil. de Cuneo in d. l. neminem, & Io. And. in d. c. non minus, ex hoc non validè arguitur, Eccleſiam, & clericos teneri ad ea, quæ concernunt publicam vtilitatem, & ad refectionem murorum ciuitatis, vel ad ſuperindictum: cum ex ſeparatis non fiat illatio, l. neq; natales, C. de proba. & l. non hoc, C. vndè cognati. Cum ergo indubio tenenda ſit opinio, quæ fauet religioni, ar. l. ſunt perſonæ ff. de rel. & ſumpti. fune. & c. fi. de re iudica. & fauorabiliores ſunt rei, quam actores, iuribus

vul-

vulgari. non eſt ab hac opinione in iudicando recedendum, iuxta famoſam doctrinam Iaco. Butrigarij in l. 1. C. qui pro ſua iuriſdictione, vbi dicit in iudicando ab opinione gl. non eſſe recedendū, quādo habet vnum famoſum doc. poſt ſe, vt dicit Bal. in l. cū hæreditas, C. depo. quod auctoritas gl. omnes alias tollit auctoritates: In caſu autem præſenti cum gloſatoribus concordant plures vtriuſq; iuris famoſiſſimi doct. vt dixi. Nec obſtat præmiſſis ordinatio facta per bonæ memoriæ Ducem Philippum, in qua inter alia dicitur, quod de cætero bona venientia ad Eccleſiam, vel pia loca, manebunt obligata ad eadem onera, ad quæ erant obligata, antequam venirent ad Eccleſiam: Quia reſpondeo tripliciter. Primò, quod quatenus dicta ordinatio hoc modo intelligatur, & nō vltra extendatur, contentus eſt dictus clerus ſubire onera realia, quæ incumbebāt rei vel poſſeſſioni, antequam ad Eccleſiam peruenit: ſed, vt ſuprà dixi, nullo iure cautum reperitur, quod bona exiſtant pro oneribus futuris extraordinarijs obligata: & perſonis clericorum, vel Eccleſiaſticarum perſonarum, tanquam non ſubditis, per laicos onera imponi non poſſunt, vt præmiſſi: quare non obſtat. Secundò reſpondeo, & dico, quod impetratio dictæ conceſſionis dicto clero preiudicare non poteſt, ex quo ad ſupplicationem partis clero inaudito emanauit, per iura generalia. Reſpondeo, & tertiò, quod huiuſmodi cōceſſio aliter intellecta, tanquam manifeſtè libertati Eccleſiaſticæ ſibi iure diuino, & humano competenti, vt præmittitur, contraria, & præiudiciabilis: non valet. ſed eſt caſſa, & irrita ex defectu poteſtatis, aucto. caſſa, & irrita, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in corpore vnde ſumitur, & talia ſtatuta condentes incurrunt pœnas, & cenſuras, de quibus in d. aucten. caſſa, & in c. nouerint, & in c. graue, de ſenten. excommuni. Nec obſtat etiam premiſſis c. 11. de immuni. Eccleſi. quia ad illum text. dantur plures intellectus, & ſic ex illo textu validè argumentari non poteſt, iuxta doctrinā Bartoli in l. in ambiguo. ff. de rebus dubijs, & quia ad illum textum, & ad omnia iura, quæ in contrarium allegari poſſent, plenè reſpondet Panor. in d. c. non

 minus,

Digitized by Google

30 *Vbi periculum eſt in mora, & res celeritatem exigit, receditur à regulis iuris communis.*

31 *Leges tranſgredi ex magna cauſa, & vt periculis obuietur licet.*

32 *In exorbitantibus, & extraordinarijs ordinem non ſeruare, ordo eſt.*

33 *Ex duobus malis minus eſt eligendum.*

34 *Clerici tanquam ſuſpecti remoueri poſſunt, vbicunq; ad contributionem onerum faciendam ſe intromittere vellent.*

35 *Principes ſeculares poſſunt Eccleſiaſticos ad aliquam ſolutionem onerum compellere cauſatiuè, licet non præciſè, & duobus ſequen.*

38 *Per indirectum multa fieri conceduntur, quæ directò prohibentur.*

39 *Conſuetudo dato, quod iniqua ſit, iuncta tamen cum tollerantia, & patientia ſuperioris, ſuſtinetur, & nu. 40.*

41 *Authoritate propria ſibi ipſius dicere licet, etiam bona ſurtiue diripiendo, vbicunq; officiales negligentes in iuſtitia adminiſtranda ſunt.*

NVper exorta quadam extraiudiciali controuerſia inter Magnificos Dominos Deputatos ab Vniuerſitate, ſeu Decurionibus huius inclitæ Ciuitatis Vercellarum petentes ex vna, & Venerandum Monaſterium S. Andreæ eiuſdem Ciuitatis, ſeu pro ea agentes, & ſe opponentes ex altera, ſuper articulis infraſcriptis, eaque ſummariè deciſioni meæ remiſſa ab vtraque parte: ſuccinctè, & concluſiuè in ijs votum meũ depromam, & quid iuris eſſe ſentiam, ſigillatim explicabo.

Primus, inquam articulus eſt. An Monaſterium prædictum teneatur pro iugeribus decem, & ſeptem nouiter per ipſum acquiſitis in agro Vercellenſi munera ſubire, ſeu contribuere cum ipſa vniuerſitate, ſeu in omnibus oneribus occurrentibus, ſaltem realibus, vel realium naturam obtinentibus.

Secundus, An ſaltem contribuere teneatur in oneribus

bellicis, ſeu à bello dependentibus.

Tertius, an releuetur Monaſterium ex eo, quod ſoluat, vel ſoluere conſueuerit certam quotam pro rata bonorū, quæ poſſidet in territorio, vel diſtrictu dictæ ciuitatis, maximè cum Monaſterium ipſum diſtraxerit nonnulla alia prædia in eodem agro conſiſtentia longè maioris quātitatis, & valoris, quam ſint iugera decem, & ſeptem prædicta, & illorum emptores pro ipſis diſtractis, cum eadem vniuerſitate contribuant, & nihilominus Monaſterium integram quotam, de qua ſupra, ciuitati perſoluat vti præſupponitur.

Quartus, an in caſibus in quibus Monaſterium deberet, cum ciuitate contribuere, deducenda ſint ei onera decimarum, & aliorum onerum, quæ ipſi Monaſterio per Sedem Apoſtolicam indicuntur.

Quintus, an ſaltem teneatur, ipſa iugera decem, & ſeptem per ſimplicem deſcriptionem profiteri extra illud publicum cathaſtrum.

Sextus, præſuppoſito quod Monaſterium ad præmiſſa, vel ad eorū aliqua teneatur, an auctoritate Illuſtriſſimi DD. noſtri Ducis, & ſic Principis laici, vel eius officialium, ad ea poſſit aſtringi Monaſterium prædictum.

Quod ad primum articulum attinet, habeo pro conſtanti Monaſterium prædictum regulariter non teneri cum laicis contribuere in collectis, quæ imponuntur pro oneribus occurrentibus, cum ab ijs Eccleſia ſit immunis omni iure, ſcilicet
1 licet diuino, canonico, & ciuili: Diuino quidem, vt patet Gene. c.47. vbi Regibus quinta pars ſoluitur, & factū eſt quaſi in legem, abſque terra ſacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit. & Eſdræ caput. 7. Vobis autem notum facimus de Vniuerſis ſacerdotibus, & leuitis, & cantoribus, & ianitoribus, & nathineis, miniſtris domus Dei, vt vectigal, & tributum, & annonas non habeatis poteſtatem imponendi ſuper eos. patet etiam ex eo, quòd habetur in c. conuenior. 23. q. vltim. & capitu. tributum. §. quamuis. eadem quęſtio. ca. non minus. & c. aduerſus. de immunit. Eccleſ. & c. 1. & cap. clericis laicos. eod. tit. lib. 6. & clementi. 1. eod. tit. de immu.

Alex. de Im. in l. 1. ff. de officio eius cui mandata eſt iuriſdict. & Iaſon. & poſteriores in l. 1. C. quando non peten. partes peten.. accreſ. per text. clemen. 1. de proba. & quòd id verum ſit, nedum de bonis Eccleſiarum, ſed etiam de bonis clericorum, habetur expreſsè in c. fi. de vita, & honeſta. cleri. & ibi Panor. & doct. in c. ſimiliter 16. q. 1. & in l. 2. ibi, nec eorundem facultates, & ſubſtantiæ, C. de epiſ. & cleri. & not. Sali. in l. placet, C. de ſacroſan. Eccleſ. & plenius in l. de his, C. de epiſco. & cleri. & poteſt aſſignari ratio, quia bona cle-
14 ci deſeruiunt clerico, & clericus deſeruit diuino officio, ergo de primo ad vltimum, bona clerici deſeruiunt officio diuino, & per conſequens Chriſto: Cùm ergo ſpiritualia ſine
15 temporalibus diu ſubſiſtere non poſſint, c. ſi quis obiecerit, 1. q. 3. maximè attento, quod bona ſunt alia vita hominis, vt eſt glo. notabilis, & ibi Bal. in l. aduocati, C. de aduoca. diuerſo. iudi. & notat Panor. in c. abbas, quòd metus cauſa: patet, quòd bona clericorum alia à fæudalibus tanquam acceſſoria, & quaſi cauſa ſine qua non, debeant gaudere priuilegio perſonę clerici, & eſſe immunia à tallijs, & exactionibus laicorum: & ita expreſſe determinat Dominus Panorm. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtitu. vbi decidit, quod ſtatu-
16 tum laicorum ſpecificè diſponens ſuper bonis patrimonialibus clericorum, non valet ex defectu poteſtatis, de quo latius ibi per eum: imò plus dixit idem Dominus Panor. in c. Meſſana, circa fi. de elec. videlicet, quod non poteſt introduci conſuetudine, vt clerici de bonis ſuis patrimonialibus ſoluãt collectam, vel gabellam, de qua materia plenè notatur per Spec. in tit. de cleri. coniuga. poſt princi. & per Archidi. Io. And. & Domini. in c. 1. de immu. Eccle. lib. 6. de bonis autem
17 fæudalibus aliter eſt ſentiendum propter eorum ſingularem naturam: vt in cap. ſolitæ, de maio. & obed. & ibi per Innoc. & doc. & per Panor. in d. Eccleſia Sanctæ Marię. Probatur etiam hæc deciſio per tex. auctenticæ, itẽ nulla communitas, C. de epiſc. & cler. & in corpore vndè ſumitur, & in c. 1. & in c. clericis, & in c. fi. de immun. Eccleſ. lib. 6. & in clem. vnica, eo. tit. & in c. quamquam, de cenſibus lib. 6. &
in cle.

in eſt. præſenti §oo. tit. & in pluribus alijs paſſibus; per Dominum Panorm. in d.c. non minus, ibi pleniſſimè commemoratis, vbi poſt multa dicit, ab hac opinione in iudicando non eſſe recedendum, præcipuè attento, quod gloſator iuris ciuilis Accurſius, in l. ad inſtructionem, C. de ſacroſan. Eccleſ.
18 tenet, & firmat hanc opinionem, in quantū tenet, Eccleſiam non teneri ad cōſtructionem vel refectionem murorum Ciuitatis, quam gloſ. Bar. ſummæ autoritatis ibi ſequitur. hanc opinionem etiam tenet gloſator decreti Ioānes Teutonicus, ſubtiliſſimus doctor in c. generaliter §. 1. 16. q. 1. & Io. An. in d.c. non minus; & Guil. de Cuneo in l. nemine, C. de ſacroſan. Eccle. & conſuluit idem Dominus Panor. in conſil. ſuo 3. & quia ipſe pleniſſimè hunc articulum ibidem, & in d. ca. non minus, examinat, conſulam plenius in his; quia ipſe commemorat non eſſe inſiſtendum: ſed vltra dicta per eum, adduco elegans conſilium Bar. incipiens, ſi aliqua poſſeſſio, & eſt numero 180. vbi pro hac parte conſuluit. adduco etiam tex. notabilem in d. l. placet, quæ dupliciter probat concluſionem noſtram ſupratactam in verbis illis, nihil extraordi-
19 narium ab hinc, ſuperindictumue flagitetur: Primò, quia Eccleſia non tenetur ad munus extraordinarium, vt ibi eſt text. ſed id quod indicitur tempore belli ad ſuſtinendū onera eiuſdem, eſt extraordinarium; ex quo non habet vniformem, & ordinariam præſtationem, quod eſt proprium muneri ordinario, ſecundum Bal. & docto. in d. l. placet: ergo, &c. Secundò Eccleſia non tenetur ad ſuperindictum, vt ibi eſt tex. ſed ſuperindictum eſt, quod propter neceſſitatem belli indicitur, vt vult gl. & Bar. in rubrica C. de ſuperindict.
20 lib. 10. ergo, &c. Præterea conſiderandum eſt; duo eſſe genera hominum: vnum, quod mancipatum eſt diuino officio, & deditum contemplationi, & orationi, vt clerici: Aliud genus eſt mundanis, & temporalibus deditum, vt ſunt laici, 12. quæſt. 1. duo: Hinc illis diſtincta competunt officia, laicis quidem ſæcularia, & clericis ſpiritualia; neq; licitum eſt clericis immiſcere ſe negotijs ſæcularibus, tom. tit. ne cleri. vel mona. ſe negot. ſæcula. immiſ. & l. conſulta diualia, Cod. de

·C 2· 8

de teſtam. cum ſimi. inter quæ inter alia eſt arma deferre,
21 bellum mouere,& ſimilia: Arma enim clericorum ſunt orationes, & lachrymæ, & militum Chriſti eſt ſeruire Chriſto; militum verò ſæculi ſeruire ſæculo, c. reprehenſibile 23. q. 8. & in tantum ſunt ęſtimandę orationes clericorum,& eccleſiaſticarum perſonarum, quò ad victoriam contra hoſtes obtinendā, quantū inuaſio, vel reſiſtētia laicorū: vndè legitur de Moyſe Exod 17. c.& habetur 36. diſt. c. vlt. q̄d ipſo orante vincebat populus eius, eo autē dimittēte manū, vincebatur populus eius. Præcipuum enim eſt, quod Chriſtus nobiſcum pugnet: hinc dicit alibi text. quòd ſacerdotes ſuis orationibus dicuntur comedere, delere, & conſumere peccata populi, vt in c. ipſi ſacerdotes 1. q. 1. & c. nulli, 3. q. 1. Cum ergo, vt plurimum, Deus ſuper nos inducat bellum propter peccata noſtra, vt notat gl. & doct. in c. ad apoſtolicæ, de re iudi. lib. 6. non mirum ſi miniſtri Eccleſiæ, & milites Chriſti, qui diurnum officium pariter,& nocturnum, laicis dormientibus,& in ſuis delicijs viuentibus deuotiſſimè celebrant, vt Deum iratum ſuis precibus, & orationibus placent, ſeminantes ſpiritualia, gaudeant ſuis temporalibus,& tanquam boni vaſſalli principis pro obſequio collectam in bonis ſuis non patiantur.

Iſte enim eſt populus dei, electus in ſortem beatitudinis, c. cum ſecundum apoſtolum, de præben.& c. cleros, 21. diſt.& d. c. duo, quem ſi quis affligit, vtriuſq; teſtamenti pagina edocente, indubiè ipſum Deū contra ſe prouocat, ad quem talium offenſio pertinet, iuxta illud: Nolite tangere Chriſtos meos, Chriſtos quidem, id eſt, vnctos, de quo verbo commemorat glo. iuris ciuilis in auct. de non alienan. poſt princi. in verbo degeneri, col. 11. & alibi dominus, dijs non detrahes, per deos ſacerdotes intelligens, qui propter ordinis dignitatem deorum nomine nuncupantur, c. cum ex iniuncto. de hæreti. Hinc etiam notanter & rectè dicit tex. in d. c. non minus, hæc & ſimilia eſſe onera laicorum. Accedit pręmiſ-
22 ſis, quod clericis & perſonis eccleſiaſticis diuerſa incūbunt onera, in quibus laici non contribuunt, vt eſt procuratio lega-

gato-

gatorum Sedis Apoſtolicæ, c. ad audientiam, de præſcript. cum ſim. quæ non immeritò fœlici embolæ, vel expeditioni Cæſareæ, de qua in l. iubemus nullam nauem, & in d.l. neminem, C. de ſacroſan. Eccleſ. comparari poteſt. Item decima beneficiorum imminente neceſſitate grandi, clem. ſi. de deci. Item procuratio debita Epiſcopo ratione viſitationis ſingulis annis fiendæ, c. cum venerabilis, de cenſib. & cap. cum non liceat, de præſcrip. Item cathedraticum, ſubſidiū, de quo in c. cū Apoſtolus, de cenſi. Itē cathedraticū, & alia iura ordinario debita, de quibus in c. conquerente, de offi. ordi. & alia plura, vt annatæ, & ſimilia, quæ enumerare faſtidioſum eſt. Præterea vt impoſitio aliqua liget, & arctet pelliparios, vocantur pelliparij, Clerus autem ad nullum actum deliberatiuum vocatur; ex quo planè videntur fateri laici, hęc onera clerum non tangere: regula quod omnes, de reg. iu. lib. 6. Præterea licet non eſſet tex. neq; aucto. gl. vel doct. tamē pro clero eſt euidens ratio. Certum eſt enim, quod bona & poſſeſſiones Eccleſiarum, & clericorum non ſunt obligata pro oneribus extraordinarijs ſubeūdis: hoc enim nullo iure cautum reperitur: Collecta ergo, tallia, gabella, vel impoſitio, quæ imponitur perſonæ ratione rerum ſeu poſſeſſionum, non poteſt Eccleſiæ, vel clericis per laicos imponi, cum non ſint eis ſubiecti. Imò nulla valet conſuetudo in contrarium,
23 vt ſupra dixi. Quod autem clerici non ſint ſubiecti laicis, neq; vnquam fuerint, quò ad iuriſdictionem, ſed ſint exēpti etiam de iure diuino, patet in c. ſi Imperator, & ibi eſt gl. ſingularis 96. diſtin. & notat Inno. & doc. in c. 11. de maio. & obed. & Cardi. in repetitione c. pèrpendimus, de ſent. excom. & idem Card. in cle. 1. in 111. notabili, & 1. quæſtione de offi. ordi. poſt gloſ. ibidem & Panor. & canoniſtæ in d. c. eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſti. Hinc etiam legitur Geneſis 47. vltra medium, Subiecit Ioſeph omnem terrā Aegypti Pharaoni, & cūctos populos eius à nouiſſimis terminis Aegypti, vſque ad extremos fines eius, præter terram ſacerdotū, &c. Et poſt interuallum ſubditur, ex eo tēpore vſque in pręſentem diem in vniuerſa terra Aegypti regibus quinta pars ſoluitur

uitur, & factum eſt quaſi in legem, abſq; terræ ſacerdotali; quæ libera ab hac exactione fuit: Imò plus dicit ibi textus, quod ſtatuta cibaria ex horreis publicis ſacerdotibus dabantur, & hoc eſt, quod vult præal. l. priuilegia. in fine, & d. cap. non minus, in princi. & 1. Eſdræ 7. cap. legitur, quod Artaxerſes rex ſuis miniſtris præcepit in hunc modum: Omne, quod ad ritum Dei cœli pertinet, tribuatur diligenter in domo dei cœli, ne forte iraſcatur contra regnum regis, & filiorum eius: vobis quoq; notum facimus de vniuerſis ſacerdotibus & leuitis, cantoribus & ianitoribus, nathinæis, & miniſtris domus dei huius, vt vectigal & tributũ, & annonas non habeatis poteſtatem imponendi ſuper eos: & hinc dicitur in præall. c. non minus, & in d.c. quanquã, quod Eccleſiæ Eccleſiaſticæq; perſonæ, ac res ipſarum, non ſolum iure humano, quinimò & diuino, à ſæcularium perſonarum exactioni-
24 bus ſunt immunes: Sicut ergo collecta non poſſet imponi forenſi, nõ ſubditò, vt dicit glo. notabilis in l. reſcripto, in §. fi. de muner. & honori. quam commendant doc. & præcipuè Salice. in d. l. placet: Ita nec clerico miniſtro Dei, & militi Chriſti: & hoc conſtanter aſſerit Bal. poſt Bart. in præall. l.
25 placet: fateor tamen quod ad tributum, & ad alia onera realia, quibus obligatæ fuerunt poſſeſſiones, antequam venirẽt ad Eccleſiam, vel miniſtros eius, benè tenentur Eccleſię, & clerici: & ita loquitur c. tributum, 11. q. 1. et c. tributum, 23. q. 8. et d. l. de his, & d. l. placet, in ver. canonicã illationem; niſi prædia fuerint dedicata pro cimiterio, fundatione, horto, vel manſo, vel dote Eccleſiæ: quia talia ab omni tributo debent eſſe libera, c. 1. de cenſib. & per Innoc. in d. c. nõ minus. Preterea pro iuſtificatione iuris dicti cleri ponderandum eſt, quod pię memorię Dux Carolus, cum dicto clero contrahens, ex quo contractu validè obligabatur, l. Cæſar. ff. de publica. & c. 1. de natura feudi, & ibi Bal. & c. 1. de probat. & ibi Bal. Panor. et doc. ſe, & ſucceſſores ſuos obligauit ad bona Eccleſiæ collegiatæ dicti oppidi Buſciducenſis non talliandum, vel talliari per alios permittẽdum, prout nec etiam communitas Eccleſiam, vel clerũ talliare poteſt: d. aut. item

nulla

nulla communitas, & ſic conformiter ad ius commune. Ponderandum etiam eſt, quod Illuſtriſſimus Romanorum Rex Maximilianus, anno 79. nouiſſimè præterito, tunc Dux Brabantiæ pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, conformando ſe iuri communi, dicto clero,& eorum bonis plenam libertatem, & immunitatem indulſit, quod ſiquidē indultum Illuſtriſſimus Dominus noſter Archidux Philippus,exigentibus meritis dicti cleri, qui in eundem Dominum noſtrum Archiducem alternatiuam collationis præbendarum dictæ Eccleſiæ tranſtuliſſe dicitur in forma,qua iacet, confirmauit. Plurimùm etiam ponderandum eſt,quòd vltra ius commune dicto clero, vt præmittitur, competens: & vltra prætactas obligationes, & conceſſiones, ipſe clerus longo tempore fuit in quieta,& pacifica poſſeſſione dictę libertatis non ſoluendi talliam, collectam, gabellam,vel impoſitionem de ſuis bonis & rebus, in poſſeſſione habendi, & tenēdi penu, in poſſeſſione vinum,& alia liquida in dicto oppido, & foro, ac alibi liberè emendi, ac vinum & alia liquida ſine ſolutione aſſiſiæ, vel gabellæ, ſummam dumtaxat 40. florenorum ab antiquo ſolui ſolitam,ſoluendo, imponendi,ac reliqua,quæ ad libertatem pertinent,faciendi.Cum ergo dictus clerus habeat pro ſe, nedum ius diuinum,ſed etiam ius humanum, nedum canonicum,ſed ciuile,& conſuetudinem,quę eſt optima legum interpres, d.c. cum dilectus, de conſuetu.& l.ſi de interpretatione. ff. de legi. Cumq;minimè ſint mutanda,quæ obſeruationem certam ſemper habuerunt; & cum ſubeſſe debeat euidens vtilitas, vt recedatur ab eo quod diu æquum eſt, etiam vbi variatio ad placitum fieri poteſt l. 1. ff.de conſtit. princip. & cum hoc caſu in ſublatione libertatis, de qua eſt quæſtio, euidens reſultaret iniquitas, iuri diuino, & humano diſplicens: ſequitur declarandum eſſe,& declarari debere, dictum clerum ad ſoluendum aliquid pręter ſummam 40. florenorum ab antiquo ſolui ſolitam, ratione impoſitionis, collectæ, talliæ, vel gabellæ, ſiue id imponatur ſuper vino, ſiue ſuper ceruiſia, ſiue ſuper rebus deferendis ab extra, per vel ad præfatum clerum: dummodo non negociationis

cauſa huiuſmodi ſuas res, & bona deferant, vel deferri faciant pro quacunq; etiam communi neceſſitate, vel vtilitate huiuſmodi onera imponantur, aſtringi non poſſe: niſi primum conſtet, quòd facultates laicorum dicti oppidi ad ſupportãdũ huiuſmodi onera nõ ſufficiant: & quòd tunc huiuſmodi collectæ impoſitio iudicatur non per ipſos laicos, vel per communitatem, ſed per iudicem eccleſiaſticum in vim ſubſidij, & doni gratuiti. De iure enim communi laicus deferens aliquid ab extra ad proprium ſuum vſum, vel ad vtilitatem fiſci, non tenetur ſoluere pedagium, gindagium, vel alias exactiones, vt eſt text. in l. vniuerſi, C. de vectig. & commiſſ. Multo minus ergo clerici miniſtri Dei, & milites Chriſti, qui ordinationibus laicorum non ſubſunt, vt prædixi. Licet enim aliqui legiſtæ in d. l. ad inſtructionẽ, teneant Eccleſiã teneri ad neceſſariã conſtructionẽ, vel refectionẽ murorũ, vt Iaco. Butriga. Bal. Salice. & Paul. de Caſtr. Tamen idem Bald. Paul. de Caſt. & alij ibidem fatentur, quòd impoſitio, & compulſio hoc caſu facienda eſt per iudicem eccleſiaſticum, iuxta tenorem dicti c. non minus: & ſi bene ponderentur tex. iuris ciuilis, & canonici, nullo iure probatur, Eccleſiam ad hoc teneri: Imò contrarium, vt ſupra deduxi, niſi fortè in ſubſidium, & modo quo ſupra: & hanc partem tenent famoſiores doct. vtriuſq; iuris, & vtriuſq; iuris gloſatores Accurſius, & Io. Teutho. Bart. Guil. de Cuneo, Ioan. And. Panor. & alij plures; & licet d. l. ad inſtructionem, non tam vi legis, quam rationis naturalis, Eccleſiam, & clericos aſtringeret ad inſtructionem pontium, & viarum, ac ad illa quæ pietatem concernunt: tamen, vt inquit Guil. de Cuneo in d. l. neminem, & Io. And. in d. c. non minus, ex hoc non validè arguitur, Eccleſiam, & clericos teneri ad ea, quæ concernunt publicam vtilitatem, & ad refectionem murorum ciuitatis, vel ad ſuperindictum: cum ex ſeparatis non fiat illatio, l. neq; natales, C. de proba. & l. non hoc, C. vndè cognati. Cum ergo in dubio tenenda ſit opinio, quæ fauet religioni, ar. l. ſunt perſonæ ff. de rel. & ſumpti. fune. & c. fi. de re iudica. & fauorabiliores ſunt rei, quam actores, iuribus

vulgari. non eſt ab hac opinione in iudicando recedendum, iuxta famoſam doctrinam Iaco. Butrigarij in l. 1. C. qui pro ſua iuriſdictione, vbi dicit in iudicando ab opinione gl. non eſſe recedendũ, quãdo habet vnum famoſum doc. poſt ſe, vt dicit Bal. in l. cũ hæreditas, C. de po. quod auctoritas gl. omnes alias tollit auctoritates: In caſu autem præſenti cum gloſatoribus concordant plures vtriuſq; iuris famoſiſſimi doct. vt dixi. Nec obſtat præmiſſis ordinatio facta per bonæ memoriæ Ducem Philippum, in qua inter alia dicitur, quod de cætero bona venientia ad Eccleſiam, vel pia loca, manebunt obligata ad eadem onera, ad quæ erant obligata, antequam venirent ad Eccleſiam: Quia reſpondeo tripliciter. Primò, quod quatenus dicta ordinatio hoc modo intelligatur, & nõ vltra extendatur, contentus eſt dictus clerus ſubire onera realia, quæ incumbebãt rei vel poſſeſſioni, antequam ad Eccleſiam peruenit: ſed, vt ſuprà dixi, nullo iure cautum reperitur, quod bona exiſtant pro oneribus futuris extraordinarijs obligata: & perſonis clericorum, vel Eccleſiaſticarum perſonarum, tanquam non ſubditis, per laicos onera imponi non poſſunt, vt præmiſſi: quare non obſtat. Secundò reſpondeo, & dico, quod impetratio dictæ conceſſionis dicto clero præiudicare non poteſt, ex quo ad ſupplicationem partis clero inaudito emanauit, per iura generalia. Reſpondeo, & tertiò, quod huiuſmodi cõceſſio aliter intellecta, tanquam manifeſtè libertati Eccleſiaſticæ ſibi iure diuino, & humano competenti, vt præmittitur, contraria, & præiudiciabilis: non valet. ſed eſt caſſa, & irrita ex defectu poteſtatis, aucto. caſſa, & irrita, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in corpore vnde ſumitur, & talia ſtatuta condentes incurrunt pœnas, & cenſuras, de quibus in d. aucten. caſſa, & in c. nouerint, & in ca. graue, de ſenten. excommuni. Nec obſtat etiam præmiſſis c. 11. de immuni. Eccleſi. quia ad illum text. dantur plures intellectus, & ſic ex illo textu validè argumentari non poteſt, iuxta doctrinã Bartoli in l. in ambiguo. ff. de rebus dubijs, & quia ad illum textum, & ad omnia iura, quæ in contrarium allegari poſſent, plenè reſpondet Panor. in d. c. non

minus, & in conſil. ſuo 3. ſuperuacuum duxi, circa hoc inſtare. Superuacuis enim laborat impendijs, qui ſolem facibus certat adiuuare, 6. q. 1. c. ſi omnia, cum vulga. Ex quibus omnibus concludo, faciendum eſſe, vt dixi.

Celeberrimi, ac Eruditiſs. V. I. Conſulti NICOLAI BALBI PRAESIDIS Senatus Pedemontani.

V. I. Conſilium, & Reſponſum Deciſiuum iuxta Deciſionem factam in Senatu Pedemontano.

Et eſt alicubi in fine omnium Deciſionum Senatus Pedemontani, & alibi poſt deciſionem 68. vt in illa relatum.

EPITOME.

Eccleſia, Eccleſiaſticæ perſonæ, ac quicunq; eorum bonorum laboratores, ſunt immunes ab omnibus collectis, & à quorumcunq; onerum impoſitione Laicorum Principum, &c.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia immunis ab omnibus collectis, quæ imponuntur ratione occurrentium onerum eſſe cenſetur, & num. 2. ampliatur.*

3 *Eccleſiaſtica perſonæ iuriſdictioni, & poteſtati laicorum non ſubijciuntur; quod idem in bonis locum habet. & nu. 4.*

5 *Eccleſia pro oneribus bellicis, & à bello deſcendentibus tenetur.*

6 *Clerici cum laicis contribuere tenentur, vbi agitur de mixta vtilitate clericorum, & laicorum, quod ampliatur nu. 7.*

8 *Immunitas generalis conceſſa clericis, onera inſolita non compreben-*

9 & prehendit, & num. 9. ampliatur.

10 Onere duplici nemo grauari debet.

11 Effectus proportionari debet ſua cauſa.

12 In taxatione ſummæ, pro qua monaſterium contribuere debet, an deducenda ſint onera Eccleſiaſticis perſonis impoſita, & num. 13.

14 Redditus Eccleſiæ principaliter clericis aſſignantur, vt honeſtè viuere poſſint.

15 Redditus Eccleſiæ non dicuntur, niſi qui deductis oneribus ſuperſunt.

16 Onus vbi imponitur habito reſpectu ad redditus; tunc limitari, & regulari debebit, habita ratione ipſorum redditium.

17 Poſſidens bona in territorio alicuius loci, illa de iure profiteri, & conſignare debet. & nu. 18. ampliatur.

19 Immunitas tanquam odioſa, & exorbitans à regulis iuris, ſtrictè eſt intelligenda.

20 Cathaſtra ad quem effectum introducta ſint, & nu. 23.

21 Eccleſia immunis à collectis ſoluendis, eſt etiam immunis à conſignandis bonis.

22 Prohibito aliquo, cenſetur etiam id prohibitum, per quod deuenitur ad illud.

23 Per Aeſtimum quaſi contrahitur, & obligatio inducitur.

24 Aeſtimata res, ſi peruenit ad Eccleſiam, debebit inſtante prælato à Cathaſtro deponi.

25 Caſus ſingulares in conſideratione habendi non ſunt, nec trahendi in conſequentiam.

26 Deſcriptio bonorum facilè conceditur, cùm nemini præiudicium afferat.

27 In dubio illa via aſſumenda eſt, per quam vtrique parti conſultum ſit.

28 Tutor liberatus per teſtatorem à confectione inuentarij, nihilominus ſimplicem bonorum pupillarum deſcriptionem facere tenetur.

29 Ab Eccleſijs, in caſibus in quibus ad onerum ſolutionem tenentur, etiam inconſulto Romano Pontifice, iudex laicus contributionem exigere poterit.

30 *Vbi periculum eſt in mora, & res celeritatem exigit, receditur à regulis iuris communis.*

31 *Leges tranſgredi ex magna cauſa, & vt periculis obuietur licet.*

32 *In exorbitantibus, & extraordinarijs ordinem non ſeruare, ordo eſt.*

33 *Ex duobus malis minus eſt eligendum.*

34 *Clerici tanquam ſuſpecti remoueri poſſunt, vbicunq; ad contributionem onerum faciendam ſe intromittere vellent.*

35 *Principes ſeculares poſſunt Eccleſiaſticos ad aliquam ſolutionem onerum compellere cauſatiuè, licet non præciſè, & duobus ſequen.*

38 *Per indirectum multa fieri conceduntur, quæ directò prohibentur.*

39 *Conſuetudo dato, quod iniqua ſit, iuncta tamen cum tollerantia, & patientia ſuperioris, ſuſtinetur, & nu. 40.*

41 *Authoritate propria ſibi ipſius dicere licet, etiam bona furtiue diripiendo, vbicunq; officiales negligentes in iuſtitia adminiſtranda ſunt.*

NVper exorta quadam extraiudiciali controuerſia inter Magnificos Dominos Deputatos ab Vniuerſitate, ſeu Decurionibus huius inclitæ Ciuitatis Vercellarum petentes ex vna, & Venerandum Monaſterium S. Andreæ eiuſdem Ciuitatis, ſeu pro ea agentes, & ſe opponentes ex altera, ſuper articulis infraſcriptis, eaque ſummariè deciſioni meæ remiſſa ab vtraque parte: ſuccinctè, & concluſiuè in ijs votum meũ depromam, & quid iuris eſſe ſentiam, ſigillatim explicabo.

Primus, inquam articulus eſt. An Monaſterium prędictum teneatur pro iugeribus decem, & ſeptem nouiter per ipſum acquiſitis in agro Vercellenſi munera ſubire, ſeu contribuere cum ipſa vniuerſitate, ſeu in omnibus oneribus occurrentibus, ſaltem realibus, vel realium naturam obtinentibus.

Secundus, An ſaltem contribuere teneantur in oneribus

bellicis, ſeu à bello dependentibus.

Tertius, an releuetur Monaſterium ex eo, quod ſoluat, vel ſoluere conſueuerit certam quotam pro rata bonorũ, quæ poſſidet in territorio, vel diſtrictu dictæ ciuitatis, maximè cum Monaſterium ipſum diſtraxerit nonnulla alia prædia in eodem agro conſiſtentia longè maioris quãtitatis, & valoris, quam ſint iugera decem, & ſeptem prædicta, & illorum emptores pro ipſis diſtractis, cum eadem vniuerſitate contribuant, & nihilominus Monaſterium integram quotam, de qua ſupra, ciuitati perſoluat vti præſupponitur.

Quartus, an in caſibus in quibus Monaſterium deberet, cum ciuitate contribuere, deducenda ſint ei onera decimarum, & aliorum onerum, quæ ipſi Monaſterio per Sedem Apoſtolicam indicuntur.

Quintus, an ſaltem teneatur, ipſa iugera decem, & ſeptem per ſimplicem deſcriptionem profiteri extra illud publicum cathaſtrum.

Sextus, præſuppoſito quod Monaſterium ad præmiſſa, vel ad eorũ aliqua teneatur, an auctoritate Illuſtriſſimi DD. noſtri Ducis, & ſic Principis laici, vel eius officialium, ad ea poſſit aſtringi Monaſterium prædictum.

Quod ad primum articulum attinet, habeo pro conſtanti Monaſterium prædictum regulariter non teneri cum laicis contribuere in collectis, quæ imponuntur pro oneribus occurrentibus, cum ab ijs Eccleſia ſit immunis omni iure, ſcilicet

1 licet diuino, canonico, & ciuili: Diuino quidem, vt patet Gene. c.47. vbi Regibus quinta pars ſoluitur, & factũ eſt quaſi in legem, abſque terra ſacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit. & Eſdræ caput. 7. Vobis autem notum facimus de Vniuerſis ſacerdotibus, & leuitis, & cantoribus, & ianitoribus, & nathineis, miniſtris domus Dei, vt vectigal, & tributum, & annonas non habeatis poteſtatem imponendi ſuper eos. patet etiam ex eo, quòd habetur in c. conuenior. 23. q. vltim. & capitu. tributum. §. quamuis. eadem quæſtio. ca. non minus. & c. aduerſus. de immunit. Eccleſ. & c. 1. & cap. clericis laicos. eod. tit. lib. 6. & clementi. 1. eod. tit. de immu.

Eccl. c. quanquam pedagiorum. cum ibi notatis, de cenſib. in 6. Iure verò ciuili perſpicuum eſt ex vulgata l.placet.C.de ſacroſan. Eccleſ.& in auth.item nulla communitas C. de epiſcop, & cler. & in conſtitu. Federici Imperatoris, poſita in tit. de pace iuramen. firman. §. illicitas, ex qua deſumpta eſt illa authen. & in §. adhoc ſancimus in auth. de Eccle. tit. quę iura refert formaliter Abb. in cap. 2. colum. 2. in fin. de im-
2 munit. Eccleſ. ex quo procedit hæc regula, nedum in muneribus perſonalibus, ſed etiam in realibus, & mixtis, cum iura prædicta de omni ſpecie munerum loquantur, vt ibi perſpici poteſt, & ratio eſt, quia ſiue attendātur perſonæ Eccleſiaſticæ, ſiue res, & bona ipſius Eccleſiæ, ſemper, & vbique
3 militat ratio prohibitiua, ne Eccleſiaſtici à laicis collectētur; nam tales perſonæ proculdubio iuriſdictioni, & poteſtati laicorum non ſubijciuntur c. Eccleſia S. Mariæ de conſtitutio. & capitu. decernimus. de iudic. cum ſimilib. ideo non poteſt eis imponi collecta. l. reſcripto §. fin. & ibi Bartol. nota. ff. de munerib. & honorib. & idem Barto. in allegata l.placet, & alibi ſæpe, Gemin. in conſ. 116. quia prædicti. colum. 2. Alex. conſ. 68. & viſa col. 2. volum. 2. & conſil. 52. viſis ijs. in princip. in 5. parte, & ſequuntur alij plerique relati per Dec. conſil. 285. colum. 2. verſ. ſecundò principaliter. Rip lib. 2. reſponſ. cap. 20. poſt Abb. et poſteriores ſcribentes in c. Eccle-
4 ſia S. Mariæ de conſtitutio. Si verò attendantur res, & bona Eccleſiæ, clarum eſt laicos de illis nihil diſponere poſſe: Sunt enim Deo dicata, & ideo non debent prophanis vſibus applicari. c. 3. de rerum permutatio. & c. ſemel Deo, de regul. iur. lib. 6. Nam quæ bona ſemel effecta ſunt Eccleſiæ, ſancta ſanctorum erunt domino, & quicunque vim in eis infert, ſacrilegium committit. c. nulli liceat. & c. quicunque cū ſeq. 12. quæſt. 2. & c. conqueſtus. cum ibi notatis de foro compe. regulariter tamē ideo dixi ſupra in principio, quia in pleriſque caſibus, etiam Eccleſia non eſt immunis, & ita intelligendam eſſe hanc concluſionem, dicit Abb. in d. c. 2. nu. 10. verſi. nota hanc concluſionem. de immunita. Eccleſ. inter cæteros autem caſus is eſt præcipuus, quē ſequenti articulo tractabimus.

Circa

5 Circa ſecundum articulum clarum eſſe arbitror, quod ſpeciale ſit, & contra regulam prædictam, quod Eccleſia teneatur pro bonis, quæ poſſidet contribuere in oneribus bellicis, vel à bello dependentibus, pro quibus imminet magna neceſſitas, pro patriæ defenſione, vt Abb. concludit in d. ca. 2. column. 2. verſicul. vnde pro concordantia. & in cap. non minus. colum. 3. in fine, & ſequent. poſt alios ſcribentes, ibi, maximè Petr. de Anchar. dicentem poſſe dari generalẽ do-
6 ctrinam, quod vbi tractatur de generali vtilitate Eccleſiaſticorum, & laicorum, ſimul, & mixtim, clerici tenentur cum laicis contribuere, & iſtud Abbas comprobat multipliciter, maximè ex notatis per Bartol. in l. nullus. C. de curſor. pub. lib. 12. Idemque tenuit Iaſ. & Parpal. in l. placet. C. de ſacroſ. Eccleſ. & Rip. in tract. de peſte. char. 26. & ita conſuluit Bald. conſil. 246. antiqua querela. laicorum, & conſil. 312. ſi de iure communi, in 3. parte. cum alijs adductis per dictum Rippam. li. 2. reſponſ. c. 20. col. 2. vbi inter cætetos refert, Guid. Pap. quæſt. 28. an Eccleſia, & c. dicens ita fuiſſe determinatum, & obſeruatum vigente bello inter Delphinum, & Sabaudiæ Ducem, & iſtam cõcluſionem affirmat, etiam idem Rip. in l. 4. in prin. num. 31. ff. de re iud. Cur. iun. conſ. 61. ac Bellam. conſ. 75. conſules ciuitatis, & conſilijs duobus ſeq. pluresq; alias, & infinitas pœne doctorum authoritates congeſſerunt Moderni. in tract. de charitatiuo ſubſidio cart. 282. verſ. decimonono, fallit, & pluribus. char. ſeqq. ideo aliter in hoc non inſiſtam, cũ eorum ſcripta facile videri poſſint, qui licet nixi fuerint cuncta referre, materiamq; iſtam perfectè, & ordinate tractare .ſ. qualiter, & quando teneantur clerici cum laicis munera ſubire, quamplura tamẽ prætermiſerunt, nec ſingulos caſus rectè diſtinxerunt; quinimò potiùs aliquos conculcarunt, ita vt nonnihil confuſionis ex eorum dictis reſultet. Vnde cum in caſu iſto agatur de oneribus cauſatis, & quæ in dies cauſantur à bello in hac patria vigente, & pro ſuſtẽtandis militibus Cæſareis ad hoſtes propulſandos, & pro defenſione patriæ, & bonorum in ea conſiſtentium, tam laicorum, quam eccleſiaſticorum, quę iugiter

ter tentant hoſtes prædicti vſurpare, ſibi, ipſiſq; ſubijcere, vtique dicendum eſt, in ijs oneribus monaſterium prædictum còtribuere debere cum hac ciuitate pro bonis, quę in eius territorio poſſidet, & conſequenter pro decem, & ſe-
7 ptem iugeribus ſupraſcriptis. Eo autem magis procedit iſta cõcluſio, quia huiuſmodi munera abſoluta Principis, immo Cæſaris auctoritate indicuntur, cui neceſſario parendũ eſt; nec reſiſti poteſt, vt Bald. ait in conſ. 112. quæritur in prima parte. Eo quoque magis, quia ſunt onera inſolita, quæ in ge-
8 nerali immunitate conceſſa Eccleſijs non cenſentur cõprehenſa, iuxta nota. per Dyn. & poſteriores ſcribentes, in l. ſi ex toto. ff. de lega. 1. & regulam. l. ſi fiſtulas §. frumenta. cũ glo. ff. de contrahen. emp. ac Bar. & docto. in d. l. ſed, & ſi quis §. quæſitum. ff. quis cautio. atque etiam quia notorium eſt, dicta munera bellica, de quibus tractatur, eſſe ad modũ grauia, & aſſidua, & laicorum facultates tam ſic exhauſtas fore, vt nequeant vlterius ſuppetere; quibus attentis, non modo iuridicum, ſed & pium eſſe arbitror, quod in ijs oneribus ec-
9 cleſiaſtici laicis ſuppetias ferant, hocq; permittunt canones iſto caſu liberè fieri, etiam in conſulto Romano Pontifice, vt patet in d. ca. non minus, & in ca. aduerſus. verſi. verum ſi quando de immunit. Eccleſ. & plenius infra dicetur in vltimo articulo.

Tertio articulo, cum nullam præſeferat difficultatem, breuem accõmodo reſponſionem, videlicet, quod quotieſcunque monaſterium prædictum cõtribuit, cum ciuitate ad rationem certæ quotę inter eos, vt præſumitur concluſum, pro omnibus bonis ab ipſo monaſterio poſſeſſis in dicto territorio Vercellenſi, non debebit etiam facere contributionem particularem pro dictis decem, & ſeptẽ iugeribus: quia in ſolutione dictæ quotæ continetur etiam ſolutio illorum
10 iugerum. l. in eo. & l. in toto. ff. de regul. iur. alioquin pro eademmet cauſa bina fieret exactio, contra regul. l. bona fides. non patitur. ff. eodem tit. ſicq; monaſteriũ duplici onere grauaretur eodem reſpectu, quod eſſe non debet, vt ſpecialiter in actione publicorum munerum probatur, eſt text.

cum

cum glo. in l. honorem. ff. de munerib. & honori. not. etiam glo. in l. 1. in verbo poſſident. & ibi Bart. col. 5. C. de mulierib. & in quo loco, lib. 10. ac Paul. de Caſt. in l. nauis §. fi. ff. ad leg. Rhod. de iactu. in 2. col. Semel enim decimatus vlterius decimari non debet, vt inquit canon.

Nec refert, an monaſterium ſpecialiter ſoluerit pro illis iugeribus, vel vniuerſaliter pro omnibus bonis, quia quomodolibet debitor ſatisfaciat, plenè liberatur. l. ſi creditor. ff. de ſolutio. Et hoc maximè procedit, quia ciuitas percipit, etiam contributiones ab illis, in quos monaſterium alia bona diſtraxerit, vt præſupponitur in articulo. adeo, quod quota prædicta eſſet exceſſiua in præiudicium monaſterij, nec ad eam integraliter perſoluendam monaſterium teneretur, ſed ſolum pro rata bonorum, quæ nunc poſſidet, iuxta nota. per
21 Pau. de Caſt. in d. l. nauis §. fi. & quia effectus debet proportionari ſuæ cauſæ, vt Bald. ſcribit in rub. ff. de rerum diuiſ. in fine.

22 Quartus articulus non videtur etiam dubium continere, Ideo in eo concludo, quod in taxatione ſummæ, pro qua monaſterium contribuere debet pro bonis ſuis in oneribus prædictis, detrahenda ſunt in primis omnia neceſſaria ad ſuſtentationem, & alimentationem religioſorum dicti monaſterij in eo deſeruientium, & conſequenter omnia opportuna ad illorum congruum victum, & veſtitum. Deinde alia onera, quibus ipſa bona ſubijciuntur, maximè per Sedem Apoſtolicam impoſita, vt eſt text. in capit. 2. §. vbi autem. de de-
23 cimis lib. 6. dicitur enim ibi, quod quando contingit eccleſiaſticorum rectoribus aliquod onus imponi, debent eis tantum de illorum prouentibus relinqui, quod exinde valeant competentem ſuſtentationem habere, & quæcunque onera debita ſupportare, & ibi glo. in verbo onera exemplificat in oneribus apoſtolicis, & ijs ſimilibus, vt etiam iam decitum erat per c. 1. de præbend. eodem lib. Et hæc etiam ratione probantur; nam quoad neceſſaria pro ſuſtentatione perſo-
24 narum dicti monaſterij, ratio eſt, quia redditus eccleſiaſtici principaliter aſſignãtur à iure clericis, vt ex ipſis honeſte vi-

uere poſſint.cap. cum ab omni.de vita, & honeſtate clerico. quod Abb. in quinto notabili, dicit eſſe pulchrum, ſubdens ad hoc, quod licèt eccleſiaſtici debeant redditus Eccleſiæ pauperibus erogare, quorum eſſe cenſentur.c.fi.15.q.1.& in Eccleſiarum reparationem, ac alia pia opera conuertere.ca. de hijs. de eccleſiaſt. ædifi. tamen intelliguntur iſta iura deductis prius neceſſarijs ad eorum honeſtum victum; debent enim inquit, ipſi primo viuere, & idem dicit in d.ca. de his. facit regula. l.præſes. C. de ſeruit. & aqua. quod prima charitas, &c. & illud Pauli ad Corinthios 9. qui ſeruiunt altari, &c. relatum in cap. cum ſecundum, & c. extirpandæ, in fin. de præben.

15 Quò vero ad alia onera prompta etiã ſe ratio offert, quia redditus Eccleſiæ non dicuntur, niſi qui deductis oneribus ſuperſunt. l.fructus. ff. ſolu. matrim. l. ſi quis argentum. §. 1. vbi Ange. 1 notab. C. de donatio. l.cohæredibus. ff. fam. herciſ. ac alibi ſæpe, vt Fely. refert in c.ad aures. colum.8. verſi. duodecima concluſio, de reſcrip. & vltra eum hoc etiã concludit idem Bal. in l. ſed ſi hoc §. quidam ff. de condi. & demonſtr. dicens, quod tantum debent æſtimari redditus Eccleſiæ, quantum valent deductis oneribus, quem ſequitur latèque comprobat Dec. conſ.156. ſtatutum cathedralis Eccleſiæ Placentinæ, vbi conſuluit, quod ſi noui canonici tenẽtur ex forma ſtatuti dare capitulo medietatem fructuum præbendarum ſuarum duobus primis annis, ſi aliquis obtinuit nouiter à Papa canonicatum cum onere ſoluendi alteri certam penſionem, nõ tenebitur dare capitulo medietatem omnium redditutum ſuæ præbendæ abſolutè, ſed ſolum medietatem eius, quod ſupererit deducta penſione, cõfert præmiſſis, quod notat Abb. in c.quanto. in vltimo nota. de cenſib. colligens ex illo notabili, quod vbi onus imponitur habi-

16 to reſpectu ad redditus, debet illud onus regulari, & limitari, ſecundum quantitatem redditutum. Et illis auctis, vel diminutis, augeri, vel diminui reſpectiuè, debet, ſequitur, & multipliciter reſpondet idem Dec. conſ. 335. viſo conſilio, col. 1.

In

In quinto articulo congruit aliquãliter inſiſtere, tum quia recipit in ſe quandam ſolicitam dubitationem, vt in ſimil. in §. ſi verò indignum, circa medium, in auth. de tabel. col. 4. tum etiã, quia in eo vidi plerunque fieri controuerſiã, quam propterea nunc dirimere conſtitui. Vnde videtur prima conſideratione dicendum, monaſterium prædictum iure teneri cathaſtrare, ſeu profiteri in publico cathaſtro ciuitatis prædia, quæ poſſidet in eius territorio; pluribus rationibus, & maximè infraſcriptis, quæ magis vrgere videntur. Prima
17 quidem, quia regulariter quilibet poſſidens bona in territorio alicuius loci tenetur illa de iure profiteri, & conſignare in cathaſtro publico ipſius loci. l. forma. in princ. cum gl. 1. & §. penul. ff. de cenſib. l. fin. C. ſine cen. vel reliq. & l omnes la. 1. & 2. C. de annon. trib. lib. 10. & huic regulæ adſtipulatur illud Euangelij Luc. 2. Exijt ædictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis, & ibant omnes, vt profiterentur ſinguli in ſua ciuitate, & relatum in l. 1. in gloſ. 1. verſ. deſcriptiones C. de apoc. pub. lib. 10. confert, etiã gl in rub. prohem. inſtit. in gloſ. 2. in verbo Imperator. & in l. qđ Principis, in verbo conſtituerunt. ff. de aq. plu. arc. Secunda,
18 quia iſta regula procedere videtur etiam in ijs, qui de iure communi, vel aliter ſunt exempti à muneribus ſubeundis, vel ſoluendis, quoniam exemptus à ſoluendo, non cenſetur liberatus à conſignando, & profitendo bona l. ſi publicanus. §. 1. ff. de publica, & l. fin. §. diuus, eo. titu. vbi Barto. notat.
19 Eſt enim immunitas odioſa tãquam exorbitans a regulis iuris communis; & ideò ſtrictè intelligenda, c. cum capella. & c. ſanc. de priuile. Alex. conſ. 122. circa primum dubium, col. 2. in prin. in 5. parte. inferens propterea, quod conceſſio immunitatis facta, quo ad quid, non debet ad aliud protrahi, & idem concludit Paul. de Caſtr. in l. maritum. ff. ſolut. matrim. cum alijs adductis per Rip. libr. 2. reſponſ. cap. 26. num. 19.

Tertia, quia licet Eccleſiaſtici regulariter à ſolutione collectarum ſint immunes, vt in primo articulo concluſum eſt; nihilominus illud paſſim non procedit, ſed plerumq; fallit,

vt in

vt in collectis,quæ propter bellum indicuntur,vt in ſecundo articulo dixi, & alijs quampluribus caſibus, quos longum eſſet percurrere. Vnde non videntur ipſi Eccleſiaſtici excuſari poſſe à cathaſtrandis eorum bonis ſaltem, vt cognoſci poſſit aduenientibus dictis caſibus, pro quanto contribuere
20 debeant. Ad hunc enim effectum fit cathaſtrum, & eſt cauſa eius finalis, vt Bal. ac Angel. tradunt, in authentic. ſed periculum. col.2. C. ſine cenſu, vel reliqui. & d.l.etiam colum. fina. C. de executio. rei iudica. ac alibi ſæpe.

His tamen non obſtantibus contrariam ſententiam de iure veriorem, & probabiliorem eſſe arbitror, pro qua ſo-
21 lidum eſt illud fundamentum, quod cũ Eccleſia ſit immunis à collectis ſoluendis priuilegio à iure conceſſo, vt prædictum eſt,vtique cenſetur etiam immunis à conſignandis,vel profitendis bonis ſuis, quia talis immunitas eſt certa, & vnicuique manifeſta, & tunc ſicut non tenetur Eccleſia pro bonis eius collectas ſoluere, ita nec tenetur illa profiteri, ſeu conſignare, vel cathaſtrare, ſecundum doctrinã Bartol. in dicta l. fin.§. diuus ff. de publicanis per text. in l.fin.§.quoties eodem titul.

Prætera generaliter concluditur,quod omnis exemptus à ſoluendo vectigal, collectas, & huiuſmodi, cenſetur etiam exemptus à conſignando, vt Caſtren. probat conſ.317. viſo, & examinato puncto. col.2. verſ. tertia cauſa,in prima parte
22 maxime per regul. l. oratio. de ſponſalibus, quando aliquid prohibetur, cenſetur etiã prohibitum antecedens, per quod peruenitur ad illud, facit. l.codicillis.§. matre,cum alijs not. per Bart. ff. de leg.2. & quod Bald. ſcribit in c.nam concupiſcentium. in fi. de conſtitu. dicens, quod prohibitum in termino, cenſetur etiam prohibitum in via.

23 Tertiò, pro hac concluſione vrget ratio,quod cauſa finalis conſignationis bonorum in cathaſtro publico eſt, vt ſoluantur collectæ, vt Bald. tradit in d.l. etiam col.fi. C.de execut. rei iud.& in l.1. col.5. C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt, & alibi ſæpe,nam per cathaſtrationem,quaſi contrahitur, & inducitur obligatio perſonalis, & realis, Bald. in l.ſi

pater.

pater. C. de act. empt. & in l. 1. §. quod ſi nemo. col. pen. verſ. ſuper quarto, ff. quod cuiuſq; vniuerſi. nomine idemq; ſentit Bar. in l. in cola. 2. quæſt.. ff. ad municip. & in l. 1. Cod. de apochis pub. lib. 10. & ideo monet Angel. in l. 1. §. ſi quis tutor. ff. quando appellandum ſit, vt ſit quis cautus ne patiatur bona ſua cathaſtrari, quia per hoc aſtringeretur ad ſolutionem onerum, & collectarum. Sequitur Alex. conſi. 101. viſis inſtrumentis col. pen. primo vol. & conſ. 130. col. 3. in ſecunda parte, refert, & comprobat Iaſ. in l. fin. column. vltima. ff. de conſtitut. princip. & conſilio 83. dicta prædia, volum. 3.

24 Quartò, concluſio iſta probatur ex ijs, quæ Bart. dixit conſil. 180. ſi aliqua poſſeſſio, concludens, quod ſi res cathaſtrata peruenit ad Eccleſiam, debebit inſtante Prelato à cathaſtro deleri, cum Eccleſia ſit immunis à collectis. ſequitur Paul. de Caſtr. in l. 1. col. fin. C. de Epiſcop. & clericis. & Felyn. in c. Eccleſia S. Mariæ col. 29. verſicul. 2. nota. de conſtitutionib. ergo ſicut ratione dictæ immunitatis cathaſtrum iam factum deberet aboleri, multo fortius impeditur de nouo fieri authentic. multo magis C. de ſacroſan. Eccleſ. & l. patre furioſo, cum ibi not. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. c. iuuenis. de ſponſalibus.

Nec his refragantur ſuperius in oppoſitum adducta. Nam primum argumentum, quod omnes poſſidentes bona teneantur ea conſignare, ſeu profiteri, regulariter procedit, ſed fallit in exemptis à ſoluendo, quia cenſentur etiam exempti à profitendo per prædicta. Secundum verò de textu in l. ſi publicanus §. 1. & l. fin. §. diuus, procedit in rebus mobilibus, in quibus facilè poſſet fraus committi, & ita loquuntur illa iura. Sed hæc ratio ceſſat in immobilibus, de quibus agitur hoc caſu, ergo ceſſat etiam diſpoſitio illarum legum, vulgata l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patronatus. rurſus procedunt ſolum prædicta iura, vbi poteſt ſubeſſe dubiū, an competat immunitas ſolutionis pro rebus, quæ vehuntur, vt quia dicantur vehi pro vſu tranſmittentis, ſed ſecus eſt, vbi eſt certum immunitatem omnium competere, prout Eccleſiæ, 25

ſecun-

ſecũdum Bart. in d.§.diuus,quem cæteri ſcribentes ſequuntur communiter.

Tertium argumẽtum, quod Eccleſia in aliquibus caſibus
25 teneatur, veluti pro cauſa belli, tollitur, quia cum iſti caſus ſint ſpeciales, & irregulares, non ſunt habendi in conſideratione,nec trahendi in conſequentiam, arg.l. ius ſimulare, & l. quod vero contra. ff.de legibus. c. petijſti. 7. quæſt. 1. & c. hinc. 16. quæſt. 1.

Super ſexto articulo concluſiuè dico,quod licet Eccleſia, vel monaſterium non teneantur bona ſua in cathaſtro publico conſignare, vt in præcedenti articulo deduxi, tamen tenetur facere ſeorſum à cathaſtro publico,& tradere ciuitati ſeu pro ea agentibus, quandam ſimplicem deſcriptionem bonorum, quæ monaſterium ipſum poſſidet in territorio Vercellenſi,vt ciuitas ipſa certa reddatur,quæ & quanta ſint bona ipſa,vel ſaltem admittere, vt iſta deſcriptio fiat, quia
26 talis deſcriptio non affert præiudicium. Et ideo à iure facile permittitur. l. fin. in fi. ff. de bonis author. iud. poſſid. imo ſemper cenſetur permiſſa, vt Bald. tradit in l. 1. C. de prohibita ſequeſtrat. pecun. multoque fortius admittenda eſt per dictum monaſterium, cum per talem deſcriptionem vtriq; parti conſulatur, ciuitati, vt certa reddatur, quæ ſint bona, quæ à monaſterio poſſidentur, vt prædixi, maximè ne alij vicina prædia poſſidentes fraudem cõmittere poſſint in præiudicium ipſius ciuitatis, & monaſterij, quia propterea nullum detrimentum patiatur;imo ſibi per hoc proſpicietur,vt in caſibus, in quibus contribuere tenetur, nõ grauetur vltra
27 ratam ipſorum bonorum. Et ideo debet iſte modus aſſumi, per quem vtriq; parti prouidetur l. 1. & ibi Bal. & Paul. de Caſtr. ff. ſi quis cautionib. ac etiam Iaſ. col. 2. facit. l. ſcimus. §. cum autem verſ. ſic etenim. C. de inoff. teſtam. §. 1. Inſt. quib. alienar. licet. l. fi. C. de hæred. decurionum, & l. item illa §. fi. ff. de conſti. pecun. cum multis ſimilibus, recteq; faciet monaſterium talem modũ admittere. arg. l. 1. rectè autem ff. de vſufruc. quemadmodum caueat, & confirmatur
28 iſta concluſio à ſimili. Nam licet liberatus fuerit tutor à teſtatore,

Digitized by Google

ſtatore, & à confectione inuentarij, nihilominus tenetur facere ſimplicem deſcriptionem bonorum pupillariũ inſtantibus agnatis pupilli, & ad eam officio iudicis poterit cõpelli, vt conſuluit Bal. quem ad hoc refert, & ſequitur Cur. in rep. etit. d.l.1. C. de prohibit. ſequeſt. pecun. ſiue in tract. de ſequeſt. col.4. verſ. illud tamen ſciendum, dicens ſe ſolitum eſſe ad hoc allegare textum. in dicta l.1. §.recte. ff. vſufructuar. quemadmod. cauea.

Septimus, & vltimus articulus non videtur exigere diſcuſſionem, quia & certa, & clara eſt iuris determinatio, quod etiam in caſibus, in quibus Eccleſia tenetur pro bonis Eccleſiæ co ntribuere in oneribus cum laicis, non tamen ad id per ſæculares poteſtates, vel magiſtratus aſtringi poteſt d. c. non minus, & c. aduerſus de immunita. Eccle. & clarius in c.1. & c. clericis. eodem titul. lib.6. & clem. 1. eodem tit. Nec etiam per Imperatorem, aut Regem, vel alium Principem. d. c. clericis. §.1. & iſtud Abb. firmat in d.c. non minus, colum. fin. ſequitur Iaſ. in d.l. placet. colu.4. in fin. C de ſacroſ. Eccl. & iſtud etiam concludit Paul. de Caſt. in l. inter debitorem. in fin. ff. de pactis. Sed epiſcopus, vel clerus abſque vlla exactione, vel coactione faciẽt dictis caſibus per Eccleſias ſubſidia laicis conferri, qui ea humiliter, & cum gratiarum actione recipient, vt dicitur in eodem c. aduerſus. in princ. quinimo etiam debet Summi Pontificis authoritas concurrere, vt ibi ſubijcitur. & in d. c. clericus §. 1. vbi fortius eccleſiaſticis interdicitur, ne quicquam laicis, & ſponte pro huiuſmodi oneribus erogent, ſub pœnis ibidem indictis. Veruntamen iſta non paſſim, & omni caſu procedunt, ſed plerunque ceſ-
29 ſant, nam quando emergunt onera concernentia directò, & principaliter neceſſitatem, & vtilitatem Eccleſiarum, & laicorum, ſi Eccleſia nolit ſine cauſa legitima in ipſis oneribus contribuere, tunc etiam inconſulto Romano Pontifice, vel alio ſuperiore ipſorum prælatorum, poteſt iudex laicus ab eis contributiones exigere, nec tunc locum habet diſpoſitio d.c. aduerſus, cum concordantibus, & Abb. concludit recte intuenti in præallegato c. non minus. col.2. verſ. puto etiam,

& licet videatur limitate loqui, quò ad hoc, vt Romanus Pontifex conſulatur, nihilominus idem etiam ſentit, & intelligit, quò ad alia requiſita in dicto canone, dum ſubijcit indiſtinctè, quod ſumus extra caſum illius cap. aduerſus. Imo etiam ſi dictum Abb. ita foret limitatè intelligendum, attamen in monaſterio prædicto indiſtinctè procederet, eo quod monaſterium ipſum immediatè ſubſit Romano Pontifici, ſatiſque ſufficeret prælatum, ſeu Abbatem illius monaſterij, priuſquam fiat vlla exactio, parte ciuitatis requiſiti, vt contribuat. Rurſus illa concluſio, quod non ſint eccleſiaſtici per

30 officiales ſæculares exigendi, non procedit etiam in hoc caſu, in quo res celeritatem exigit, & periculum eſt in mora; tunc enim recedetur à regulis iuris communis. l. 1. cum ibi nota. ff. de dam. infec. nota. gloſſ. & doct. in c. fin. de elect. lib. 6. Iaſ. in l. admonendi. column. 15. ff. de iureiuran. & Marſil. in pract. criminali §. conſtat. col. 2. niſi enim celeri ſatisfactione ciuitas militibus prouideret, illi mox viuerēt ad deſtructionem, quam diſcretionem per antiphraſim appellant, bonaque tam monaſterij, quam ciuium diſperentur, dum Romæ, vel alibi prælatus eiuſdem monaſterij conſuleretur, vt in ſimili dicit text. in l. ſi finita. §. eleganter. ibi, dum Prætor de danda ſtipulatione deliberat, damnum contingit ff. de dam. infec. & in l. 2. col. 2. poſt med. ibi nedum ſibi lucrum ſtudeant. C. de off. præfec. prætor. Africæ. quibus confert dictum Ouidij, illa loquebatur, nauem ſoluebat Vlyſſes. re-

31 latum per Bal. in tit. de pace conſtan. circa fin. vnde ex tam magna cauſa, & vt periculis obuietur, licitum eſt leges tranſgredi. l. ſi hominem. ff. mandati, cum multis congeſtis ad hoc per Fely. in c. 1. col. 16. de conſtitutio. & Iaſ. in l. cū ſeruus. col. fi. ff. de condic. cau. data. ſicque præter iuris formam contributiones, etiam ab eccleſiaſticis feſtinanter exi-

32 gere, quia in his extraordinarijs, & exorbitantibus oneribus ordinem non ſeruare ordo eſt, quod tamen intelligo, quò ad modum procedendi, & exigendi tantum, non autem quò ad quantitatem exactionis, ita vt monaſterium prædictum nullatenus prægrauetur, ſed cum eo mitius agatur, vt par eſt, &

ratio-

rationabile; quippe cum ſit in hac vrbe tanquã radians ſtella christianæ religionis, ac vnicum religioſæ vitæ ſpecimen.
33 Nam & ipſi monaſterio ſatius erit duobus imminentibus malis grauius euitare, quam vtrunque ſubire l. quotiens nihil. ff. de regu. iuris l. ſicut in fin. vbi Paul. de Caſtro illud colligit. ff. ſi ſeruit. vendicet. & c. duo. 23. diſtin. Præterea, & tertio non procedit etiam dicta concluſio, vbi ſuperior eccleſiaſticus deſſicit, ſeu non facit cõtributionem fieri pro bonis Eccleſiæ. per tex. in capit. Principes ſæculi. cum gloſ. 2. circa fin. 23 quæſtio. 5. & no. per Aufrer. in tract. de poteſtate ſæcul. & Eccleſia. præpoſit. in fin. ſuæ repetit. in clem. 1. de off. ordinarij videlicet in tertia fallentia primæ regu. ſatis autem perſpicuum, & manifeſtum eſt, Epiſcopũ vel clericum, etiamſi à laicis requirantur, non poſſe prouidere, vt dictum monaſterium contribuat, cum eis non ſubſit, vt prędictum eſt, imò etiam ſi poſſent, id nollent, vel non curarent, tum quia verendum quodammodo illis eſt eccleſiaſticos in ijs vrgere ac. c nouum genus de decimis, ſicut de lupis innatum de lupo non edere (vt vetus eſt adagium) tum etiam quia ipſi Epiſcopus, & clericus in pari caſu exiſtunt, ſi quidẽ contribuere in dictis oneribus pro bonis ſuarũ Eccleſiarum
34 videantur; adeo quod etiam ſi vellent ſe in ipſis intromittere rationabiliter poſſent, vti ſuſpectũ recuſari. cap. cauſam, quæ inter. de iudicijs, & c. perſonas. de teſtibus. Accedat, quod etiam ſi ſæcularis non habeat poteſtatem in eccleſiaſticos, vt eos ad contribuendũ in oneribus aſtringere poſſit, id tamen verum eſt, vbi directò aſtringerentur, ſed per indirectũ ſecus eſt, iuxta nota. per Bald. in c. poſtremo, tertio, circa finem.
35 de appellatio. dicentem, quod Principes ſæculares poſſunt eccleſiaſticos ad aliquid cõpellere cauſatiuè, ſcilicet ſubtrahendo eis redditus, & obedientiam, non autem imburſando ſibi. Facit gloſſ. in l. 2. in princ. in verbo ſuſpectũ ibi, & quomodo cogitur ff. ſolu. matrim. & in terminis iſtis hoc decidit Bald. in auth. ſed periculum col. fin. verſ. & ſi dicatur. C. ſine cẽſu, vel reliquis, poſt Innoc. in c. poſtulaſti de foro cõpeten.
36 in eo relatũ; ex quo infertur, quod officiales dictæ ciuitatis

poterunt capere fructus, & mobilia propria monaſterij, eaque retinere donec contribuerit in oneribus prædictis, quod etiam comprobatur ex notatis per eũdem met Bal. in l. fin. §. fin. verſ. hoc facit ad quæſt. C. communia de legatis, vbi de-
37 terminat, quod licèt ex forma ſtatuti, quis non poſſit bona acquirere in territorio, ſi tamen aliqua emerit, illa poterit retinere, donec pretium ſibi fuerit reſtitutum. Nam plura de
38 iure per indirectum fieri permittuntur, quæ directò prohibentur, maximè quando militat diuerſa ratio, vt in caſu iſto patet ex præmiſſis c. ex tenore, cum ibi nota. de teſtibus, & no. gl. in clem. 2. in verbo directo, eo. tit. Vlterius, & quintò
39 non procedit cõcluſio prædicta propter ſolitã obſeruãtiam in contrarium expreſſam, manifeſtamq; tollerantiã Papæ, & vniuerſalis Eccleſiæ, quod officiales laici pro obtinẽdis contributionibus in huiuſmodi oneribus ab Eccleſiaſticis, faciũt executionem in eorum bonis, & fructibus beneficiorum. Ex his enim cenſetur quædam tacita diſpenſatio ſic faciendi. c. quod dilectio, cum ibi notatis. de conſang. & affini. & Felinus tradit in c. quoniam colum. pen. in fine verſi. in eadem, de teſtimonij. Nec obſtat ſi dicatur, quod huiuſmodi conſuetudo reprobatur à iure, vt in c. cleric. de iudicijs, & in cap. ad aures, de conſuetud. ergo non debet attendi, cap. non præſtat, de reg. iuri in 6. imò potius corruptela, quæ conſuetudo iudicanda eſt, ac reijcienda c. fin. de conſuetu. Quia reſpõdetur, quod obiectio procederet, vbi adeſſet ſola conſuetudo laicorum, ſed cum in caſu iſto concurrat tollerantia
40 Papæ, & Eccleſiæ ſecus eſt, per præallegata; multa enim operantur ſuperiorum tollerantia contra regulas iuris, imò facit ius in oppoſitum. l. Barbarius, cum ibi nota. ff. de off. prætoris, & ſecuritatem præbet, vt Salicet. no. in l. nullus C. de Iudæis, & facit aliquid eſſe licitum, quod aliàs non eſſet, iuxta ſcripta per Alexan. in conſ. primo, colum. fin. in 2. parte, & conſ. 8. eſt aduertendum in 6. parte. Poſtremò dicam, prout aliàs in
41 pari caſu concluſi, quod in ſubſidium ſcilicet nõ prouidentibus officiarijs eccleſiaſticis, vel ſecularibus, quod monaſterium contribuat, ſiue recipientibus damna patientibus, etiam

in foro conſcientiæ, de bonis ipſius monaſterij ſibi ipſis propria authoritate ſatisfacere, ac etiam furtiuè bona ipſa diripere, per tex. in c. dominus noſter. 23. q. 2. vbi Archidiac. illud eleganter confirmat, eamq; ſequitur, & comprobat Alexan. conſil. 135. circa primum, col. 1. volumn. 1. tradit etiam Felin. in c. quoniam, colum. pen. de ſimonia. ac Iaſon l. prima. C. de teſtamentis. maxime ſi abſque ſcandalo fieri poſſit, vt ibi per Alexan. vbi ſupra, & licèt Florianus, vt ibi refert, dicat in l. itaque ff. ad l. Aquil. iſtud eſſe mirabile, non tamen eſt admiratione dignum, cum de hoc ſit regula, in l. non eſt ſingulis ff. de reg. iuris, in 6. imo eſt præcipuus caſus, in quo licet ſibi propria authoritate ius dicere, vt gloſſ. & Doct. notant in dicta l. nullus in verſicul. vltionem. C. de Iudæis. Abb. poſt Imo. in cap. 1. colum. 3. & vlt. de immunit. Eccleſ. Alexan, in l. prima. §. nunciatio, colum. 2. ff. de noui operis nunc. & plenius D. Claudius Sayſſellus in l. vt vim, colum. 41. ff. de iuſti. & iure. Sed hoc ex abundanti dixi, & ſalua ſaniori ſententia; arbitror enim monaſterium prædictum non recuſaturum cōgruam facere ſatisfactionem, ſiue contributionem, ſi tamen moderata ſit, habita ratione aliorum onerum ſibi incumbentium, prout fieri debet, & ſupra concluſi in quarto articulo.

APPENDIX.

HVIC celebri Conſilio, & Reſponſo Deciſiuo tanti viri eruditiſſimi pro Catholicæ Eccleſiæ libertate, & immunitate iure meritò ſubrogari poteſt, etiam ipſamet Senatus Pedemontani deciſio 68. ex Iuriſtarum atteſtatione facta, quod ipſum reſcriptum in ea indubiè relatum, approbatumq; fuerit; huiuſq; mei aſſerti nulli cuiquam iuſtè dubitandi occaſio exoriri debet, etenim quamuis in ipſa contineri videatur prætenſæ immunitati oppoſita ſententia, benè tamen ipſius ſenſum, & ſcopū, potius, quam verba attendenti, ne dum contraria, verùm propitia, & fauorabilis omninò apparebit; huiuſq; dicti mei ratio hæc eſt.

 Nam

Nam cũ pro viridi robore rationis primi articuli, ex quatuor ad quos reducitur ipſa deciſio, vt ibi videre eſt, aſſerat Auctor, vid. Celeberrimus V. I. Conſultus Octauianus Cacheranus Oſaſchus ipſarum deciſionum compilator, & relator, quod, vt habetur Eſdrę lib. 2. cap. 2. petentibus agentibus Regis Artaxerſis à magno Sacerdote quatenus Eccleſiaſtici contribuerent ad reædificationem, & reſtaurationem murorum ciuitatis Hieruſalem, ipſo Eliab. Summo Sacerdote aſſenſum præbente contribuerũt reliqui omnes Sacerdotes, & Ecclesiaſtici, ex quo patet Eccleſiaſticos laicorũ mandato poſſe adduci ad onera, ſaltem pro communi vtilitate, & neceſſitate ſubeunda, vnà cum laicis; Vtiq; & nos fatemur, quod, & nunc magno Sacerdote, qui eſt Summus Romanus Pontifex, Chriſtiq; Vicarius in terris, mandante, laicorumque Principum edictis annuente, omni ſemota dubietate ad eadem munera laicorum tenebuntur, & Eccleſiaſtici omnes pro vniuerſali, & communi vtilitate; verùm id non eueniet (vt ſapientibus patet) ex eo, quod eis laicorum lege præceptum ſit qua nullo iure ligari poſſunt, at quidem quia ipſa laicorum lex à Summo Eccleſiaſticorum Sacerdote, Pontifice, Iudice, ac Principe approbata, & vt exequatur ipſis demandata erit; Etenim valde differunt hæc duo, vid. quòd pro communi bono, & publica vtilitate ad munera in tali edicto, & lege relata obligentur, & quòd ad illa teneantur: non vt ſunt pro communi commodo, & vtilitate, ſed vt ſunt à laicali lege, & mandato indicta; cum primùm reſpiciat qualitatem oneris, ſecundũ verò poteſtatem, & iuriſdictionem edicentis, quam nullam habent laici ius dicentes in Eccleſiaſticas perſonas, quæ non ſint ſui fori; nec minus benè vnum ex diuerſis inferatur. l. Papinianus exuli. ff. de minorib. & hinc eſt, quod Bart. Ioan. de Platua, ac alij in d. l. 1. C. vt nem. libe. in emption. ſpec. aſſerunt edictum circa annonam non ligare clericos, quia aliud eſt qualitas edicti, & aliud poteſtas edicentis; ob hoc accedente ad congruã qualitatem edicti, & oneris, poteſtate, ac expreſſo aſſenſu Summi Pontificis plenariam habẽtis ſuper Eccleſiaſticos omnes

pote-

poteſtatem, fit, vt verè obligentur, roburq; ſuum laicorum leges, nō vt ſunt à laica poteſtate mandante, ſed ab Eccleſiaſtico Principe aſſentiente, & confirmante, neq; hoc mirum. cum ea etiam noſtra faciamus, quibus noſtram impartimur auctoritatem. l. 1. C. de veter. iur. Eccleſ. ſuper quæ Cyn. in d. l. digna vox. Garzias, & Nauar. diffusè ſcribentes videri poterunt, cum aſſerant laicorum leges iuuari edicto, & auctoritate Principis Eccleſiaſtici, nulloq; modo ſine tali auxilio & aſſenſu ligare Eccleſiaſticos; quod & latiſſimè Vaſquez §. 10. nu. 65. nunquam igitur catholicè verum erit, quod ad munera ſolo laicali edicto, ſeu mandante laico Principe teneantur Eccleſiaſtici, idq; ob deffectum iuriſdictionis, & poteſtatis in illos, qui non ſunt ſui fori, vt omnes norunt, nec quenquam exiſtimo ſe fore talem ignarum præbiturū, quod hæc denegare, aut abſcondere audeat.

Proinde quotieſcunq; dicta Celeberrimorum hominum legimus aſſerentium in rebus publicum bonum, cōmodum, & vtilitatem concernentibus à laicorum lege Eccleſiaſticos non excludi, quin magis includi, ac illis ligari, intelligenda ſunt. ſi rectè loqui, & vera fateri velimus, non ob id Eccleſiaſticos ad ea munera, quæ pro communi bono laicorum lege demandantur, quia tali lege, ſtatuto, vel edicto imperantur, aſtringi, at benè tantum, quia id, quod in illis imperatur, iuſtum, & æquum eſt, ac vniuerſale bonum, commodum, & vtilitatem concernit, & reſpicit, & ſic non vt ea lege, vel mandato, imperatur, ſed quia, quæ in ea præcipiūtur æqua, & rationabilia ſunt, & communem reſpiciunt vtilitatem, & commodum, ligantur, & cum lex ratione moueatur, ipſa ratione, non lege tenebuntur, vt propterea ex ſolo dictamine rationis naturalis, & æquitatis canonicæ, & moralis, qua inducimur omnes ad faciendum id, quod publica omnium hominum vtilitas exigit, id ipſum facere, vel omittere teneamur, nec hæc diſtinctio ſi benè examinetur, eſt voluntaria, noua, aut verbalis, at per quàm valde ſubſtantialis, communiterq; eſt à doctoribus approbata, inter quos ſingulariter eſt Celeberrimus D. Menochius in vltimo ſuo Reſponſo nu. 35.

quem ſequuntur etiam recentiores, vt paſſim videre erit in allegatis relatis in hac nouiſſima noſtra catena aurea.

Item, cum pro ratione ſui dicti afferat in ſecundo articulo ſue diſtinctionis, Eccleſiaſticos ad demandata onera, nō pro ſui, ſed pro alieno arbitrio, idq; potiſſimum ad ratam bonorum ab ipſis poſſeſſorū, teneri; vtiq; & nos manus damus, fatemurq; Summi Pontificis eſſe, & non noſtri, vid. Eccleſiaſticorum, ſtatuere quid pro rata ſuæ portionis, & muneris contribuere debeant, idq; de facto paſſim in dies adueniente neceſſitate legimus in Bullis ab eis ſuper his emanatis; id enim tam antiqui, quam recentioris ritus, vſus eſt.

Rurſum cum pro Achile tertij ſui articuli inſiſtat adueniente ex improuiſo, ac inopinato caſu, tam valida communi neceſſitate, ita quod ſuper illa conſulendi tempus non ſit Summum Pontificem maximum, & ſupremum omnium Eccleſiaſticorum Sacerdotem, & Principem, ſufficere conſulere eius ſuffraganeum, puta Epiſcopum ordinarium, ac ab eo in tali neceſſitate brachium auxilij impetrare; vtiq; & nos fatemur, quod ſtante vrgenti neceſſitate, quæ lege non præſcribitur, id peroptimè ſufficere, hæc enim eſt opinio verior, & communior, vt videre eſt inter tot alios ex Abb. in c. non minus nu. 20. verſ. aut vtilitas, & neceſſitas concernant de directo; quinimo ex ipſo textu in canō minus, vbi habetur quòd Epiſcopus ſaltem, & clerus aſpicere debent, an tanta ſubſit neceſſitas, ac vtilitas, quod exiſtiment, ab Eccleſia ſubſidium ferrendum eſſe laicis.

Ac tandem cum pro deffenſione dicti, & aſſerti in quarto, & vltimo ſuo articulo exiſtimet vrgente communi neceſſitate inuitabili Eccleſiaſticos poſſe compelli à laico Principe, ſi contingat Epiſcopum poſtulatum, & rogatum pro auxilio, indiſcretè renuere, ab hoc nec nos diſſentimus. aduertendū tamen, vt ſupra diximus in reſponſione ad rationem adductam in primo articulo ſuo, quod hoc nullo modo eueniet, vi laici mandati, ſed ſolū vi legis Diuinæ, puta charitatis, & vi legis naturalis, vid. proprij, nedum alieni commodi, & beneficij; pro hac enim clamant leges, & canones, vt paſſim

videre eſt in allegatis, & reſcriptis Celeberrimorum Doctorum huius noſtrę catenę aureę; quorum dicta hic reſcribere vanum eſt.

Ex quibus ſatis, ſuperq; valde abunde patet, quod ſublata in dicta deciſione 68. omni verbali controuerſia, benèq; vtriuſq; partis dictis intellectis, & conſideratis, omni animi paſſione remota, omnes in re ipſa catholicè vnà ſumus pro Eccleſiaſtica libertate, & immunitate, licet verbis, aut aliqua verborum non ſic recta intelligentia, vt par eſt, diſſentire videamur.

Celeberrimi, ac Primarij V. I. Conſulti OCTAVIANI CACHERA. OSASCHI Patritij Aſtenſis, Vicarij perpetui Sacr. Romani Imperij, Magni Cancellarij Sabaudiæ, & Secundi Præſidis Senatus Pedemontani V.I. Conſilium, & Reſponſum Deciſiuum.

Et eſt deciſio 83. inter deciſiones Senatus Pedemontani.

EPITOME.

Colonis, partiarijs, cæteriſq; quibuſcunq; Eccleſiaſticorum bonorum laboratoribus, nullo modo imponi poteſt collecta prætextu fructuum partis colonicæ, etiam ſi quæ illis ſuper eſſet, deductis expenſis.

Digitized by Google

1 *Colonis partiarijs an imponi poſſit collecta prætextu fructuum partis colonicæ.*
2 *Coloni decimam ſoluere tenentur.*
3 *Domini prædiorum, non autem coloni tenentur munera ſubire, & collectas ſoluere.*
4 *Vſufructuarius ad collectas tenetur.*
Collecta ratione poſſeſſionis, & perceptionis fructuum imponuntur nume. eodem.
5 *Conductores percipientes omnes fructus, & ſoluentes mercedem in pecunia, tenentur ad ſolutionem collectarum, non autem locatores, qui pecuniam percipiunt. contrarium verius, vt nume. ſequ.*
6 *Collectarum munus illis imponendum eſt, qui poſſident pro ſuo, & iure ſuo, & faciunt fructus ſuos.*
7 *Fructus propriè dicuntur deductis ſumptibus.*
8 *Coloni ita demum ad collectas etiam contribuere tenentur, ſi deducta impenſa aliqui fructus ſupereſſent.*
9 *Res ſemper minoris æſtimatur ratione oneris iniuncti.*

1 REfricatur in dubium, an colonis partiarijs imponi poſſit collecta prætextu fructuum partis colonicæ, in quo articulo Lucas de Pen. in l. fina. quæſt. 17. C. de quib. mune. vel præſtatio. nemi. lic. ſe excuſare, tenet poſſe imponi, cum hi teneantur ſoluere
2 decimas capitul. nobis, & capitul. tua nobis, verſ. & cum de cunctis, de decim. item ſi fœnus exercerent, tenerentur con-
3 tribuere in oneribus patrimonij, etiam ſi poſſeſſionem non haberent. l. filij. §. fina. ff. ad municip. Ergo pro fructibus lucratis pariter eis poſſunt indici munera, & collectæ, & rationem aſſignat, quia ſi pro bonis mobilibus, & alijs quæſtu acquiſitis, quis tenetur munera ſubire d. §. fin. cur nō ratione fructuum pro portione colonica tenebitur, hanc opinionem tenet Bened. Cap. de reg. & trac. c. 96. num. 85. poſt glo.
&

& Dom. Rol. à Val. conſil. 66. num. 25. Inn. & Fed. de Senis per eum citatos.

In contrarium videtur tex. in authen. de colla. § nullus, & & in l. litibus in fi. & l. hi penes C. de agric. & cenſi. lib. 11. vbi
3 domini prædiorum, non autem coloni tenentur munera ſubire, quem adhoc notat ibi Ioan. de Plat. ea poſt Anton. de Barulo. quos refert, & ſequitur Socin. conſ. 119. num. 2. vol. 1. Iaſ. in l. fructus. num. 14. ff. ſolu. matrimo. & in l. 1. nu. 30. & 32. C. de iure emphy. poſt Bald. ibi col. 1. verſ. 6. Brun. de ſtatu. exclu. fem. in 8. articulo quæſt. 22. col. 4. circa fin. Natta conſ. 409. nu. 3. & ſequen. poſt Ludo. Bolo. conſ. 54. quem refert Laur. Silu. conſ. 9. num. 17. Nicol. Bello. conſ. 27. nu. 9. & 10. Pariſ. conſ. 25. num. 10. vol. 1. Ioan. Maur. Sequanus in repetit. l. vnica col. 203. C. de mulie. & in quo loco mouentur duplici ratione. Primo ratione dominij, cum ad dominum pertineat onus collectarum, d. l. hi penes, ſed hæc
4 ratio mihi viſa non eſt vniuerſalis, quia vſufructuarius, qui non eſt dominus, tenetur ad collectas. l. ſi pendentes. §. ſi quid cloacari ff. de vſufruc. leg. Dec. conſ. 285. col. 1. Secundò ratione poſſeſſionis, & perceptionis fructuum, quorum reſpectu imponuntur collectæ. d. §. ſed ſi quis cloacari. Adducunt Bar. & Ang. poſt glo. in l. 1. C. de annon. & tribu. lib. 10.
5 concludentes, conductorem percipientem omnes fructus, & ſoluentem mercedem in pecunia, teneri ad ſolutionem collectarum, non autem locatorem, qui percipit pecuniam. Ergo arguendo à contrario ſenſu colonus partiarius, qui non habet omnes fructus, ſed partem colonicam duntaxat non debet onera ſubire, ſed quia ſupradicta concluſio, videlicet conductorem, qui locatori ſoluit mercedem in pecunia, teneri ſubire onera, non eſt tuta ex his, quæ ſcribit Alexan.
6 conſ. 35. num. 1. volum. 4. vbi dicit, munus collectarum debere imponi illis, qui poſſident pro ſuo, & iure ſuo faciunt fructus ſuos, & ex his, quæ dicit Curt. ſenten. conſi. 36. & Parpal. in l. placet C. de ſacroſan. Eccle. col. 19. & 21. Iaſ. in conſ. 109. in fin. lib. 1. tenentes conductorem nummis colentem non teneri ſubire onera, ſed locatorem, qui dicitur habe-

Digitized by Google

habere commodum fructuum, quos refert & ſequitur Bello d. conſ.27. & reſpōdet ad Bar. in d. l. 1. C. de anno. & trib. immò in collectis adducit cum nu.7. in contrarium, quib. accedit Natta. d. conſ.409. num.4. & alij cumulati à Menochi. conſ.9. nu.12. tenentes ad onera teneri qui fructus, & redditus conſequuntur, idcircò ad aliam rationem puto eſſe tranſeundum .ſ. colonum partiariū non teneri, ſubire onera pro fructib. portionis colonicæ, quia huiuſmodi fructus habentur loco operæ laboris, & ſumptuum factorum in cultura
7 agrorum, igitur propriè non dicuntur fructus, cum fructus dicantur deductis ſumptibus l. 1. C. de fruc. & lit. expen. & ibi Bar. l. fructus, vbi communiter doct. præſertim Bar. Alex. & Iaſ. ff. ſol. matr. l. diuortio. §. impendia. ff. eod. tit. Pau. de Caſt. cōſ.338. nu.17. vol.1. ſecundùm impreſſionem Pap. & propriè colonus Partiarius dicitur, qui ſuis ſumptib. non domini colit, eiuſque periculo, non domini ſtant fructus, Abb.
8 in c. ex parte. nu.2. de decimis quo fit, vt ſi deducta impenſa ſupereſſent aliqui fructus, arbitrarer, eorū ratione, colonum teneri contribuere, arg. d. l. filij §. fin. ff. ad muni. & huic rationi deſeruiunt, quæ notantur per gl. in l. generali, §. fin. ff. de
9 vſufr. lega. Dec. conſ.167. nu.2. quòd ratione oneris iniūcti res minoris æſtimatur, quia ſemper onus detrahitur, idē etiā dicendum videtur de ſumptib. vt eorum ratio habeatur. Et tenendo hāc opinionem reſpondetur ad id, quod dicitur de decimis, & tributis, vt per Iaſ. in d. l. fructus nu.17. poſt Bar. nu.6. & hanc opinionem veluti æquiorem, ſequutus eſt Senatus in cauſa vniuerſitatis Auxiliani, contra colonos ciuium Vercellenſium. verum quia proponitur eſſe in agro Vercellenſi vniuerſalem conſuetudinem collectandi colonos pro parte colonica, ideo cenſuit eam eſſe vniuerſaliter obſeruandam, motus ex communi cōcluſione, qua diſponitur in collectis exigendis ſeruandam eſſe conſuetudinem, Iaſ. in l. 1. nu. 32. C. de iure emphy. Pariſ. d. conſ.25. nu.54. & 97. adducebam tex. in l. litium §. hæc de redditib. & ſeq. Cod. de agri. & cenſi. lib. 11.

Con-

Conſilium, & Reſponſum Secundum Deciſiuum Eiuſdem

CELEBER. AC ERVDITISS. AVCT.

In eadem cauſa Eccleſiaſticæ Immunitatis.

Et eſt deciſio 136. inter deciſiones Senatus Pedemontani. 1

EPITOME.

Immuititis Eccleſiaſtica ſe extendit ad bona acquiſita, & quæ in dies acquiruntur, etiam ſi ſint allibrata, & in cataſtro publici æſtimi repoſita.

SVMMARIVM.

1 *IMunitas in dubio ad bona poſteà quæſita, ex crebiori opinione trahitur.*

2 *Immuiticas ad bona etiam allibrata extenditur.*

3 *Iaſonis opinio conſil. 83. volumi. tertio. contraria reprobatur: vbi notabilis diſtinctio pro concordia diuerſarum opinionum adducitur.*

4 *Obſeruantia generalis immunitatem confirmat; & omnem dubitationem remouet.*

IN controuerſia vertente inter vniuerſitatem Vigliani, petentem D. Georgium de Montibus compelli ad ſolutionem collectarum impoſitarum pro rata bonorum ab eodem in præteritis finibus loci Vigliani poſſeſſorum, ipſo excipiente ſe ex antiquiſſimis priuilegijs Imperialib. à Comitib. Aſtenſibus confirmatis, vſu approbatis immunem eſſe. præſuppoſito, quod de dicta immunitate ex ipſis actis liqueat. Duo diſcutienda proponuntur. Primum, an immunitas ab antiquo conceſſa extendatur ad bona poſteà quæſita.

Secun-

Digitized by Google

Secundum, an comprehendat bona in cataſtro, ſeu æſtimo Vigliani æſtimata, & allibrata.

Verum quoniam controuerſia agitur coram prudentiſſimis, & conſumatiſſimis Iudicibus, apud quos ſuperfluò proponuntur diſputationes; ideò illis omniſſis crebriores dumtaxat ſententias adducendas duxi.

Nam, quod ad primum dubium pertinet, verior & cre-
1 brior ea ſententia dicitur, Immunitatem in dubio cenſeri conceſſam, etiam quò ad bona poſtea quęſita, ita expreſsè tenet Bart. conſ. 59. nu. 4. dicens de hoc eſſe caſum in l. peculium, ff de leg. 2. & in cap. quia circa, de priuileg. Bald. conſ. 401. nu. 2. volum. 5. & in conſ. 112. num. 4. verſ. dici poteſt, lib. 2. Alex. conſ. 178. nu. 17. volum. 2. vbi plura ſimilia ad hāc opinionem comprobandam adducit, quos ſequitur Iaſ. in l. qui filiabus, colum. 2. in 4. not. verſ. tu autem, ff de leg. 1. & in conſ. 25. nu. 1. volum. 2. addens Cynum, & Imolam ita tenere, quam etiam tenet Ruin. conſ. 217. nu. 17. volum. 1. poſt plures per eum citatos Pariſ. conſ. 68. nu. 7. & 10. volum. 1. poſt Abba. & Doct. in locis citatis, affirmans, eam eſſe veriorem & crebriorem, reprobata opinione Bruni de augmento monetæ art. 9. Hanc eandem ſententiam poſt alios per eū citatos tanquam communem tenuit Natta conſ. 66. nu. 13. & conſ. 169. n. 23. ac conſ. 328. nu. 4. latiſſimè conſ. 340. nu. 3. & ſeq. vſq; in fi. vbi ad quam reſpondet, pro qua vrgent dicta Alex. conſ. 193. nu. 6. lib. 2. quod priuilegiū immunitatis alicui conceſſum extēditur ad nouam oneris impoſitionem ſuperuenientem poſt conceſſionem immunitatis. Ex quibus omnibus patet hanc eſſe veram, & magis receptam opinionem.

Quò vero ad ſecundum dubium, an dicta immunitas extendatur ad bona in cataſtro Vigliani allibrata, dicitur pari-
2 ter receptiſſimam eſſe ſententiam; Immunitatem ad prædicta bona allibrata extendi, ita tenuit Bart. conſ. 180. quem refert & ſequitur Felinus in cap. Eccleſia S. Mariæ nu. 77. verſ. ſecundo nota, de conſtitutio. Brunus conſ. 93. nu. 2. & ſeq. & conſ. 103. nu. 6. poſt Bald. Archid. Ioa. Andr. Imo. Geminian. Barbat. Paul. de Caſtr. Panorm. Roman. & Alex. per eum allegat.

gat. Alc. reſp. 168. nu. 6. & 7. addens Socinum ita tenere, conſ. 243. Natta d. conſ. 328. num. 2. & Ioan. Mauritius in repetit. l. vnicæ. C. de mulierib. & in quo loco. column. 65. lib. 10. affirmans opinionem Bart. d. conſ. 180. eſſe communiter receptam, cui deſeruiunt, quæ ſcribit Alex. conſ. 35. nu. 16. & ſeq. volum. 4. Dec. in l. in omnibus in fine. ff. de reg. iur. videlicet mutatione perſonæ in collectis mutari conditionem rei. Ex
3 quibus apparet hanc eſſe communem opinionem, cui non aduerſantur allegata per Iaſo. conſ. 83. volum. 3. quia tribus modis reſponderi poteſt, primo quod iura per eum allegata loquantur, & intelligi debeant de prædijs tributarijs. Ita reſpondent Fely. loco ſupra citato: & Brunus conſ. 94. & 103. num. 6. poſt alios per eum allegatos. Secundo, quod contra Iaſon. opinionem tenent magis communiter Doct. Tertio, quod Iaſ. & alij per eum allegati intelligi debent, quando immunitas eſſet conceſſa poſtquam bona fuerunt in æſtimo, ſeu cataſtro communi allibrata, tunc immunitas ſuperueniens non debet nocere, ſecus vero ſi immunitas ſit conceſſa antequam prædia ſint in æſtimo poſita, quia tunc allibratio nocere non debet immunitati anteriori, alioquin facile eſſet omnes immunitates illudere, ſtatuendo bona in cataſtris publicis allibrari debere. Hæc diſtinctio probatur ex dictis per Alexan. in dicto conſ. 178. num. 18. verſ. & non poteſt dici. volum. 2. & Bruni. conſil. 90. num. 1. & ſequen. vbi dicit immunitatem ſuperuenientem nõ ſe. extendere ad bona iam regiſtrata. Vt igitur contrariorum eadem ſit diſciplina, & idem operetur propoſitum in propoſito, quod oppoſitum in oppoſito. idem videtur dicendum, ſi regiſtratio, ſiue allibratio ſuperueniat, & tunc non tollat immunitatem præcedentem. Sed ex actis conſtat cataſtrum fuiſſe factum poſt immunitatem conceſſam, cum legatur confectũ anno 1534. ideo dicimus immunitati præcedenti non præiudicare. Accedat quod hactenus ſemper fuit obſeruatum, quod immunis eſſet D. Georgius etiam reſpectu bonorũ per eum acquiſitorum, & in dicto aſſerto regiſtro deſcriptorũ, prout
4 concludũt etiam teſtes ipſius vniuerſitatis, ex qua obſeruan-

tia

Digitized by Google

tia tolleretur omnis dubietas, ſi qua ineſſet, iuxta notata per Barto. in dicto conſ. 59. & in l. miſſi opinatores. nu. 14. C. de exact. tributorum lib. 10. & in terminis noſtris, Paulus Caſtr. conſ. 313. colum. 1. volum. 1. Crauet. conſ. 211. nu. 8. & cõſi. 111. num. 5. & ſeq. Et ita cenſuit Senatus præfatũ D. Georgium à petitis eſſe abſoluendum, & quem abſoluit.

APPENDIX.

STante itaq; ſupradicta deciſione, tam antiqui, & perinſignis Senatus Pedemontani, multo magis indubiè iudicandum catholicè erit pro Eccleſia, ac Eccleſiaſticis perſonis, cum controuerti contigerit de ipſorum immunitate bonorum, ne deterior conditio ſit clericorum priuilegiatorum Eccleſiaſtico priuilegio in ipſo corpore iuris clauſo, & inſerto, longè omni alio, ac quouis eminentiori, quàm laicorum gaudentium laicali, & Cęſareo priuilegio tantum; etenim ſi quod ſemel placuit fauore laicorum, amplius diſplicere non debet l. ſicut cum not. c. de act. & obliga. eſt enim impiũ, & pœnitus inhumanum contradicere his, quæ aliàs palam, & publicè ſic eſſe dictum fuit l. generaliter c. de non nu. pec. cum not. circa fi. id multo magis, & rationabiliùs apud catholicos eſſe debet fauore Eccleſiæ.

HIS, cæteris perpluribus omiſſis, maximeq; ſupradictis ad facietatem facientibus, ſequũtur nonnulla Excellentiſſimi Mediolani Senatus, ac Magiſtratuum decreta, & firmiter ſancita precibus ſupplicantium perpetuò obſeruanda, pro vera Eccleſiæ libertate, & immunitate Eccleſiaſticis congrua, & omni iure debita, & ſunt infraſcripta, ea latina, ſeu vernacula, & populari lingua ad verbum hic relata, quæ ex eorum ſupplicatis, & tribunalium reſponſis prodicte

dicte

diere; & exhibita fuere patrocinatis, ne eorum immutatio, vel minima, plenariæ veritatis vires, nec leuiter maculet, infringat, aut minuat.

Non inquam omnia, innumera enim penè exiſtimanda ſunt, quæ à prima Tribunalium inſtitutione ad hunc vſq; diem, prodiere; verum aliqua tantùm, tàm ex antiquis, quàm ex recentioribus; & cum in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum, ſi plura adducentur, ſatis, ſuperque valde, & pluſquam ad ſacietatem ſufficere debent ad comprobandam, firmoq; pede ſtatuendam veritatem fundatæ intentionis noſtræ ſuper Priuilegio Eccleſiaſticæ libertatis, & immunitatis in ipſo corpore iuris inſerto, ac clauſo, Eccleſiaſticis omnibus, at maximè Catholicis, omni iure debita. Proindè veluti paucorum priuilegium, cum legem non faciat, ita vice verſa diuerſorum temporum, & perſonarum pluries conceſſa, & multiplicata priuilegia, vt ſunt Eccleſiaſticæ libertatis, & immunitatis perinſignia, cũctis nota ab omnibus iuribus acclamata, pluſquã irreuocabilem, & inuiolabilem legem ea conſtituere pro certò debent.

SCiendum igitur (Vt ab EXCELLENTISSIMO MEDIOLANI SENATV, *& ab antiquis exordiar*) quod vſq; de Anno 1543. controuertentibus pœnè omnibus Mediolanenſis ſtatus ciuitatibus, cum earundem ciuitatum Eccleſiaſticis, quatenus obire cogerentur onera extraordinaria, ſaltẽ pro bonis ab illis nouiter acquiſitis, & quæ in dies acquirebantur, iam cataſtratis, & in publico æſtimo repoſitis, vti ad illum cenſum trahere volentes verba Nou. Conſt. ſtat.

Med. lib. 4. cap. 1. tit. de oneribus § oneribus, &c. quod bona tranſeant, cum onere ſuo.

Viſis partium ſupplicatis, & vtrinq; replicatis, auditiſq; earum aduocatis, Excellētiſſimus Mediolani Senatus die 17. Decembris ſupradicti anni 1543. vt videre eſt in originalibus pœnes ipſius Senatus Archiuium exiſtentibus, Sanxit (*vtar eius formalibus verbis*)

Ea tantum bona Eccleſiarum eſſe regiſtranda, quæ tempore acquiſitionis iam erant oneribus obnoxia; idq; ad effectum, vt perſeuerent in ſolutione onerum ordinariorum tantum, quæ iam impoſita fuerunt.

Ex quò patet nihil amplius tributum fuiſſe ſupplicantibus contra Eccleſiaſticorum bona, niſi quod tantum tenerentur ad onera ordinaria iam impoſita, ita vt conquererentur ciuitatum oratores, ipſos oleum, & operam in hoc omnino perdidiſſe.

Ad cuius comprobationem ſubinde de anno 1549. ab æſtimo generali totius ſtatus Mediol. facto ſuper omnibus bonis ipſius ſtatus ex ordine Excellentiſſimi Senatus, excluſa omnino fuerunt omnia bona Eccleſiaſtica ab illo, & ab omnibus oneribus taxarum equorum, omnibuſq; alijs extraordinarijs, indiſtinctè, vid. nulla habita conſideratione, quod bona perueniant in Eccleſiam taxata, & deſcripta, acquiſita nomine Eccleſiæ in commune, an nomine alicuius perſonæ Eccleſiaſticæ ſingularis, iuxta id quod Illuſtriſſimus Magiſtratus mandante eodenmet Excellentiſs. Senatu antea iam de anno 1541. die 4. Auguſti dederat per impoſitionem Alexandro Craſſo, pro reformatione compartiti; quæ omnia in æſtimis factis ſuper bonis de anno 1564. confirmauit idem Magiſtratus die 23. Martij; & idem fecit de anno 1573. die 12. Februarij, vt videre eſt in ordinatione facta, habito verbo in Senatu, per Illuſtriſſimum Senatorem Montiuni, antiquiorem, ad hoc ſpecialiter deputatum.

Et vt pluſquā perabūdanter pro cauſa noſtra facietia ſub inferamus ea, vt diximus, latina ſeu vernacula lingua, qua in tribunaliū Archiuijs extāt, & ab illis exierūt, ipſa afferre proſequemur; & ſunt.

Ex

Ex Mediolanenſibus Regijs Magiſtratibus.

Pro RR. PP. Clericis Regularibus Congregationis S. Pauli Decollati.

EGregie tanquam frater. Conſiderata l'incluſa ſupplicatione ſporta in nome delli Reuer. Padri Chierici Regolari di S. Paolo Decolato di Pauia, & parendone la petitione loro honeſta, vi dicemo, & comettemo, che conſtandoui legitimamente della recitata inſtitutione fatta in detti Supplicanti, & che eſſi ſiano al poſſeſſo di detti beni, dobbiate prouedere, che il partito dell'eſtimo ſpettante ad eſſi, ſi ponghi alli Supplicāti diſgrauando il detto Fiamberto; & proueder anco, che non ſiano moleſtati ſe non per li carichi ordinarij, ſi per il paſſato doppo che eſſi godono detti beni, quanto per l'auuenire, fino che li goderanno; imperoche la Chieſa per beni, che in lei peruengono da laici è tenuta ſolamente alli carichi ordinarij. Mediolani die primo Octobris 1562. ſignat. Praeſes, & Magiſtri Reg. Duc. Redditum Stat. Mediolani, ſubſcript. Cæſar Beſutius; à tergo Egregio tamquam Fratri Dom. Referendario Papiæ; & Sigillat. &c.

Aliud Decretum.

EGregie tamquam frater. Come ſapete per altre noſtre del primo del preſente, vi habbiamo ordinato douerſe prouedere, che li Reuerendi Padri di S. Paolo Decolato di coteſta Città non foſſero moleſtati per li carichi ſtraordinarij, per li beni in eſſi peruenuti, che furono di Meſer Nicolaò Fiamberto, Il che non obſtante ne hanno fatto intendere detti Reuerē. Padri, che permettete che ſiano moleſtati per cauſa del mēſuale, coſa, che ne hà fatto nō poco marauigliare, per eſſere tal carico ſtraordinario. Perciò vi replichiamo, gli facciate preſeruare dal detto carico, ne gli laſciate cauſa giuſta di hauer ricorſo da noi, ne da altri per queſta cauſa,

perche ſaremo sforzati fargli la conueniente prouiſione. Dat. Mediol. die 16. Octobris 1562. In angulo, Præſes, & Magiſtri Reg. Duc. Redituum Stat. Mediolani ſignat. Cæſar Beſutius, à tergo, Egregio tamquam fratri D. Referendario Papiæ, & ſigillat, &c.

In cuius executione dictus D. Referendarius.

Ordinauit, & declarauit, ac ordinat, & declarat præfatos D. Clericos, non fore, nec eſſe moleſtandos cauſa, & occaſione dicti menſualis, ac aliorum quorumcunq; onerum extraordinariorum tam hactenus occurſorum à die profeſſionis præf. D. Fiamberti, quæ fuit die 8. Maij 1562. citra, quàm etiam occurrendorum, ab hodie in antea, quouiſmodo, & quauis ex cauſa, & occaſione, pro bonis in eos peruentis, quę fuerunt præf. D. Nicolai Fiamberti, & à dicto onere dicti menſualis, & ab omnibus ei dependentibus annexis, & connexis, & à quibuſcunq; alijs oneribus extraordinarijs, vt ſupra, & prout ſupra præf. Reu. D. Clericos fore, & eſſe præſeruandos immunes, & exemptos pro dictis bonis, vt ſupra. Et inſuper quoque declarauit, & declarat, & ordinauit, & ordinat, dicta bona fore, & eſſe tolenda, & ammouenda à partita præfat. D. Fiamberti, & ponenda ad partitam præf. D. Clericorum, ſeu dicti Oratorij immunis, & exempti reſpectiue reſſerendo, vt ſupra, & in omnibus, & per omnia, prout præfatæ litterę mandant, & diſponunt, &c. & inde, &c. Signat. Io. A. Zerbus L. T. Subſcrip. Io. Dominicus de Capellis Not. Public. Papienſ. ac Not. dicti Tribunalis pro fide ſubſcripſi, & in actis, &c.

Aliud Decretum.

Egregie tamquam frater. Sopra l'inchiuſo memoriale ne hanno ſporto li Reuerendi Padri di S. Maria in Canepanoua, vi ordiniamo, che facendoui loro conſtare detti beni eſſere in loro peruenuti, dobbiate farli preſeruare dalli carichi ſtraordinarij, facendoli repartire ſopra tutto il Contado, come ſi fà per li altri rurali, che peruengono in Chieſe. Mediol. 17. Nouembris 1579. Signat. Præſes, & Magiſtri Reg. Duc. Redituum ordinariorum Stat. Mediolani, in Angulo, Alexander

Ca-

Careſana pro Domino Beſutio, a tergo. Egregio tamquam fratri Refferendario Papiæ, & Sigilat. &c.

Aliud Decretum.

Egregie tamquam frater. Sopra l'inchiuſo memoriale, che ne hanno ſporto li Reueren. Chierici Regolari di Santo Paulo Decolato, vi commettiamo, che facendoui loro conſtare detti beni eſſer in eſſi peruenuti, dobbiate con effetto prouedere, che non ſe li di molestia per alcuni carichi ſtraordiuarij taſſati à detti beni poiche generalmente così ſi fà oſſeruare per altri beni; che peruengono in Chieſe, Mediolani die 28. Nouembris 1580. ſignat. Præſes, & Magiſtri Reg. Duc. Redit. Ordinar. Status Mediolani, ſubſcripta, Alexander Careſana pro D. Beſutio, à tergo, Egregio tamquam fratri Referendario Nouariæ, & ſigillatæ ſolito ſigillo in cera rubea, &c.

Aliud Decretum.

Egregie tamquam frater. Viſto ciò, che per la incluſa ne hanno ricercato gli Reueren. Padri di Santa Maria Incoronata di coteſta Città, & inherendo à quello, che generalmente ſi fà oſſeruare in ſimil caſo, vi dicemo, che ſendo verò, chè detti beni ſiano in loro peruenuti, nõ li dobbiate laſciar moleſtare per alcuni carichi ſtraordinarij, perche peruenendo li beni in Chieſa, hãno da eſſer grauati ſe non per li carichi ordinarij. Mediolani 28. Aprilis 1583. Signat. Præſes, & Magiſtri Reg. Duc. Reddit. Ordin. Stat. Mediol. in angulo, Alexander Careſana, pro D. Beſutio à tergo. Magnifico tamquam fratri Domino Commiſſario Lonato Papię, & ſigillat. &c. Quæ fuerunt executioni mandata die 16. Octobris 1583.

Aliud Decretum.

Magnifice tanquam frater. Gli Agenti del Commune di Nouedo hanno hauuto ricorſo da noi con l'allegato ſuo memoriale, la continenza del quale conſiderata, gli dicemo, che citati li Sindici di coteſto Contado, ò Principato, debba far repartire li carichi ſtraordinarij ſpettanti alli beni peruenuti nelli Reuer. Padri dell'Incoronada di queſta Città, già ordi-

nati doueſſi preſeruare eſſenti d'eſſi, come peruenuti in perſone Religioſe ſopra tutto detto Contado, & ciò per l'auuenire, & per il tempo nell'ordinatione à fauore de detti Padri contro detto Commune per lei fatta, de quali in eſſa ſi fà mentione, Adminiſtrando frà eſſe parti ſummaria iuſtitia. Mediolani 30. Martij 1585.

Aliud Decretum.

Magnifice tamquam frater. Inherendo à quello, che generalmente ſi ſuole ſeruare circa la diſtributione delli carichi ſpettanti à beni di Chieſa, gli dicemo, che citati li Sindici di coteſto Contado, ò Principato, debba far ripartire li carichi ſtraordinarij ſpettanti alli beni, de' quali nello incluſo memoriale ſportoci per l' Agenti della Communità di Nouedo ſi fà mentione, & peruenuti nelli Reuer. Padri della Incoronata di coteſta Citta, ſopra tutto detto Cõtado, & queſto dal giorno, che tali beni ſono in eſſi peruenuti, & per l'auuenire, mentre ſtaranno in loro potere. Mediolani 24. Auguſti 1585. ſubſcript. Præſes, & Magiſtri Reg. Duc. Redditum ordinariorum Stat. Mediolani, in angulo, Io. Iacobus Zuchellus, & ſigillat. &c.

Aliud Decretum.

Egregie tamquam frater. Vi rimettiamo l'incluſo memoriale ſportone per li Reuerendi Chierici di Santo Paulo Decolato di coteſta Città, & vi commettiamo, che facendoui li ſupplicanti conſtare li memorati beni eſſere in loro peruenuti, & da loro effettualmente poſſeduti debbiate prouedere, che per li carichi ſtraordinarij à eſſi beni ſpettanti non ſiano moleſtati dalli Agenti di detta Communità, Mediolani die 24. Maij 1590. ſignat. Præſes, & Magiſtri Reg. Duc. Redditum ordinariorum Status Mediolani, ſubſcriptæ, Io. Iacobus Zuchellus, à tergo, Egregio tamquam fratri D. Referendario Nouariæ, & ſigillatæ ſolito ſigillo in cera rubea, &c.

Inherendo nouamente alli ordini dati da queſto Tribunale ad inſtanza della Congregatione de' Chierici Regolari di Santo Marco in coteſta Città per la cauſa narrata nell'in-

chiu-

chiuſo loro memoriale replichiamo con queſte, che omni-namente prouediate, che non ſiano detti ſupplicanti, ne' loro fittauoli, ò maſſari moleſtati per la portione de carichi ſtraordinarij ſpettanti à l'eſtimo della proprietà de i recitati beni, quali conſti eſſer peruenuti in detta Congregatione, & in ſuo nome effettualmente poſſeduti, dal giorno del loro acquiſto in quà, mediante li allegati titoli, & anco nell' auuenire, ſin che dureranno le forze del detto ſuo dominio, & poſſeſſo, eccettuando da detta eſſentione la portione colonica qual deue reſtare obligata alli carichi, conforme alli ordini, & acciò ſi eſcuſi ogni futura moleſtia, in conformità di queſte darete ordine, che ſi acconcino le opportune ſcritture alli libri dell'eſtimo di detta Città, & di ſuoi Teſorieri, & ouunque ſarà biſogno per la indennità de' detti ſupplicanti aſtringendo qualunque perſona, che conuerrà à così eſſequire, per ogni più pronta via di raggione, & in caſo di renitenza ancora per pene, & multe pecuniarie, applican. alla R. D. C. In Milano à di 23. Genaro 1601. ſignat. il Preſidente, & Maeſtri delle Reg: Duc. Entrate ordinarie del Stato di Milano, ſubſcriptæ Io. Iacobus Zuchellus, à tergo, al Referendario di Nouara, & ſigillat. ſolito ſigillo in cera rubea, &c.

Sono ancora di preſente ricorſi da noi gli Chierici Regolari del Collegio di Santo Marco di coteſta Città con l'allegato memoriale, dolendoſi della moleſtia gli vien data contro la diſpoſitione delli ordini noſtri, & particolarmente, che non ſiano eſſequite le lettere de 23. Genaro 1601. del tenore qui inſerto, alle quali inherendo con le preſenti ordiniamo à V. S. che como delegato da noi le faccia pontualmente eſſequire, aſtringendo gli Agenti, Teſoriero, & Eſattori di detta Città, & qualunque altro, che conuerrà per precetti penali à reſtituire alli ſupplicanti gli pegni eſſecutatigli contro la forma di detti ordini noſtri, ſenza ſpeſa alcuna, & quando la controuerſia ſij circa la diſtintione de' carichi ordinarij da' ſtraordinarij, diciamo, che già da queſt' Ill. Tribunale ſono ſtati dichiarati eſſer gli carichi ordinarij ſolo il cenſo con gli ſuoi augumenti, & le taſſe de' Caualli con ſue duplicationi,

Comprehendendo tutti gli reſtanti carichi Camerali, trà gli ſtraordinarij; però non acquetandoſi detti Agenti della Città à queſta diſtintione, V. S. le farà intimare detto memoriale, acciò riſpondino quãto haueranno in contrario, riceuendo anco le repliche dalle parti, volendole fare trà gli competenti termini, quali paſſati, ce le inuierà con ſue lettere direttiue alle mani del ſottoſcritto Cancelliere, non ritardando trà tanto l'eſſecutione del ſudetto relaſſo de' pegni, & facendo eſſequire queſta noſtra per l'indennità de' ſupplicanti, ſin che ſarà altro da noi dichiarato.

Illuſtriſs. & Eccellentiſs. Sign.

MEntre nanti à queſto Tribunale pende il giuditio della controuerſia qual verſiſce trà gli R R. PP. della Congregatione di S. Paolo Decolato per vna parte, & la Città di Pauia per l'altra, circa l'eſſentione, che detti Reuer. PP. pretendono ſpettarli per i carichi ſtraordinarij, toccanti à i beni in eſſi peruenuti dell'heredità del Co. Aureliano Beccaria, della quale ſono ſtati dichiarati heredi dal Senato per le due parti delli tre, ſendoſi detta Città oppoſta all'eſecutione delle lettere, che noi haueuamo conceſſo à inſtanza de i ſodetti Religioſi, direttiue al Commiſſario della Scoſſa delle taſſe di effetto, che non gli moleſtaſſe per carichi ſtraordinarij, come è ſolito concederſi alli Eccleſiaſtici per i beni, che paſſano nelle Chieſe, in virtù di legitimi titoli à loro beneficio: gli Agenti di detta Città, hauendo già prima dedotte le ſue ragioni nanti detto Tribunale in contraditorio con eſſi PP. per via di contrarie ſupplicationi, & repliche fatte dall'vna, e l'altra parte; viſte da vno de' Colleghi, quale era in pronto per rifferirlo per la eſpeditione di detta cauſa, ci hanno preſentato vn' Decreto di V. E. fatto ſopra il loro memoriale à quella ſporto del tenor, che ſegue.

1602. il 3. di Marzo.

ATteſo già s'è incaricata al Senato la dichiaratione di ſimili cauſe, ordina S.E. che il medemo Tribunale pro-

ueda ſopra le coſe eſpoſte in queſto memoriale, auiſando il Magiſtrato ordinario, che frà tanto ſopraſieda. Signat. Longonus.

Et eſſendo detto ordine priuatiuo della propria, & particolare giuriſdittione, & cognitione noſtra, dataci dalle noue Conſtitutioni, in materia de' carichi, confidati nella buona, Santa, & retta mente di V. E. che non ſij per leuarci la cognitione delle cauſe dal Tribunale, al quale propriamente ſpettano, per darle ad altro, quando reſti informata, che per diſpoſitione delle dette Conſtitutioni, queſta, della qual hora ſi tratta, ſpetti particolarmente à noi, non habbiamo dubitato di ricorrer da V. E. come facciamo, eſponendogli, che oltre di eſſer detta cauſa di noſtra cognitione, non è vero ancora quello, che detta Città hà preſuppoſto nel ſudetto memoriale, che ſi tratti d'interpretatione di conſtitutioni.

PER QVAM DILIGENTER ANIMADVERTENDA.

Eſſendo più che chiaro, che le Conſtitutioni, nel titolo de oneribus in principio, doue vogliono, *Quod bona tranſeant cum onere ſuo*, non s'intendono delli carichi ſtraordinarij per riſpetto delle Chieſe, quali non ſi comprendono in tal Decreto, & in ciò è fondato il ſolito del noſtro Tribunale di dar lettere ad inſtanza delli Eccleſiaſtici, nel modo, e forma, & del tenor, che ſono ſtate date, & conceſſe à detti Reuer. Padri, che per riſpetto delli carichi ſtraordinarij non ſi habbino à moleſtare, per i Beni in loro peruenuti, come ſopra habbiamo detto, & auenga, che da certo tempo in quà, il Senato ſoglia ordinare, che gli Eccleſiaſtici, & luoghi Pij diano ſigurtà di pagare ancora i detti carichi ſtraordinarij, queſto però ſi reſtringe à quelle Diſpoſitioni, per le quali ſi dimandano Diſpenſe da eſſo Senato, come di Compre, Donationi, & altri Titoli ſingolari, & non per teſtamenti, & laſci Pij, per quali non ſi fà tal dimanda.

Quanto poi alla diſtintione de' carichi ordinarij dalli ſtraordinarij, è anco propria cognitione del noſtro Tribunale, &

caſca

caſca fuori dell' interpretatione delle dette Conſtitutioni, & intorno à ciò non ſi mancarà di amministrare quella Giuſtitia, che conuiene trà dette parti; & perciò non trattandoſi detta cauſa nelli termini preſuppoſti dalla detta Città, ne di negotio, che patiſca le difficoltà da eſſa rappreſentate in detto ſuo memoriale, & diſponendo l'iſteſſe Conſtitutioni, nel titolo de officio Quæſt. Ord. nel §. cum materia reddituum, che non ſi habbi ricorſo al Senato, ſe non in caſo, che magne emergant difficultates, ſupplichiamo l'Eccellenza Voſtra à non permetter, che queſta propria, & particolar cognitione noſtra dattaci dalla lege, quale vertiſſe in materia de' carichi, ſi leui dal noſtro Tribunale per darſi al Senato, al quale poi ſempre in ogni caſo potranno le parti hauer ricorſo in cauſa d'appellatione, della quale eſſo ſarà Giudice, & così ſarà conſeruata à cadauno di eſſi Tribunali la ſua propria giuriſditione, con la total oſſeruanza delle dette Conſtitutioni, & delli ordini dati da Sua Maeſtà in Tomar, con quali tanto preciſamente diſpone, che nō ſi leuino le cauſe de' ſuoi Giudici competenti. E perche pare, che detta Città habbi qualche geloſia della perſona del Signor Preſidente noſtro, qual ſi troua hauer vn figliolo nella ſudetta Religione di S. Paolo Decolato, non deue ciò pregiudicare à tutto il Tribunale, perche, oltre che atteſa la qualità di eſſo Signor Preſidente tale ſoſpitione ſi rende vana, egli ancora s'aſteneràà (come è ſolito in altri ſimili caſi aſtenerſi) & dall'interuēto, & dal voto in detta cauſa, & con fine di queſte preghiamo Dio N. S. per la continoua ſalute di V. E. con accreſcimento di Stato in Milano, à 10. di Maggio 1602.

Subſcrip. D. V. E. Deuotiſſimi Seruidori il Preſidente, & Maeſtri delle Reg. Duc. entrate ordinarie del Stato di Milano, in Angulo, Io. Iacobus Zuchellus, & ſigillat. &c.

Aliud Decretum.

SEndoſi trattato in queſto Tribunale ſopra la cauſa della controuerſia, la qual vertiſſe trà li Reueren. Chierici del Collegio di San Marco di coteſta Città per vna parte, & gli Agenti di eſſa Città per l'altra, per l'eſſentione, che i pref. Reuer.

uer.

uer pretendono dal pagamento de' carichi per i beni peruenuti nel detto loro Collegio, ricuſando i ſudetti Agenti, che ſe gli debba admettere per i carichi Camerali, & ſpeſe communi occorſe nella predetta Città, come ſi contieſſe nelle contrarie ſupplicationi, & repliche delle parti, che ci mandaſte con voſtre lettere de 4. Maggio corrente, & viſto gli ordini da noi dati à ſupplicatione de' pref. Reuer. Chierici ſopra la ſudetta loro pretenſione, ſiamo venuti in riſolutione di ordinarui con le preſenti, che prouediate ſiano preſeruati eſſenti detti Reuer. Chierici per l'eſtimo della proprietà de i detti loro beni dal pagamento de tutti i carichi Camerali ſtraordinarij, conforme alle noſtre lettere de 21. Genaro proſſimo paſſato, & eſſendogli ſtata fatta eſſecutione per conto d'eſſi gli farete reſtituir i pegni con ogni più pronto rimedio di giuſtitia, ſaluo nel reſto le raggioni delle parti ſopra l'altre pretenſioni loro, per conto delle ſpeſe communi della Città in Milano à 22. Maggio 1604. ſig. &c.

1604. Die

E Ricorſo da noi il Sindico della Ven. Congregatione de' Chierici Regolari di S. Paolo, con l'incluſo memoriale, ſupplicandoci quanto per eſſo vedrete, & eſſendoci parſa la dimanda loro degna di conueniente prouiſione, vi ordiniamo, che per l'eſtimo della proprietà de' recitati beni, ſituati nel luogo di Montù Beccaria, & parti circonſtanti, pertinenti in eſſa Congregatione nel modo eſpoſto, & alla ſua parte descritti, come Eccleſiaſtici, non dobbiate grauarli, ne moleſtarli per lo pagamento di menſuale, & altri carichi ſtraordinarij, preſeruandoli eſſenti per l'importanza d'eſſi, la quale douerà ripartirſi ſu'l reſtante eſtimo della Città, con la quale ſono cenſiti, conforme al ſolito di ſimili eſentioni.

1605. à di 5. Marzo.

IL Referendario di Pauia come Delegato da queſto Illuſt. Tribunale, faccia eſſequire da qualunq; Commiſſario, &

Eſſat-

Eſſattore, & ogn'altra perſona, che conuerrà, l'ordine dato con le recitate lettere, per indennità delli Reuer. Supplicanti, & proueda anco con precetti penali, che non ſiano moleſtati eſſi, ne' ſuoi Fittabili, ò Maſſari, contro la diſpoſitione delle dette lettere.

1605. Die

CONforme all'altre lettere già date, gli Supplicanti non ſi moleſtino per carichi ſtraordinarij per i beni, de' quali ſi tratta nel preſente memoriale, & il Commiſſario della Scoſſa, non innoui coſa alcuna in loro pregiuditio, fin che altro ſarà ordinato da S. E. ſopra la relatione fattali da queſto Tribunale.

Viſis incluſis precibus Reu. Syndici, & Procuratoris Ven. Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli Vobis mandamus, vt attenta ordinatione Quæſtorum redditum ordinariorum, ad quos onerum cura ſpectat, Supplicantes indebitè grauari non permittatis.

1612. Die 3. Auguſti.

NOn ſerue il Decreto delli 25. Giugno proſſimo paſſato al caſo, del quale ſi tratta nel ſudetto memoriale delli RR. PP. di S. Paolo, perche da eſſo chiaramente ſi vede quella prouiſione eſſer ſtata fatta ſolo per obuiare alle fraudi, che ſi ſogliono da alcuni commette, mentre vengono à leuare vn commandamento inhibitorio, con la clauſula grauatoria, il quale ſi ſuole ſegnare, de forma, & in eſſo vi cacciano vna ſoſpenſione indeterminata, donec aliud ordinatum fuerit, cõtraria in tutto alla natura d'eſſa clauſula, e però per leuare quelli abuſi, ben diſſe l'Illuſt. Magiſtrato, non douerſi per l'auuenire attender ad alcun ſimile precetto, ò altra prouiſione fatta ſenza cognitione di cauſa, il che nõ caſca in prouiſione tanto notoriamente giuridica, come la ſudetta, fatta à fauore de' detti RR. PP. ad effetto, che non habbino da

eſſer

eſſer moleſtati per cauſa de' carichi ſtraordinarij, ſin che altro ſia ordinato da S. E. ſopra la Relatione fattali dal Trib. noſtro, e però ſi ſtij nel ſudetto già ordinato à fauore d'eſſi PP. non oſtante il ſudetto allegato Decreto Generale dell'Illuſt. Magiſtrato delli 25. Giugno proſſimo paſſato, & il Referēdario di Pauia faccia così eſequire, ancora con precetti penali. Subſcripta in angulo, Ioſeph Zuchelus, pro Io. Iacobo fratre, & ſigillata, &c.

1612. Martedì alli 10. di Decembre la mattina.

L'Illuſtre Magiſtrato Ordinario, viſte le contrarie ſupplicationi, e repliche con i proceſſi, & altre ſcritture dalle parti, eſſibite nella detta cauſa, & inteſe le ragioni da tutte dette parti dedotte, oppoſte, & allegate, il tutto conſiderato.

Hà ordinato, e dichiarato, & ordina, e dichiara, detti RR. Padri, come coheredi delli recitati beni, e poſſeſſori d'eſſi laſciati dal q. Conte Aureliano Beccaria, ſituati nel territorio della Predoſa, douer eſſer preſeruati eſſenti, così per il tempo paſſato dal giorno, che hanno hauuto l'acquiſto de' detti beni in quà, come nell' auuenire, dal pagamento delli carichi ſtraordinarij per l'eſtimo de' tutti detti beni, come Eccleſiaſtici, doppo che ſono poſſeduti dalli prefati RR. Padri, cioè per la parte poſſeduta da detti Religioſi, e douerſegli reſtituire l'eſſecutioni fatte, e danari riſcoſſi per detta Communità, ò ſuoi Eſatori della Predoſa per cauſa de detti carichi ſtraordinarij; Eſſere però tenuti eſſi RR. Padri, come coheredi, come ſopra, verſo la prefata Communità della Predoſa, e ſuoi Eſſattori al pagamento de' carichi ordinarij, e ſtraordinarij, corſi ſopra l Eſtimo de' detti beni, e douuti dal prefato quon. Conte Aureliano Beccaria per il tēpo, ch'eſſo gl'hà poſſeduti, e ſin hora non pagati, come detta Communità giuſtificarà eſſer vero in fatto, & prouarà la quantità de' detti carichi non pagata dal prefato Conte Aureliano, ad eſtintione de' quali detta Communità della Predoſa, ò ſuoi Eſſat-

tori, ſiano parimente tenuti compenſare alli prefati RR. Padri ogni quantità de' denari per eſſi, ò à loro nome pagati à conto de' carichi ſtraordinarij delli medemi beni, doppo il loro acquiſto, e poſſeſſo in quà, e nel tempo che doueuano eſſer preſeruati eſſenti, come ſopra. Ordinando ancora, che ſi facciano trà dette parti i conti, e s' eguaglino li loro debiti, e crediti in conformità della preſente dichiaratione.

Et circa il preteſo riparto di detta Immunità ſopra il Contado d'Aleſſandria, che gli Agenti della ſudetta Communità della Predoſa, e Sindici di detto Contado, informino l' Illuſt. Magiſtrato delle loro ragioni, le quali inteſe, darà l'ordine, che conuerrà di giuſtitia, &c.

1614. à 4. di Giugno.

RIferto nell' Ill. Magiſtrato Ordinario di Milano il Memoriale della Communità della Predoſa, con la riſpoſta del Sindico del Contado d'Aleſſandria, e repliche d'ambe le parti, & inteſo quanto è ſtato dedotto, oppoſto, & allegato da eſſe, nella recitata cauſa.

Il prefato Ill. Magiſtrato inherendo à quanto è ſolito ſeruarſi nelle Prouincie di queſto Stato in materia d'eſentioni Eccleſiaſtiche, & altre occorrenti nelle Terre di eſſe, come ancora nel detto Contado d'Aleſſandria.

Hà ordinato, & ordina, douerſi ripartire l'importanza della ſudetta Immunità de' carichi ſtraordinarij, ſpettanti all' eſtimo de' recitati beni cenſiti con detta Communità, della Predoſa, e peruenuti nella detta Vener. Congregatione, ſopra tutto detto Contado d'Aleſſandria alla rata del Mēſuale, cōpreſa anco detta terra della Predoſa per la ſua quota; Comandādo, à cui ſpetta, che così eſſequiſchino per il tēpo, che durerà la detta Immunità, e poſſeſſo de' detti beni preſſo la prefata Vener. Congregatione.

1616. Adì 27. di Febraro.

VIſto quanto è ſupplicato nel ſopraſcritto memoriale delli RR. PP. della Vener. Congregatione di S. Paolo Deco-

Decolato, & atteſo gli ordini dati à fauore de' prefati Supplicanti, per l'oſſeruatione della loro allegata Immunità de' carichi ſtraordinarij, e poſſeſſo di eſſa, per i recitati beni peruenuti nella prefata Vener. Congregatione. Il pref. Ill. Magiſtrato inherendo alli recitati ordini, e poſſeſſo, & alle dichiarationi fatte in materia di ſimile Immunità.

Ordina, e comanda alli Sindici, Deputati, & huomini della Communità di Montù, & altri luoghi, nelli cui territorij ſono ſituati detti beni, e poſſeduti da predeti Supplicanti, & ad ogn'altro, à cui ſpetta, e ſpetterà, che preſeruino detta Vener. Congregatione de' Supplicanti, e loro fittabili, e maſſari de' ſudetti beni, eſſenti dal detto attuale alloggiamento, e contributione di ſpeſa di eſſo, e da altri carichi ſtraordinarij per la portione dominicale dell'eſtimo, e proprietà d'eſſi beni, eccettuata la parte colonica conforme à gl'ordini.

1627. Adì 11. di Nouembre.

Congregati gli SS. Dottor Hortenſio Gambaruto Priore, Camillo Pederana, Dominico Baliano, Emilio Bolla Gieronimo Ghilino, Capitano Marc' Antonio Trotto, Giacomo Maria Calcamugio, Agoſtino Ferrari, & Giouanni Milano, tutti Deputati al gouerno della Città d'Aleſſandria.

Sentita la Relatione fattali dalli SS. Gio. Chriſtoforo Guaſco, Gieronimo Mantelli, Gio. Stefano Stortiglioni, Bernardino Vartio, & Pietro Franceſco Bigliano Delegati dalli ſudetti Signori à veder diuerſe ſcritture conſignateli per il P. D. Caliſto Ponzoni Procuratore della Veneranda Congregatione di S. Paolo, concernenti l' eſſentione de' beni in loro peruenuti, dell' heredità del quon. Sig. Conte Aureliano Beccaria.

Hanno ordinato, & ordinano detti SS. che pagando li detti PP. tutti li carichi ordinarij, & ſtraordinarij decorſi dal giorno della morte del quon. Signor Conte Aureliano Beccaria, che fù alli 4. Decembre 1590, ſino ad vndeci inni di

dietro

dietro, & dal dì della morte del detto Co. ſino al preſente, tutti li carichi ordinarij per la ſomma del Regiſtro di ſoldi trè, & dinari doi, e mezo, non debbano, ne eſſi, ne la loro ſigurtà data, eſſer più oltre moleſtati.

Signata Hieronymus Puppinus Not. & Ciuitatis Alexandriæ Cancellarius rogatus, in fide &c.

1633. 12. Luglio.

LEtto. Il Commiſſario della Città di Pauia, & Agenti della medema Città, & ogn'altro à chi ſpetta, non moleſtino li Padri, Supplicanti per qual ſi voglia carico ſtraordinario, per l'eſtimo de' beni di Mondondone peruenuti in eſſa Congregatione, & il Refferendario di Pauia, come Delegato dal Magiſtrato proueda, anco con precetti penali pecuniarij, & corporali ad arbitrio del Magiſtrato, che così s'eſequiſſa.

Subſcripta, Corius Cancellarius.

Copia delle fedi delli Commiſſarij della Città di Pauia, dalle quali appare, che li RR.PP. Chierici Regolari della Gongregatione di S. Paolo Decolato, non hanno mai pagato coſa alcuna per la partita delli Her. del Co. Aureliano Beccaria.

1616. Adì 23. Aprile.

FAccio fede Io. Orlando Trouamala Ragionato del Principato di Pauia, qualmente nel libro de' Beni Ciuili dato per gli Agēti della Città di Pauia al ſudetto Principato l'Anno 1606. per collettare l'ottaua, & allogiamenti, ſi troua deſcritto à fol. 171. il ſeguente capitolo.

D'ordine dell'Illuſtre Magiſtrato, cioè del Sig. Referendario di Pauia, come Delegato, del dì 25. Maggio 1605. ſi ſono detratte, & annullate pertiche 6000. terre dalla partita del

Signor

Sig. Conte Aurelianò Beccaria, poſſedute dalli RR. PP. del Collegio di Santo Aureliano di Montù di Beccaria della Congregatione de' Chierici Regolari di San Paolo, cioè per far reſtituire pegni fatti, & di ordine dell' Illuſt. Magiſtrato ſotto il dì 22. Marzo 1605. come à detto libro appare. Et in fede, &c.

Sottoſcritta. Io Orlando Trouamala Ragionato del Priu- pato di Pauia affermo, &c.

Altra fede del Commiſſario della Scoſſa.

SI fà fede per me infraſcritto Cancelliere, & receptore all' officio del Signor Commiſſario Franceſco Marengo, ſi come per la partita deſcritta in teſta alli here. del Signor Co. Aureliano Beccaria, & ſolita darſi fuori della Città di Pauia ogn'Anno, frà l'altre partite de' Debitori di eſſa Città, nelli Territorij della Pieue del Cairo, & Montù Beccaria, non ſi è mai ſcoſſo coſa alcuna dalli Molto Reuer. PP. della Congregatione di S. Paolo, mà ſemore ſi è data indietro alla detta Città, ſaluo quello ſpetta al Signor Giorgio Gattinara per detta Pieue, & alli SS. Corradi per Montù Beccaria, come il tutto appare alli libri della Scoſſa. In fede per eſſer la verità, richieſto dalli detti M. Reu. Padri hò fatta, & fermata la preſente di mia mano propria. A dì 4. Giugno 1633.

Subſcripta, Pompeo Toppa Cancelliere.

Altra fede del Commiſſario di Retrodatti.

IO Giulio Ceſare Barachi con mio giuramento faccio fede, come eſſendo ſtato Commiſſario ſopra la Scoſſa delli Retrodatti della Città di Pauia, per Anni 17. cioè dalli 16. Marzo 1602. ſino alli 10. Ottobre 1618. non hò mai ſcoſſo coſa alcuna, ne moleſtato, ne fatto moleſtare li Reuer. Padri della Congregatione di S. Paolo per la partita, che ſi troua deſcritta nelli libri, & quinternetti de' Retrodatti in teſta alli here. del quon. Sig. Co. Aureliano Beccaria, ſtando che detti Reu. Padri, come heredi, & poſſeſſori di parte de' detti Beni dell'heredità di detto Sig. Co. ſituati alla Pieue del Cairo, & Montù Beccaria, mi fecero molte volte intimare precetti

inhibitorij, & ſcommuniche, de' quali intimationi di tempo in tempo, ne diedi anco parte al quon. Sig Simonetta Procuratore della detta Città, & ad altri Sindici di eſſa, come ero obligato, & in virtù di quelli dico non hauerli mai moleſtati, ne fatti moleſtare, & in fede del vero hò fermata la preſente di mia propria mano. Pauia à dì 2. Giugno 1633.

Subſcripta. Io Giulio Ceſare Barachi faccio fede, & affermo, come ſopra.

Altra fede del Commiſſario Marengo per li Beni di Mondondone.

SI fà fede per me infraſcritto Cancelliero, & receptore all'officio del Signor Commiſſario Franceſco Marengo ſi come la partita delli heredi del Sig. Co. Aureliano Beccaria deſcritta nelli libri del Menſuale à Mōdondone oltre Pò, Principato di Pauia, in lire 590. ſol. din intrata, dal dì 5. Aprile 1632. incluſiuè retro, è ſtata pagata dal Sig. Giorgio Gattinara, & dal detto di 5. in quà, non è ſtato pagato coſa alcuna, ne dalli Molto Reuerendi Padri della Congregatione di S. Paolo, ne da altri, mà vi reſta ancora il debito, quale aſcende alla ſomma di lire 500. ſold. 14. din. 9. in fede di ciò richieſto da detti Molto Reuerendi Padri, hò fermata la preſente à dì 25. Agoſto 1633.

Sottoſcritta, Pompeo Toppa Cancelliere.

Supradictaomnia concordant cū originalibus exiſtētibus in Archiuijs.

Aliud Decretum.

Pro Reuer. Dom. Don Siluano de Laude, & Conſortibus.

EGregie tamquam frater. In nome del Reuer. D. Siluano di Lodi, & Conſorti, ne è ſtato ſporto l'incluſo memoriale, qual conſiderato, vi commettiamo, che per riſpetto delli Beni proprij delle dette Chieſe, taſſati cō detta Communità, dobbiate prouedere, che li Supplicanti non ſiano

aſtretti

aſtretti pagar alcune grauezze ſtraordinarie: auuertendoui ancora farli preſeruare dalla Dupplicatione delle Taſſe, & occorrendoui alcuna difficoltà degna di noſtra Conſulta, ne auuiſarete. Mediolani die 24. Ianuarij 1565.

Subſcripta. Præſes, & Magiſtri Reg. Duc. Red. Ord. Status Mediol. in calce, Cæſar Beſutius. A tergo, Egreg. tanquã fratri D. Prætori Caſalis maioris.

Concordat cum originali exiſtente in Archiuio.

Aliud Decretum.

Pro RR. PP. S. Bartholomæi de Cauacurta Ord. Seru.

EGregie tamquam frater. Viſto ciò, che ne hanno ſupplicato li Ven. PP. di San Bartolomeo di Cauacurta, & conſiderato li ordini, che ne diede già l'Illuſtriſſimo Sig. D. Giouanni di Figuerà Gouernatore di queſto Stato, in fauore d'alcuni altri Religioſi, ſi ſiamo riſſoluti ordinarui, come facemo, che pagandoui loro per li allegati Beni, così antiqui, come in loro peruenuti modernamente, & poſſeduti di preſente da eſſi, li carichi Ordinarij, nõ gli aggrauiate, ne laſciate grauare per alcun carico ſtraordinario ſpettante all' Eſtimo di detti Beni, che così la giuſtitia vuole. Mediolani die 14. Decembris 1558. Signat. Præſes, & Magiſtri Reg. Duc. Redd. Status Mediolani in calce, Hieronymus Antonianus, at ergo; Egreg. tanquam fratri D. Commiſſario Laudæ, & Sigillata.

Concordat cum originali exiſtente in Archiuio.

Ordini del Duca di Seſſa, che tutti paghino li ſcudi cinquecento milla, eccetto li luoghi Pij, & Eccleſiaſtici, & Eſſenti per li 12. figlioli, & per titulo oneroſo 22. Marzo 1559.

GOnzal Fernandez de Corduba, Duca di Seſſa, & Terranoua, della Reg. Maeſtà nel Stato di Milano Gouer-

natore, & Locotenente, e Capitano Generale in Italia.

Molto Magnifico Sign. Hauendoci ſupplicato gli Agenti per quella Città di voler dar ordine, che dal pagamento delli cinquecento milla ſcudi, che s'hanno da pagar di preſente per tutto il Stato, niuno ſia eſſentuato per qual ſi voglia titolo d'eſſentione, & hauendo noi determinato, che ſolo ſiano preſeruati li Eccleſiaſtici, & luoghi Pij, quelli che godono dell'Immunità delli 12. figlioli, & gli eſſenti, titulo oneroſo, & che tutti li altri habbino à pagare la parte, che debitamente li ſpetta. Vi dicemo, & commettemo, dobbiate prouedere, che così s'oſſerui, & eſſequiſca in quella Città, & Cõtado. N. S. Dio vi guardi. da Milano à 22. di Marzo 1559. Signat. El Duque, y qd. Vidit Taberna. in calce, Auguſtinus Mõtius, a tergo: al Molto Magnifico Signor Co. Franceſco Gallarato Gouernatore per ſua Maeſtà, &c. in Lodi, & ſigillat.

Concordat cum originali regiſtrato in ſecretiori Cancellaria.

VErum ad eundem EXCELLENTISSIMVM SENATVM redeundo, vt etiam, & pro illa parte, quæ ad Priuilegia Immunitatis Eccleſiaſticæ ſpectat, quid referamus, antequam his finem imponamus, breuibuſq; verbis diffuſiora partium ſupplicata, & vtrinq; replicata coram Excellentiſſimo Mediolani Senatu, quæ per magna Typorum impreſſione, longa exaratione deſcripta habentur, comprehendamus; quin & vt hoc vnico infraſcripto, breuitatis gratia, contenti ſimus, quod tamen plurimorum exemplar, & imago eſſe poteſt, & debet.

SCiendum quod, anno, & die in eo contentis, &c. Abbas, & Monachi S. Petri Cęleſtini Mediolani Ord. S. Benedicti,

cti, & eiuſdem S. Petri Congregationis, fecerunt venditionem cuidam Carolo Brippio Nobili Mediolanenſi, de quibuſdam eorum bonis appellatis (*della Vittoria*) ſitis in ſuburbijs Ducatus, & Ciuitatis Mediolani, pretio librarũ quatuordecim millium, quas dictus emptor promiſſit implicare in aliqua idonea proprietate, redditũum librarum ſeptem centum in anno, & interim reſpondere eiſdem R.R. Monachis, eandem annuam præſtationem; ſubindeq; ipſimet R.R. Monachi fecerunt emptionem ab Hoſpitali magno Mediolani, de nonnullis alijs bonis ſitis, in eodem Ducatu Mediolani, nuncupatis (*la poſſeſſione della Coſta*) pretio decem, & ſeptem mille librarum.

Cumq; Conſeruatores Patrimonij Ciuitatis Mediolani, id ſcientes, prætenderent ſupradicta dictorũ Monachorum, bona appellata (*della vittoria*) eo contractu eſſe in perſonam laicam, Principiſq; Sæcularis iuriſdictioni ſubiectam tranſlata, ac ſubinde ſubiacere oneribus perticatus, ac alijs impoſitis, imponendiſq; de more laicorum, bonis, iuxta ſeriem Nou. Conſt. dictæ Ciuitatis Mediolani, & ſuper hoc per longa contextata fuerit. lis, & controuerſia, vtpotè R R. Monacis tale, ſeù huiuſmodi contractum ſimplicem permutationem, & ſubrogationem bonorum; Conſeruatoribus verò Patrimonij ſupradictis, vice verſa, liberam, & realem venditionem illud appellãtibus, perpluribus ab vtraq; parte adductis rationibus, ſupplicatis, ac replicatis, &c. Excellentiſſimus Mediolani Senatus, huic controuerſiæ finem tandem imponere volens, ſententiam ſuam finalem proferendo in hunc modum SANXIT.

PHILIPPVS IV. Dei Gratia Hiſpaniarum; Vtriuſq; Siciliæ, &c. REX, & Med. DVX III.

VIſis precibus Vener. Abbatis, & Monachorum S. Petri Cæleſtini huius Ciuitatis, & Reſponſo Agentium eiuſdem Ciuitatis, cum vtrinq; replicatis, omnibus coram Se-

natu noſtro lectis, vna cum voto Fiſci noſtri ſuperinde habito, iuſſimus partes informare debere, vt maturiùs ſuper petitis deliberari poſſet: Demum autem audito vno ex ſpet. Senatoribus noſtris, partium iura refferente; Cum recitata bona (*della Coſta, e della Vittoria*) eſſent ab oneribus immunia, quando erant pœnes ſupplicantes, & dictum Hoſpitale, ac ex ſubſecutis venditionibus Ciuitas acquiſierit ius collectandi dicta bona (*delli Vittoria*) quod amitteret, ſi dictæ venditiones reſcinderentur, & cum ſi à principio diſpenſatio, de qua agitur, fuiſſet petita, conceſſa proculdubio fuiſſet, quemadmodum aliæ multæ conceſſæ fuerunt; idcirco cenſuit Senatus, attentis etiam pluribus alijs à ſupplicantibus deductis, ipſos Vener. Monachos recitata de cauſa, non fuiſſe, nec eſſe vlterius moleſtandos, ſed dicta bona, Coſtę nuncupata, immunia præſeruari debere, quandiu per eos poſſidebuntur. Cuius ordinis ſententiam nos ſequentes, idem decernimus. Mandantes omnibus, ad quos ſpectat, & ſpectabit, vt ita ſeruent, & ſeruari faciant. In quorum fidem præſentes ſigillo noſtro munitas, fieri, & regiſtrari iuſſimus. Dat Mediolani die 9. Martij M. DC. XXIII.

Locus O Sigilli

Io: Baptiſta Saccus.

SED vt quid tam conari aquam è riuulis excipere ad fontem vberrimum propinemus, Regiam ipſam Catholici Imperij mentē, ac votum perſcrutemur.

DE Anno 1571. Excellentiſſimus Mediolani Senatus, Summuſq; ibi Regius Conſiliarius, vna cum Regio tunc locum tenente, & Gubernatore hoc negotium controuerſiæ cum Eccleſiaſticis, ſuper ſolutione onerum extraordinariorum, pro eorum quibuſcunq; bonis, ac ſingulariter

nouiter

nouiter acquiſitis, terminare cupientes, cõmunibus eorum ſupplicibus litteris, in quibus quicquid ſummo peritorum ſtudio contra Eccleſiaſticos adduci poterat, exarabatur, Regiam Catholicæ Maieſtatis PHILIPPI.II. voluntatem in hoc conſulentes, perſcrutati ſunt; An ſcilicet mentis, & voti ſui eſſet Eccleſiaſticorum bona, maximè, quæ in dies ab ipſis acquiruntur, iam antea cataſtrata, allibrata, ac in publico æſtimo deſcripta, ad onera teneri, in ſpecieq; ad onera extraordinaria: poſt longa tempora perquirentibus omnibus, precipueq; Ciuitatum, & locorum ſtatus Mediolani oratoribus, quid pro quæſiti reſponſione habitum, & reſponſum fuiſſet, vt iuxta Regiam voluntatem, & mandatum exequi curarent; dictum fuit, nullum omninò à Catholico Rege, ſeu eius ſummo conſilio ſuper huiuſmodi petitis emanaſſe reſponſum: hoc certè non ſic facilè credendum videtur, cum nunquam id aliàs euenerit, putà, quod ſuis Senatus Mediolani Senatoribus, maximiſq; totius ſtatus conſiliarijs, ac ſuo ibi generali locum tenenti, & ſupremo Gubernatori nullum Rex dari iuſſerit reſponſum; ſed ſi ita eſt (vt quod communioris voti eſt, ſubticeamus) clarum, & euidens ſignum eſt tanti Regis PHILIPPI II. cui fœliciſſimum Regnum ſit in cœlo, veræ iuſtitiæ ſimulacrum, & validum Catholicæ Eccleſię propugnaculum, pijſſimam mentem fuiſſe, Eccleſiaſticorum bona quæcunq; & quocunq; modo acquiſita, ad nulla omnino onera, maximè extraordinaria, teneri; proinde contraria petentibus, nulla reſponſa deberi; in cuius ſignum, ac teſtimonium ſubinde perſeueratum fuit, per longa tempora in præſeruando Eccleſiaſticorum omnia bona ab oneribus extraordinarijs; ſolummodoq; ab aliquibus ab hinc annis introductus fuit violentus conatus onerandi Eccleſiaſticorum bona, ac ipſorum cultores ad onera extraordinaria.

ET hæc ſatis, valdeq; nimis, ad nimiam, nedum ad amplam ſacietatem, inter diffuſiora, & ampliora, quæ prolixo, ac interminabili, tam dicto, quam ſcripto in hac facultate, adduci poſſent; nec ſolum ad, humaniter pari animi conſenſu, alliciendos in ſententiam, & votum Eccleſiaſticorum; verum etiam ad, ex proprio ore iuribus, rationibus, ac ipſorummet dictis ſcriptis, & firmo pede ſancitis, conuincendos quoſq; ab Eccleſiaſtica Libertate, & Immunitate diſſentientes, aut de viridi eius obſeruantia differentes, quæ ſi omnia trutina æqui iuris perpendantur, nil minimè vereor, quin quanto ſapientiores fuerint perlectores, tanto ipſa, quæ allata ſunt, & afferentur, omni dubietate ſublata, æquiora, & rationabiliora, ſint diiudicaturi.

Explicit Prima Pars.

PARS

PARS SECVNDA.

SECVNDA hæc pars continet Celeberrima Conſilia, & Reſponſa Deciſiua Eruditiſſimorum in publicis Catholici Orbis Vniuerſitatibus legum interpretum, pari animi conſenſu pro vera Libertate, & Immunitate Eccleſiæ Catholicæ ſentientium, docentium, & diudicantium, ac vna voce pro ea acclamantium.

Ex Vniuerſitate Piſana, & Peruſina.

Celeberrimi V. I. Conſultorum Principis, Legumq; illuminatoris BARTOLI A SAXO FERRATO In Piſano, ac Peruſino Gymnaſio Iuris Cæſarei Primarij Interpretis. V. I. Conſilium, & Reſponſum Deciſiuum.

Et eſt conſ. 180. in ordine in lib. 1. ſuorum conſiliorum;

EPITOME.

Poſſeſſio æſtimata, & allibrata, ſeu appretiata in libro communis, deueniens in Eccleſiam, ſeu Clericum, ex quocũq; titu-

titulo, nullo modo tenetur ad collectas, & onera extraordinaria ſoluenda.

SVMMARIVM.

Hoc Summarium fuit hic amplioribus numer. quã ſit apud auctorem deſcriptum, per V. I. Doctorem Bernardinum Landrianum, quò ſic faciliùs in conſilio contenta innoteſcant, & pro opportunitatibus indigentibus deſeruiant, cęterum nil ſecus ipſum cõſilium (vt videre eſt) enũtiatur.

1 *Nemo poteſt imponere collectam generalem applicandam fiſco, ſine permiſſu principis.*

2 *Vna quaq; Ciuitas, vel Vniuerſitas pro neceſſitate ſibi incumbenti imponere poteſt ſpecialem collectam.*

3 *Collectæ ſunt munus extraordinarium.*

4 *Clerici non tenentur ad collectas extraordinarias.*

5 *Nullum munus extraordinarium clericis poteſt imponi.*

6 *Dubium, An Clerici teneantur ad munera ordinaria de iure communi, cum huic obſtet Conſtit. Fed. tit. Item nulla communitas.*

7 *Munus collectæ, non poteſt imponi niſi ſubditis; ideſt. ciuibus, & incolis.*

8 *Immunitas competit clericis de iure communi, ideo non poſſunt collectari, quia collectæ ſunt de iure ſingulari oppoſitæ communi.*

9 *Nullus cogi poteſt ad ſolutionem alieni debiti.*

10 *Neceſſitas non cogit niſi ſubditos, & ſubiectos.*

11 *Subiecti tantùm cogi poſſunt ab eorum capite ad ſoluendum alienum debitum.*

12 *Collectæ imponi non poſſunt habenti honorem.*

13 *Onus, cum quo tranſire dicuntur bona, eſt onus inhærens perſonæ, & non onus rei ei inhærens, ratione ipſius rei.*

14 *Res non tenetur ad collectas, & onera, niſi quando perſona poſſidens ipſam rem, tenetur ad ipſas collectas, & onera.*

15 *Remota perſona obligata ad collectas, prædia, & res remanent immunes.*

16 Nul.

16 Nulla onera, quacunq; fuerint, non poſſunt afficere clericorum prædia, niſi onera realia, aut hypothecaria.

SI aliqua poſſeſſio eſtimata, & allibrata, ſeu appretiata in libro communis, nunc deueniat in aliquem clericum, ex quocunq; titulo, an debebāt ſoluere collectas imponendas, ſicut ſui anteriores debebant, quæritur quid iuris. Ad quam quæſtionem primò oportet videre, an per commune datia ſiue collectæ poſſint imponi, & videtur, quod non, ſine permiſſu principis, vt C. de exa. trib. l. 1. lib. 10. & de excu. mu. l. placet. In cōtrarium videtur, quod ſic, vt C. de ope. pub. l. omnes l. 2. Secundò dico, quod collectam generalem, came-
1 ræ fiſcali applicandam, nemo poteſt imponere ſine permiſſu
principis, vt in præalleg. l. ſed collectam ſpecialem vnaqueq;
ciuitas, vel vniuerſitas pro neceſſitate ſibi incumbenti impo-
2 nere poteſt, vt d. l. omnes; de hoc habemus gl. no. ff. quod
cuiuſq; vni. l. 1. §. quod ſic nemo. in gl. ſuper ver. pro conſ.
Secundò oportet videre, an illæ collectæ ſint munus ordinarium, vel extraordinarium, & videtur quod ſit ordinarium, vt C. de auno. & tri. l. omnes omnino lib. 10. & de iud.
3 l. 1. eo. lib. E contra dico, quod eſt munus extraordinarium;
nam quod nō imponitur per Senatuſc. vel conſt. principum, extraordinarium eſt, vt C. de va. pu. mu. l. 1. lib. 10. & de vac. mu. l. in oneribus §. qui muneris. Nec ob. iura cōtraria quia loquuntur in prædijs prouincialibus, vt no. in d. l. omnes omnino. ſecus in Italicis, vt no. C. ſine cen. vel reli. l. fi. His
4 præmiſſis, in quæſt. propoſita dicendum videtur, dictos clericos non debere ſoluere dictas gabellas, ſeu collectas, niſi in
fraudem collectarum facerent poſſeſſiones in eos transfer-
5 ri. hoc oſtendo: nullum munus extraordinarium clerico
poteſt imponi, vt C. de epiſc. & cler. l. 1. ſed collecta eſt munus extraordinarium, vt ſup. probaui. ergo, &c. Præterea licèt de iure communi clerici teneantur ad ordinaria tributa pro poſſeſſionibus, quas poſſident, vt C. de epiſc. & cler. l de

his

6 his. tamen per Cōſt. Federici, hodie ad nullam tenentur. eod. ti. authen. item nulla communitas, & ita tenet d. gl. ſi. in d. l. de his. Præterea collecta eſt munus, quod imponitur perſonis pro patrimonio; ſed tale munus non poteſt imponi niſi ſu-
7 biectis tantùm, hoc eſt, ciuibus, & incolis, vt ff. de muneri. & hon. l. reſcripto. §. fi. in tex. & gl. quæ expreſsè ponit exemplum in collecta. & idem no. C. de anno. & trib. lib. 10. ſuper rubr. ſed certum eſt, clericos non eſſe ſubiectos. ergo eis collecta imponi non poteſt. Præterea in aliquibus ciuitatibus eſt hoc ſpeciale, vt talia munera non exigantur à poſſeſſionibus non ſubiectis. l. fi. ff. de munc. & hon. Præterea illud eſt
8 ius ſingulare, ergo in contrarium eſt ius commune, vt ff. ad muni. l. 1. in fi. & de leg. ius ſingulare. Præterea poſito, quod nulla l. hoc diceret, hic oſtendo per rationem. certum eſt ad
9 ſolutionem alieni debiti neminem poſſe vrgeri, vt C. ne vxor pro mar. l. fi. & per totum tit. ne fil. pro pat. ſed ſi diceres, clericos debere ſoluere collectas, iam poneres eos cogi ad ſolutionem alieni debiti: nam ciuitates non poſſent imponere collectas, niſi pro eorum neceſſitatibus, vt ſupra dixi, non
10 eſt dubium, quod ipſa neceſſitas non obligat niſi ſubiectos, ergo concluditur manifeſtè non ſubiectos non debere cogi
11 ad ſolutionem, niſi ſic cogantur ad ſolutionem alieni debiti.
12 Pręterea habenti honorem collecta imponi non poteſt, vt de muner. & hono. l. honorem. & ibi no. ſed certum eſt, clericū habentē clericatū, eſſe maiorē alio ſæculari honore. ergo, &c. Illud autem quod dixi, ſi in fraudem collectarum fecerint, probatur C. de ſacro. Eccl. l. ſacroſ. & l. qui ſub prætextu. & de Epiſc. & cler. l. de his clericis. Ad illud, quod poſſet dici in contrarium: & primò, ad id, quod dicitur, res debere tranſire cum onere ſuo, ergo, &c. Reſpondeo, illud
13 onus ſoluendarum collectarum, quod non inhęret rei ratione ipſius rei, ſed ratione ipſius perſonæ, vt d. l. reſcripto. §. fi. & ſupra eſt oſtenſum; quando ergo res non eſt talis perſonæ,
14 quæ ad collectas teneatur, ipſa res non tenebitur, nec obſtat. L. 1. C. ſine cen. vel reli. quia illa loquitur in prædijs prouincialib⁹ tributarijs, ad cuius cōtributionē tenētur ratione perſonæ,

ſonę,vt dixi.& ſic ſeparata perſona,remanerēt libera prędia.
15 Nam quandocunq; aliquid ſtatuitur ratione perſonæ,ea ſeparata, ceſſat ſtatutum, vt ff. de leg.2. l. Titia Scia. §. vſuras, & ſolu. mat. l. maritum, & l. ſeq. facit ext. de reg.iur.priuilegium perſonalę lib 6.& probatur hoc ad literam. ff. de aqua quot. & æſti. l.1. §. permittitur.Præterea cum perſonalis oblatio non ſit propter perſonam clerici, vt ſupra oſtendi,quomodo poteſt manere res obligata, non video, vt ff. qui mod. pign. vel hypo. ſol. l. liberatur. in prin. Ex prædictis patet reſponſio ad omnia, quæ poſſent adduci in contrarium. nam
16 omnia loquuntur in prædijs tributarijs, & oneribus merè realib. & ſic loquitur C. de mun. pa. l.2. lib.10. ita loquitur l. fin. §. patrimoniorum, & gl. ibi poſita. ff. de mu. & hono. & ita loquitur extra, de cen. c.1. in gloſ. lib.6. Barto.

Conſil. & Reſponſ. II. Deciſiuum Eiuſdem CELEBERRIMI Omnium Iuris Interpretum Anteſignani. In eadem cauſa Eccleſiaſticæ Immunitatis.

Et eſt conſ.1.in lib.1.ſuorum conſiliorum.

EPITOME.

Monaſterium capax bonorum, ſuccedere poteſt in hæreditatem, non obſtante quocunq; laicali ſtatuto, & lege, &c.

SVMMARIVM.

Licet illud, quod ſupradicto Auctoris Reſponſo præponitur à Celeberrimo V.I.Conſulto Bernardino Landriano Mediolanēſi, ſit multis numeris, ſeù §. annotatum, cum tamen illud Reſponſum ad nil aliud dirigatur; imo tantummodo ad inſinuandum id, quod in Epitome dictum eſt, vt ibi legi poteſt; proinde pro nunc, & pro Summario ipſum Epitome ſuppleat.

Par-

P Armenſis, quidam filium inſtituit, & iniunxit, quod ſi decederet ſine filijs, ex ſuo corpore natis, eius bona deuenirēt in Ioannem; deinde dictus filius ingreſſus eſt monaſterium, & ibi deceſſit, modo quæritur, an prędicta bona pertineant ad monaſterium, vel ad dictum Ioannem. In hac quæſtione licèt fuerint variæ Doc. opin. & diuerſimodè reſcriptum, & determinatum reperiatur: Ego tamen hoc arbitror veriſſimum eſſe, quod bona debeant ad dictum Monaſterium pertinere, & quod ſubſtitutioni prædictæ non ſit locus. Primò .n. hoc tenuit Dyn. ff. de lega. 2. l. ſi ita quis, §. fi. & ibi videtur tex. quod verba sūt attendenda, vt monaſterium non excludatur per talem regulam. Appellatio filiorum ſimpliciter facta intelligitur de ſe natis, vt d. l. ſi ita quis, §. 1. & de cond. & demon. l. fideicommiſſum. Sed expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur, vt l. 3. de leg. 1. ergo perinde eſt habendum, ac ſi non fuiſſet expreſſum, ex ſe natis. Hoc autem non expreſſo, non fuiſſet dubiū ad monaſterium pertinere, vt in Auth. de ſanct. epiſc. §. ſed hoc præſenti col. 9. & C. ad Treb. auth. niſi rogati. ergo, &c. Secundò, hoc tenet Richar. Mal. per talem rationem, iſtud fideicommiſſum, ſeu talis conditio reprobatur, & pro non adiecta habetur, non ideo, quod non habeatur loco filij, ſed eſt impedimentum vitæ contemplatiuæ, nam quis timens, ne bona ſua cogatur reſtituere, ſi deceſſerit ſine liberis, inuitatur ad contrahendum matrimonium, & remouetur à voto religionis, & caſtitatis, & ideo Imperator tale grauamen habuit pro non adiecto, & hoc eſt, quod dixit tex. in d. §. ſed & hoc præſenti. ibi dum dicit, tales conditiones inualidas, & non ſcriptas, & cetera. Sed iſta conditio ſic expreſſa, eſt multò plus contraria vitę contemplatiuæ, & caſtitati, & religioni, ergo, &c. Ita refert, & tenet Cy. in auth. niſi rogati. Tertiò, ego ſic probo, illud qđ relinquitur cauſa dotis, neceſſariò intelligitur pro matrimonio carnali, ff. de iure do. l. 3. C. de do. ante nup. l. fin. Pro introitu verò monaſterij non poteſt dari dos, extra de ſimo.

c. non

c. non ſatis, & tamen illa conditio, ſeu cauſa remittitur, aliquo ingrediente monaſterium, licèt non poſſit dici, quod conditio ciuiliter impleatur, vt d. §. ſed & hoc præſenti, ergo in caſu propoſito, licèt non poſſet dici impleta conditio, quod filij dicantur ex ſe nati, tamen monaſterio debent dicta bona remanere. Idem debet, & poteſt dici de eo, quod relinquitur cauſa donationis, propter nuptias, vt d. §. ſed & hoc præſenti. Quartò, inter monachum, & monaſterium non dicitur contrahi matrimonium ſpirituale, cum ſolus dicatur ſponſus Abbas, vt plenè no. de Eccle. ti. c. quia ꝓpter, per Ber. & Inno. Sed ſi fideicōmiſſum relinquitur ſub conditione, ſi nuptias nō contraxerit, & ille grauatus monaſterium ingrediatur, non tenetur ad fideicommiſſum, vt d. §. ſed & hoc præſenti. Apparet ergo, quod hoc non eſt ideò, quia videatur defeciſſe cōditio fideicommiſſi, ſed ideo, quia tale fideicommiſſum, & talis conditio pro nō ſcripto, & pro non adiecto habetur, quaſi vitæ cōtemplatiuæ contrarietur, ſed in caſu propoſito eſt huiuſmodi, ergo &c. Quintò, ego video, quod ſi mulieri relinquitur aliquid, & ipſa grauatur fideicommiſſo, ſi nupſerit, tale fideicommiſſum præſtare nō tenetur, etiam ſi nupſerit, vt l. quoties, de cōd. & demon. eſt ratio, quia per hoc nuptiæ impedirentur, quia timore illius grauaminis, non nuberet, vt l. hæres meus. ff. de cond. & demon. multò magis non valet iſtud fideicommiſſum, quia eſt impedimentum religionis, & vitæ contemplatiuæ, quæ longè melior eſt, quam actiua, vt in Auth. de mona. in prin. & ibi no. Ita videtur mihi Bar. de Saxoferrato.

ADDITIO.

Celeberrimi V. I. Conſulti BERNARDINI LANDRIANI MED.

ET ſi vanum eſt Solem facibus illuſtrare, nihilominus priùs impetrata venia à ſacratiſſimis oſſibus tanti viri, non dubitaui aliquid in medium afferre pro confirmatione veritatis, cum ea ſententia fauorabilior videatur,

quæ

quæ à pluribus corroboratur, vt dicit tex. in c. qui recedit. §. verum. de pe. diſt. 4. nullumq; opus bonum fieri poteſt, vbi Chriſtus firmamentum non eſt 1. q. 1. cum Paulus. Ideo in eius nomine prædicta corroborātur, per ea quæ ipſemet Bar. voluit in l. 2. ff. de his quæ pæ. no. & in l. ſi ita quis. §. is cui. ff. de le. 2. & in auth. niſi rogati, & Bal. in l. Lucius l. 2. ff. de hær. inſt. & d. auth. niſi rogati, & ibi Paul. de Ca. Bal. Ant. de But. Abb. Sicu. in c. in præſentia. extra de proba. Io. And. in add. ad Spe. in ti. de ſta. mona. in rub. Alberi. de Roſ. in 2. parte ſtatutorum q. 104. quæ incipit; Adhoc. Ang. in diſputa. quæ incipit. Nobilis quidam genere, & in conſ. 273. incip. Alberic. quondam Nicolini. Cōtrariam tamen ſententiam, quod ſubſtitutio non expiret, quando eſt concepta per verba importantia naturalitatem, tenuit Iac. de Bel. in d. §. ſed, & hoc præſenti. Baldus. in d. l. ſi ita quis, & in l. 1. C. de cond. inſer. Sal. in d. auth. niſi rogati. Io. And. & Hoſt. in c. Rayn. extra de teſta. Imo. in d. l. Lucius. latè examinat hunc articulum, & dicit quod opi. Iac. de Bel. cō. Bal. eſt multum æqua, quam etiam videtur ſequi. Ang. in d. §. ſed & hoc præſenti, & ibi dicit; imò quod ſibi non videtur concludere, quod illa adiectio habeat quem retrahere à vita cōtemplatiua, quia cum aliquis ſpiritu Dei ducitur ad intrandum monaſterium, non eſt veriſimile, quod dimittat ingreſſum, licèt bona veniant ad ſubſtitutum. Et ad hanc rationem facit illud euangelicum. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam. Et aliud. Vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperib. hæc conſultatio videtur dubia, cum ex vtraque parte ſint authoritates iuris ciuilis, & canonici, in dubio pro Eccleſia videtur iudicandum, l. ſunt perſonæ, de religio. & ſump. fune. non ea ratione, quod habeat retrahere à vita contemplatiua, quia nemo poteſt ſeruire Deo, & mammonæ, ſed quia Bar ſimpliciter loquitur de ingrediente monaſterium. Quid ſi monaſteriū eſſet de ordine mendicantium? Doc. communiter tenent ſubſtitutioni fore locum: Ang. vero in alleg. conſi. 173. incip. Alberi. quondam Nicolini. tenet contrarium, reſpondendo ad contraria. videte plenè per

cum,

eum, vbi dicit, quod fortè ſecus eſt, quandò dicta verba, ſi deceſſerit ſine filiis, ſunt prolata à iudice tamen hoc non ponit pro conſtanti. & limitat ſupradicta non habere locum in bigamo, quia ob præcedentem venerem Eccleſia de incontinentia ſuſpicatur; ideo eius matrimonium Eccleſia nõ curauit, vt extra de biga. in rubro, & nigro. Hæc limitatio ponitur, quia Doctores arguunt de matrimonio ſpirituali, quia tunc bigamus intrando monaſterium non dicitur propriè ſponſus; ideò tunc grauatur reſtituere, ſi nuptias non contraxerit, ergo tunc tenebitur reſtituere, quia bigamus, ſecundum eum. Item quia hæc conſultatio fundata eſt ſuper §. ſed & hoc præſenti, dubitatur an debeat ſeruari in foro Eccleſię, cum ſit lex ciuilis. Doct. d. cap. in præſentia, dicunt, quod ſic, quia eſt fauorabile Eccleſiæ, & ab Eccleſia cenſetur approbatum, & ideo in omni foro ſeruari debet c. 1. extra de ope. nõ. nun. Ioan. An. in c. fi. de ſol. Archi. 20. diſt. ca. lege. Ant. de But. in c. Eccleſia S. Mariæ, de conſtitu.

Qui à Bartolo ampliora allata in hac ſucceſſionis monaſteriorum materia, &c intelligere deſiderat, perlegat; inter alia, eius conſilium quintum, in ordine, in primo conſiliorum ſuorum libro, ac etiam annotata in additione poſt ipſum, & opportuna offendet.

NE tamen hanc tam per inſignem hic nobis datam occaſionem ſcribendi de ſucceſſionibus bonorum in hæreditatem pro Monaſterijs illorum capacibus, diſputatio tam neceſſaria, tamq; hiſce temporibus, præcipuè inter tribunalia, exagitata quidem, nec tamen fortè, vt par eſſet, intellecta, ac deciſa, maximè fauore Eccleſiæ, quæ ex quò aliquibus videtur nimium diteſcere, facta eſt penè omnium peripſema, vnà cum eius cultoribus; quaſi quod Pontifices, Imperatores, Reges, cæteriq; omnes, qui eam, ac eius cultores

res ſummis priuilegijs, & immunitatibus, in ipſo iuris corpore clauſis affecerunt, id non animaduerterint; fuerintq; ſic rudes, quod non perpenderint venturum fore tempus eius ampliationis in omnem terrarum orbem, à ſolis ortu vſq; ad occaſum; proinde ipſis, nunc ſapere pluſquam ſapere, quod ab Apoſtolico electionis Diuinæ vaſe, veritatiſq; pronunciatore, ac ab omnibus benè ſapientibus damnatum eſt, liceat. Ne inquam colonorum Eccleſiaſticorum exonerationi ſic intenti, rem tanti negotij, imo præcipui noſtri, ſic leuiter, & breuibus pertranſeamus, vt eam paruipendere videamur, nobiſq; omnium onerum pondus diei, & æſtus relinquamus; poſt tanti viri, plenæq; fidei digni Bartoli, fauore Eccleſiæ allata iura, quæ pro illa nimium, & pluſquam valdè ſufficere deberent, vltra aliorum Celeberrimorum hominum deciſiua Reſcripta, vt abundè in Indice ſuper hoc videre eſt, in calce ſecundi voluminis, ad omni iure adiudicandum pro illa; Alia perinſignis legum Doctoris, & interpretis, omni exceptione digni, qui per triginta annos, & vltrà, apud Celebriores Orbis Vniuerſitates primas Pontificij, ac Cæſarei iuris cathedras exercuit, ſubdemus, quem ſi ſuppreſſo nomine conticuerimus, id erit enixè rogatus ab illo, ne fil. poſt tot, tantorumq; ſuorum laborum, tam ingentia ſibi comparata, apud Reges, & Principes, merita, ſepulchrum perpetui odij, ac interminabilis eorum indignationis, quod, vt plurimum, allatæ veritati ſuccedit,

cedit, ac obliuionis omnium benefactorum ipſemet ſibi parare, ſeu fodere videatur.

EX CELEBRIORIBVS ORBIS VNIVERSITATIBVS
Conſilium, & Reſponſum Deciſiuum I.

EPITOME.

Nullus teſtator poteſt Eccleſiam, ſeu Monaſterium capacem bonorum ab hæreditate excludere, etiam ſi hæres inſtitutus profeſſionem in Religione emiſerit.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quod ingrediens monaſterium non ſuccedat, eſt contra libertatem Eccleſiæ.*

2 *Teſtator non poteſt monaſterium, vel Eccleſiam ad hæreditate excludere, ſi hæres factus fuerit monachus.*

3 *Conditio ſeu grauamen à teſtatore appoſitum contra profeſſionem religionis, reijcitur.*

4 *Teſtator non poteſt vti clauſula, non obſtante tali lege.*

5 *Funeris impenſam debere fieri ſecundùm facultatem teſtatoris, nec ipſum teſtatorem poſſe prohibere.*

6 *Teſtator non poteſt grauare hæredem clericum, vt conueniatur coram iudice laico.*

7 *Menoch.* lib. 4. præſumpt. 83, *reprobatur.*

8 §. ſed & hoc præſenti, auth. de ſanctiſsim. Epiſcop. *declaratio.*

9 L. Deo nobis, C. de Epiſcop. & cleric. *eſt correcta per Imperatorem fauore Eccleſiæ.*

10 *Conſuetudine nulla induci poteſt, vt teſtator expreſſe monaſterium, vel Eccleſiam excluderet.*

11 *Conſuetudinem inducere eſt iuriſdictionis.*

12 *Laici non poſſunt ſtatuta facere, quæ tangant competentia clericis de iure communi.*

14 *Conſuetudo mixta clericorum, & laicorum non datur.*

15 *Teſtator, neque de rigore iuris, neque de conſuetudine poteſt inducere conditionem in præiudicium religionis.*

1 CVM argumentum à ſtatutis ad teſtantium diſpoſitiones procedat, vt ſcribit Euerard. in loco ab vltima voluntate ad ſtatu, legem, vel conſuetudinem, & ſtatutum, quod ingrediens monaſterium non ſuccedat, ſit contra libertatem Eccleſiaſticam, vt probant Canoniſtæ in c. in preſentia, de probat. Felyn. numer. 35. Dec. numer. 53. ac alij quamplures. Ideo videndum eſt, an pari, vel ſimili, aut certa ratione idem dicẽdum ſit, cum teſtator priuat ſuum hæredem hęreditate, ſi religionem ingreſſus fuerit. Et videtur reſpondendum eſſe negatiuè per tex. in l. Deo nobis, C. de Epiſcop. & cleric. vbi patri permittitur, ne quid amplius filio relinquat vltrà legitimam, ſi religionem profeſſus fuerit. Sed pro reſolutione, diſtinguo per duos articulos.

2 Primus articulus eſt in puncto iuris: Teſtatorem nõ poſſe monaſterium, vel Eccleſiam ab hæreditate excludere, ſi hæres inſtitutus factus fuerit monachus. Hanc opinionem tenent Canoniſtæ in c. in præſentia, de probat. Ant. de Butr. nu. 27. Aretin. nu. 76. Felyn. nu. 67. Bald. nu. 18. Abb. in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ nu. 55. verſ. ex his infertur, de conſtit. eandem amplexi fuerunt antiquiores, & grauiores iuris ciuilis interpretes, primus omnium Tho. de Formaginis, quam diſputando cum Riccardo de Malumbris, ſic concluſit, vt eorum diſputationem referens Io. Andr. ſequitur hanc opinionem in additionib. ad Speculat. in tit. de ſtatu Monach. circa med. verſ. diſputata fuit hæc quæſtio, Alberic. de Roſate refert eandem, & ſequitur in d. l. Deo nobis, nu. 7. & 8. & in tract. de ſtatutis par. 2. quæſt. 104. Bartol. in l. 2. nu. 1. ff.

de his,quæ pęnæ nomine. Roman. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, num.17. ff. de verborum obligat. Imola in l. Lucius, in 2. circa fin. ff. de hęredib. inſtit. Socin. ſen. in d. l. 2. nu. 1. ff. de his quæ pœnæ nomine, Iaſ. in auth. ſi qua mulier, nu. 11. in fin. C. de ſacroſ. Eccleſ. dicens hanc opinionem in puncto iuris eſſe veriorem. Et pro hac opinione conſuluerunt infraſcripti, Bart. in conſil. 1. Parmenſis, par. 1. Angel. in conſil. 80. hæc quæſtio, col. 2. Alexan. in conſil. 121. num. 11. vol. 2. & in conſil. 35. num. 7. vol. 3. Socin. in conſil. 269. in princ. vol. 2. qui dicit in conſulendo, & iudicando ab hac opinione non eſſe recedendum, & eſſe magis communem pro ea, teſtatur in conſil. 241. nu. 3. in fin. eod. vol. 3. de eadem teſtimonium fert Dec. in conſil. 674. nu. 2. & ſeq. addēs in iudicando non eſſe ab ea recedendum: latiſſimè Roland. in conſil. 35. vol. 3. qui plurimos refert, aitque ſe ita reſpondiſſe Excellentiſſimo Principi, & diligentiſſimè perſcrutando iura, & ſcribentium auctoritates in hac materia cognouit omnem iuſtitiam eſſe pro hac opinione, & ibid. num. 16. dicit hanc opinionem melioribus rationibus, & auctoritatibus eſſe fundatam, Alexand. in additionib. ad Bart. in d. l. 2. ff. de his, quæ pœnæ nom. dicit, ita fuiſſe iudicatum Bononię pro hac opinione, idem teſtatur Imola in d. l. Lucius, Mattheſil. in ſing. 52. incip. nota quod ſi teſtator, dicit ſe mirari, quod monaſteria monialium hoc iure non vtantur.

Habet hæc opinio textum pro ſe, qui inficiari non poteſt
3 in §. ſed & hoc præſenti, in auth. de ſanctiſſimis Epiſcop. vbi conditio ſeu grauamen à teſtatore appoſitum contra profeſſionem religionis reijcitur, & pro nullo, & pro non ſcripto habetur; ergo monaſterium ſemper ſuccedit, licet teſtatoris contraria ſit expreſſa voluntas. Sed teſtator contra legem expreſſam diſponere non poteſt, l. nemo poteſt, de legat. 1. l. quidam decedens, ff. de adminiſtrat. tut. l. teſtandi, C. de teſtament. l. ſi quando, C. de inoffic. teſtam. c. tua nos, & c. requiſiſti, de teſtam. cum alijs per Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 2. num. 5. in fin. & §. 3. nu. 5. vnde teſtator vti nō poteſt clau-
4 ſula: non obſtante tali lege, quæ ſolis Principibus conceſſa eſt,

l. codicillis, §. fin. delegat.3. & d. l. teſtandi, per quæ iura ita firmat Angel. in d. l. nemo poteſt, cuius opinionē eſſe communem, teſtatur Vaſq. de ſucceſſ. creat. §.6.num.2.& Ioan. Gutierez in repetit. d. l. nemo poteſt, num.157. ſic in ſimili,
5 cum de iure diſponatur impēſam funeris debere fieri attenta ratione facultatum teſtatoris, l. 1. §. fin.ff.ad legem Falcid. non poterit teſtator facere, ne hæc lex in ſuo teſtamento locum habeat, l. at ſi quis, §. hæc actio, ff. de relig.& sūpt.funer. per quam legem ita concludit Ioan. Gutierez in d. l. nemo poteſt, num.90. Item non poſſet teſtator inſtituto ſuo herede
6 de clerico, ei præcipere, vt patiatur ſe conueniri coram iudice laico, Bald. in l.2. nu.4. C. vt in poſſeſſ. legat. Ripa in d. l. nemo poteſt nu.18. quia contra authen. ſtatuimus, Cod. de Epiſcop. & cleric. & cap.2. de iudic. cum vulgaribus, propterea omnes iſtæ conditiones, & grauamina in præiudicium religionis reijciuntur, & contra leges poſita, pro non ſcriptis habenda ſunt.

7 Neque poteſt procedere reſponſio Dd. citatorum à Menochio, qui contrariam ſectantur ſententiam in lib. 4. præſumpt.83. num. 16. verſic. primo affertur, vbi quod procedit ex præſumpta voluntate teſtatoris, non exprimentis expreſsè conditionem, de qua tractamus, tunc enim illa cōditio reijcitur fauore religionis, & præſumitur, ita voluiſſe teſtatorem. Sed quando teſtator verbis expreſſis id iuſſit, monaſterium excluditur, vt idem Menoch. probat ibi, num.2. ac plur. ſeq. cum alijs ad hoc citatis per Franch. deciſ.29. per tot.
8 Quia in d. §. ſed & hoc præſenti, expreſsè teſtator monaſterium excludit, probatur. Nam hæres erat purè inſtitutus, deinde grauatus reſtituere, ſub conditione, ſi liberos nō procreauerit, vel ſi abſq; liberis deceſſerit, & monaſterium ingrediatur, quo caſu Imperator ſubſtitutionem ſub ea conditione factam, inualidam eſſe, & pro non ſcripta haberi, diſpoſuit; ergo monaſterium per dictum tex. ſuccedit contra expreſſam voluntatem teſtatoris. Imo ſi voluntas teſtatoris in caſu d. §. ſed & hoc præſenti, non appareret manifeſta, idem reſpondendum eſſet, cum non poſſit aſſignari ratio

diuer-

diuerſitatis, & in vtroque caſu ſemper fauor religionis militet. Et per hunc tex. opus eſt fateri hanc eſſe veram opinionem in puncto iuris, quicquid cæteri in hoc garriant, & per hunc tex. dicunt communiter corrigi tex. in d. l. Deo nobis,
9 qui etiam parum facit, tanquam præiudicialem religioni;& a non habente poteſtatem conditum,ex notatis in c. Eccleſia S.Mariæ, vt diximus ſæpius.

Secundus articulus eſt: Nulla conſuetudine, etiam imme-
10 morabili poſſe induci,vt teſtator expreſsè poſſit monaſteriũ, vel Eccleſiam excludere, ſi hæres inſtitutus ingrediatur religionem. Quia introducere conſuetudinem eſt iuriſdictio-
11 nis,ipſa enim eſt lex, Alexand. in conſil.173.nu.12.vol.6.ergo ille populus poteſt introducere conſuetudinem, qui poteſt facere ſtatutum, Bald. poſt gloſ. in l.2.in 1.& 2.oppoſi.C.quę ſit longa conſuet. Innoc. in c.cum acceſſiſſent.de conſtit. Alexand.poſt alios quos refert in l.ſi non ſpeciali,col.2.Cod.de teſtam. ſed laici non poſſunt ſtatuta facere, quæ tangant
12 competentia clericis de iure communi,ſiue ex priuilegio,vt eſt receptiſſima omnium DD. ſententia in c.Eccleſia S. Mariæ. & ſcribit Surdus in conſil.2. vol.1. & conſil.301. volu.3. Honded. in conſil.3. vol. 1. etiamſi ob publicam vtilitatem, nulla facta mentione ipſorum, & in re cõmuni cum clericis, vt diffusè plures alij teſtantur; ergo neque poſſunt inducere conſuetudinem in præiudicium religionis. Nec eſt recurren-
13 dum ad illam conſuetudinem mixtam clericorum,& laicorum,quia hæc non datur. Verum ne res tanti negotij, qualis eſſe cenſetur conſuetudo,ſilentio pertranſeatur, quid de illa ſentiendum, & quid in Eccleſiam, & Clericos poſſit, & non poſſit,dicetur infra in 4.& 5.Reſponſo. Imo clerici non poſſunt facere conſuetudinem,vt poſt Hoſtien. probat Bald. in c. cum omnes, in fin. de conſtit.
14 Ex quo benè infertur,nõ poſſe teſtatorem huiuſmodi expreſſam prohibitionẽ facere de rigore iuris, nec ipsã factam ſuſtineri vigore generalis conſuetudinis, vt per Bald. in d. l. Deo nobis, in princ. num. 11. cum alijs per Cardinal. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 18. num. 29. ver. ſed

 con-

contrariam opinionem, vſq; ad num.31.& per Franch.in d. deciſ.29. num.4.

CONSILIVM Et Reſponſum Deciſiuum Secundum.

In eadem cauſa Eccleſiaſticæ Immunitatis.

EPITOME.

Teſtator per conditionem (*ſi ſine liberis diſcedat*) non poteſt Eccleſiaſtico ordini præiudicare, nec per eam excludere Eccleſiaſticos, nec monaſterium, ante filij profeſſionem, etiam ſubſtituto altero filio.

SVMMARIVM.

1 *Conditio, ſi deceſſerit ſine liberis, euaneſcit, quando inſtitutus vel legatarius religionem ingreditur.*

2 *Idem eſt, ſi conditio concepta ſit, ſi ſine filijs legitimis & naturalibus, & nu.23.*

3 *Conditio, quæ aduerſatur vitæ contemplatiuæ, reijcitur.*

4 *Conditio, ſi deceſſerit ſine liberis, pro non ſcripta habetur, ſi ingrediens religionem mortuus fuerit infra annum profeſſionis.*

5 *Ingreſſus religionis fit purè, reſoluendus ſub conditione, ſi ſibi non placuerit.*

6 *§. ſed & hoc præſenti, auth. de ſanctiſſim. Epiſcop. declaratio. & num.22.*

7 *Auth. ingreſſi monaſterium declaratio.*

8 *Nouitio decedente infra annum profeſſionis, bona acquiruntur monaſterio.*

9 *Auth. ſi qua mulier. declaratio.*

10 *Conditio ex ſui natura trahitur retro.*

11 *Conditio trahitur ad ſuum principium tanquam ſi non eſſet appoſita.*

12 *Conditio reſolutiua purificatur in primo momento temporis.*

13 Con-

13 *Conditio ſuſpenſiua retrotrahitur quoad omnia, præterquam dominium.*

14 *Dominium quando non ſit translatum irreuocabiliter.*

15 *Dominium ex defectu modi retro transfertur ad ſua principia.*

16 *Dominium bonorum ingreſſi, ſtatim quæruntur monaſterio.*

17 *Nouitius infra annum poteſt condere teſtamentum.*

18 *Sed debet Eccleſiæ relinquere.*

19 *Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, dicitur defeciſſe per ingreſſum monaſterij, etiam ſi alter filius ſit ſubſtitutus.*

20 *Voluntas teſtatoris non eſt attendenda contra expreſſam diſpoſitionem iuris.*

21 *Monaſterium, in quibus excludatur per filios.*

24 *Doctor non poteſt atteſtari de conſuetudine totius orbis.*

25 *Conditio, ſi deceſſerit ſine liberis, reijcitur, etiam ſi inſtitutus factus fuerit clericus.*

1 QVOD, iſta conditio, ſi deceſſerit ſine liberis, ſub qua cōciperetur aliqua vltima voluntas, euaneſcat, & pro non ſcripta habeatur, quotieſcunque inſtitutus, vel legatarius religionem ingreſſus fuerit, & fauore religionis ipſum monaſterium excludat ſubſtitutum, textus eſt in §. ſed & hoc præſenti, in auth. de ſanctiſſim. epiſcop. & in c. in preſentia, de probat. & vtrobiq; per Doctores inueſtigantes, quæ ſit vera ratio huius deciſionis, & de electione verioris rationis latæ per Cardinal. Mantic. in tract. de coniectur. lib. 11. titulo 7. in primis columnis, quam quæſtionem diffuſius tractant Berous, & Pariſius in d. c. in præſentia, & Menochius lib. 4. præſumptione 83. pro qua faciūt, etiā quæ alia occaſione à me ſcripta fuere. Ideque eſſet dicendum, ſi conditio concepta fuerit, ſi ſine filijs legi-
2 timis, & naturalibus deceſſerit. Aut ſit concepta, ſi deceſſerit ſine liberis ex ſuo corpore procreatis, quia iſti caſus multò magis aduerſantur vitæ contemplatiuæ, & profeſſioni re-
3 ligionis, quàm ſi ſimpliciter conditio concepta eſſet, & ideo reijciendam, & pro non ſcripta haberi, dicit Bartol. in auth.

ingreſſi,

ingreſſi, nu.53. C. de ſacroſ. Eccleſ. & in l.ſi ita quis,§.is cui, de legat.2. cum alijs per Cardinal.Mantic. in d.titulo 7. n.20. vbi quod hæc eſt magis communis opinio, fundata melioribus fundamentis, de qua atteſtatur Couar. in lib.1.variar. reſolution. cap.9. num.11. verſicul. quam opinionem, & eam tanquam veriorem probat,& ſequitur Socin.iun.in conſ.63. nu.61. vol.3. Sed quia circa hunc caſum de multis ſolet dubitari in præiudicium iuriſdictionis eccleſiaſticæ, ideo reaſſumo per tres articulos.

4 Primus articulus eſt, conditio, ſi deceſſerit ſine liberis, dicitur defeciſſe; & pro non ſcripta habetur, etiam ſi is, qui ingreditur religionem, mortuus ſit infra annum probationis, & ſic ante factã profeſſionem tacitam, vel expreſſam. Quia ius ciuile loquens de ingredientibus religionem, recipit de-

5 clarationem à iure canonico, quo diſponitur, vt ingreſſus religionis ſit pure factus, reſoluendus ſub conditione, ſi ſibi non placuerit infra annum, pro quo Dec.in auth.ingreſſi,n. 4. verſ. ſed poſtea, poſt Anchar. in conſil.69. contra donationem, nu.8. in fine allegat. c.ſuper eo, c. ſignificatum, c. ſtatuimus, de regularib. lib.6.quæ iura denotant reſolutionem. Vnde dicit Dec. quod ſecundùm iſtam declarationem debent intelligi alij effectus,qui ex ingreſſu religionis proueniũt

6 ergo ita debemus intelligere textum in d. §. ſed & hoc præſenti, in auth. de ſanctiſſim. epiſc. in verſ. tales conditiones inualidas, & pro non ſcriptis eſſe, &c. vt ſtatim religionem ingreſſo habeantur pro non ſcriptis,& ſic primus ipſe ingreſſus purè fiat, reſoluendus ſub conditione, & ſi diceremus contrarium, obſtarent verba, pro non ſcriptis eſſe,quę ſi intelligerentur ſub cõditione, haberentur pro ſcriptis, & con-

7 tradicerent verbis Imperatoris. Ita etiam intelligenda eſt d. auth. ingreſſi monaſterium, ipſo ingreſſu ſe, ſuaq; dedicant, &c. ergo de primo ingreſſu, quia pronomen, ipſo, eſt ad oculos demonſtratiuum, Bald. in conſil.304. nobilis vir, vol.5. Iaſ. in §. diui. in 2.lect. col.penul. Loaz nu.498. Ripa nu.111. de legat.1. Riminal. iud. conſil.509. nu.32. Menoch. cõſ.82. nu.158. & ſic de primo ingreſſu, non autem de eo, qui fit

poſt

poſt prpfeſſionem, qui demonſtrari non poteſt ab initio.

8 Ex quo infertur, quod ſi intra annum profeſſionis iſte nouitius deceſſerit, eius bona acquiruntur monaſterio, excluſo ſubſtituto, vel venientibus ab inteſtato, & hanc opinionem firmarunt grauiores, & antiquiores viri, Iacob. Rauenn. Petrus de Bellapert. Raynerius de Forliu. in d. auth. ingreſſi, & ibi Cyn. in 2. quæſt. Bartol. in auth. ſi qua mulier, in fine, C. de ſacroſ. Eccleſ. Dec. in d. auth. ingreſſi, nu. 4. Ancara. in dict. conſil. 69. & in c. cum cauſam, de elect. & in c. 2. in 5. notab. de teſtament. Barbatia in clem. 1. verſ. & ex iſtis, de elect. Antonius de Butr. in c. in præſentia, nu. , verſ. quæro an ſi monachus, de probationib. & ibi etiã Dec. Collectar. in c. quanto, col. final. verſ. ſed quid ſi monachus, de offic. ordinar. Et

9 pro hac opinione eſt tex. in d. auth. ſi qua mulier, in verſ. monaſteriũ intrauerit, monaſterio quod intrauit, res eius competere, &c. Fit igitur purè ingreſſus, quia ſtatim quæritur, & hic eſt effectus puræ diſpoſitionis ex doctrina gloſſæ in l. 2. ff. de in diem addict.

Ergo quando moritur in religione infra annum, illa conditio habetur pro non appoſita, quia conditio ex ſui natura

10 trahitur retro, Bolognet. in l. ſi is, qui pro emptore, nu. 305. ff. de vſucap. Vnde ſi principium fuit purum, conditio ſub intellecta, ſi ſibi placuerit infra annum, euaneſcit, dum moritur in monaſterio, quia dicitur ſibi placere. Et quod tra-

11 hatur ad ſuum principium, tanquam ſi non eſſet appoſita, firmant Angel. in l. fin. §. 1. & ibi latè Alex. ff. de vulgar. & pupill. Dec. in l. ſi pecuniam, in 2. notab. ff. ſi cert. pet. Tiraquel. de retract. conſanguinit. §. 1. gloſſ. 2 nu. 27. Roland. de lucro dot. quæſt. 51. nu. 4. verſ. quartò confirmatur, & ibid. n. 10.

12 dum conſiderat in primo momento tẽporis purificari iſtam conditionem reſolutiuam. Et licèt Bartol. in l. ſi is, qui pro emptore, nu. 47. ff. de vſucap. dicat, conditionem retrotra-

13 hi quò ad omnia, præterquam quò ad dominium, Iaſ. n. 312. Pariſ. in conſil. 11. nu. 31. vol. 1. Tiraquell. in d. l. ſi vnquam, ver. reuertatur, nu. . Tamen Bartol. loquitur in conditione ſuſpenſiua, ſed nos ſumus in reſolutiua. Item eius dicta

pro-

14 procedunt, quando dominium eſſet tranſlatum irreuocabiliter, ſed quando dominiũ poſſet annullari per conditionem reſolutiuam, tunc non dicitur tranſlatum irreuocabiliter,
15 ſed ſuſpenſiuè, ita quod ex defectu modi illud dominium retro transferatur ad ſua principia attractiua, Bald in l. 3. C. de pact. inter empt. & vend. & in l. ea lege, nu. 13. C. de condict. ob cauſ. & declarat Franciſc. de Ponte in conſil. 81. nu. 39. Gabriel. in conſil. 48. nu. 2. vol. 1. vbi quod dominium ſtatim retro transfertur, & in conſil. 66. eod. vol. probat hanc eſſe ęquiorem, & magis communem opinionem, Roland. in conſil. 62. vol. 2. qui etiam atteſtatur de communi. Quare ſi bona ingreſſi, ſtatim ac intrat monaſterium, illi quærũtur, d. auth. ſi qua mulier, in princip. & hoc per canones intelligitur cum conditione, ſi ſibi placuerit infra annum, iſta con-
16 ditio dicitur reſolutiua; ergo præſupponitur dominium bonorum ingreſſi, eſſe quæſitum monaſterio, & ſic cũ ibi moritur abſque alia diſpoſitione, excludi ſubſtitutum, atque venientes ab inteſtato. Et licèt aliqui velint, quando dominium transfertur pure, cum conditione reſolutiua, tunc non dici vere dominium, ſed ius dominij, vt gloſſa in conſtitutione regni Neapolitani, quæ incipit, ſi donatio, fol. 210. col. 2. nu. 30. quia ius dominij de facili redit ad ſua principia ſine traditione, tamen hoc non procedit in Eccleſia, in qua dominium verè transfertur, etiã ſine traditione, l. fi. C. de ſacroſ. Eccleſ.

Neque obſtant contra hanc opinionem Doctores citati per Tiraquellum in tractatu de retract. lignag. §. 1. gloſ. 8. nu. 36. quos dicit tenere contrarium: ſiquidem Ancaran. quem citat, pro ſibi contrario in c. beneficium, num. 3. verſicul. iſta faciunt ad quæſtionem, de regularib. lib. 6. quando cõſuluit in dict. conſilio 69. mutauit opinionem, vt ibi ipſe dicit, & refert à ſe ſcripta in d. c. beneficium. Item Franch. quem allegat in d. c. beneficium. colum. 3. verſ. & pro declaratione materiæ. nihil certi firmat, ſed confusè in hoc articulo citat Doctores pro vtraque parte, ad quos ſe remittit. Item Abbas in dict. c. in præſentia, numero ſexageſimo octauo, non firmat contrarium, vt Tiraquell. alleg. ſed cum diſtinctione

loqui-

loquitur, concludẽs, quod vbi bona, nec tacitè, nec expreſsè tranſiuerint ad monaſterium; tunc ipſe ingreſſus habet facultatem teſtandi, & hanc opinionem ſequitur ſumma Angelica in verſic. Nouitius §. 11. vt ibi videre eſt. Item Barbat. in additionib. ad Abbatem, quem Tiraquellus allegat, nihil certi firmat, ſed more ſcribentium apoſtillas, citat Doctores pro vtraque parte, & quando ipſe ſcripſit ex propoſito, tenuit opinionem veram., pro qua ipſum allegauimus. Item Falgoſius, quem ſequitur Iaſ. in auth. ſi qua mulier, nu. 58. & ſeq. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. tenent contrarium, moti, quia iſte non eſt verè religioſus, antequam profiteatur. Non igitur ex numero Doctorũ poteſt impugnari ſupradicta vera opinio, ad fauorẽ religionis, procedẽs ex veris terminis.

17 Neque obſtat ratio Abbatis, quod nouitius infra annum poteſt condere teſtamentum, quia vtrumque ſtare poteſt; cum dominium non ſit translatum irreuocabiliter, ſicut in donatione cauſa mortis, quæ morte confirmatur, ergo ſi non teſtatur, ipſe non reuocat, & ſic morte confirmatur.

18 Imo ſi teſtatur, debet Eccleſiæ relinquere d. auth. ſi qua mulier. ergo Eccleſiæ erat quęſitum ius ſuper eo, & quando diſponeret, deberet adhibere ſolemnitatem, de qua per ſacroſanct. Concil. Tridentin. ſeſſ. 25. cap. 16. nõ facit, ergo morte eſt confirmatum dominium. Nec obſtat ratio Iaſonis, quòd non ſit religioſus, quia ratio præſupponit acquiri monaſterio à tempore, quo religionem profeſſus eſt, ſed nos declarauimus nuper, acquiri à tempore primi ingreſſus.

19 Secundus articulus eſt, conditio, ſi deceſſerit ſine liberis, dicitur defeciſſe, ſi inſtitutus ingreditur religionem, etiam ſi alter filius teſtatoris ſit ſubſtitutus. Quia teſtator non poteſt expreſsè monaſterium, vel Eccleſiam ab hæreditate excludere, ſi hæres inſtitutus monaſterium ingreſſus fuerit, vt iam ſupra abundè dictum eſt; ergo non eſt præſumendum talem fuiſſe teſtatoris voluntatem, vt potius voluiſſet excludere monaſterium, & admitti ſubſtitutum, vt probabant Cardinal. Mantic. in dicto lib. 11. titulo ſeptimo, numero decimo tertio. & Menoch. lib. 4. præſumpt. 83. Imo in caſu no-

ſtro

ſtro non attenditur voluntas teſtatoris, quia conditio iſta reijcitur tanquam turpis, & pro non ſcripta habetur, diſt. §. ſed & hoc præſenti. & hoc fit contra voluntatem teſtatoris.
20 Et quando ius diſponit contra voluntatem teſtatoris, nō eſſe attendendam illius voluntatem, probant Dyn. & Bartol. in l. ſi ita quis, §. 1. de legat. 2. Cyn. Ray. Bartol. & Angel. in auth. niſi rogati, C. ad Trebellian. Caſtrēſ. & Imol. in leg fideicommiſſum, ff. de condit. & demonſtrat. per quam rationē Ruynus in conſilio centeſimo quinquageſimo tertio, in fine, volu. 3. concludit in his terminis, monaſterium excludere, etiam filiū ſubſtitutū. Nec eſt vera ratio, qua mouentur Card. Mantic. & Menoch. in locis citatis, leges & canones permittere
21 fieri interpretationem pro filijs contra monaſterium, quia, vt optimè, & diffuſè reſpondet Dec. in conſil. 426. hoc ꝓcedit ſolum reſpectu legitimę, ſed quando filio relicta eſt legitima, tunc de iure magis fauendum eſt Eccleſię, & religioni, quam filijs, pro quo multa Decius ibi congerit, & concludit, monaſterium excludere etiam filium ſubſtitutum; tantò magis
22 quia diſpoſitio d. §. ſed & hoc preſenti generalis, eſt ad fauorem religionis; ergo comprehendit omnem caſum, nec poteſt dari caſus, qui religione maiorem contineat fauorem. Item excipit ſolum caſum, quando eſt ſubſtituta pia cauſa; ergo confirmat in cæteris, & ita latiſſimè concludit ibi Dec. Et pro hac opinione facit altera magis communis, & verior,
23 de qua dixi in principio, quod monaſterium excludit ſubſtitutum, etiam ſi conditio concepta fuerit, ſi ſine liberis legitimis, & naturalibus inſtitutus deceſſerit, prout etiam diffuſè probat Alex. in conſilio 121. volum. 2. & in conſil. 35. vol. 3. quam opinionem magis communem eſſe in puncto iuris veriorem, atteſtatur Gratus in conſ. 3. num. 56. volum. 2. licet dicat, contrariam eſſe vſu receptam, & debere præferri. Sed
24 hæc ratio vſus eſt facti, & nō poteſt Doctor atteſtari de conſuetudine totius orbis, & ſi quis eſſet vſus particularis alicuius loci, vel etiam vniuerſalis, non poſſet præiudiciū afferre religioni, vt dicetur infra in 4. & 5. Reſponſo.
25 Tertius articulus eſt, hic fauor religionis procedit, etiam

ſi in-

ſi inſtitutus ſub hac conditione factus fuerit clericus ſæcularis, & ſimpliciter ſacerdos, hunc articulum latè probat Felin. in d.c. in præſentia nu.56.de prodat.quia non poteſt reddi ratio,cur non idem fauor, de quo in d. §. ſed & hoc præſenti, qui debetur vitæ monachali, non debeatur etiam clericali, quando ipſa vita clericalis futura ſit perpetua, & probant etiam Ruyn, in d.conſil.153. nu.1. & ſeq. vol,3.& Dec. in conſil.259. nu.5. & ſeq. cum alijs per Cardinal.Mantic.in d.ti.7. colum. finali.

CONSILIVM
Et Reſponſum Deciſiuum Tertium In eadem cauſa Eccleſiaſticæ Immunitatis.

EPITOME.

Legatum factum vxori donec caſtè vixerit,& lectum vidualem ſeruauerit, debetur eidem, etiamſi monaſterium ingrediatur: Non obſtante, quòd communis vſus loquendi contrarium intelligeret.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum vxori donec caſtè vixerit,an debeatur, ſi ingrediatur monaſterium.*

2 *Statuentes,non cenſentur cogitaſſe de caſu, quem non poſſunt.*

3 *Vidua ingredienti monaſterium, debetur legatum cum clauſula,* donec caſtè vixerit.

4 Vidua *quæ propriè dicatur.*

5 *Ingreſſus religionis,comprehenditur ſub conditione viduitatis ſeruanda.*

6 *Vſusfructus non extinguitur per ingreſſum religionis.*

7 *Teſtatoris mens interpretatur, vt non trahatur ad odioſa,*

8 *Mariti mortui memoria offenditur per ſecundas nuptias relictæ.*

9 *Mariti memoria honoratur, ſi eius relicta ingreditur monaſterium.*

10 *Teſtator præſumitur ſe conformare cum iure communi.*

11 *Communis vſus loquendi non attenditur contra propriã verborum ſignificationem.*

12 *Nec attenditur in præiudicium religionis.*

Similitudo magna eſt in interpretando ſtatuto diſponente viduã fore vſufructuariam bonorum mariti prædefuncti, atque lega-
1 to eiuſdem vſufructus facto vxori, ſi in vtroque adſit clauſula; donec caſtè vixerit, & lectum viduale̅m ſeruauerit; An eidem viduæ debeatur, ſi monaſterium ingrediatur, & loquor de interpretatione huius clauſulæ, non de poteſtate diſponẽtis, quia diuerſa ſunt principia vtriuſque negotij, cum ſtatuen-
2 tes non poſſint expreſsè, & tacitè, non cenſentur cogitaſſe de caſu, quem non poterant, vt patet ex terminis ipſis apud omnes, nedum apud peritos, & teſtator diſponendo ad ſui libitum, non arrogat ſibi iuriſdictionem ſuper Eccleſiaſticis, vt dicitur in c. fin. de rebus Eccleſ. non alienand. ſed quia huiuſmodi legatorum frequentiſſimus eſt vſus, propterea fauore religionis de huiuſmodi legato quæro, & deciſiuè re-
3 ſpondeo, viduæ ingredienti monaſterium, deberi legatum ſub hac clauſula factum, quam opinionem affirmauit primo Bald. in l. Deo nobis, num. 11. C. de Epiſcop. & cleric. & ſequuti ſunt Alexan. in l. mulier §. cum proponeretur ff. ad Trebellian. Iaſ. in l. fin. nu. 53. C. de indicta viduit. tollend. Paulus de Montepico in l. Titia, §. Titia cum nuberet, n. 146. de legat. 2. Alciat. in conſil 62. num. 11. lib. 2. Cremenſ. ſing. 142. Cardinalis Mantica in tract. de coniecturis, lib. 11. ti. 19. num. 27. & ſeq. Ioan. de Arnono in ſoliloq; 33. Chaſſan. in conſuet. Burg. rubr. 4. in §. femme marie, in ver. pour ecioyr ſa viæ durant, num. 5. Gabr. Sarayna in addit. ad Matheſil. in d. ſing. 142. ex quibus patet eſſe receptiſſimam ſententiam.

Ego

Ego etiam hanc opinionem libenter amplector. Primò
4 ex interpretatione verbi vidua: nam licet vidua dicatur, quę
maritum adhuc non habuit, l. malum §. viduam, ff. de verbor.
ſignific. tamen ex communi vſu loquēdi illa propriè dicitur
vidua, cuius maritus mortuus eſt, c. vidua diſtinct. 34. & per-
manet ſeparata à marito, vt ibi dicit Archid. c. ex tenore, c. ex
parte, vbi expreſsè hoc dicit Abb. de foro comp. & ſequitur
Felyn. in proem. decret. col. 2. Rebuff in d. l. malum, §. vi-
duam, col. 3. verſ. primò limitatur, dicit, vſus obtinuit, vt illa
tantùm dicatur vidua, cuius maritus mortuus eſt, & Bald. in
l. decreto, num. 1. C. ex quibus cauſ. infam. irrogat. dicit pro-
priè viduitas ſtat in continentia. Rimiuald. iun. in conſil. 112.
num. 94. vol. 2. poſt Bald. in conſil. 267. nu. 4. vol. 5. quem re-
fert, dicunt, iſta verba, ipſa ſtante in habitu viduali, ac hono-
rem, & lectum ſeruante, intelligenda eſſe, id eſt, ſi ipſa non
nupſerit. Sed nullo meliori, & honeſtiori modo dicitur ipſa
relicta continentiam ſeruare, atque non nubere, quàm ſi re-
ligionem profiteatur, ergo ſpecies hæc non nubendi carnali-
ter, de quo ſecundùm communem vſum loquendi teſtator
5 intellexit, videlicet per ingreſſum religionis, comprehendi-
tur ſub genere viduitatis ſeruandæ; & multò magis dicere
debemus fauore religionis, cum per eius ingreſſum non ex-
6 tinguatur vſusfructus, ſed donec relicta vſufructuaria vixe-
rit, monaſterio acquiritur, vt poſt gloſſ. tradit Bartol. in auth.
ingreſſi, in 1. lect. in fin, & in repetit. num. 52, & ſeq. Cod. de
ſacroſ. Eccleſ. Bald. num. 12. Iaſ. nu. 48. Alexand. conſil. 10.
nu. 14. vol. 5. Abb. in c. fin. num. 2. de pignorib. & eſſe com-
munem ſententiam teſtatur Couarr. in c. 2. nu. 8. de teſtam.
Item ex alio, quia mens teſtatoris, quæ in hoc negotio ſpe-
ctanda eſt, magis colligitur ex ratione, quàm ex verbis, Bald.
in conſil. 121. à capite, col. 3. ſed hic eſt aduertendum, vol. 3.
per tex. in l. iuriſgentium, §. pactorum ff. de pact. ſed ea mẽs
7 teſtatoris fuiſſe creditur, ne ad ea diſpoſitio ſua trahatur,
quæ odioſa ſunt, l. Lucius, in 2. de legat. 2. l. teſtamen. cẽturio,
ff. de manumiſſ. teſtament. cap. 2. de filijs presbyteror. lib. 6.
Decius in conſil. 361. col. 3. in fin. Crauet. conſil. 256. colum.

penultim. verſicul. quinto, adduco, & maximè odioſũ eſſet, ſi bona peruenirent ad eum, à quo iniuriam accepit, gloſ. in l. athletæ, §. 1. ff. de excuſ. tut. dico ad ſecundũ maritum,
8 propter cuius repetitum matrimonium, anima teſtatoris offenderetur, § ſin autem tutelam, § quæ nunc verò, verſ. nos igitur, & §. ſoluto, in authen. de nupt. mariti enim prioris memoria negligitur, vt ibi probatur, quam eſſe grauiſſimam iniuriam, probat Aretin. in conſil. 154. periculoſum, num. 7. verſic. ſed poſito ſine præiudicio, ex his conſtat mentem teſtatoris in hoc caſu fuiſſe, no bona legata peruenirent ad ſecundum maritum, à quo teſtatoris memoria offenderetur:
9 ſed ſi dicta eius relicta fieret monialis, ſatis honoraretur defuncti teſtatoris memoria, vnde veriſimiliter poteſt præſumi hic caſus cogitatus, & comprehenſus, vt in ſimilibus terminis conditionis viduitatis ſeruandæ dicit Laurentius de Pinu in conſil. 30. nu. 2. licèt non expreſſiſſet, quia militat ratio finalis ſuæ diſpoſitionis, ne bona perueniant ad eum, à quo moleſtiam, & iniuriam eius memoria pœnes poſteros pateretur.

Solũm Raynaldum Corſum inueni hucuſque, diſſentientem ab hac opinione, qui in lib. 2. indagationum iuris, c. 23.
10 mouetur, ex eo quia teſtator præſumitur ſe cõformare cum communi vſu loquendi, qui in vltimis volũtatibus interpretandis primum locum obtinet, ex late congeſtis per Cardin. Mantic. lib. 3. cap. 8. de coniecturis, & ſecundùm ipſum, viduæ intelliguntur, quæ manent in hæreditaria domo mariti, atque honeſtum matris familias nomen cuſtodiunt. Neque vitę monaſticæ competere nomen viduę ait, quinimò ipſam deſponſari Deo, atq; mutare nomen, & habitum, fieriq; nouam creaturam.
11 Sed certè communis vſus loquendi nõ attenditur contra propriam verborum ſignificationem, & naturam, quia iura ſapientum deturpari non debent per ora ruſticorũ, & idiotarum, ſecundum Bald. in l. 2. C. de ſucceſſor. edict. & in c. 1. de ſucceſſ. feud. in quibus, ſeu in eorum ſenſu, non cadit veritas, aut differẽtia vocabulorum, vt teſtatur gloſſa in l. quid

ſi ne-

& nepotes, ff de teſtament.tut. tales enim locutiones imperitarum perſonarum, non ſunt propriæ, ſed abuſiuæ, l. item prætor, §. 1. ff. de ſuis, & legit. Quod multò fortiùs procedit in præiudicium religionis, cui non poteſt per laicorum conſuetudines, & imperitiam loquendi fieri aliquo modo præiudicium: imò in hoc caſu relicta ingrediens monaſterium, vidua dicitur, quia ſtat in continentia, & ſine viro eſt, vt dixi, & licèt monaſticam vitam profeſſa fuerit, tamen ſemper aget, atque in iudicio comparebit, vt vidua relicta ſui mariti prædefuncti, imò in foro dicti ſui viri, Io. Andr. in additionibus ad Specul. in titulo de competentis iudicis additione, §. 1. verſ. 44. profeſſio non repugnat viduitati, quæ per religionem caret illa dualitate, matrimoniũ ſpirituale fit cum anima; ergo nihil obſtantiæ cognoſcere poſſum, cur fauore religionis legatũ cõſequi nõ mereatur ampliora vide cõſ. f. 361.

CONSILIVM
Et Reſponſum Deciſiuum Quartum
In eadem cauſa Eccleſiaſticæ Immunitatis.

EPITOME.

Conſuetudinibus laicorum nullo modo affici poſſunt Eccleſiaſtici.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudinis virtus, & poteſtas qua ſit,*
2 *Et quomodo differat à legibus.*
3 *Conſuetudo potentius operatur, quàm ſtatutum.*
4 *Conſuetudo trahitur ad caſus ſimiles.*
5 *Argumentum à contrario ſenſu, non habet locum in ſtatutis, ſecus in conſuetudinibus.*
6 *Priuilegium conceſſum terræ, vel patriæ, comprehendit clericos.*

7 *Clerici non poſſunt facere conſuetudinem.*
8 *Conſuetudinem introducere eſt iuriſdictionis.*
9 *Conſuetudinem quando poſſit inducere vna familia.*
10 *Conſuetudo non poteſt induci ex tacito conſenſu clericorum.*
11 *Conſuetudo poteſt recipere validitatem per præſcriptionẽ quadraginta annorum.*
12 *Præſcriptio iuriſdictionis eccleſiaſticæ, non introducitur ſine conſenſu Papæ.*
13 *Clerici non ligantur conſuetudinibus laicorum.*
14 *Conſuetudo mixta clericorum, & laicorum ſimul, dari non poteſt.*
15 *Lege correcta, cenſentur correcta omnia, quæ eius occaſione facta ſunt.*
16 *Statutis reuocatis, cenſentur reuocatæ omnes reformationes ſtatutorum.*
17 *Lege correcta, non cenſetur correcta eius ratio.*
18 *Ratio quæ nunquam in lege ſcripta fuit, poteſt allegari.*
19 *Ratio legis quando cenſeatur correcta ipſa lege correcta.*
20 *Conſuetudo mixta laicorum, & clericorum ſimul, nullo iure canonico probatur.*
21 *Conſuetudo iudicij dicitur obſeruantia actorum cauſæ.*
22 *Clerici ligantur conſuetudine iudiciorum laicorum, ſi ibi litigant.*
23 *Niſi conſuetudo ſit contra ius.*
24 *Conſuetudines laicorum in diminutionem iurium Eccleſiæ, non eſſe validas.*
25 *Stylus, & obſeruantia tribunalium contra ius, non valet.*
26 *Stylus debet probari, & cur ſit difficillimæ probationis.*

Con-

1 COnſuetudo, vt inquit Connanus in Commentarijs iuris ciuilis, lib. 1. cap. 10. pars eſt iuris ciuilis, in ijs rebus poſita, quæ prius quam veniſſent in conſuetudinem poterāt ſine ſcelere, vel prætermitti, vel violari, poſtquam autem longo omnium vſu comprobatæ ſunt, parem legib. habent poteſtatem. Imò ſanctiora videntur eſſe ea, quę moribus afferuntur, quam quę im-
2 petrātur legibus, propterea quod leges dantur, vt plurimùm inuitis, & recuſantibus, ab eo, qui plùs poteſt, & iccirco ingratiores ſunt, quia coactæ. At quod in conſuetudine eſt, ſuaue per ſe influit in mores hominum, ſic, vt vel à natura putetur eſſe, aut ab antiquis, bono publico inſtitutum, & li-
3 cèt conſuetudo non differat à ſtatuto, niſi tanquam tacitum ab expreſſo, Dec. in conſil. 694. nu. 7. Andr. in prœmio conſtitutionum regni. Tamen quantùm ad effectum potentiùs operatur conſuetudo, quàm ſtatutum, Felyn. in c. 1. nu. 4. &
4 ſeq. de ſponſalib. Primò, quia trahitur ad caſus ſimiles, quod non eſt in ſtatuto, Angel. in conſil. 52. Alexand. in conſ. 119. nu. 14. vol. 6, & multa de præſtantia conſuetudinis ponit Cardin. Alban. in additionib. ad Bartol. in repetition. l. de quibus, ff. de legib. Item quia conſuetudines dicuntur pacta ciuium, & ſic quodammodo contractus, vnde in ſtatu-
5 tis non habet locum argumentum à contrario ſenſu circa ea, quæ ſunt prouiſa de iure communi, Bartol. in l. omnes populi, in 6. quæſt. princ. ff. de iuſt, & iur. & tamen in contractibus non ita diſtinguitur, l. pecuniam, ff. ſi cert. pet. etiā ſi ſint ſtricti iuris, Roman. conſil. 339. Capyc. deciſ. 21. nu. 5. Sed clerici nō deſinunt eſſe ciues illius ciuitatis, Bartol. in l. 1. col. 3. verſ. iuxta prædicta, ff. ad municip. Bald. in c. 1. colum. fin. verſ. an ſacerdos, de milit. vaſſall. qui arma bellic. depoſ. Oldrad. in conſil. 22. Natta in conſil. 157. nu. 8. Et ideo priuile-
6 gium conceſſum terræ, vel patriæ nō ſolùm laicos, ſed etiam clericos comprehendit, Roman. in conſil. 180. nu. 2. Felyn. in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ, num. 76. de conſtitu. & Oldrad. in conſil. 32. dixit, clericos eſſe de vniuerſitate perſonarum, er-

go videtur, quod conſuetudine ciuitatis ligētur clerici, etiam ciues ipſius, cum eorum contractus cum laicis facti, ſint etiam obſeruandi. Pro cuius caſus reſolutione, explicemus tres articulos.

7 Primus articulus eſt: Conſuetudine laicorum non ligantur clerici: Quia clerici non poſſunt conſuetudinem facere, Bald. in c. cum omnes, in fin. de conſtit. poſt Hoſtienſ. quem refert ibi, cum non poſſint in laicos tacitè, vel expreſsè conſentire, c. ſignificaſti, de foro compet. Franciſc. Marc. deciſ. Delphinal. 157. par. 1. Item quia introducere cōſuetudinem

8 eſt iuriſdictionis, quia ipſa eſt lex, vt dicit Alex. in conſil. 173. num. 12. vol. 6. ergo ille populus poteſt introducere conſuetudinem, qui poteſt facere ſtatutum, Bald. poſt gloſſ. in l. 2. in 1. & 3. oppoſit. C. quæ ſit longa conſuetud. Vnde dicit Innoc. in c. cum acceſſiſſent, de conſtitut. Qui habent iuriſdictionem, poſſunt facere ſtatuta ſuper omnibus, quæ ad iuriſdictionem ſuam pertinent, ſicut & conſuetudinem indu-

9 cere poſſunt. Ideo vna familia non poteſt inducere conſuetudinem, niſi habeat imperium, & ſic ius ſtatuendi, vt probat Alex. in l. ſi non ſpeciali, col. 2. C. de teſtament. poſt plures Doct. quos refert. Sed laici non poſſunt ſtatuere aliquo modo, vt includant clericos, ergo nullo modo poſſunt inducere conſuetudinem, quæ ipſos liget: & licèt ſint ciues, & de populo, vt dixi, tamen poſtquam facti ſunt clerici non poſſunt vlterius in laicos conſentire, c. ſi diligenti, de foro

10 compet. ergo ſi conſuetudo induceretur ex tacito eorum conſenſu, eſſet contrà ius, & ſic nō valeret, nec debet attendi, Dec. in conſil. 11. & conſ. 49. col. 1. & conſ. 677. in fi. Alex. conſ. 36, vol. 2. Socin. iun. conſ. 2. nu. 7. volum. 2. Natta cōſ. 252. nu. 6. & conſ. 575. n. 32. & ſeq. Borgnin. deciſ. 11. n. 47. par. 1. Caccheranus deciſ. Pedemont. 22. nu. 3. & ſeq. Afflict. deciſ. 315. nu. 11. Quo caſu, licèt poſſet recipere validitatem

11 per preſcriptionem quadraginta annorum, vt per Aretin. in conſ. 23. col. 4. verſ. ſed quando vniuerſitas, & conſ. 115. & Crauet. de antiquit. par. 4. in princip. in 4. & 5. different. & poſt alios Borgnin. in d. deciſ. 11. num. 48. Tamen hæc præſcri-

12 ſcriptio iuriſdictionis Eccleſiaſticæ non poſſet procedere ſinè conſenſu Papæ, conſenſus Epiſcopi non ſufficeret, niſi ad præſcriptionem Eccleſiaſtici, d. c. ſignificaſti, de foro compet. ergo præſcripta conſuetudo valere non poteſt.

Quare nec clerici faciunt conſuetudinem, nec populus poteſt eam inducere in clericos cũ alijs, nec clerici poſſunt dici præſtare conſenſum circa ipſam introducendam, nec poteſt ipſa conſuetudo præſcribi in præiuditiũ clericorum. Propter ea affirmarunt DD. conſuetudinibus laicorum cle-
13 ricos non ligari, Cyn. in l. 2. in fin. C. quæ ſit long. conſuetud. Ant. de Butr. in rubric. de conſuetud. nu. 3. & 12. Hoſtienſ. in ſumma tit. de conſuetud. Innoc. in rub. de conſuet. Abb. in c. Eccleſia S. Mariæ nu. . Geminian. in c. 1. de iureiur. lib. 6. cum alijs per Petr. Duen. regul. 135. & ita fuit ſæpius deciſum in practica, Capella Tholoſ. deciſ. 153. Frãch. deciſ. 285. & deciſ. 411. Capyc. deciſ. 93.

14 Secundus articulus eſt: Non poſſe dari conſuetudinem mixtam clericorum, & laicorum ſimul, quia clerici nõ poſſunt conſentire ſuper conſuetudine introducẽda, vt dixi nuper in primo articulo, quicquid dixerint Abb. in c. cum cauſa, nu. 4. verſ. erat ergo conſuetudo mixta ſcil. clericorum, & laicorum, de ſent. & re iud. & in c. cum veniſſent, nu. 3. de eo qui mit. in poſſeſſ. cauſa rei ſeruandæ, verſ. & poteſt intelligi quando conſuetudo eſt communis clericis, & laicis, & Imol. in c. ad noſtram, de probat. qui vult illum textũ loqui de dicta conſuetudine mixta. Quia textus in d. c. cum cauſa, in quo ſe fundat Abb. & in c. ad noſtram, in quo ſe fũdat Imol. fuerunt per ſummum Pontificem reprobati, & corre-
15 cti, & lege correcta, cenſentur correcta, etiam omnia, quæ eius occaſione facta ſunt, vt dicit Cyn. in l. tranſigere, circa fin. verſ. pro hoc optimè, C. de tranſact. per tex. in l. fin. C. de edict. diui. Adrian. tollẽ. & ibi Bald. & Caſtrenſ. & adhoc facit c. translato, de conſtitut. vbi Bald. in princip. dicit, abolito titulo, intelligitur abolita lex ſua, idem Bald. in l. 1. in princip. C.
16 de latin. libert. tollend. vbi quod reuocatis ſtatutis, cenſentur reuocatæ omnes reformationes ſtatutorum, quia ſublato

& 4 prin-

principali, tolluntur omnia, quæ ipſum ſequuntur, c.frater-
nitatis,de hæretic. vbi damnato auctore, cenſentur damna-
ta omnia eius ſcripta, niſi ſpecialiter ſint approbata,c.2.§.fi.
de ſumma Trinit. & ideo dicit Abb. in d.c.cum cauſa,nu.3.
in fine. Sed certè per iſtum textum non poteſt fieri aliquod
bonum fundamentum: Primò, quia Papa ſimpliciter con-
ſuetudinem reprobauit, &c. & ita dici poteſt ad d.ca.ad no-
17 ſtram. Neque obſtat, quòd correcta lege, non cenſeatur
correcta eius ratio, l.has obligationes, ff.de capit.diminut.c.
auctoritate, de conceſſ. præbend. vbi eſt caſus de hoc, quia
ratio legis eſt æterna,& immutabilis,vt notat Abbas in c.non
debet, de conſanguinit. & affinit. ideo correcta lege, nõ eſſe
correctam rationem, dixerũt Anton.de Butr.& Imol. in c.1.
de conſtitut.Ioan.Andreas, & Geminian. in c.1.§. illum au-
tem, de reſtitut.ſpoliat. per dict.l.has obligationes. Vnde ſi-
18 cut ratio, quæ nunquam in lege ſcripta fuit, poſſet allegari,
c.ratio nulla, & ibi Doct. de præbend.l.ſcire oportet,§.ſuffi-
cit ff.de excuſat.tut.ita poterit allegari ea quæ remanet,& ſe-
mel à iure probata eſt. Quia hæc omnia non procedunt ex
defectu iuriſdictionis, & in reſolutione huius articuli inci-
dentis, datur iſta diſtinctio. Aut ratio legis non innitebatur
19 rationi naturali, & æquitati, ſed ſolùm Legiſlator cogitauit
illam eſſe bonam, & tunc correcta lege,eſt etiã correcta eius
ratio, nec vlterius poteſt allegari: Aut eſt fundata ſuper ęqui-
tate naturali, & communis eſt opinio, vt correcta lege, eius
ratio poſſit allegari. Sed nulla ratio legis, vel conſuetudinis
ſæcularium eſt ſufficiens ad obligandùm clericos,& quilibet
eſt contra naturalem rationem ad inducendùm illorum li-
gamen; ergo correcta & reprobata lege, vel conſuetudine,
cenſentur etiam reprobatæ eius rationes, ſaltem reſpectu
20 obligationis clericorum inducendæ. Ex quibus concludo,
non poſſe aliquo modo tractari d.c.cum cauſa, & d.c.ad no-
ſtram, intelligi debere de prædicta conſuetudine mixta.

Neque obſtat d.c.cõſtitutus; quia ibi clericus agebat con-
tra laicum, eratque laicus de tẽporali iuriſdictione Eccleſiæ
vt notat ibi Abb.in princip. & quia reſpectu rei, erant ſer-

tandæ leges, & conſuetudines laicorum, ideo legatus commiſit cauſam iudicandam ſecundùm ius, & conſuetudinem laicorum: Non igitur tractatur ibi an conſuetudo liget clericos. Et dum Pontifex dicit, ſi conſuetudinem, quam allegat, laudabilem eſſe conſtiterit, &c. Animaduertendum eſt, quòd loquitur de conſuetudine procedendi in iudicio, probatur per verſ. qui cum ſecundũ ius tantùm vellent procedere, &c. verbum enim procedere ſignificat ordinem iudicij, vnde Petrus ille reus appellauit, & ſic etiam fecit actum de ordine proceſſus, c. quoniam contrà, de probat. ſed conſuetudo iudiciorum ligat clericos litigãtes in foro laicorum: vt mox ſubijciam; ergo, &c.

21 Tertius articulus eſt: Conſuetudo iudicij, quæ aptiori vocabulo dicitur obſeruantia actorũ curiæ, & tribunalis, vt per Roch. de Curt. in tract. de conſuet. nu. 23. & 27. ſiue ſtylus Curiæ, Felyn. in c. ex parte nu. 17. de reſcript. debet obſerua-
22 ri, etiam ſi clerici litigent in foro ſæculari contra laicum, ex regula l. actor, C. vbi in rem act. & c. ſi clericus, &c. cum ſit generale, de foro compet.

Hanc opinionem probat Felyn. in d. c. ad noſtram, num. 3. verſ. ex eodem textu, de probationib. pro quo, dicit eſſe caſum in c. quòd clericis, de foro compet. & ego credo eſſe caſum in d. c. conſtitutus, ſecundùm inductionem, quam fecimus in præcedenti articulo. Ex quo notandum eſt, Doctorum ſententiam, concludentium clericos ligari conſuetudine laudabili clericorum, intelligendam eſſe de conſuetudine
23 iudiciorum, quia laudabilis dicitur, dummodo non ſit contrà ius, aliter diceretur irrationabilis, vt per Aretin. in conſ. 44. col. 2. Idem ſi eſſet contraria æquitati naturali, vt per Aretin. in conſ. 92. col. 3. verſ. tertiò confirmatur, & conſ. 145. col. 2. vel quando à lege, aut ſtatuto reprobaretur. Alex. in conſil. 196. col. 3. vol. 2. Crauet. in conſ. 96. nu. 3. & probatur per d. c. conſtitutus, vbi loquitur de hac conſuetudine laudabili iudiciorum, vt dixi.

Et quòd clerici ligentur ſtatutis, & conſuetudinib. circa ordinem iudicij, id non procedit, quando ſtatuta, & conſue-

24 tudines iudiciorum extinguerent iura clericorum, tũc enim obſeruandæ non eſſent contra clericos, quia procedentes in diminutionem iurium ipſorum, eſſent cõtra libertatem ec-
25 cleſiaſticam, & ita non laudabiles. Vnde ſtylus, & obſeruantia tribunalis contra ius non valet, nec debet attendi, Dec. in conſ. 11. & conſ. 49. col. 1. & conſ. 677. in fin. Alex. in cõſ. 36. col. fin. vol. 2. Socin. iun. in conſ. 2. nu. 7. vol. 2. Alber. Brun. in conſ. 8. nu. 10. Niſi eſſent præſcripti, vt dixi in art. quo ca-
26 ſu debet probari ſtylus, & eſt difficillimę probationis, quia variabilis, vt probat Pariſ. in conſ. 31. vol. 1. & præſcriptio non obeſſet Eccleſiaſticis, quia ſi ſtatutum circa ordinatoria litis, non attenditur in curia reſpectu clerici, ſi tendit in diminutionem iurium ipſius, multò minus conſuetudo, obſeruantia, aut ſtylus præſcriptus, cum non plus poſſit cõſenſus tacitus, quam expreſſus: Neque poſſit cõſenſus tacitus operari ſine ſcientia Papæ, vt dixi in d. ar. 1.

CONSILIVM
Et Reſponſum Deciſiuum Quintum. In eadem cauſa Eccleſiaſticæ Immunitatis.

EPITOME.

Nulla conſuetudine induci poteſt, quod Principes Laici iuriſdictionem habeant in Eccleſiaſticos, niſi ex diſpenſatione Papæ.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium fori clericorum eſt de iure diuino.*
2 *Clerici ſunt exempti à Deo de iuriſdictione Imperatoris.*
3 *Opinio communis nunquam eſt amplectenda contra Eccleſiaſticos, & piam cauſam.*
4 *Iuriſdictio clericorum, nulla præſcriptione quæri poteſt.*

4 Con-

5 Conſuetudo, quod Rex habeat iuriſdictionem in clericos, non valet.

6 Conſuetudo, vt inferior habeat iuriſdictionem in ſuperiorem, non valet.

7 Clerici ſunt maiores laicis, etiam Principibus.

8 Principes reſpectu iuriſdictionis clericorum, reputantur, vt priuati.

9 Conſuetudo non poteſt dare iuriſdictionem priuato.

10 Conſuetudo poteſt dare iuriſdictionem fœminæ in dignitate exiſtenti.

11 Conſuetudo poteſt inducere iuriſdictionem in alieno territorio.

12 Priuilegio quaſibilia poſſunt quæri præſcriptione.

1 PRiuilegium fori clericorum eſt de iure diuino introductum, vt habetur Numer. cap. 3. Ego tuli Leuitas à filijs Iſrael, eruntque Leuitæ mei, meum eſt enim primogenitum. Idem habetur cap. 18. & Ioſuæ cap. 17 in fine. Tribui Leui nō dedi poſſeſſionem, quoniam Deus Iſrael ipſe eſt poſſeſſio eius. Et alibi: Nolite tangere Chriſtos meos. Pſalm. 104. hanc opinionem tenet gloſſ. in c. ſi Imperator, diſt. 96. gloſſ. in verſ. degenerari, in auth. de non alienan. reb. Eccleſ. & Beatus Gregorius in c. ſacerdotibus, 11. q. 1. dicit Imperatorem Conſtantinum retuliſſe, cum Epiſcoporum accuſatio eidem propoſita fuiſſet: Ite, & inter vos cauſas veſtras diſponite, quia dignū nō eſt, vt nos iudicemus Deos, id eſt, clericos. Item Conſtantinus in Sancta Nicæna Synodo præſidens, cum querelam clericorum quorundam ad ſe deferendam conſpiceret, ait: Vos à nemine dijudicari poteſtis, quia ad Dei ſolius iudicium reſeruamini, c. ſatis, diſtinct. 96. c. cōtinua, 11. quæſt. 1. & c. certum, diſtinct. 10. Cum de cauſis Dei agitur, ſtudeatis ſubdere regiam voluntatem ſacerdotibus Chriſti.

Hanc opinionem ſatis probat Cardinalis in repetit. c. perpendimus, de ſenten. excommunic. in 7. oppoſit. Abb. in c. at ſi clerici, nu. 23. de iudic. & in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, in princip.

cip. de conſtit. & in c. ſolitæ, in 6. not. de maior. & obed. & in c. ſi diligenti, de foro comp. gloſſ. in c. quamquam de cenſib. lib. 6. quam communiter ſequuntur Canoniſtæ, latè Felyn. in c. 2. colum. 1. & 2. de maior. & obed. qui multos adhoc congerit. Dec. in c. clerici, nu. 61. & ſeq. de iudic. Oldrad. in conſ. 83. col. penult. Roman. ſingular. 419. incip. Sed an Papa, & in l. ſi vero, §. de viro, in 7. fallent. ff. ſolut. matrim. Alexand. in conſil. 8. videtur, volu. 1. & in conſ. 149. in cauſa, volum. 6. Grammat. deciſ. 29. & deciſ. 61. & conſ. 1. nu. 29. edito poſt ſuas deciſiones. Stephanus Aufrerius in repet. clem. 1. de de officio ordinar. in 3. quæſt. nu. 8. cum alijs ad hoc cumulatis per addentes ad Felyn. in d. c. 2. & per addentes ad Alex. in d. ſingular. 419. Ex quibus apparet hãc eſſe receptiſſimam omnium Doctorum ſententiam, eamque tenet Innoc. in d. c.
2 2. de maior. & obed. Vbi quærit, quis exemit clericos de iure Imperatoris? dicit Papam; ſtatim ſubdit: Sed hic non plenè eximuut, vnde dicimus, quod exempti ſunt à Deo, allegat d. c. ſi Imperator, diſt. 96. Ex quo infertur malè Couar. in lib. practic. quæſt. cap. 31. nu. 2. verſ. contraria opinio. allegare Innocentium pro contraria parte. Nec illa contraria ſentẽtia eſt amplectenda, cũ neque iure ſubſiſtat, neque plurimorum Doctorum auctoritate fulcita ſit, & licet aliquando dubitari
3 qoſſit, an opinio contra communem ſit amplectenda, quæ melioribus rationibus fulcita ſit; tamen ipſam nunquam ſequi debemus contra Eccleſiam, ex regula leg. ſunt perſonæ, ff. de religioſ. & ſumpt. funer.

4 Non igitur poteſt iuriſdictio in clericos aliquo tempore, etiam immemorabili, etiam mille annorum præſcriptione,
5 acquiri, gloſſ. in c. clerici, ver. conſuetudine, de iudic. Rolan. conſil. 23. nu. 9. vol. 2. Alex. conſil. 8. vol. 1. propter quam rationem ita deciſum eſt pluries in Rota Romana, vt deciſ. 2. de conſuetudine in antiquiorib. & deciſ. 10. cod. tit. in antiquis,
6 vbi cõſuetudo Anglicana, quod Rex habeat iuriſdictionem cognoſcendi in clericos, non valet, & hanc opinionem tenet Innoc. in c. poſtulaſti, de foro compet. Archidiac. in c. 1. in 2. gloſſ. eod. ti. lib. 6. Rochus de Curte in tract. de conſuetudine

ſection.

ſection.5.nu.31. Rebuffus ſuper concordatis Franciæ, in tit. de protectione concordatorum, col. fin. verſ. Tertiò infertur. Stephan. Aufrer. in addition. ad Capell. Tholoſ. deciſ. 26. & licèt Doctores nō loquantur de conſuetudine immemorabili. Tamen gloſſ. in d. c. clerici, verſ. conſuetudinem immemorabilē importare videtur, per illa verba, quantocunque tempore obtenta eſſet, & quia ſemper eſt contrà libertatem Eccleſiæ, ideò nullis metis temporum præſcribitur, & quantò eſt longior, tantò eſt periculoſior, & aduerſus hanc conſuetudinem immemorabilem ſcribit Decian. in lib. 4. cap. 9. nu. 14. tract. criminal. & proceſſus Bullæ Cœnæ Domini, qui legitur ſingulis annis, in fine aufert quaſcunque conſuetudines, etiam immemorabiles.

7 Item conſuetudo, vt inferior habeat iuriſdictionem in ſuperiorem, non valet, c. inferior, & ibi Præpoſit. diſt. 21. quia eſſet contra rationem naturalem, vt inferior, iudicaret ſuperiorem, vt habetur in c. cum inferior, & c. ſolitæ, de maior. & obed. & naturaliter inferior exhibet honorem ſuperiori, l. 1. §. ſicut, & ibi gloſſ. ff. de aqua pluu. arcend. gloſſ. in ſumma, diſtinct. 93. Sed clerici ſunt maiores laicis, etiam Prin-
8 cipibus, c. 1. in fine, diſt. 17. & c. quis dubitet, diſtinct. 96. & c. duo ſunt, 12. quæſt. 1. ergo non poſſunt Principes vigore conſuetudinis acquirere iuriſdictionem in clericos. Item
9 quia reputantur priuati reſpectu iuriſdictionis clericorum, cum nullam in eis exercere poſſunt, c. at ſi clerici, & c. clerici & c. qualiter de iud. c. 2. & c. ſi diligenti, de foro comp. & d. c. continua, 11. quæſt. 1. Boer. deciſ. 96. cū alijs per Couar. in d. cap. 31. num. 3. verſ. hæc autem exemptio clericorum, & per Diaz. in cap. 62. ſuæ practicæ, colum. 1. Sed conſue-
10 tudo, quæ aliàs dat iuriſdictionē, l. 1. C. de emancip. lib. etiam contentioſam, & neceſſariam, l. viros, C. de diuerſ. offic. lib. 11. cum alijs per Io. Mariam de Riminald. in conſ. 726. num. 8. vol. 4. non habet locum in priuato, vt dicit Decian. in tom. 1. tract. criminal. lib. 4. c. 27. nu. 2. verſ. & cætera iura, quæ adducuntur, non loquuntur in priuato. Et licèt Dec. in l. fœminæ, col. 2. ff. de regul. iur. firmet, quod conſuetudo po-

teſt dare iuriſdictionem, etiam fœminæ priuatæ, tamen eius opinionem per multas rationes reprobat Marcus Anton. Blancus in tract. de compromiſſis, quæſt. 2. in verſ. Mulier. vbi poſt Abbat. in ca. dilecti, num. 3. de arbitr. probat con-
11 ſuetudinem tribuere non poſſe fœminæ iuriſdictionem, niſi in dignitate exiſtenti, ex quo fuit habilitata ab initio, & Doctores omnes, qui ad hoc allegantur, non loquuntur in inducenda iuriſdictione noua, ſed in ampliando antiquam, Iaſ. in l. fin. num. 18. ff. de iuriſdict. omn. iud. dicit, con-
12 ſuetudinem poſſe inducere, vt quis in alieno territorio valeat iuriſdictionem ſuam exercere, Alexand. in conſ. 240. volum. 6. probat ex quamplurimis conſuetudinem ampliare iuriſdictionem.

Non ergo poſſunt Principes præſcriptione prætendere ſe poſſe exercere iuriſdictionem in cauſis prophanis clericorum, quia huiuſce iuriſdictionis ſunt incapaces, & ideo regula; quæ ſunt quæſibilia priuilegio, poſſunt etiam præſcri-
13 ptione acquiri, de qua in c. ſuper quibuſdam, §. præterea, de verb. ſignificat. non procedit data incapacitate poſſidentis, vel quaſi, Felyn. in c. cauſam, col. 1. & in c. accedentes, num. 6. verſ. fallit tertiò, de præſcript. & dicit Andr. Barbat. in conſil. 35. ſapienter ſcribitur, column. 7. in princip. volum. 2. ſi poſſidens non eſſet capax, licet per mille millia dierum poſſideret, non præſcriberet, nec acquireret in ea re, cuius incapax exiſtit. Niſi per priuilegium Apoſtolicum eſſent habilitati ad hoc in certo cauſarum genere clericorum; quo caſu ſufficeret immemorabilitas cum fama priuilegii, vt per Felyn. in d. 3. fallentia, & fuit deciſum per Dominos de Rota, deciſ. 1027. parte 3. lib. 3. & quæ requirantur ad probandum conſuetudinem immemorabilem, ponit gloſſ. in c. 1. verſ. memoria, de reſcript. lib. 6. Natta conſ. 636. nu. 105. Felyn. conſ. 2. nu. 8. Verall. deciſ. 343. par. 3. Et non poſſet per ſcripturas probari gl. in d. ver. memoria, & ibi Io. Andr. num. 4.

Con-

CONSILIVM
Et Reſponſum Deciſiuum Sextum.
In eadem cauſa Eccleſiaſticæ Immunitatis.

EPITOME.

Nulla quacunq; conſuetudine, ſeu lege, & vigore ordinum, & decretorum laicorum affici poſſunt Eccleſiaſtici, vt recipiant hoſpites, aut milites in eorum domibus, aut Monaſterijs, idq; tam tempore neceſſitatis belli, quàm aduentus Principis.

SVMMARIVM.

1 *Pralatus debet eſſe hoſpitator pauperum.*
2 *Clerici ſaculares quomodo tenentur ad hoſpitalitatem.*
3 *Laici non poſſunt cogere clericos ad hoſpitalitatem.*
4 *Executores priuatorum non debent habitare in domibus Eccleſiarum.*
5 *Principes ſaculares non poſſunt ponere milites, vel alios laicos in hoſpitijs Eccleſiaſticis.*
6 *Laico nulli licet rumpere domos Eccleſia, ratione iuris ſibi debiti.*
7 *Conſuetudo nulla hoſpitandi poteſt grauare clericos, & alios eccleſiaſticos.*
8 *Clerici non poſſunt cogi ad hoſpitandum, etiam ſtante maxima neceſſitate.*
9 *Etiam de iure ciuili.*
10 *Leges Codicis dum inferunt praiudicium Eccleſijs, non ſunt approbata per Papam.*

1 PRælatus debet eſſe hoſpitator pauperum, & neceſſaria eis miniſtrare, atque eleemoſinas maximè mendicantibus verecundis eroga-re, 1. ad Timoth. c. 3. & habetur in ſumma
2 diſt. 42. Item alij clerici ſæculares tenentur ad hoſpitalitatem, tex. cū gloſſ. in c. de monachis, de præb. & ibi Abb. nu. 3. & 4. poſt Innoc. intelligit ad ſolitam, & iuxta vires facultatum: non enim tenentur omnes recipere, & poſtea mendicare, ſed primò ſubueniēdum eſt ſeruitoribus, c. de his, de Eccleſ. ædifican. item reparanda eſt prius Eccleſia, c. paſtoralis, de his, quæ fiunt à prælatis, in princ. ex alijs redditibus poteſt teneri hoſpitalitas, & intelligit Abb. in d. c. de monachis, nu. 4. Niſi eſſet tanta proximiorum neceſſitas, quod fame morerentur, quia tunc eiſdem ſubueniendum eſt, quia etiam Eccleſia tenetur vendere bona, etiamſi ſint vaſa Eccleſiæ, c. aurum 11. quæſt. 2.

3 Propterea laici abutentes opera charitatis, aliquando ſolent cogere eccleſiaſticos ad huiuſmodi hoſpitalitatem præſtandam, contra quos Summus Pontifex in c. 1. de immunit. Eccleſ. ſtatuit per hæc verba; (Vt in domibus Eccleſiarum, neq; miſſus, neq; comes, vel iudex publicus, vel miniſter, quaſi pro conſuetudine placitum, vel hoſpitium vendicent, ſed in publicis locis domos conſtituant, in quibus placitum teneant, & etiam hoſpitentur.)

4 Per quem textum dicit Anton. de Butr. in 1. not. Nota, quod executores priuatorum non debent habitare in domibus Eccleſiarum, ſicut iſti comeſtabiles, & gentes armorum, & prouiſionati non debent poni in Monaſterijs, neq; in domibus Eccleſiarum, & cōtrarium ſeruātes malè, & ſceleſtiſſimè faciunt. Neque Comes, intelligitur de comite, qui ducit ſecum magnam comitiuam, quod notat contra aliquos, qui ponunt dominos ciuitatum, & tyrannos peſſimos in Eccleſiarum domibus, & quod peius eſt, in mendicantium Monaſterijs, in quibus fiūt omnes diſſolutiones, &c. Abbas ibid. nu. 3. dicit: Ex hac opinione nota contra Principes ſeculares,
5 qui ponunt Legatos Principis, ſeu alicuius Domini, ſeu Comitis,

mitis, vel Capitaneos gentium armorum ad hoſpitandum in Eccleſijs, Monaſterijs, pro eorum domibus, quòd fieri non debet, & hoc tum propter immunitatem Eccleſiarum, tum propter diſſolutiones, & laſciuias, quæ per tales ibi fiunt. Idem firmat ibi Innoc. nu. 2. verſ. Sed nobis videtur, quod
6 nulli laico, imò etiam clerico licet violēter rumpere domos Eccleſiæ ratione alicuius iuris ſibi debiti, cum omnia bona Eccleſiarum ſint ſancta ſanctorum, & domino conſecrata, & in eis ſacrilegium committatur, c. nulli liceat, 12. quæſt. 2.
7 &c. Ex quo patet, nullam conſuetudinem hoſpitandi poſſe grauare eccleſiaſticos ad hoc; imò talis conſuetudo eſſet contra libertatem Eccleſiæ, & non valeret, vt poſt Innoc. probant Io. And. & Ancaran. ibid. vterque nu. 2. & Abb. nu.
8 4. Neq; ad hoc poſſunt cogi etiam ſtante maxima, & grauiſſima neceſſitate, prout ſcripſit Octauian. Vulpell. in tract. de libertate Eccleſiaſt. lib. 2. nu. 47. & ſeq. quia imò hic caſus, ſicut plurimi per ipſum congeſti, ſunt contrà libertatem eccleſiaſticam, & non conueniunt illi egregio titulo: ſtante maxima neceſſitate belli, & vbi bona laicorum non ſufficerent, nec teneri eccleſiaſticos vigore alicuius ordinis laicorū, niſi per Summum Pontificem declararetur, vel in certis caſibus per Epiſcopum. Sed ipſe Deus omnipotens liberet Eccleſias, atque eccleſiaſticos à tàm imminenti neceſſitate, & quando accideret, auertat animos Prælatorum Eccleſię in diſpēſando, ne Eccleſiæ, atq; cæteræ res ſacræ tàm prauiter deturpentur.

9 Idem etiàm eſt diſpoſitum de iure ciuili, l. 1. C. de epiſcop. & cleric. verſ. neque hoſpites ſuſcipietis. quam legem licèt Saly c. ibi limitet in aduentu Principis, per tex. in l. neminem C. de ſacroſ. Eccleſ. & Gregor. Lopez in l. 51. titul. 6. partita 1. in gloſa finali dicat eſſe rationem, quia bona & poſſeſſiones prædictæ, antequam peruenirent ad eccleſiaſticos, erant obligatæ ad hoc munus perſonale, ſeu militare, puta exercitus, vel hoſpitum, (quòd eſt patrimoniale) vel aliud ſimile,
10 ergo dicuntur peruenire ad Eccleſiaſticos cum onere: tamen hanc nō eſſe doctrinā bonā conſtat, quia leges Codicis

dum inferunt præiudicium Eccleſijs, non cenſentur approbatæ per Summum Pontificem; & factæ à non habente poteſtatem, nullius ſunt efficaciæ reſpectu eccleſiaſticorum, vt dicunt communiter in d. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ. Item quod bona, & poſſeſſiones, quæ erant ſubiectæ oneribus laicorum, ſi peruenerint ad manus eccleſiaſticorum, non amplius ſubiaceant prædictis oneribus, ſed ſint liberæ, & immunes, infra diffuſè probabitur.

CONSILIVM

Et Reſponſum Deciſiuum Septimum In eadem cauſa Eccleſiaſticæ Immunitatis.

EPITOME.

Eccleſia nulla ratione tenetur ſoluere collectas, tributa, ſeu quæcunq; alia laicorum onera, neq; etiam pro illis bonis, quæ erant tributaria, cataſtrata, & in publico æſtimo allibrata, antequam ad illam peruenirent.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiam non teneri ſoluere tributa de bonis ad ipſam peruenientis, quæ antea erant tributaria.*

2 *Perſona mutata, mutatur conditio rei.*

3 *Traditum quando præſumitur eſſe Eccleſiæ.*

4 *Et quando debet deleri de æſtimo communis.*

5 *Bona quæ ſunt in æſtimo rurali, ex mutatione perſonæ debent poni in æſtimo ciuitatis.*

6 *Clerici pro bonis patrimonialibus ſunt immunes.*

7 *Prædia tributaria in Eccleſiam tranſlata, non debent amplius ſoluere tributum.*

8 *Liber decretorum facit fidem.*

9 *Bona affecta oneribus, an poſſint in alium transferri ſine oneribus.*

10 *Onus*

10 *Onus ſoluendi tributum non imponitur ratione rei, ſed perſonæ.*
11 *Bona mutant naturam ex mutatione perſonæ.*
12 *Perſona ſi eſt priuilegiata, ex ipſo priuilegio augetur ius in eam translatum.*
13 L. cum quidam, §. ſi debitores, ff. de vſuris, *intelligenda.*
14 *Regula:* nemo plus iuris, *quomodo fallat.*
15 *Fiſcus, & Eccleſia de iure æquiparantur.*
16 *Bona per Fiſcum alienata in priuatum, ſtatim fiunt tributaria.*
17 *Prohibitio temporalis non operatur in perpetuum.*
18 *Bona in titulum patrimonij data filio ſacerdoti, ſtatim fiunt libera ab oneribus tributi.*
19 *Locus ſuppoſitus tributo ſoluendo Eccleſiæ traditus, fit immunis ab eo.*
20 *Ratio quando haberi debet pro expreſſa.*
21 *Fiſcus, & Eccleſia non ſunt in omnibus æquiparati.*
22 *Et æquiparatio procedit ſolùm in ijs, quæ iuriſdictioni temporali ſunt ſubiecta.*
23 *Eccleſia ſemper eſt præferenda fiſco.*
24 *Hypotheca non inducitur per annotationem in æſtimo communis.*
25 *Deſcripti in æſtimo ſunt obligati perſonaliter, etiam bonis in alium tranſlatis.*
26 *Remedium l. 2.* C. de reſcind. vend. *datur contra tertium poſſeſſorem in ſubſidium.*
27 *Actio ſubſidiaria, quare exerceri non poſſit contra Eccleſiaſticos.*
28 *Bona tranſlata in Eccleſiam, ſiue titulo ſpirituali, ſiue prophano ſunt ſemper immunia à tributo.*
29 *Conſuetudo collectandi bona Eccleſiæ, nulla & irrita eſt.*
30 *Statutum, ut omnia prædia ciuium ſint tributaria, non afficit eccleſiaſticos, in quos poſtea transferantur.*
31 *Statutum huiuſmodi habet cauſam de præterito, & formam de præſenti.*
32 *Eccleſiæ bona, ut ſint tributaria, nulla forma excogitari poteſt.*

1 NEc minus quotidiana, quam antiqua controuerſia eſt; An Eccleſia teneatur ſoluere tributum, collectas, ac alia ſimilia laicorum onera pro illis bonis, in ſpecie, quę antea erant tributaria, & cataſtrata, & poſtea in Eccleſiam tranſlata; pro qua deciſiuè ſcribendo; Negatiua opinio eſt communior, verior, æquior, & tutior in conſcientia. Ita, & taliter, quòd quamprimum bona tranſeunt ad Eccleſiam, vel Eccleſiaſticam perſonam,
2 ipſo iure eximantur, quia mutata perſona, mutatur & conditio rei, Bartol. in conſil. 180. parte 1. Bal. in l. placet, C. de ſacroſ. Eccleſ. & in conſil. 280. præmiſſo, volu. 2. Ruyn. in conſil. 117. per totum vol. 4. Felyn. in d. c. Eccleſia S. Mariæ, nu. 76. dicens hanc opinionem eſſe veriorem, & ſuſtentabiliorem. Syluanus in conſil. 32. nu. 1. & 14. Marcambrun. in conſil. 40. nu. 5. & ſeq. qui probat eſſe communem opinionem, Bellonus in conſil. 40. & hanc opinionem latiſſimè defendit Cardinalis Albanus in tractatu de Immunitate Eccleſiaſtica, per totum. Specul. in tit. de cleric. coniugat. col. 2. & 3. verſ. ad huius autem, & ibi Bald. in additionib. Archidiacon. Io. Andr. Gemin. & Imol. & Franch. in c. 1. de immunit. Eccl. lib. 6. Abb. in c. fin. col. fi. de vit. & honeſt. cleric. & Io. Anton. de Nigr. in d. extrauag. vnica, de vita & honeſt. clericor. à nu. 154. per ducentos numeros ſequentes, vbi diſputat quæſtionem ad partes, & firmat cum diſtinctione, & ſecundùm hanc opinionem eſt caſus deciſus in pluribus tribunalibus, Theſſaur. in deciſ. Pedemontana 234. Guido Pap. in deciſ. Delphinal. 387. qui dicit ſe mutaſſe opinionem eius, quod dixerat in deciſ. 78. Vnde quando in æſtimo Communis re-
3 peritur deſcriptum prædium non æſtimatum, ſiuè pro quo non reperiatur ſoluta collecta, nec onera executa, præſumitur eſſe Eccleſiæ, Natta in conſil. 520. num. 4. & quod ſtatim
4 debeat auferri de dicto æſtimo Communis, Nicolaus Feſtaſius in tractatu de collectis parte 4. cap. 2. num. 14. & in cap. 1. ad finem, & ibi in quæſt. 2. addit, pœnam eſſe impoſitam contra facientibus, & probat etiam Riminaldus iunior in conſil.

conſil.25. num. 16. volum. 1. & Syluanus in dict. conſil. 32.
num. 19. & Brunus in conſil. 91. col. 1. inter conſilia feudalia
diuerſorum, & idem addit, eſſe in ſubdito iuriſdictioni tem-
6 porali alicuius domini, ſi conuerſus efficiatur alicuius Mo-
naſterij, qua ratione, ſi pater ſit Comitatenſis, & filij ſint ci-
ues, mortuo patre, bona, quæ erant in æſtimo rurali, tranſ-
ferri debent ad æſtimum ciuitatis propter mutationem per-
ſonæ nō priuilegiatæ in priuilegiatam, vt reſpondit Caſtrēſ.
6 in conſil. 8. vol. 1. & quod pro bonis patrimonialibus ſunt
immunes. Ripa reſponſo 4. nu. 7. ſub titulo de iure gentium.
Et pro hac opinione eſt textus in c. ſancitum, in fine 23. q. 8.
vbi habetur, tributa, quæ exigi ſolebant, exigenda non eſſe,
7 poſtquam prædia illa tributaria in Eccleſiam fuerint tranſla-
ta, niſi Papæ licentiā accedente. Qui textus cauillari nō po-
8 teſt, nec dubitari, quin Decretorum liber fidem faciat ex his
quæ dicit Felyn. in c. 2. de reſcriptis, vt latius ſcripſerunt pœ-
nè omnes.

Et licèt contrariam opinionem teneant multi relati per
Barbatiam in conſilio primo, volumine tertio, qui latiſſimè
conatur defendere hanc partem, & per Riminaldum iunio-
rem in conſil. 25. num. 13. volum. 1. & per Theſſaur. in dict.
deciſ. 234. num. 3. & per Vulpell. de libertate Eccleſiaſtica,
parte 2. num. 19. & ſeq. quorum Doctorum maior pars certè
non allegatur in puncto, nec illorum verba refero, ne ſic
impleam volumina, & ſat eſt aduertiſſe, vt quiſque videat,
qui huic noſtræ veritati non crederet: tamen omnes, qui ve-
rè contrariam partem firmare conantur, eo præcipuè mo-
9 uentur fundamento, neminem poſſe plus iuris in alium tran-
ſferre, quàm ipſe habeat l. lex vectigali, ff. de pignor. l. traditio
ff. de acquir. rerum dom. & l. nemo plus iuris, de regul. iur. lib.
6. cum ſimilibus, præſertim ne iuri alterius derogetur, con-
tra regulam leg. id quod noſtrum, ff. de regul. iur. Vnde cum
iſta bona ſint affecta, & huic oneri obligata tēpore, quo erant
ſub dominio laicorum, nullo modo poterunt transferri in
alterum ſine prædicto onere, cap. ex litteris, de pignoribus, c. ſi
quis laicus 10. q. 1.

Hoc tamen fundamentum multipliciter diluitur, primò,
vt dicit Bartol. in dict. conſ. 180. quod hoc onus ſoluendi
10 tributum non inhæret rei ratione rei, ſed ratione perſonæ, l.
reſcripto, §. final. ff. de muner. & honor. ergo quando res
non eſt talis perſonæ, quæ teneatur ad collectam, minimè ip-
ſa res tenebitur, l. 1. Cod. ſine cenſu, vel reliq. quia quando
aliquid ſtatuitur ratione perſonæ, ſeparata perſona, ceſſat
ſtatutum, l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotidian. & æſtiu.
11 Secundò quòd non eſt inconueniens, vt bona pœnes vnum
poſſeſſorem habeant vnam naturam, & diuerſam pœnes al-
terum, quia mutatione perſonæ priuilegia mutantur, l. Pau-
lus, §. 1. ff. de acquir. hæredit. vbi Bart. Doct. in l. filiusfamil.
ff. ad l. Falcid. l. ſed ſi reſtituatur, §. 1. ff. de iudic. l. final. C. de
inofficioſ. teſtam. Bald. in l. 1. quæſt. 7. C. de ſeruit. & aqua.
Ideò ſi laicus confert ius patronatus alicui Eccleſiæ, licèt
laicus habeat quadrimeſtre tempus ad præſentandum, ta-
men Eccleſia habebit ſemeſtre, quia nō cenſetur vti iure lai-
ci, ſed Eccleſiaſticæ perſonę, vt ibi in textu, ergo etiam in
propoſito, quando bona laici perueniunt ad Eccleſiam, ipſa
non cenſetur amplius vti iure laici, ſed Eccleſiæ, & ratio eſt,
12 quia quando perſona, in quam transferuntur iura, eſt priui-
legiata, tunc ab ipſo priuilegio augetur ius translatum, & hoc
ius auctum non habetur à transferente, ſed à proprio priui-
13 legio, & ad hoc eſt textus in leg. cum quidam, §. ſi debitores,
ff. de vſuris, vbi debitores, quorum bona ad ſoluendas vſu-
ras minores ſemiſſibus erāt obnoxia, & ad hoc ſolum onus,
& non aliud tenebātur, cogi poſſunt pro tempore quo fiſcus
ſucceſſit ad ſoluendas vſuras ſemiſſes; quia hoc eſt ſpeciale
fiſci priuilegiū, vt ſemiſſes pro vſuris à debitoribus ſuis exi-
14 gat; ergo ſi vera eſſet regula in omnibus, rem cum ſuo one-
re transferri, & ſucceſſorem plus iuris adipiſci non poſſe,
quàm ſuus auctor habebat, tunc fiſcus vſuras minores ſe-
miſſibus exigere potuiſſet, verior tamen eſt diuerſa ſentētiā,
cum ibi Iuriſconſultus priuilegium ſucceſſoris, non ius au-
ctoris intuens, cōtrarium diſpoſuerit, licèt debitores id nun-
quam cogitarunt, & ex hoc ſentiant maximū præiudicium,

& per

& per iſtum textum ita docuit Bal. in auth. quas actiones, C.
15 de ſacroſ. Eccleſ. Sed in hac re fiſcus, & Eccleſia à Doctoribus æquiparantur, Bartol. & Imol. in l.ſi cum hominem, ff. de fideiuſſor. ergo, &c. & ideo regula illa procedit, niſi ſucceſſor illuſtri alicui priuilegio innitatur. per prædicta, adde gloſſ. in c. renouantes, diſt. 22. vbi quod fauore ſacerdotij, ſeu religionis non eſt inconueniens, quod iuri alicuius derogetur. Et quod mutatione perſonæ mutetur priuilegium, in-
16 ducitur è cōtra, quia ſi bona dum ſunt pœnes fiſcum libera, alienata fuerint in priuatum, ſtatim ſunt ſolutioni prædictæ obnoxia, vt late probat Peregrin. de iure fiſci lib. 6. ti. 14. nu.
17 45. & 46. quia prohibitio temporalis, donec res eſt pœnes dominum, non videtur operari in perpetuum, l. Imperator. ff. de poſtul. l. ſtatu liberum, §. 1. ff. de leg. 2. & ceſſante cauſa priuilegij, ceſſat priuilegium, l. Titia Seio, §. vſuras, vbi Bart. ff. de lega. 2. ergo nec debet eſſe inconueniens, quod ſi bona transferantur in Eccleſiam, mutetur qualitas fauore religionis, gloſſ. in d. c. renouātes, & ius bonorum augeatur ex pri-
18 uilegio perſonæ, in quam transferuntur. Vnde ſi pater fundum, aut domum dederit filio pro conſequendo ſacerdotio in titulum patrimonij, ſtatim bona translata libera efficiuntur ab tributo præſtando, arg. l. cum facultates, C. de his, qui num. liber. ſe excuſant, lib. 10. ita tenet Alexan. de Aleſ. in 3. ſenten. quem citant, & ſequuntur Cardin. & Præpoſ. in d. c. ſi tributum 11. q. 1. & gloſſ. in c. ſecundum 23. q. 8. Gemin. in conſ. 113. Niger in d. extrauag. vnic. de vita, & honeſt. cleric. nu. 242. Vaſquius de ſucceſſ. creatione, §. 10. nu. 953. & ſeq. ſuper l. quoniam in prioribus, Cod. de inoff. teſtam. Item ſi
19 locus ſuppoſitus tributo ſoluendo fuerit Eccleſię traditus, vt ſuper eo Eccleſia ædificetur, ſtatim eximitur à tributo, gloſſ. in d. c. ſecundum. gloſſ. in d. c. ſi tributum, & ibi Cardinal. & Præpoſit. notant gloſſ. Innoc. Io. Andr. & Abb. in d. c. non minus, de immunit. Eccleſ. ergo idem debet eſſe in alijs bonis, & prædijs in Eccleſiam translatis, quia nō eſt maior ratio de vno, quam de altero: non enim alia ratio adduci poteſt, niſi quia ille locus traditus pro Eccleſia ædificanda, ſit Deo con-

ſecratus, ex reg. c. ſemel Deo dicatum, de reg. iur. lib. 6. & c.
20 nulli liceat 12. q. 2. & cum nulla alia ratio; tam certa adduci poſſet, hæc habetur tanquam expreſſa gloſſ. communiter approbata in l. quamuis, C. de fideicommiſſ. Sed hæc ratio militat etiam in alijs prædijs in Eccleſiam tranſlatis, quia ſunt omnia hæc bona Deo dicata, & ad vſum miniſtrorum, & miniſtrantium deſtinata: nec plus, & minus, vbi militat eadem ratio, differre ſolent, l. qui ſcit, & ibi gloſſ. notat, ff. de vſur. l. quæ de tota, ff. de rei vendic. Iaſ. in l. ſerui electione, §. cum fundus, de leg. 1. ergo ſi illa regula, Bona tranſeunt cum onere, vera eſſet etiam in bonis in Eccleſiam tranſlatis, aut verificaretur etiam in bonis, ſuper quibus Eccleſia ædificaretur, & in eis, quæ in titulum patrimonij pro ſacerdotio conſequēdo, ne bona Eccleſię tradita diuerſo iure cenſeantur: aut ſi reſpectu iſtorum onera non tranſeunt; ergo & reſpectu omnium. Et hæc ratio deſumitur ex tex. in d. c. ſecundum canonicum, & c. ſancitum 23. q. 8.

Nec obſtat, quòd hoc caſu fiſcus excluderetur à tributo, cuius cōtrarium videtur verius, quia fiſcus & Eccleſia equiparantur, l. fi. C. de ſacroſ. Eccleſ. & vnus priuilegiatus, cōtra alterum, ſuo priuilegio non vtitur, l. ſed & milites, §. coæqua-
21 litas, ff. de excuſa. tu. Quia prædicta regula æquiparationis non eſt vera in omnibus, vt latè docet Curt. ſen. in conſ. 10. nu. 3. Addo, quia in dubio iudicatur contrà fiſcum, l. non dubium, ff. de iure fiſc. ſed in dubio iudicatur pro Eccleſia, l. ſunt perſonæ, ff. de relig. & ſumpt. funer. Item quia æqui-
22 paratio ſolū poteſt procedere in his, quæ iuriſdictioni temporali ſunt ſubiecta, in quibus Imperator potuit diſponere, & æquiparationem facere; ſecus eſt ſuper rebus Eccleſię, ex
23 reg. d. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, & quòd Eccleſia ſit ſemper præferenda fiſco, latè docuit Oldendorpius in tractatu de iure, & æquitate, cap. 10. Item ex eo ſolo, quod bona repe-
24 riantur in æſtimo deſcripta, verior eſt ſententia, vt nulla hypotheca inducatur, Bartol. in dict. conſil. 180. nu. 4. parte 1. Alciat. in l. placet, in verſ. extraordinarium, C. de ſacroſ. Eccleſ. qui ad hoc citat Baldum, & Aretinum, & omnes citat,

& ſe-

& ſequitur. Octauian. Vulpell. in tractatu de libert. eccleſiaſt.
25 parte 2. nu. 1. ergo deſcripti in æſtimo remanent obligati ſolum in actione perſonali ad contribuendum; ergo fiſcus nihil damni patitur, dictis bonis in Eccleſiam translatis, ſuper quibus directam actionem exercere non poteſtis, qui alienauit in Eccleſiam, vel perſonam eccleſiaſticam, ſemper remanet obligatus, quia reperitur in æſtimo deſcriptus, auth. ſed & pericula, C. ſine cenſu, vel reliq. & præciſè Caſtrenſ. in l. 2. n. 3. C. eod. ti. dicit enim, eſt in electione exactoris, vel alienantem in æſtimo deſcriptum exigere, vel acquirentem, ſi ſit de facili conueniendus, eccleſiaſticos autem non poſſet conuenire coram iudice laico, c. 2. de foro compet. ſed proprius iudex iudicabit ſecundum ius canonicum, & ita inſpecta diſpoſitione præfatorum Conciliorum, & Decretalium. Et quatenus de iure ciuili, poſſet agi in ſubſidiũ contra poſſeſſorem bonorum, in quem ſunt translata per obligatum alteri
26 in actione perſonali, ſicut dicimus de remedio legis 2. C. de reſcind. vendit. dari contra tertiũ poſſeſſorem in ſubſidium, ex reg. l. in cauſæ, §. interdum, ff. de minor. & l. planè, §. qui rogatus, de legat. 1. Couarr. lib. 2. var. reſolut. cap. 3. num. 10.
27 verſ. tertia concluſio, tamen hæc actio ſubſidiaria nō poteſt exerceri cōntra eccleſiaſticos, quia per talem diſpoſitionem impediretur libertas Eccleſiaſtica, contra iura expreſſa.

Quare cum hæc ſecũda opinio nullo innitatur certo fundamēto, remanet prima opinio abſolutè vera de iure, & qui contra eã auderet, meminerit Bullæ in Cœna Domini, etiam contra conſulentes publicè, vel priuatim, editæ.

Ex quò infertur primò errare dicentes, dictam primã opinionem procedere ſolum in bonis, quæ transferuntur in Ec-
28 cleſiam titulo ſpirituali, putà propter primitias, & decimas, & huiuſmodi, vel propter ſacerdotium adipiſcendum ad titulum patrimonij, vel propter Eccleſiam ædificandã; ſecus in reliquis, Niger in d. extrauaganti vnica, nu. 241. & plurib. ſeq. Quia, vt ſupra docuimus, non eſt maior, nec diuerſa ratio vnius ab altero; ergo idem eſt ius dicendum.
29 Secundò infertur errare dicentes, quòd vbi extat conſue-

tudo collectandi bona Eccleſiæ, ipſa ſeruanda eſt, vt in conſuetudine generali, quòd bona emphyteotica Eccleſiarum collectentur, reſpondit Alex. in conſ. 101. nu. 11. vol. 1. & per Syluan. in conſ. 9. nu. 9. in 7. fundamento. Io. de Amicis in conſ. 8. nu. 9. & plur. ſeq. & ita ſeruatur Peruſij, ſecundū Bartol. quem refert, & ſequitur Ruyn. in conſ. 111. nu. 10. verſ. eſt in hoc caſu verum, vol. 5. & ita tenet quoad bona poſtea acquiſita per clericos Marcambrun. in conſ. 40. nu. 120. & & ſeq. & nu. 157. latè Natta de conſuetudine antiquiſſima in conſ. 501. & conſ. ſeq. Quoniam nulla conſuetudo, vel ſtatutum valet contra Eccleſiā, & eccleſiaſticas perſonas, auth. item nulla communitas, Cod. de epiſcop. & cleric. & contra huiuſmodi conſuetudinem reſpondet Ruyn. in conſil. 117. in fine, vol. 4. etiam in bonis patrimonialibus laicorum, latè Thobias Nonius in conſil. 102. & Riminald. iun. in conſ. 25. nu. 25. & ſeq. vol. 1.

30 Tertiò infertur errare dicētes, quòd ſtante ſtatuto, vt omnia prædia ciuium ſint tributaria, & ſic affecta hoc onere, tunc tranſibunt in eccleſiaſticos, etiam cum prædicto onere, prout de conſilio ponit Bartol. in d. l. reſcripto, §. fin. ff. de muner. & honor. quod conſilium acceptarunt, & exequuti ſunt Peruſini, & opinionem Bartoli ſeruari in practica, dicit Bald. in conſ. 280. vol. 2. & eius opinionem eſſe communem, teſtatur Socin. in conſ. 12. vol. 4. cum alijs ad hoc relatis per Theſſaur, in d. deciſ. 234. nu. 5. Quia Bartoli opinio & conſilium eſt magis communiter reprobatum, vt teſtatur Ruyn. in dict. conſ. 117. nu. 8. volum. 4. quia tale ſtatutum diceretur factum in fraudem, & indirectè contra libertatem eccleſiaſticam, vt probat Felyn. in d. c. Eccleſia Sanctæ Marię, nu. 76. & contra Bartol. tenet Bald. in l. neminem, C. de ſacroſ. Eccleſ. idem Bald. & Caſtrenſ. in d. l. placet, Archidiac. Io. Andreas, & Geminian. in c. 1. de vita & honeſt. cleric. Iaſ. in l. placet, in 1. lect. col. pen. & in 2. lect. col. fin. cum alijs relatis ad hoc per Theſſaur. in d. deciſ. 234. n. 5. prope finem, quia licèt huiuſmodi tributa habeant cauſam de præterito ex forma ſtatuti, tamen formam habent poſtquam res eſt facta
31

Eccle-

Eccleſiæ, quo tempore non poteſt formari obligatio, quia reperitur perſona, quę non poteſt affici, & res mutauit ſtatum, l. ſeruus Stichus meus, ff de manumiſſ. teſt.

32 Quartò infertur, errare dicentes, quòd ad hoc, vt prædia translata in Eccleſiam, & Eccleſiaſticos fiant tributaria, poterit quilibet ciuis, & Comitatenſis donare Communitati omnes poſſeſſiones, quas habent, nominatim diſtinguendo per confines, & illas poſſeſſiones poſtea capiebant ab eadem Communitate ſub tributo, & cenſu, ſicut fecerunt Eugubini, vt dicit Bartol. in d.l. reſcripto, §. fin. & videtur ſequi Niger in d. extrauag. vnica, num. 191. de vita, & honeſt. cleric. quia iſtum caſum non improbat. Sed eſt omninò falſus, quia etſi fierent mille ſtatuta huiuſmodi, quæ valida ſint ab initio, ſtatim quod bona tranſeunt de perſona ſubdita ſtatuentibus ad priuilegiatam iure diuino, ſicut ſunt Eccleſię, & eccleſiaſtici, bona ipſa mutant ſtatum, & eorum iura augentur ex priuilegio perſonæ, in quam transferuntur.

APPENDIX.

In eadem cauſa Eccleſiaſticæ Immunitatis.

EPITOME.

Vbiq; locorū Eccleſia, ac Eccleſiaſtici ſunt ciuili, & canonico, iurè immunes ab omnibus, & quibuſcunq; laicalibus oneribus. & ſingulariter in HISPANIA, etiam ex Decreto Regio.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſtici ſunt immunes à quibuſcunq; tallijs, collectis, tributis, & alijs ſimilibus oneribus.*

2 *Item ab oneribus realibus, perſonalibus, & mixtis.*

3 *Eccleſiaſtica immunitas plenariè ſeruatur in Hiſpania.*

4 *Statutum, quod Clerici, qui non ſoluerunt munera pro patrimonialibus,*

libus, non audiantur, niſi omnino velet.

5 *Clerici ſunt immunes, tam pro rebus, quas tenent ab Eccleſia, quam pro patrimonialibus.*

6 *Clerici vendentes victualia nata in ſuis fundis, non tenentur ſoluere gabellas.*

7 *Clerici non tenentur ſoluere gabellas pro contractibus.*

1 DEcreto S. Matris Eccleſiæ catholicæ, & Apoſtolicæ Romanæ, cap. 1. de Immunit. Eccleſ. lib. 6. nullis laicis Principibus, aut alijs quibuſcunq; temporalem tantummodo iuriſdictionem habentibus, licet tallias, vel collectas, ſeu exactiones quaſcunq; Eccleſijs, vel perſonis Eccleſiaſticis imponere, vel exigere ab eiſdem pro domibus, prædijs, vel quibuſcunque poſſeſſionibus ab eiſdem Eccleſijs, vel perſonis eccleſiaſticis legitimè hactenus acquiſitis, vel in poſterum acquirendis; etiam ſi ipſæ Eccleſiæ, vel perſonæ, vel res huiuſmodi ſint infra illorum diſtrictum, vel territorium conſtitutæ; nec etiam licet illis ipſas Eccleſias, vel perſonas, ad diſtrahendum, vel alienandum, aut extra manum ſuam ponendum bona acquiſita iam, vel quæ deinceps acquirent, aliquatenus coarctare.

Quam conſtitutionem Bonifacius Papa VIII. innouauit in c. quanquam eod. ti. & adiecit, vt obtineret, non obſtantibus contrarijs conſtitutionibus, quas improbat, vt corruptelas, imponitque in eos, qui tallias, pedagia, guidagia perſonis eccleſiaſticis, & rebus eorum delatis, non negotiationis cauſa, ſi ſingulares ſint, pœnam excommunicationis, ſi collegium, vniuerſitas, caſtrum, ciuitas, vel locus, interdicti, ipſo facto incurrendas, & à quibus nõ prius abſoluantur, quàm ſatisfecerint. Item in c. clericis eod. ti. ſtatuitur ſeuerius in ipſos clericos conſentientes huiuſmodi exactionibus.

Denique Clemens Papa V. in Concilio Viennenſi, vt habetur in clem. fi. de cenſib. ſtatuit, vt locorum ordinarij, ſeu diœceſani publicent, vel à ſuis faciant publicari ſententias excommunicationis, & interdicti à iure prolatas contra eos,

qui ab Eccleſijs,vel perſonis eccleſiaſticis, pro illarum rebus proprijs, quas non negotiandi cauſa deferunt,aut deferri faciunt, vel tranſmittunt, pedagia, vel guidagia ſuo, vel alieno nomine exigunt, vel extorquent, poſtquam de ipſis illis conſtiterit, idque tādiu, donec illi exacta reſtituerint, & de tranſgreſſione huiuſmodi ſatisfecerint competenter, & de hoc videatur pars ſecunda ſecundi tomi huius Catenę Aureæ.

2 Et quod Eccleſiæ, & perſonæ eccleſiaſticæ ſint immunes ab oneribus realibus, perſonalibus, & mixtis, & ab extraordinarijs etiam pro eorum bonis, probatur per auth. itē nulla communitas, C. de ſacroſ. Eccleſ. & ita concludit Bartol. in conſ. 180. incip. ſi aliqua poſſeſſio æſtimata, poſt princip. p. 1. Bald. in conſ. 246. antiqua quæſtio, in princip. vol. 3. Burſat. in cōſil. 42. nu. 3. vbi teſtatur eſſe receptiſſimam ſententiam, Alba in conſ. 68. in 7. fundamento, qui cæteros allegant, & latius Remig. de Gonis in tract. de charitatiuo ſubſidio, quæſt. 61. & 62.

3 Et ita in Hiſpania diſpoſitum eſt in l. 1. ti. 3. lib. 1. ordin. ibi; EXEMPTOS DEVEN SER LOS SACERDOTES, Y MINISTROS DE LA IGLESIA DE TODO TRIBVTO.

Ex quo infertur primò errare eos, qui dicunt, valere ſta-
4 tutum, quòd clerici qui nō ſoluerint munera pro patrimonialibus, pro quibus loco tributorum debentur collectę, non audiantur, quia eſt factum propter bonum publicum, & eſt laudabile, vt affirmat Boer. in decis. 69. nu. 22. quem citat, & ſequitur Aegidius Thomatus in tractatu de collectis, in prin-
5 cip. nu. 13. Quia clerici tàm pro rebus, quas tenent ab Eccleſia, quàm pro patrimonialibus ſunt immunes à collectis, gabellis, & cæteris huiuſmodi, & non tenentur ſoluere cum laicis, vt not. in c. fi. & ibi Abb. de vita, & honeſtate cleric. Archidiac. & alij in c. 1. de immunit. Eccleſ. lib. 6. Bartol. in l. vnic. C. de mun. & in quo loco lib. 10. Bald. in l. placet, C. de ſacroſ. Eccleſ. Afflict. in conſtitutione regni, incip. hac ædictali, col. 1. Geminian. in c. 1. §. in cæteris, de cleric. coniugat. lib. 6. & in c. quamquam, de cenſib. eod. lib. Ant. de Butr. in

C. 1.

c. 1. de conſuetud. in verſ. quid ſit conſuetudo, & ibi Imol. Alex. in conſ. 68. incip. & viſo, in princip. vol. 2. Felyn. & Dec. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtit. vbi latè diſputant articulum hunc de bonis patrimonialibus clericorum. Franc. in c. 1. de immunit. Eccleſ. lib. 6. vbi ponit aliquas limitationes, quæ omnibus ſunt pluſquã notæ, & de communi etiam teſtatur Vaſquius, qui aliquos alios refert, de ſucceſſionum creatione, lib. 1. §. 10. nu. 659. ſuper repetitione legis; quoniam in prioribus.

6 Secundò infertur errare dicentes, clericos vendentes victualia nata in fundis Eccleſiæ, ſiue ſui patrimonij, teneri ſoluere vectigalia, & gabellas, prout latiùs iam ſupra dictum eſt & vide Lupum in tractatu de libertate Eccleſiaſtica, parte 1. quæſt. 1. & ſeq.

7 Tertiò infertur errare dicentes, clericos ligari ex ſtatuto imponente gabellam pro contractu, putà emptionis, & venditionis, ex regula l. debet, in fine, ff. de ædilit. edicto, vt per Socin. in conſ. 247. in princip. vol. 2. Iulius Ferrett. in tractatu de gabellis, & vectigalib. num 504. quia ex ſupra dictis contrarium eſt verius, & in his terminis ita firmat Baldus in leg. 1. in vltim. quæſtion. de contrahend. empti. & Remigius de Gonis in tract. de charitatiuo ſubſid. q. 62. nu. 51. & latius ceteris Dec. in d. c. Eccl. S. Marie n. 269. qui alios allegat.

Ex

Ex Vniuerſitate Peruſina.

Celeberrimi V. I. Conſulti MARCI ANTONII EVGENII Peruſini in Gymnaſio Peruſino Iuris Pontificij Primarij interpretis. V.I. Conſilium, & Reſponſum Deciſiuum.

Et eſt conſ. 96. in ordine in ſuo conſiliorum libro primo.

ARGVMENTVM.

Coloni partiarij, ſeu etiam emphyteutæ bonorum Eccleſiaſticorum collectari non poſſunt per Vniuerſitatem Laicorum pro fructibus dictorum bonorum.

SVMMARIVM.

Notandum tamen, quod à num. 1. vſq; ad num. 8. referuntur argumenta, ſeu rationes argumentatiuo modo adductæ contra veritatem.

1 *Colonus partiarius Eccleſiæ tenentur ad partem onerum impoſitorum per Dominum temporalem, vſq; ad nu. 8.*

2. & 25. *Collectæ, & huiuſmodi onera impoſita bonis per dominum temporalem; non debentur per Eccleſiam; & de commun. numer. 25.*

3 & 5. *Separatorum conditio facit, vt non poſſit fieri illatio de vno ad aliud nu. 3. & num. 5.*

4 & 15. *Decima pro bonis Eccleſiæ debetur per colonum, licet Eccleſia ad illa non teneatur. nu. 4. & 15.*

6 *Coloni partiarij priuatorum non tenentur ad collectas pro bonis, quæ colunt. ſed domini. nu. 6.*

7 Co-

7 *Colonus poteſt collectari in ſubſidium, quando dominus non poteſt. num. 7.*

8. 9 & 17. *Contra ſupradicta adducuntur rationes pro ipſa veritate, & hoc num. 8. 9. 17. & ſeqq.*

10 *Gabella, Datia, Collecta, & huiuſmodi pertinent ad dominum bonorum. nu. 11.*

11 *Conſuetudo tanquam lex ſcripta ſeruanda eſt. nu. 11.*

12 *Onere duplici nemo grauari debet. nu. 12.*

13 & 14. *Ad contraria reſpondetur. nu. 13. & ſeqq.*

15 *Decima ſolui debet per colonum bonorum. nu. 15.*

16 *Ac etiam per eorundem dominum. nu. 16.*

18 *Diuerſitas perſonarum ſeparationem inducit. nu. 18.*

19 *Odio alterius, alius prægrauari non debet. nu. 19.*

20 *Maximè in oneribus, quando quis aliquos fructus percipit ex labore vultus ſui. nu. 20.*

21 *Verum ſi collectam indicens iuriſdictionem inducendi habet, ſecus alias. nu. 21.*

Is tamen ſ. ſubſequi debet. nu. 7. in ordine.

22 *Emphyteuta Eccleſiæ collectari non poteſt per dominos temporales pro bonis Eccleſiæ. nu. 22.*

23 & 24. *Emphyteuta non tenetur ad collectas, vbicunq; dominus non tenetur. nu. 23. & 24.*

PRæſuppoſito, prout in facti ſpecie narratur quòd nonnulli Ruſtici ſint coloni partiarij bonorum Eccleſiarum, cum reſpondeant quottannis Eccleſiæ tertiam partem fructuum, ſiue emphyteutæ, ſecundùm alios, dubitatur: an Vniuerſitas laicorum collectas pro ijs fructibus, quos dicti Ruſtici de dictis bonis percipiũt, indicere, & exigere poſſint.

Super quo puncto videtur (vt aiunt prima fronte) affirmatiuè reſpondendum ex eo, quod tradit Fede. de Senis conſ. 111. nu. 10. verſ. Item quæritur, vbi concludit, quòd coloni partiarij tenentes prædia Eccleſiarum, tenentur ad partem onerum impoſitorum per dominũ temporalem, quia licèt Eccle-

Digitized by Google

3 Eccleſia non teneatur, l. 2. C. de Epiſc. & cler. cum ſimilibus non tamen inferri poteſt ad colonos, quorum ſeparata eſt condi-
4 tio, & ratio, pro quo facit, quod notanter tradit Bald. conſ. 31. ſtatuto Ciuitatis Aſtenſis, ad fin. lib. 1. vbi concludit colonum partiarium Eccleſiæ teneri ad ſolutionem decimæ pro ſua parte, licèt Eccleſia, cuius bona colit, pro ſua por-
5 tione non ſoluat, quia diuerſitas perſonarum ſeparationem recipit. arg. l. 1. ſi vnus ex pluri. ap. in ratione ſui, ſequitur Io. de Ami. conſ. 19. col. 1. nu. 9. & ſeq. eiſdem rationibus, & tenet expreſsè Parpa. l. placet. nu. 73. C. de ſacroſ. Eccleſ. vbi
6 dicit, quòd licèt coloni partiarij priuatorum ad collectas non teneantur, quia pro illis bonis tenentur domini lllitibus. §. fi. vbi Bart. & cæteri. C. de agri. & cenſ. lib. 10. & ipſemet
7 Parpa. d. l. placet, nu. 69. coloni tamen etiam partiarij Eccle-
8 ſiæ tenentur, quaſi in ſubſidium, cum dominis bonorum Eccleſiæ collecta imponi non poſſit. His tamen non obſtantibus, reſpondendum cenſeo negatiuè ſine dubio, & ita videtur eſſe de intentione glo. l. hi penes, verb. recepta. C. de agri. & cenſ. lib. 10. vbi indiſtinctè traditur, colonos pro terra dominorum, quam colunt, ad collectas compelli non poſſe, & ibi eam concluſionem pro conſtanti, & clara ſequitur And. de Barulo, de Plato. & alij communiter. Firmat expreſsè in
9 terminis Bald. cum duobus, §. ſi in ſecunda ſub 4. not. ff. pro Soc. dicens, quod coloni ex creditorum ad ſoluendas collectas fructuum pro parte dominorum de facto, non de iure compelli dicuntur, & propterea poſſunt ſe conſeruare indemnes,
10 per retentionem dominicæ partis fructuum, quia gabellæ, datia, collectæ, & huiuſmodi pertinent ad ſolum dominum. l. ædiles. de via. publ. l. litibus §. vlt. de agri. & cenſi. lib. 10. vi- detur eſſe de mente Bar. l. placet ſub. num. 40. Cod. de ſacroſ. Eccleſ. dum ibi allegat And. de Baro. l. 3. de agri. & cenſ. lib. 10. & clariùs, dum allegat rationem, quia collecta indicitur pro æſtimo, æſtimumque in domini perſona perficitur, concludens propterea, quòd ad illam dominus rei, non colonus tenetur. Sequitur clariſſimè Soci. conſ. 119. col. 1. verſ. 6. & c. lib. 1. vbi concludit, quod licet emphyteuta, feudatarius,

vſusfructuarius, & conductor, qui fundum habet ad certam penſionem in pecunia ſoluendam, ita quòd omnes fructus apud eum remaneant; directus dominus ad tributa non teneatur, vt ibi per multa num. 1. & 2. probat: colonus tamen partiarius, qui ſoluit partem fructuum, non tenetur, allegans And. de Baru. & Io. de Plat. d.l. hi pænes, C. de agri. & cenſ. eandem opinionem ſequitur Nicola. Feſta de æſtimo par. 4. nu. 52. (vbi quòd plurimum ponderandum eſt) aſſerit eam
11 opinionem de conſuetudine ſeruari, quæ ſine dubio tanquam lex ſcripta ſeruāda eſt. l. de quibus ff de legi. & in propria materia Alex. ad Bart. l. neq; ſtipendium, ff. de impen. in reb. dotal. factis, adducitq; rationem rationabilem (prout ipſe appellat) quia cùm coloni ratione laborum, quos ſuſtinēt in cultura, fructus percipiant; ſi in eis onere collectarum grauarentur, duplici grauamine afficerentur, nempe laborum, & collectarum, quòd tamquā ab æquitate omnino alienum, de iure non fuit permittendum; cum in iure ſit vna clariſſi-
12 ma propoſitio, quòd nemo debeat duplici onere pergrauari, Bar. l. priuatæ, C. de excuſa. mūne. lib. 10. Pet. Vbald. cōl. 2. poſt tract. de collect. num. 4.

Non obſtat conſ. 111. Federici de Senis, de quo ſupra pri-
13 mo loco opponebatur, quia procedere poteſt in datio impoſito ratione bonorum, quæ quis habet, ad quæ onera benè tenetur quis habens fructus. aliter etiam reſpōdet Pet. Vbal.
14 d. conſ. 2. Non obſtat conſ. Bal. 31. ad fi. lib. 1. ſupra allegatum, quia tolli poteſt eodem modo.
15 Præterea dici poteſt, quod loquitur in decima; ad quam quiſq; etiam colonus, compellitur. c. tua nobis, de deci. Dec.
16 conſ. 156. nu. 4. quam etiam dominus, ratione perceptionis fructuum Soc. conſ. 268. colu. 1. lib. 2. & in ea non repugnat auctoritas, & iuriſdictio collectandi; quia debetur, & ſolui-
17 tur Eccleſiæ. Nos autem in collectis, quas ſolus dominus bonorum ſoluere compellitur, & ſæculares eas exigere ex bonis Eccleſiæ prohibentur, vt ſupra.

Minus obſtat ratio Parpal. in allegato loco, quòd cū domini bonorum collectari non poſſint, teneri deberent ſaltē ipſi colo-

coloni,quaſi in ſubſidium, quia reſpondetur ſecundum Ni-
18 col. Feſt.d. loco nu. 54. & ſeq. quòd diuerſitas perſonarum
19 inducit ſeparationem, & non conuenit, quòd aliquis odio
20 alterius prægrauetur l.vni. C.vt nullus ex vica.lib. 10. præci-
puè vltra eum, quando ſumus in eo, qui fructus conſeque-
retur ex labore, & ſudore vultus ſui, quo caſu cum pro per-
cipiendis illis onus vnum ſuſtineat, non conuenit eum aliud
ſubire, maximè pro altero,vt ſupra.

21 Vel ſecundò clarius,quòd dicitur,colonos collectari poſ-
ſe quaſi in ſubſidium, quando domini collectari nō poſſunt,
locum habere poſſe, quando collectam indicere, & exigere
volens,iuriſdictionem habeat collectandi dominos regulari-
ter, licet alia ex cauſa particulari non valeat: ſecus quando
caret auctoritate, vt ſæculares reſpectu perſonarum eccle-
ſiaſticarum, & eorum bonorum, quia tunc, neque colonos
collectare poſſunt.

Præterea,dato, quòd aliud eſſet in colono priuatorum, in
eo, qui colit bona Eccleſiæ, de iſta quæſtione nō videtur du-
22 bitandū, quia in fortioribus terminis cōcluditur, quod neq;
etiam emphyteuta Eccleſiæ collectari per ſæculares poſſit,
vt tenuit Bar.d.l. priuatæ, & ibi Io. de Plat. Alex. l.licitatio, §.
mercatores ff. de publ. l.4. col.4. de re iud. l. Lucius, §. idem
reſpondet conſtante, ff. ad munici.l.reſcripta,§.ſciendum de
mune. & hono. & l. 1. C.de anno.& tribu. lib. 10. in addit. ad
Bart. & late proſequitur, & firmat multis argumentis Petr.
Vbald. d.conſ.2. n.4.& ſeq. & inter cætera illo, quòd ad rem
noſtram plurimum facere videtur, argumento,quia vbicūq;
23 dominus non eſt obligatus ad collectas, ibi neq; emphyteuta,
& multò minus colonus partiarius obligari poteſt,ea ratione
quidem, quia emphyteuta, & colonus obligantur reſpectu
domini, & perſona eius inſpecta,& non aliter,vt ipſe ibi pro-
bat nu.7. & dicit hanc eſſe rationem decidendi, d.l. priuatæ,
quòd emphyteuta fiſci non tenetur, quia fiſcus non obliga-
tur, & ſub num.8. generaliter infert concludendo,quòd vbi-
cunq; dominus directus non tenetur, ibi neque emphyteuta
24 tenetur, & regula, quæ habet, quòd poſſidens percipiēs fru-

ctus tenetur ad collectas, intelligitur, dummodò persona directi dominij ipſorum bonorum, ſit ſuppoſita iuriſdictioni
25 collectantis, & non aliter; vnde cum in caſu noſtro, Eccleſia dominia dictorum bonorum per ſæculares collectari ſine dubio non poſſit, Auth. item vlla communitas, C. de epiſc. & cler. vbi Bar. & omnes c. non minus, & ibi cano. de immun. Eccleſ. Bart. in l. vniuerſa, Cod. de immu. & in quo loc. lib. 10. Alex. conſ. 65. col. 1. lib. 2. Dec. conſ. 289. num. 4. & cõmuniter alij varijs alijs in locis, vt teſtatur Felin. d. 4. par. c. 1. nu. 1. neq; etiam eorũdem bonorum coloni pro fructibus modo aliquo collectari poterũt.

Igitur in præſenti caſu, ſiue ij, de quibus agimus, coloni partiarij ſint, ſiue emphyteutæ, vel ſimiles, cum ab Eccleſia bona habeant, & ea vti Eccleſiaſtica poſſideant, nullo modo pro collectis huiuſmodi inquietari poterunt.

Ex Vniuerſitate Piſana
Celeberrimi V. I. Conſulti.
ANDREAE FACHINEI
In Gymnaſio Piſano Iur. Cæſarei Primarij Profeſſoris,
V. I. Conſilium, & Reſponſum Deciſiuum.

Extat cap. 91. libri primi controuerſiarum Iuris.

EPITOME.

Emphyteuta Eccleſiæ non tenetur ſoluere collectas, & tributa fiſcalia Domino temporali.

1 Emphyteuta Eccleſiæ non obligatur ad ſoluendas collectas.

2 Duplici iure non tenetur emphyteuta Eccleſiæ ad collectas, minuſq; colonus.

1 Controuertitur etiam, vtrum emphyteuta Eccleſiæ obligatus ſit ad ſoluẽdas collectas, & onera fiſcalia, Reſpondet Bart in l. priuatæ, C. de excuſat. muner. lib. 10. emphyteutam Eccleſiæ non teneri, ne grauetur duplici onere ſoluendi .ſ. Eccleſiæ penſionem, & Fiſco tributum. Eandem ſententiam ſecutus eſt Iaſ. in l. 1. nu. 31. C. de iure emphyt. eamq; tutiorem dicit Boſſius in tit. de Principe, & priuilegijs eius, num. 128. Eandem, alijs citatis, nouiſſimè amplexus eſt Marcus Antonius Eugenius in conſ. 96. nu. 22. lib. 1.

Sed contrarium docuit Andr. Iſern. in tit. Quæ ſint regal. in verb. plauſtrorum, dicens, inſpiciendam eſſe perſonam emphyteutæ; qui cum ſit obnoxius collectis, tenetur eas ſoluere, etiam pro re emphyteutica Eccleſiæ, quia res à perſona conditionem accipit, non contra, l. 1. C. de imponenda lucratiua deſcript. lib. 10.

Idem reſponderunt Alex. in conſ. 101. lib. 1. Natta cõſ. 114. nu. 18. Et ad rationem illam Bart. reſpondent, eam nullius eſſe momenti, quia duplici onere aliquis grauari poteſt diuerſo reſpectu, vt patet ex multis, ſed præcipuè ex l. ſi pendentes, §. ſi quid cloacarij, ff. de vſufr. vbi conductor fundi vectigalis ſoluere tenetur vectigal municipio, & tributum Fiſco. Et ſi bona eſſet ratio hæc, nullus emphyteuta, etiam priuati, obligatus eſſet ad collectas. Is .n. penſionem ſoluit Domino, vnde ne duplex onus ſubiret, non teneretur ſoluere tributum Fiſco, quod tamen eſt contra, l. 2. C. de iur. emphyteu.

2 Ego puto veriorem eſſe Bar. ſententiam duplici ratione. Primò, quia videtur hæc ſatis bona regula, in hac materia, vt quo-

quoties Dominus ad collectas non tenetur, non teneatur etiam emphyteuta, l. priuatæ, C. de excuſat.muner. lib. 10. vbi emphyteuta Fiſci non tenetur quia Fiſcus eſt immunis. Sed Eccleſia non tenetur ad collectas, l. 2. Cod. de Epiſcop. & cleric. c. 1. de immunit. Eccleſ. lib. 6. cū vulg. Ergo nec emphyteuta tenetur. Altera ratio eſt, quia vbicunque aliquis poſſidet rem immunem à collectis, & tributis, is collectas, & tributa pendere non teneatur, l. 1. C. de imponenda lucratiua deſcript. lib. 10. ibi, Contraq; ſi cuiuslibet, &c. Sed emphyteuta Eccleſiæ poſſidet rem immunem à collectis, quia bona Eccleſiæ ſunt immunia, l. placet, C. de ſacroſ. Eccleſ. ibi; Ne prædia vſibus cœleſtium ſecretorum dedicata, ſordidorum munerum fæce vexentur, &c. & c. nō minus, de immunit. Eccleſ. cum ſimilibus. Ergo non tenetur ad collectas.

Ad argumentum reſpondeo. Quod dicitur rem à perſona conditionem recipere, concedo, ſi intelligatur iuxta terminos d. l. 1. C. de impo. lucra. deſcript. à qua deſumitur pronunciatum. Dicitur ibi, curiales eſſe immunes à collectis, & quòd ſi bona collectis ſubiecta perueniant ad eos, ſint immunia; ſed ſi ad alios, ſecus; quia inquiritur perſonæ conditio. Iſte non eſt caſus noſter; quia Eccleſiæ bona ab ipſo principio, natura ſua ſunt exempta, & libera, vnde ad quemcunque perueniant, ſarcinam collectarum effugere debent, vt inquit tex. in d. l. 1. verſ. Contraq; ſi cuiuslicet, C. de imponenda lucratiua deſcript. Poſſet autem argumentum procedere, & ſimul etiam contraria Doctorum ſententia, ſi res ab Eccleſia in emphyteuſim cōceſſa fuiſſet ab aliquo priuato Eccleſiæ vēdita, ac propterea collectarum oneri ſubiecta; tunc.n. locus eſſet deciſioni dictæ legis, quòd à primordio tituli, poſterior formetur euentus. i. cum res à principio eſt deſcripta in libro Fiſci, cum alijs rebus, quę collectarū oneri ſubiacent; ſi perueniat ad Eccleſiā; quæ immunis eſt, ipſa res euitabit onus collectæ, ſed ſi ab Eccleſia transferatur ad alium non exemptum, redibit ad naturam ſuam, propter perſonam poſſeſſoris, & ſic ad collectas erit obligata.

Ex Vniuerſitate Papienſi.

Celeberrimi V. I. Conſulti IACOBI MONDELLI DE ALBA In Gymnaſio Papienſi, Patauino, Placentino, Ferrarienſi, bis Piſano, ac alijs, Primarij, publiciq; Vtriuſq; Iuris ſummi Interpretis.

V.I. Conſilium, & Reſponſum Deciſiuum.

Et eſt conſ. 8. in ordine in ſuo conſiliorum libro primo.

ARGVMENTVM.

Clerici an teneantur ad collectas, quæ imponuntur per laicos, & ad quæ onera teneantur, & quando ſtatutum dicatur contra libertatem eccleſiaſticam. Et an valeat ſtatutum laicorum ligans, etiam Eccleſiam. Item an ſtatutum prohibens alienari in non ſubditum comprehendat clericos. Et late de ſtatuto, quòd ſi bona alienentur in perſonam potentem, aut priuilegiatam, vt in Eccleſiam, &c. bona ipſa non amoueantur de regiſtro alienantis, ſed ipſe alienans teneatur ad onera.

SVMMARIVM.

1 *Perſonæ Eccleſiaſticæ non tenentur ad collectas, quæ per laicos imponuntur, neque ad alia extraordinaria onera, & quid reſpectu bonorum patrimonialium. Item quid de collectis præteritis, antequam bona eſſent Eccleſiæ, & quid in caſu vrgentis neceſſitatis.*

2 *Eccleſia tenetur ad tributa, & onera omnia perpetua, & uniformia quæ ſunt affixa ipſi rei.*

3 *Statuta contra libertatem eccleſiaſticam quæ dicantur.*

4 *Cautela ſtatuti facientis prædia tributaria non valet.*

5 *Tributaria res, ſeu tributum, quando propriè dicatur.*

6 *Statutum diſponere non poteſt, quòd munus mixtum cenſeatur munus merè reale.*

7 *Statutum an, & quando comprehendat clericos, ſi vinculum iniecit ante clericatum.*

8 *Statutum laicorum faciens mentionem expreſſam de Eccleſia abſolutè, non valet, & quid ſi loquatur generaliter, an tūc comprehendat etiam clericos, & quando.*

9 *Statutum prohibens, alienari in non ſubditum, non comprehendit clericos, neq; eis præiudicat.*

10 *Libertas Eccleſiaſtica quomodo intelligatur.*

11 *Generalis diſpoſitio non comprehendit ea, quæ ſpecialiter non venirent.*

12 *Ratio, quòd ſtatutum comprehendat clericos, ne ſcilicet contingat laicos nimium grauari ad onera ſuſtinenda, ſi facultates eorum minuantur, an ſit bona, & vide etiam infra nu. 20.*

13 *Statutum diſponens, quòd ſi per ſubditos fiat alienatio in perſonam priuilegiatam, bona non amoueantur de regiſtro alienantis, &c. an valeat.*

14 *Veriſimile quod non eſt, cenſetur quid impoſſibile, & veluti imago falſitatis.*

15 *Paria ſunt non vendere, vel nimis carè vendere.*

16 *Paria ſunt, prohibere alienationem in Eccleſiam, vel eam admittere, ſed cum aliqua difficultate.*

16 *Dictio, liberè, remouet omne impedimentum.*

18 *Statutum non poteſt tollere priuilegia data per Ius commune in fauorem Eccleſiæ, neq; data per aliud ſtatutum.*

19 *Diſpoſitio principalis ſi non tenet, non etiam tenet adiectio pœnæ.*

21 *Iniuſtitia principis reputatur caſus fortuitus, & etiam ſententia iniuſta cuiuslibet Iudicis.*

22 *Statutum laicorum quādo comprehendat perſonas eccleſiaſticas per indirectum.*

23 In-

23 Interpretatio ſemper facienda eſt, ne quis videatur tollere; quod ſemel conceſſit.
24 Ad tributa, & publicas penſitationes tenentur etiam clerici.

PRO reſolutione præſentis caſus, qui verſatur in materia ſatis confuſa, præmittendæ ſunt ſex concluſiones magis communes, & per Docto. approbatæ, vt veriores.
1 Prima concluſio eſt, quòd perſonæ eccleſia-
a ſticæ non tenentur ad collectas, quæ per laicos imponuntur, neque ad alia extraordinaria onera l. placet C. de ſacroſ. Eccleſ. & authen. item nulla, C. de epiſc. & cleri. & c. clericos, in princ. de immu. Eccle. lib. 6. & clem. 1. eo. tit. etiam ſi loquamur de bonis patrimonialibus, vt per Abba. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ in prima lectu. col. 10. nu. 21. & ibi Deci. n. 43. de conſtitu. niſi fortè loquamur de collectis pręteritis, id eſt, iam impoſitis, & declaratis, antequam res perueniret ad Eccleſiam, vt tradit Felin. in d. c. Eccleſia, nu. 77. poſt Ang. conſ. 24. Eccleſia, quia tunc eiuſmodi bona ſunt realiter obligata pro ipſis oneribus præteritis, vt latius tradit idem Ang. cõſ. 206. & Dec. conſ. 285. col. pen. poſt Bal. in l. 1. §. quod ſi nemo, col. 2. ff. quod cuiuſque vniuer. no. tenetur etiam Eccleſia ad ſupradicta onera, quando communis vtilitas, vel neceſſitas vrgeret, & tunc debet conſuli Pontifex d. c. non minus, vbi latè Abb. & cap. aduerſus, de immu. Eccle. & d. c. clericis, §. non verò, eod. tit. lib. 6. & in extrauagan. commu. quod olim, ſup. eo. ti. de immu. Eccle. & latè per Ripam lib. 2. reſpon. cap. 20. & aliquando ſufficit autoritas epiſcopi, diſtinguendo, vt per Abb. in d. c. non minus, col. fin. & ibi ait in pen. col. quod ſi Eccleſia debet contribuere, debet prius vocari, & vnà cum laicis deliberare de eiuſmodi exactione facienda.
2 Secunda concluſio eſt, quòd Eccleſia tenetur ad tributa, & ad onera omnia perpetua, & vniformia, quæ affixa ſunt ipſi rei glo. in c. 1. in verbo bonorum, de immu. Eccle. lib. 6. & Bar. in d. l. placet, in princ. in prima lect. & in repeti. nu. 59.

Digitized by Google

& ibi Iaſ. nu.17.& Bar. conſ.180. & Bal. in auth. item nulla, C. de epiſ. & cleri. & Pet. de Ancha. conſ. 217. Abb. in c.1. de cenſ. & in c. fin. col. pen. de vi. & honeſt. cleri. & conſ. 3. col.2. in fin. & conſ.9. in 1. vol. & conſ.23. in 2. vol. quia res tranſit, cum ſuo onere c. cum non ſit, de decim. quæ concluſio ſatis probatur in c. ſi tributum 11. q.1. & in l. de his, vbi Docto. C. de epiſ. & cleri.

3 b Tertia concluſio eſt, quòd ſtatuta illa dicuntur contrà libertatē eccleſiaſticā, per quę impediuntur perſonę Eccleſiaſticæ facere ea, quæ ſibi ex priuilegio competunt, vel ex iure communi, vel ſi quouis modo reddantur timidiores ad faciendum id, quod liberè facerent de iure, ceſſante tali ſtatuto, vt deducit Felin. in d.c. Eccleſia, col.24. nu.69. & ibi Dec. col.1. & Felin. in c. nouerint, de ſenten. excō. & Soci. conſ. 241. circa primam, in 3. col. per ea, quæ tradunt Bar. & alij in authen. caſſa. C. de ſacroſan. Eccle. & Bar. in l.1. §. quę onerandæ ff quarum rerum ac. & dicuntur contrà libertatem Eccleſiaſticam, ſiuè directè id fiat, ſiuè per indirectū, c. ſtatutum, de hæreti. lib.6. & c. quanto, de priuileg. ſiuè verbis expreſſis procedant, ſiuè ſermone velato, vel quouis alio colore vtantur d.c. clericis §. fin. & §. nos igitur, de immu. Eccle. lib.6. etiam ſi non loquantur de ipſis perſonis, eccleſiaſticis, ſed de illis tantùm loquantur, qui cum eccleſiaſticis contrahunt c. fi. de immu. Eccle. in 6. & d.c. quanto.

4 Quarta concluſio eſt, quòd nō valet cautela ſtatuti facientis prædia tributaria Abb. in c. fi. in fin. de vi. & ho. cleri. Ang. in d. conſ.24. Bal. in d. auth. item nulla, latè Felin. in d.c. Eccleſia in 5.q. nu.76. & ibi Deci. col.20. qui omnes reprobāt opinionem Bar. in l. reſcripto §. fin. ff. de mune. & hono. & Bar. in

5 d.l. placet, vbi latè Iaſ. col. pen. & fin. quia res non poteſt dici tributaria, niſi expreſſa ſit certa ſpecies, & qualitas, & quantitas tributi, vt per Bal. in l. neminem C. de ſacroſan. Eccle. & Paul. de Caſt. & Iaſ. in d.l. placet, & Ang. in d. conſ.24. quinimò etiam ſi ſint expreſſa hæc tria, adhuc tamèn non dicitur res eſſe tributaria, niſi re vera, & ipſo facto fiat ſolutio ſuis ſingulis temporibus, nam tributum ſumit nomen ab ipſa re,

& effectu, id eſt, à contributione l. ager. §. ſtipendium, ff. de verb. ſigni. ergo ſi non fiat contributio, dici non poteſt tributum; ſicut neq; dicitur mutuum, neque depoſitum, niſi re ipſa fiat. Bar. in l. iuris gentium in princ. ff. de pac. neq; diſtributiones dicuntur, niſi verè ita fiant. Deci. conſ. 286. col. 1.
6 & ideo benè ait Felin. in d. c. Eccleſia, in 5. q. col. 28. quòd ſtatutum diſponere non poteſt, vt munus mixtum cenſeatur munus merè reale, quia implicaret contradictionem, & eſſet mutare nomina appellatiua, quòd eſt impoſſibile, vt not. in l. ſi quis in fundi vocabulo ff. de lega. 1. vt prius tradidit Bal. in
c l. fin. col. pen. C. ſine cenſu, qui ambo rationes multas adducunt, impugnando opinionem Bar. ſupradictam, præſertim quia ſtatutum volens prouidere oneribus, quæ adhuc non ſunt in rerum natura, & volens fingere id, quod non eſt, non caret ſuſpitione fraudis, vt per eos; nec quicquam facit id,
7 quod ait Abb. in d. cap. Eccleſia, dùm concludit, quòd ſtatutum comprehendit etiam clericos, ſi iniijciat vinculum, antequam adſit clericatus, nã illud ſolùm procedit in his actibus, qui principium & eſſentiam, ac fundamentum habent ante clericatum, non autem ſi actus ſit omnino conſumandus in futurum, ſicut in caſu noſtro, vt ibi declarat Deci. col. 19. nu. 52.

8 Quinta concluſio eſt (quę ſub ſe multa habet capita) quòd ſtatutum laicorum faciens mentionem expreſſam de Eccleſia abſolutè nõ valet. d. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, & tradit Bar. in d. l. cunctos populos, in 5. q. & Docto. in d. c. Eccleſia. Si verò loquatur generaliter, etiam nõ præiudicat Eccleſię, niſi factum ſit bona aliqua, & honeſta ratione, ſecũdùm Bar. vbi ſupra, cuius opinio communiter reprobatur; ſecundũ Dec. in d. c. Eccleſia, col. 21. nu. 52. ſed veriùs loquendo, non reprobatur, imo reſtringitur, ſcilicèt vt procedat, duobus copulatiuè interuenientibus, primò quòd appareat aliqua cauſa ra-
d tionabilis, etiam reſpectu Eccleſiæ, ſecundò vt illud, de quo agimus, poſſit obſeruari ſine magna difficultate, vt latè deducit, & comprobat Felin. in d. c. Eccleſia, in 8. q. & ibi Deci. col. 21. 22. & 23. Poſt Cardinal. latè in c. perpendimus, in 4. & 5.

&5. char. ver. his attentis, de ſenten. exco. & Alberic. de Roſa. in 2. q. ſecundæ par. ſtatu. in fin. velúti ſi ſtatutum imponat aliquam ſolemnitatem contractui, vel teſtamento, vel executioni faciendæ, vel ſi prohibeat alienationem certarum rerum in caſu particulari, putà in minoribus, in mulieribus, vel ſi prohibeat alienari prædia in confinibus exiſtentia, ne fortè contingat cõfines variari, vel ſi prohibeat arma alienari, aut ſi auget legitimam filiorum, & huiuſmodi, tunc enim in actibus futuris comprehendũtur etiam clerici, ne alioqui actus laicorum omnino ſubuertantur, vt patet in exemplis omnibus poſitis per Bar. & Docto. vbi ſupra. & Gemini. in d. c. fin. col. fin. de immu. Eccle. & per Abba. in c. quòd clericis, col. 6. de fo. compe. & tradit etiam Abb. in conſ. 63. in 1. vol. maximè in col. fin. verſ. concludo ergo, vbi concludit, quòd ſi ratio ſtatuti tendat ad præiudicium Eccleſiæ, tũc ſtatutum non valet, ſiuè directò, ſiuè per indirectum procedat, ſi verò ratio tendat euidẽter ad alium finem rationabilem, & communem, tàm clericis, quàm laicis, tunc comprehendit etiam clericos, licet incidenter, & in aliquo caſu particulari fiat cis aliquod præiudicium; vt optimè etiam tradit Bal. in d. l. cunctos populos, colum. 7. verſ. ſed hic vlterius, & latè Alex. 93. viſis, in 2. volum. & latè etiam per Federic. de Sen. conſ. 85.

9 Sexta concluſio eſt, quòd ſtatutũ prohibẽs alienari in non
c ſubditum, non comprehendit clericos, neq; eis præiudicat c. fin de immu. Eccle. lib. 6. vt per Bar. in l. filiusfam. §. Diui. col. 3. ff. de leg. 1. & ibi latè Alex. col. 5. & Iaſ. in prima lectu. nu. 72. & in ſecunda nu. 107. latè Alberic. in 2. q. ſæcundæ par. Statu. vbi refert rationes concludentes, reprobatis omnibus adductis per Signorol. conſ. 21. Et vltrà eum, poteſt dici, quòd rationes Signoroli omnes corruũt, ſi præſupponimus,
10 quòd libertas eccleſiaſtica intelligatur, non ſolùm reſpectu eorum, quæ ſunt conceſſa Eccleſiæ in priuilegium, vt ipſe præſuppoſuit, verùm generaliter, etiam reſpectu eorũ, quæ competunt de iure communi, vt dictum fuit ſupra in 3. concluſione. Et ſunt etiam rationes ſuæ contrà tex. in d. c. fin. de

Immu.Eccle,lib.6.nec valet reſponſio aliquorum,qui dicunt, quòd ille tex.procedit,quandò fit expreſſa mentio clericorū, non autem procedat, quando ſtatutum ſimpliciter, & gene-
11 raliter loqueretur, non enim valet hæc reſponſio; quia notum eſt, quòd generalis diſpoſitio nō comprehendit ea, quæ ſpecialiter non venirent l.obligatione generali ff.de pigno. Et quod differant generale ſtatutum, & ſpeciale, dictum fuit in 5.q. Et volentes, quod ſtatutum comprehendat clericos, adducunt rationem prima facie multùm vrgentem, quæ ta-
12 men in effectu nihil valet, dicunt.n.quòd ratio ſtatuti eſt æquiſſima, ne.ſ. contingat ipſos laicos nimium grauari ad onera ſuſtinenda, ſi facultates eorum minuantur, quæ ratio præterquamquòd magis communiter per Doct.reprobatur, vt refert Feli. in d.c.Eccleſia in 8.q.n.87.& 89.nihil pœnitus concludit, nam ſatis eam conſiderarunt Principes, tam ſæculares, quam eccleſiaſtici, qui ab initio diſpoſuerunt, quòd perſonæ eccleſiaſticę non tenerentur ad onera extraordinaria pro rebus, quas acquirerent,& tamen ea ratione non obſtante, conceſſerunt priuilegia: cum ergo eadem ratio adeſſet illo tempore, non poteſt nunc allegari arg.in l.qui bona §. de illo ff.de dam.infec.conſiderarunt.n.Principes,quòd bona quæ transferebantur in Eccleſiam, erogando erant in bonos vſus c.expellit 12.q.1.& c.conceſſo, cum ſeq.12.q.2.& dato forte, quòd temporibus noſtris id non ità præcisè ſeruetur, nihil ad nos;quia in ſpiritualibus eſt,nō quod eſt,ſed quod eſſe debet l. quod te.ff.ſi cer.pet.Quòd autē Principes, ſeu legum latores dictam rationem conſiderauerint, etiam eorum oneribus valdè exceſſiuis (vt hodie ſunt) patet, quia ſtatuerunt eo caſu, quòd Eccleſia teneatur; ſed conſulto Pontifice d.c. nō minus, & c.aduerſus, de immun.Eccle. & ſi eo caſu Eccleſia tenetur, ergò ceſſat inconueniens, ad quod ratio prædicta allegabatur. Poteſt etiam dicta ratio tolli, quia ſi æſtimum territorij eſt diminutum propter bona, quæ in priuilegiatos tranſeunt, debent ipſi tantò minus ſoluere l.forma. §.illam ff.de cenſ, nec obſtat, ſi dicatur, quòd ille tex.procedit, quando æſtimum, diminutū fuit caſu fortuito, non autem

facto,

facto, & voluntate hominis, vt in caſu noſtro, reſpondetur .n. quod etiam procedit ille tex. in facto hominis, dummodo præſtitum fuerit, dando operam rei licitæ, vt patet ibi, niſi cauſam excidendi, &c. & in caſu noſtro alienatio, quæ fit per laicos, eſt actus licitus, & vt plurimum neceſſarius, & quem iura, & admittunt, & exhortantur .ſ. verſus Eccleſias l. 1. C. de ſacroſan. Eccle. & vlterius alienatio non eſt cauſa immediata, quod æſtimū territorij minuatur, ſed cauſa eſt diſpoſitio legis, quæ dat priuilegium.

Et ſtantibus his, deueniendo ad caſum noſtrum, videtur
13 prima facie, quòd valeat ſtatutum diſponens; quod ſi per
f ſubditos fiat alienatio in perſonam non æquè idoneam, quia potentia, aut priuilegio ſit munita, ipſa prædia, & bona non amoueantur de regiſtro, & æſtimo dicti alienatoris, & ipſe teneatur ad onera, &c. nam hoc ſtatutum videtur rationabile, & æquum, propter rationem, quam allegat, ne alios contingat prægrauari, & in paupertatem deduci: & videtur ipſis ſtatuentibus licuiſſe ex cauſa ipſos ſubditos poſſe ligare, præſertim cum hoc nō tendat in preiudiciū Eccleſiæ acquirentis, nam fateor, quod per ſtatutum alienatio non prohibebitur, neq; Eccleſia tenebitur ad onera, ſed tenebitur ipſe alienator, & dato, quod aliquod præiudicium inferatur Eccleſiæ, id venit in conſequentiam, & non principaliter. Et videtur etiam hoc deciſum per ius commune, vt iam dictum fuit per ſcribentes pro contraria parte, videlicet per tex. in authen. ſed & periculum C. ſine cenſu, vel reliq. vbi Bal. expreſsè trahit illum tex. ad caſum noſtrum, & eum ſimpliciter ſequuntur ibi Salice. & Pau. de Caſt. nec videtur ille tex. corrigi de iure Canonico, cum nullum inferat præiudicium Eccleſiæ, vt dictum fuit.

Sed his non obſtantibus, videtur, quòd dictū ſtatutū non valeat, etiam reſpectu ipſius laici, ſ. alienātis in perſonam eccleſiaſticam, & quod ſit contra eccleſiaſticam libertatem, & Eccleſijs afferat præiudicium, & in effectu prohibet rē alienari in Eccleſiam: nam quis erit tam leuis, & fatuus, qui velit bona ſua in perſonā eccleſiaſticam, alienare, ſubiturus de-

inde

14 inde onera in perpetuum? hoc .n. cum nullo modo ſit veriſimile, cenſetur quid impoſſibile, & veluti imago falſitatis, vt ait Bal. in l. 1. col. 3. C. de ſer. fugi. & Dec. conſ. 43. col. 2. vel ſi alienabit, veriſimile eſt, quòd alienabit longè maiori precio quam res ipſa patiatur, & hoc etiam eſt contrà libertatē ec-
15 cleſiaſticam, quia paria ſunt, non vendere, vel nimis carè vendere, vt ait Alberic. in d. 2. q. ſecundæ par. col. 4. & latius col. pen. & fin. & vbi agitur de onere pecuniario, quælibet minima pars, ſeu ſumma cenſetur eſſe contra libertatem eccleſiaſticā d. c. Clericis, in princ. & in §. nos igitur, ibi quamuis aliam quantitatem portionem, &c. de immu. Eccle. in 6. & quòd paria ſint, prohibere alienationem in Eccleſiam, vel eam admittere, ſed cum aliqua difficultate, tradit latiſſimè Felin. id. d. cap. Eccleſia in 8. q. nu. 85. & 86. verſ. ſecundum notabile, & Dec. ibi col. 23. poſt Cardi. in d. c. perpendimus in 4. aliàs quinta col. de ſenten. exco. & deducendo in hunc modum conſtat, quòd ſtatutum eſt contra libertatem eccle-
g ſiaſticam, ſecundum ea, quæ fuerunt dicta ſupra in 3. concluſione. Et quanquàm ratio hæc per ſe ſufficiat, poteſt tamen ipſa concluſio comprobari, nam ſi iura volunt, quòd laici poſſint liberè alienare in clericos d. c. fin. de immu. eccle. lib. 6. ergo nullam pœnā, vel grauamen debent pati. l. Grachus C. de adulte. nec talis pœna poteſt addi per ſtatutum, quia in effectu eluderetur diſpoſitio tex. in d. c. fin. Item iura conceſſerunt, quòd laici poſſint liberè conferre bona ſua in Eccleſiam l. 1. C. de ſacroſan eccle. ergo ſinè vllo pœnitus
17 impedimento, vt de dictione, liberè, tradit Dec. conſ. 131. in princ. & 152. colu. 1. & ſtatutum licèt poſſit corrigere ius
18 commune inter ſuos ſubditos, non tamen poteſt tollere priuilegia data per ius commune, quæ reſpiciunt fauorem Eccleſiæ, & ei iam ſunt acquiſita, vt tradit Ancha. in d. cōſ. 155. col. 2. & 3. quia nō poteſt ſtatutum tollere priuilegia per aliud ſtatutum iam eccleſiæ conceſſa Bar. in l. priuilegia in fi. C. de ſacroſan. eccle. Soc. in d. conſ. 241. col. 3. ergo multò minùs, quæ ſunt conceſſa per ius commune. Poteſt etiam d. concluſio comprobari per tex. in c. quantò, de priuil. qui tex.

vult,

facto, & voluntate hominis, vt in caſu noſtro, reſpondetur .n. quod etiam procedit ille tex. in facto hominis, dummodo præſtitum fuerit, dando operam rei licitæ, vt patet ibi, niſi cauſam excidendi, &c. & in caſu noſtro alienatio, quæ fit per laicos, eſt actus licitus, & vt plurimum neceſſarius, & quem iura, & admittunt, & exhortantur .ſ. verſus Eccleſias l. 1. C. de ſacroſan. Eccle. & vlterius alienatio non eſt cauſa immediata, quod æſtimũ territorij minuatur, ſed cauſa eſt diſpoſitio legis, quæ dat priuilegium.

Et ſtantibus his, deueniendo ad caſum noſtrum, videtur
13 prima facie, quòd valeat ſtatutum diſponens; quod ſi per
f ſubditos fiat alienatio in perſonam non æquè idoneam, quia potentia, aut priuilegio ſit munita, ipſa prædia, & bona non amoueantur de regiſtro, & æſtimo dicti alienatoris, & ipſe teneatur ad onera, &c. nam hoc ſtatutum videtur rationabile, & æquum, propter rationem, quam allegat, ne alios contingat prægrauari, & in paupertatem deduci: & videtur ipſis ſtatuentibus licuiſſe ex cauſa ipſos ſubditos poſſe ligare, præſertim cum hoc nõ tendat in preiudiciũ Eccleſiæ acquirentis, nam fateor, quod per ſtatutum alienatio non prohibebitur, neq; Eccleſia tenebitur ad onera, ſed tenebitur ipſe alienator, & dato, quod aliquod præiudicium inferatur Eccleſiæ, id venit in conſequentiam, & non principaliter. Et videtur etiam hoc deciſum per ius commune, vt iam dictum fuit per ſcribentes pro contraria parte, videlicet per tex. in authen. ſed & periculum C. ſine cenſu, vel reliq. vbi Bal. expreſsè trahit illum tex. ad caſum noſtrum, & cum ſimpliciter ſequuntur ibi Salice. & Pau. de Caſt. nec videtur ille tex. corrigi de iure Canonico, cum nullum inferat præiudicium Eccleſiæ, vt dictum fuit.

Sed his non obſtantibus, videtur, quòd dictũ ſtatutũ non valeat, etiam reſpectu ipſius laici, .ſ. alienãtis in perſonam eccleſiaſticam, & quod ſit contra eccleſiaſticam libertatem, & Eccleſijs afferat præiudicium, & in effectu prohibet rẽ alienari in Eccleſiam; nam quis erit tam leuis, & fatuus, qui velit bona ſua in perſonã eccleſiaſticam, alienare, ſubiturus deinde

14 inde onera in perpetuum? hoc .n. cum nullo modo ſit veriſimile, cenſetur quid impoſſibile, & veluti imago falſitatis, vt ait Bal. in l. 1. col. 3. C. de ſer. fugi. & Dec. conſ. 43. col. 2. vel ſi alienabit, veriſimile eſt, quòd alienabit longè maiori precio quam res ipſa patiatur, & hoc etiam eſt contrà libertatẽ ec-
15 cleſiaſticam, quia paria ſunt, non vendere, vel nimis carè vendere, vt ait Alberic. in d. 2. q. ſecundæ par. col. 4. & latius col. pen. & fin. & vbi agitur de onere pecuniario, quælibet minima pars, ſeu ſumma cenſetur eſſe contra libertatem eccleſiaſticã d. c. Clericis, in princ. & in §. nos igitur, ibi quamuis aliam quantitatem portionem, &c. de immu. Eccle. in 6. & quòd paria ſint, prohibere alienationem in Eccleſiam, vel eam admittere, ſed cum aliqua difficultate, tradit latiſſimè Felin. id. d. cap. Eccleſia in 8. q. nu. 85. & 86. verſ. ſecundum notabile, & Dec. ibi col. 23. poſt Cardi. in d. c. perpendimus in 4. aliàs quinta col. de ſenten. exco. & deducendo in hunc modum conſtat, quòd ſtatutum eſt contra libertatem eccle-
g ſiaſticam, ſecundum ea, quæ fuerunt dicta ſupra in 3. concluſione. Et quanquàm ratio hæc per ſe ſufficiat, poteſt tamen ipſa concluſio comprobari, nam ſi iura volunt, quòd laici poſſint liberè alienare in clericos d. c. fin. de immu. eccle. lib. 6. ergo nullam pœnã, vel grauamen debent pati. l. Gracchus C. de adulte. nec talis pœna poteſt addi per ſtatutum, quia in effectu eluderetur diſpoſitio tex. in d. c. fin. Item iura conceſſerunt, quòd laici poſſint liberè conferre bona ſua in Eccleſiam l. 1. C. de ſacroſan eccle. ergo ſinè vllo pœnitus
17 impedimento, vt de dictione, liberè, tradit Dec. conſ. 131 in princ. & 152. colu. 1. & ſtatutum licèt poſſit corrigere ius
18 commune inter ſuos ſubditos, non tamen poteſt tollere priuilegia data per ius commune, quæ reſpiciunt fauorem Eccleſiæ, & ei iam ſunt acquiſita, vt tradit Ancha. in d. cõſ. 155. col. 2. & 3. quia nõ poteſt ſtatutum tollere priuilegia per aliud ſtatutum iam eccleſiæ conceſſa Bar. in l. priuilegia in fi. C. de ſacroſan. eccle. Soc. in d. conſ. 241. col. 3. ergo multò minùs, quæ ſunt conceſſa per ius commune. Poteſt etiam d. concluſio comprobari per tex. in c. quantò, de priuil. qui tex. vult,

vult, quòd pœna, quæ perſonis eccleſiaſticis per laicos im-poni non poteſt, non etiam poſſit imponi laicis ſubditis ſta-tuentium, quæ tradit Felin. vbi ſupra, in 13. q. dum tractat de conſanguineis clericorum, & eorum colonis, qui non poſſunt grauari, & poſt multa concludit, quòd ſi non valet ſtatutum prohibitiuum alienandi, non etiam valet ſtatutum pœnale, & eſt regulare, quòd ſi diſpoſitio principalis non te-
19 net, non etiam tenet adiectio pœnæ l. 3. in prin. ff. de arbitr. ſ. quandò principalis diſpoſitio non tenet, quia eſt contrà legem, vt traditur in l. non dubium C. de legibus, maximè quandò pœna eſt quid extrinſecum ab ipſo cõtractu, vt tradit Dec. conſ. 265. in fin. & non eſt dubium, quin in caſu noſtro propriè ſit pœna, cum quis patitur onera pro re, quę ſibi aboſt, glo. in §. rei perſequendæ, in verbo, conducto, Inſtitu. de ac. & Ang. Arc. in §. pœnales, eo. tit. & caſum noſtrum ſimis decidit Bal. conſ. 432. incip. caſus, quidam vocatus Ruf-fuſus in 3. vol.

Non obſtant adducta in contrarium, negatur enim, quòd
20 illa ratio ne alios contingat prægrauari, ſit bona in hoc pro-poſito, vt latè dictum fuit ſupra in ſexta concluſione, & ne-gatur, quòd in hoc caſu licuerit ſtatuentibus ligare ſuos ſubditos, cum res tendat contra libertatē eccleſiaſticā, quia in effectu prohibetur alienatio in Eccleſiam, timore pœnæ adiectæ, & non eſt verum, quod ratio huius ſtatuti non ſit principaliter contra Eccleſiam, eſt quidem verum, quòd eſt contra Eccleſiam per indirectum, ſed tamen eſt contrà eam ex intentione principali ſtatuentium, ratio enim, & intentio ſtatuti eſt, quòd ſi Eccleſia, vel alia perſona priuilegiata habe-ret ea bona, ipſi laici quotidie magis grauarentur, ideo ne talis grauamen contingat, conatur ſtatutum omnibus modis prouidere, ne alienatio fiat, ergo ſtatutum principaliter con-ſiderat Eccleſiam, & omnes perſonas priuilegiatas: & licèt non principaliter moueatur in odium, & damnum Eccleſię, & aliorũ priuilegiatorum, ſed moueatur ad bonum finem, ſcilicet vt laici minus grauentur, hoc tamen nõ ſufficit, quia vt dictum fuit ſupra in ſexta concluſione, hæc ratio eſt com-

muniter

muniter reprobata, & meritò, quia etiam aderat ipſa ratio eo tempore, quo erant legum latores, & tamen ea non obſtante, conceſſerunt immunitatem Eccleſiæ in præiudicium laicorũ: opus eſt igitur, quòd laici æquo animo, velint, nolintue, immunitatẽ iſtam eccleſiaſticorum patiantur, cum ſemel fuerit conceſſa pro bonis acquiſitis, & acquirendis d. c. 1. de immu. Eccle. in 6. & d. authen. item nulla C. de epiſc. & cleri. quæ tamen introducta fuit bonis rationibus, vt ſuprà demonſtratum fuit, & quæ etiam nullam affert iniquitatem laicis, nam ſi eorum territorium, ſeu patrimonium minuit propter perſonas priuilegiatas, impetrent à Principe ſuo ſæculari, vt minuat eis æſtimum, & minuantur onera, vt dixi in ſexta concluſione: & ſi Princeps id non faciat, facit iniu-
21 ſtitiam, & iniuſtitiã Principis reputatur caſus fortuitus, præter omnem opinionem contingens, l. Lucius ff. de euic. vt tradit Alex. conſ. 57. col. 2. in 1. vol. ſicut & ſententia iniuſta cuiuſcunq; iudicis, cẽſetur caſus fortuitus Bart. in l. ſi per imprudentiam ff. de euic. Deci. conſ. 7. in prin. ergo patiẽter eſt talis caſus tolerandus: vel ſi onera contingentia ſũt adeò, exceſſiua, vt nullum habeant modum, neq; ordinem, veluti ſunt deprædationes, & deuaſtationes militum, & facultates laicorum non ſufficiant, tunc tenetur quidem Eccleſia, ſed conſultis prius ſuis eccleſiaſticis Principibus, vt dictum ſupra fuit in prima concluſione: quòd ſi perſonæ ipſæ eccleſiaſticæ recuſant accedere ad ſuos Principes, & tali rei prouidere, tunc ad illos Principes accedant ipſi laici, & eis veritatem facti, & iuris exponant, vt tradit Abb. in d. c. non minus,
22 col. fin. de immu. Eccle. Et vt dictum fuit ſupra in 5. q. ſtatu-
h tum laicorum comprehendit aliquando perſonas eccleſiaſticas per indirectum, quando interueniunt duo, quinimò tria, vel quatuor copulatiuè: primò, quòd cauſa, ſeu ratio ſtatuti ſit æqua, & bona, tam reſpectu clericorum, quã laicorum: ſecundò quod tractetur de modico præiudicio, quia .ſ. id, quod à ſtatuto requiritur, facilè poſſit adimpleri: tertiò quòd principalis, & immediata, & finalis intentio ſtatuti euidenter tendat ad alium finem, quàm ad præiudicium clericorum:

corum: quartò quòd præiudicium illud, quod clericis reſul-
tat, reducatur ad caſus particulares, non autem ſi cõtineat
generale aliquod impedimentum: videtur etiã requiri quin-
tum .ſ. quòd tale ſtatutum diſponat de re, quæ ſoleat perti-
nere ad laicos, vt ſunt contractus, non autem de re ſpiritua-
li, vt per Cardinal. vbi ſupra, vt patet in exemplis ibi remiſſi-
uè adductis, quæ omnia ſunt multùm remota à caſu noſtro,
si benè conſiderentur.

Non etiam obſtat, quòd in contrarium adducebatur de
tex. in authen. ſed & periculum, cum deciſione Baldi ibi, nam
reſpondetur quatuor modis: primò quòd illud non poteſt
procedere de iure canonico in perſonis eccleſiaſticis, quia
eſt contra eorum libertatem, cum non ſit veriſsimile, quod
laicus velit eis vendere timore pœnæ, vt modò dictum fuit
circa ſtatutum, ſecundò reſpondetur, quòd eſt contra tex. in
d.c. fin. de immu. Eccle. lib. 6. qui vult, quòd laici poſſint li-
berè in eccleſiaſticos alienare, ergo nullam pœnam merẽtur
l. Grachus C. de adulte. vt etiam ſuprà de ſtatuto dictum fuit;
Tertiò, ſi volumus in hoc inducere differentiam inter ius
Canonicum, & ciuile, poteſt reſponderi, quod ille tex. qui
ſimpliciter loquitur, non comprehendit clericos, quia hoc
eſt cõtrà priuilegia, quæ ipsimet Imperatores Eccleſijs con-
23 ceſſerunt d. authen. item nulla communitas, & facienda eſt
ſemper interpretatio, ne quis videatur tollere, quod ſemel
conceſſit, Dec. conſ. 190. col. fin. & conſ. 239. colu. fin. eſſet
autem contrà priuilegia ipſorum, deducendo, vt ſupra di-
ctum fuit de diſpoſitione ſtatuti, nam ſi laicus in perpetuum
eſſet obligatus ad onera, non eſt veriſimile, quòd vnquã alie-
net in Eccleſiam, &c. Quartò, ſi volumus inducere diffe-
rentiam inter ius ciuile, & canonicum, neque inter laicos, &
clericos, in terminis illius tex. reſpõdetur, quòd tex. ille non
loquitur de collectis, & eiuſmodi oneribus extraordinarijs,
ſed ſolùm de tributis, vt expreſsè conſtat ex verbis tex. & de
tributis loquitur totus ille titulus, & titulus præcedens, vt de-
clarat Odoffred. in rubr. vtriuſq; tituli, vnde non benè infer-
24 tur ad collectas reſpectu clericorum, & ratio differentiæ eſt,

quia

quia ad tributa, & publicas penſitationes, de quibus loquitur ille tex. tenentur etiam clerici, vt eſt tex. in l. de his, C. de Epiſcopis, & clericis, qui nõ eſt correctus, vt ibi tradũt Bar. & Salic. & alij, ideoque cum tex. in d. authen. ſed periculum, facit mentionem de perſona minùs idonea, non poteſt intelligi de clericis, quia ipſi in hoc propoſito ſunt idonei, ergo ille tex. malè per Bal. trahitur ad clericos in propoſito collectarum. nec dicatur, quod licèt tex. loquatur de tributis, & de alijs perſonis, præter clericos, poteſt tamen trahi à paritate rationis ad collectas in perſona clericorum, qui eo reſpectu cenſentur minus idonei, quia ad eas non tenentur, replicabitur
K enim ſemper quod talis extenſio eſt contra libertatem eccleſiaſticam, nam ſi laicus in perpetuũ tenebitur ad opera, non eſt veriſimile, quod alienet in clericos, &c. Et hæc reſpõſio non coincidit cum prima, quia illa corrigit textum, iſta verò eum reſtringit, vt ſolùm procedat in terminis ſuis, .i. in tributis: apparet igitur, quòd deciſio Baldi ibi non procedit, quia eſt contrà quamlibet ex quatuor ſupradictis reſponſionibus, & Salicet. & Pau. de Caſt. ibi nihil noui adducunt, ſed ſimpliciter referunt Baldum, & tantò minor adhibenda eſt fides Baldo, quia ipſemet contrarium, & meliùs, tenuit in d. conſ. 132. in 3. vol. Et ex his redditur res ſatis clara in fauorem Eccleſiæ; & quando aliqua ſubeſſet dubitatio, eſſet in fauorem Eccleſiæ ſemper pronunciandum, l. ſunt perſonæ, ff. de religioſ.

Sic ſentio, & iudico; Ego Iacobus Mandellus de Alba, publicus legum interpres, ſaluo tamen, &c.

ANNOTATIO.

QVòd verò laicorum prohibitio alienandi bona ſtabilia, aut emphyteuſim in Eccleſiam, & eccleſiaſticos non valeat; Videatur eiuſdem Auctoris allegatum in primo ſuorum conſiliorum volumine, Caſu, apud

 ipſum,

ipſum, centeſimò nonageſimo quarto, folio mihi 210. ſecundùm impreſſionem Venetam, apud Ioa. Baptiſtam Somaſchum de anno 1591. factum fauore Conuentus S. Mariæ Gratiarum Mediolani Ordinis Prædicatorum. Anno 1543.

ADDITIO.

Eruditiſsimi V. I. Conſulti VINCENTII ANNIBALDI VALENTIANI.

In eadem cauſa Eccleſiaſticæ Immunitatis.

a AD *collectas*. Addo etiam ipſum Dominũ meum conſ. 387. nu. 2. cum ſeq. & ad hæc vide latè Hieron. Schurpf, conſ. 6. in cauſa, cuius conſilia ſunt impreſſa poſt conſilia Card. Zabarellæ, vbi latè tradit de hac materia, & quæ ſint communes opiniones: & latè Feli. conſ. 46. pro prædictæ, in 4. dubio, ſub nu. 16. quod eſt conſilium Cepolæ, ibi inſertum inter conſilia Felini, vt ibi dicit nu. 17. & 18. & eſſe communem Doctorum ſententiam ſecundam concluſionem hic traditam per Dominum meum, Iacobum Mandellum de Alba ſupradictum.

b *Libertatem Eccleſiaſticam*. Vide etiam ipſum Dominum meum conſ. 164. nu. 13. vbi dixi. Quibus etiam addo, quòd ſtatuta illa, vel conſuetudines, dicuntur eſſe contra eccleſiaſticam libertatem, quæ veniunt contra priuilegium conceſſum Eccleſiæ vniuerſali à Deo, vel à Papa, vel ab Imperatore, & hæc eſt communis opinio, Clarus lib. 5. ſent. recep. in prac. crim. §. fin. q. 77. col. fin. verſ. facientes; & comunem etiam dicit Dominus meus d. conſ. 164. nu. 13. & quòd nõ valeant ſtatuta contrà libertatem eccleſiaſticã, & quòd ſint excommunicati facientes ea ſeruari, Plot. in l. ſi quandò, nu. 738. & 739. C. Vnde vi. & Clarus vbi ſuprà, & quòd dicantur cõtra

liber-

libertatem eccleſiaſticam, quandò auferunt, aut diminuunt priuilegium conceſſum Eccleſiæ à Papa, aut Principe, addo Craue. de antiq. temp. par. 4. nu. 244. verſ. non obſtat, quòd tale. & ſtatutum laicorũ tendens directò, vel indirectò contra libertatem eccleſiaſticam; eſt nullũ, vel quatenus valeat, poteſt appellari, vel doli exceptione elidi, & ſtatutum de molendinis non cõprehendit molendina Eccleſiæ, & ſtatutum de rebus Eccleſiæ tollendis, vel non liberè vtendis, eſt contra libertatem eccleſiaſticam, ita Bellon. conſ. 43. nu. 1. & 2. Vide Alex. conſ. 210. ſub nu. 11. vol. 2.

c *Opinionem Bart.* Et quòd communis ſit contrà Bar. teſtatur etiam Hieron. Schurpf. in ſupra per me allegato conſ. 6. num. 9. Sed pro Bar. quòd prædia fieri poſſint tributaria, & quomodò ſit declarandus, & quòd tranſeant deinde in Eccleſiam cum tali onere, & quòd hæc ſit communis cõclusio, vide Socin. conſ. 12. ni fallor, vol. 4.

d *Cauſa rationabilis.* Addo etiam ipſum D. meum cõſ. 271. nu. 17. vbi dicit communem opin. & vide, quæ ibi dixi, & D. meum conſ. 387. nu. 11. & quæ ibi etiam dixi. & ad iſta vide, etiam multa per Tiraq. de legib. connub. in fin. in verbo, de ſon. mary. glo. 6. nu. 162. cum ſeq. & ibi etiam nu. 170. ait, quod ſtatuta laicorum communia inter laicos, & clericos, debent obſeruari, quòad omnes & nu. 171. ait, quod vbi ſtatutũ prohibet aliquẽ teſtari, aut contrahere fauore alterius, nunquam cenſetur talis prohibitio remiſſa fauore piæ cauſæ. Sed quòd non ſufficiat rationabilitas ſtatuti, niſi etiam concurrat potentia, vide Capycium deciſ. 132. an in foro, num. 6. & 7. & vide etiam infra, nu. 22. quæ ibi dixit D. meus, & ego etiam ſub lit. h. correlatiua nu. 22.

e *Iam non ſublatum.* Et quòd ſtatuta prohibentia alienari in forenſes, nõ præiudicent libertati eccleſiaſticæ; addo ipſum D. conſ. 460. nu. 5. quòd non preiudicent Eccleſijs Raphal. comen. conſ. 84. in fin. & quòd non comprehendant alienationes in Eccleſias Gemin. in c. fin. de immu. Eccleſ. in ſexto, & quòd nõ ligent, neq; includant clericos, & quòd ſit communis opinio Felin. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, nu. 87. & 89.

de conſtitu. vide tamen ibi Dec. nu. 54. & 55. qui diſtinguit, & declarat. Addo, quòd ſtatutum non cenſetur prohibere clericos, quin poſſint alienare eorum bona patrimonialia in forenſes. Ripa in §. Diui, nu. 83. de lega. 1. & latè Ripa lib. 1. reſpon cap. 2. ſub tit. de legib. vbi etiam, quòd non comprehendit clericos acquirentes, tanquam contra libertatem eccleſiaſticam, & quòd non comprehendat clericos acquirentes, Socin. iun. conſ. l. nu. 13. vol. 2. & quòd non valeat reſpectu eccleſiarum, & piorum locorum, Abb. conſ. 26. col. 2. nu. 2. vol. 1. ſed quòd comprehendat clericos, & Eccleſiam Tiraquell. de retrac. lignag. §. 1. glo. 13. num. 5. & 6. vt ibi videre eſt.

f *Statutum diſponens.* Addo etiam prædictis, quòd ſtatutum de non alienando in forenſem, comprehendat etiam clericos, & Eccleſiam, vt ſcilicet in eos non poſſit etiam fieri alienatio bonorum immobilium, tradit & Tiraq. de legibus connub. in fin. in verbo, de ſon mary. glo. 6. nu. 168. vbi tamen nu. 169. citat multos, qui contrarium tenent. Sed quòd non liget clericos, neque Eccleſias, & quatenus reſultat in eorum præiudicium, quòd nihil valeat, & quòd iſta ſit communis opinio, Clarius lib. 5. ſent. recep. in prac. crim. §. fin. q. 82. in 5. ſtatuto circa alienationes, verſ. Sed quæro nunquid. In contrarium etiam vide Alex. conſ. 22. col. 2. vol. 6. vbi tamen præſupponit veram opinionem, quòd non comprehendat Eccleſiam, & idem Alex. conſ. 211. viſa, nu. 2. in fin. vol. 2. & communem, quòd non comprehendat bona Eccleſiæ, dicit etiam Menoch. conſ. 165. nu. 8.

g *Sit veriſſimile.* Addo ipſum Dominum meum conſ. 224. nu. 9. vbi dixi. & addo etiam Socin. iun. conſ. 3. nu. 24. conſ. 41. nu. 6. conſ. 77. nu. 41. conſ. 83. nu. 17. & conſ. 122. nu. 20. vol. 1. & conſ. 5. nu. 9. & conſ. 13. nu. 9. conſ. 86. nu. 16. & cōſ. 160. nu. 49. vol. 2.

h *Libertatem Eccleſiaſticam.* Et quòd ſtatuta dicantur contra libertatem eccleſiaſticam, quando diſponunt contrà ea, quæ de iure communi, vel in priuilegium, conceſſa ſunt Eccleſijs, vel perſonis eccleſiaſticis, addo etiam Alex. conſ. 18.

vilo

viſo ſtatuto col. 1. verſ. & licèt dicatur, vol. 6. & conſ. 210. ponderatis, ſub nu. 11. verſ. roborantur, vol. 2. & conſ. 209. ſtatutis, ſub nu. 14. verſ. & quòd dictum, & con. 211. colu. 3. eod. vol. 2. & conſ. 17. viſo, nu. 15. vol. 4. & Hieron. Schurpf. conſ. 12. ſuper præmiſſo, nu. 24. cuius Doctoris conſilia, habeo impreſſa poſt consilia Cardinalis Zabarellæ, & ibi etiam nu. 26. idem ait generaliter, quando prohibent eis illud, quòd neque iure diuino, neque iure humano, erat eis prohibitum, & ibi etiam nu. 23. ait, quòd talia ſtatuta ſunt ipſo iure nulla, Addo, quòd dicuntur etiam contra libertatem eccleſiaſticam, quandò ſunt contrà, libertatem Papæ, vel vnius Eccleſiæ tantùm, quia tota Dei Eccleſia offenditur. Gozad. conſ. 101. audio, nu. 19. & quandò auferũt, quod eis de iure communi conceditur Socin. conſ. 56. el. 1. viſo decreto num. 2. vol. 1. & quandò clerici redduntur timidiores. Socin. conſ. 122. nu. 5. in fin. vol. 1. & Maria. Socin. in c. ſi clericus, nu. 11. de foro compet, vbi etiam dicit; quòd non valent ſtatuta illa.

i *Statutum laicorum*. Vide quæ dixi ſuprà ſub num. 8. & addo etiam, quòd clerici, & eccleſiaſticæ perſonæ omnes, gaudere poſſunt beneficio ſtatutorum laicorum, & iſta eſt communis opi. Plot. in l. ſi quando C. vnde vi. nu. 854. in 51. limita. verſ. clerici tamen, vbi ponit etiam duas fallentias. Sed tamen ſtatuta laicorum contra eos, & eorum bona, nõ valent, nec ligant eos, Plot. vbi ſupra, nu. 738. & 739. verſ. ſæculares & poſſunt laici in ſtatuendo, denegare eorũ beneficia Eccleſiæ, id tamen non procedit, quando clericis ſemel beneficiũ, vel priuilegium acquiſitum fuit, Craue. de antiq. temp. par. 4. nu. 243. verſ. præterea quòd Eccleſia, & quòd ſtatutum prohibens vxorem teſtari ſine conſenſu viri, non vendicet ſibi locum in relictis ad pias cauſas, cõmunem dicit Bellon. conſ. 16. nu. 1.

K *De re ſpirituali*. Prædictis etiam addo, quòd licèt ſtatuta Laicorum non ligent clericos, tamen poſſunt laici priuilegia clericis concedere, Deci. conſ. 150. nu. 2. & valet ſtatutum per quod beneficia ſtatutorum clericis denegãtur. Dec. cõſ.

83. nu. 4. & conſ. 275. col. 2. in cauſa, quæ Lucæ, nu. 3. & 5. & ſtatutum laicorum valet in præiudicium Eccleſiæ, in quærendis, & non in quæſitis. Deci. conſ. 269. nu. 9. & conſ. 269. ſub nu. 3. verſ. circa primum, vbi etiam ait, quòd ſtatutum laicorum bono zelo, vt ſibi proſint, & non principaliter vt alijs obſint, valet; licèt reſultet in præiudicium Eccleſiæ in quærendis: & pariter quòd valet ſtatutum laicorum, quod beneficia ſtatutorum non competant clericis, quia augetur de quærendis. Addo, quòd eſt communis concluſio, quòd ſtatuta laicorum fauorabilia habent locum in eccleſiaſticis, etiam ſi ſtatutum ſpecialiter de clericis loquatur. Dec. conſ. 282. viſo puncto, in fi. nu. 8. & ſtatutum laicorum valet in præiudicium Eccleſiæ in conſequentiam, ſed non directò, Dec. conſ. 293. viſo teſtamento, nu. 6. & laici nullam habent poteſtatem ſtatuendi in præiudicium Eccleſiæ, & ſtatuta de ſoluendis gabellis contractuum, vel relictorum, non habent locum in Eccleſia, & in relictis Eccleſiæ, & eſt communis opinio. Dec. conſ. 496. in cauſa domini colu. 1. quia Eccleſia, & bona Eccleſiæ nõ ſubijciuntur ſtatutis laicorum, vt per eum. Item ſtatutis laicorum, quibus clerici quandóque vtuntur, debent ipſi clerici vti eo modo, quo ſtatuta loquuntur. Deci. conſ. 415. viſa, nu. 14. & coguntur illis vti, cum qualitatibus ipſorum ſtatutorum, Deci. conſ. 532. pro vera, nu. 7. hoc tamen benè intelligatur.

1 Contra libertatem. Ad prædicta etiam addo, quòd ſtatuta laicorum non habent locum in pijs cauſis, Hiero. Schurpſ. conſ. 3. præſens, poſt conſilia Card. Zabarellæ, neque extenduntur ad Eccleſias, & clericos, idem conſ. 6. in cauſa, & quando ſtatutum iniecit vinculum ante clericatum, quod liget clericos, & multo fortius bona poſtea peruenta ad Eccleſiam, Cæpola inter conſilia Felini, conſ. 46. in fi. nu. 19. ſcilicet in ſubſcriptione Socini, vt ibi, & quod non ligent perſonas, neque res eccleſiaſticas, etiam quando ſunt in fauorem Eccleſiæ, etiam quando generaliter loquantur, & quòd ſint nulla, Socin. conſ. 56. col. 1. viſo decreto, vol. 1. & conſ. 81. in præſenti, nu. 5. eod. vol. & ſtatutum, quod inſtituimoque ...

non

non regiſtratum præſumatur falſum; ſeruari debet etiam in foro eccleſiaſtico Socin. conſ. 97. abundè, nu. 2. vol. 1. & ibi etiam nu. 3. ait, quòd quando clericus vult vti statuto laicorum pro ſe, tenetur etiã recipere ſtatuta contra ſe, ſiue idem ſtatutum, ſiue etiam aliq, & recipere cum ſuis qualitatibus, & ibi etiam nu. 4. ait, quòd etiam clericis ſpecificè poteſt ſtatutum auxilium ſuum denegare, de quo vltimo tradit etiam Socin. conſ. 122. præſtantiſſimè, nu. 6. diſtinguendo tamen, vt ibi per eum, eod. vol. 1. & an ſtatuta laicorum generaliter loquentia, & fauorabilia, proſint clericis, & eos includant, quòd ſic, & quòd ſit communis opinio, & communiter obſeruata, Socin. conſ. 241. circa primã, nu. 2. vol. 2. vbi etiam col. 2. ponit diſtinctionem, an ſtatuta iniecerint vinculum ante clericatum, an poſt, & col. 3. ponit quando iniecit vinculum antè clericatum, & antequam res tranſeat in Eccleſiam, Socin. conſ. 45. ſupponitur, nu. 1. & 2. vol. 3. vbi etiã in verſ. tertia concluſio, ait, quòd ſtatutum ligat, quando eſt honeſtum, & generaliter loquitur, nec eſt contrà priuilegia conceſſa Eccleſijs, ſed eſt æquum, & rationabile, & non præiudiciale Eccleſijs, immò aliquando poteſt eſſe vtile. Item ſtatutum laicorum non ligat perſonas eccleſiaſticas, etiam in iudicio, & ſic quando contenditur cum eis, Soci. conſ. 49. in cauſa epiſcopi, ſubanni. & nu. 2. vol. 3. Et quod ſtatutum liget, quando iniecit vinculum ante clericatum, & fortiùs, quando eſt iniectum rei, Soc. conſ. 12. ni fallor. num. 7. & 8. vol. 4. Vincentius Annibaldus

APPENDIX.

In eadem cauſa Eccleſiaſticæ Immunitatis.

ARGVMENTVM.

An lege, & ſtatuto Principis laici propria tantùm authoritate condito ad bonum publicum, cuius Eccleſiaſtici participes ſint, ipſi ligari, & cogi poſſint.

Fre-

FRequens, & mordica diſputatio eſt inter vtriuſq; iuris ſcriptores; An Eccleſia, eccleſiaſticiuè ob imminentem neceſſitatem, & publicum commodum,& bonum ligari poſſint,& debeant laicorum Principum legibus, & ſtatutis; perplurimis, nec vulgaribus, affirmatiuam partem profitentibus, putà quòd vbicunq; agatur de communi, & publico commodo,& vtilitate,tàm clericorum, quàm laicorum, imò vtriorumq; ſimul permixtim,cuius Eccleſiaſtici participes ſint, & fiant, teneantur & ipſi eadem lege, qua laici ad contribuendum, inter quos eſt Ancharan. in c.non minus, nu. 8. de immunit. Eccleſ. per hæc verba: Et aduertendum, quia ex prædictis, quæ proximè tetigi, poſſet dari generalis doctrina,quòd vbicunque tractatur de communi vtilitate clericorum, & laicorum ſimul, & permixtim, clerici tenentur contribuere ſimul cum laicis. Idem Ancharan. in cap. 1. de immunit. Eccleſ. lib.6. in verſ. ſed vlterius circa hoc quæro, quid ſi agitur de cōmuni bono clericorum, & laicorum, vtrum clerici contribuere teneantur, & dicit ſe ponere quæſtionē facti. Quædam hoſtilis ſocietas, volens venire ſuper territorium Senarum cauſa comburendi domos, & depopulandi agros, & committēdi alia mala, commune Senarum, vt liberaret ciues, & omnes à prædictis malis imminentibus, conuenit cum illis ſoluere magnam quantitatem pecuniarum; Dubitatum fuit, vtrum Eccleſiæ, & clerici teneantur contribuere pro ſolido,& libra poſſeſſionum, quas habent, ſicut laici, cum ita fuiſſent paſſi detrimentum in eorum poſſeſſionibus, ſicut cæteri,& ex his, quæ ipſe dixit in d. cap. non minus, conſuluit pro affirmatiuā. Idem Ancharanus in conſ.96. reſpondit, clericos teneri conferre pro impenſa facta ad communem ciuitatis vtilitatem, ne illa ab hoſtibus deprædaretur, & cōbureretur, cum ſolutione huius pecuniæ in ſuis poſſeſſionibus, euitauerint clerici diſpēdia ſimiliter inflīgēda ſicut in rebus,& poſſeſſionibus laicorum, & ideo æquitati, & iuri conuenit, vt impenſæ onus ſentiant,quemadmodum ſenſerunt commodum.

Andr.

Andr. in cap. 1. verſ. illicitas, num. 36. de pace iuram. firmand. dicit, quòd vbicunque vtilitas, vel neceſſitas publica exigit, non ſeruatur immunitas clericis, vel Eccleſiæ, ponit exemplum in portu, pontibus, muris, cuſtodia ciuitatis, aeris ſalubritate, & alijs, & ſequitur Afflict. ibi num. 23.

Couarr. in cap. poſſeſſor, de regul. iur. lib. 6. in 2. par. §. 4. nu. 8. dicit, ſi ob ſtatum Reipublicæ coneniat communitati, maximè ad eius, vel tutelam, vel regimen, quod res quędam in Eccleſiam, aut clericos minimè transferantur, tunc ſtatutum id validum erit, & aduersùs Eccleſiam obtinebit, allegat Cardinal in conſ. 144. & Federic. de Sen. in conſ. 35. & alios, vt ibi per eum.

Purpurat. in conſ. 50. vbi loquens de multis oneribus impoſitis, ſubdit, quòd vbi cauſa communem, & publicam reſpicit vtilitatem, non eſt neceſſaria Summi Pontificis auctoritas, & dicit hanc eſſe veram, & æquam opinionem Iuriſtarum, Canoniſtarum, & Theologorum. idem in conſ. 335. n. 1. Summa Angelica in verb. immunitas, nu. 37. verſ. diſtinguo tamen, Specul. in tit. de cenſib. §. nunc dicendũ, in princ. verſ. item pone, dicit, quod ſi vicinia habet puteum, vel clibanum, vel porticum communem, qui eget purgatione, vel refectione, contribuere debet etiam Eccleſia, nec excuſatur, quia concernunt communem vtilitatem. Idem tenet Ioan. de Turrecrem. in can. placet, 16. quæſt. 1. vbi dicit, quod ille tex. qui eſt etiam in l. placet, C. de ſacroſ. Eccleſ. fuit tranſumptus ex Concilio Calcedonenſi, & per illum tex. probatur, quòd clerici tenentur ad extraordinaria munera, quando vertitur eorum vtilitas, vt quando exercitus per illum locum tranſitum faceret, & ſimilia, idem tenet Cardinal. Zabarella in clemen. 1. de vita, & honeſt. cleric. in 18. quæſt. Lucas de Penna in l. fin. in fin. Cod. de exactor. tribut. lib. 10. ait, quòd clerici tenentur cõtribuere ad excauationem fluminum, & reparationem pontium, & foſſarum ciuitatis, quia communis eſt vtilitas, etiam ipſorum, allegat Archidiaconum idem tenentem in cap. generaliter, §. ad inſtructionem, alias eſt c. ad inſtructionem, 16. q. 1. Collectarius in caduerſus, de immunit.

munit. Eccleſ. dixit, quòd ſi vtilitas communis eſt laicis, & clericis, tenentur clerici contribuere per illum tex. inducēdo illum à contrario ſenſu; Innocent. Ioan. Andr. & Card. Zabarell. in d. cap. non minus, de immunit. Eccleſ. Bertachin. in tract. de gabellis, quæſt. 7. nu. 20.

Hanc eandem opinionem tenet infinitus numerus Iuriſtarum, Bartol. in l. nullus, C. de curſu public. lib. 12. Bald. in tit. de pace Conſtantiæ, nu. 29. loquens de munitione murorum ciuitatis. Alberic. in rubr. ff. de munerib. & honorib. num. 86. Iacob. Butr. in l. ad instructionem, C. de ſacroſanct. Eccleſ. vbi quòd Eccleſia, & clerici tenētur ſoluere gabellam de plauſtris, ſeu curribus, ſi gabella illa conuertitur in reparationem pontium, & viarum, quia totum hoc redundat, etiam in commodum, & vtilitatem Eccleſiæ, & clericorum; Cæpol. tract. de ſeruitutib. cap. de via, numer. 48. Io. de Platea in l. fin. C. de immunit. nemini conced. lib. 11. Andreas de Barulo in l. 1. C. de munerib. patrim. lib. 10. Nicol. de Neap. in c. regni, incip. item ſtatuimus, nu. 96. Omnes DD. in d. l. ad inſtructionem, & in l. ſi ex toto, de leg. 1.

Et conſuluerunt ſecundum hæc principia in diuerſis caſibus, vt Eccleſia, & clerici teneantur, quandò vtilitas eſt communis, Bald. in conſ. 246. incip. Antiqua eſt querela, vol. 3. vbi quòd Eccleſia, & bona clericorum tenentur ad collationem in his, in quibus publicæ, & communi ſaluti, etiam clericorum conſulitur, & in conſ. 312. incip. ſi de iure eod. volu. 3. Alexand. in conſ. 221. viſa facti narratione, & ſtatutis, nu. 2. vol. 2. Pariſ. in conſ. 25. nu. 74. vol. 1. Corn. in conſ. 72. in hac conſultatione, col. 4. verſ. & licèt in Eccleſia, vol. 4. Ripa reſponſ. 1. ſub ti. de munerib. & honorib. vbi probat hanc eſſe communem concluſionem, quod in concernentibus communem vtilitatem, clerici quoque tenentur contribuere. Bertrand. in conſ. 122. incip. ponitur in facto, vol. 1. Dec. in conſ. 14. vol. 1. vbi latiſſimè probat, quòd clerici tenentur contribuere ad ſalaria Doctorum profitētium in gymnaſijs publicis, latius Menoch. in conſ. 800. quòd clerici ligantur legibus, & edictis publicis ſecularium Principum diſponētium

ſuper

ſuper publica annona, & vbertate; idem Menoch. in conſ. 1000. de ead e materia ſcribit Barbat. in conſ. 1. vol. 3. Duen. reg. 100. nu. 12. Octauianus Vulpellius in tracta. de libertate Eccleſiaſt. par. 2. num. 30. Petrus Auendanus in tract de exequendis mandatis Regum, par. 1. cap. 14. num. 30. Meſſias ſuper pragmatica panis, concluſ. 5. nu. 43. Ignatius Lopez in additionibus ad practicam criminalem Diaz, ſuper cap. 55. verſ. ſed vt liberè dicam, Fol. 94. Vaſq. de ſucceſſ. creatione, lib. 1. §. 10. nu. 648. verſ. & Hiſpaniæ vſu venit, vbi quòd leges pro bono publico latæ, etiam à Principe ſæculari, obligant clericos, non ſecus, quam laicos. Remigius de Gonis in tract. de charitatiuo ſubſidio, quæſt. 62. nu. 36. & ita fuiſſe ſæpiſſimè deciſum in diuerſis tribunalibus totius orbis, Cacher. in deciſ. Pedemont. 181. Franch. in deciſ. Neapolit. 9. num. 3. Guido Pap. in deciſ. Gratianopolit. 7. vbi quòd ſic obſeruat ſtylus Parlamenti totius Galliæ; & in Hiſpania eſt ad hoc lex partitarum, par. 1. l. 52. ti. 6.

His vt res clariùs dilucidetur denuò, etiam repetendo palpabilem manibus, ſenſibuſq; ipſis patẽtem practicam oculis apertam ſubijciemus, vid. Si Hoſtilis exercitus obſidens ciuitatem, vellet interim ruralia ędificia omnia comburere, arbores excidere, agros depopulare, & quælibet mala in laicorum, & Eccleſiaſticorum bona, & agros vna ſimul, & permixtim committere, nullaq; alia re à tanta vtrorumq; indifferenter bonorum dilapidatione, & depredatione detinere poſſit, niſi ſolutione magnæ quantitatis pecuniarum; nonne tàm clerici, quàm laici ob eorum vtrorumq; permixtum, & cõmune cõmodũ ad ſolutionẽ illarũ pecuniarũ, vnà ſimul ad ratam pro qualitate bonorum ab ipſis poſſeſſorum, & vt dicitur, pro ſolido, & libra tenerentur; cum tàm clerici, quàm laici ex huiuſmodi hoſtiũ dilapidatione damnũ paſſi fuiſſent, niſi per talẽ communẽ omnium ſolutionẽ illud euaſiſſent?

Verùm quia omnes præfati Doctores, & cæteri ab eiſdem allegati, credunt hãc opinionem vtroque iure fundari poſſe; Idcircò videamus, an verum dicant. Mouentur igitur in primis per tex. in cap. peruenit, de immunitat. Eccleſ. vbi ſecundum

dum intellectum Abbatis habetur, tempore magnæ neceſſitatis hominem poſſe ſe excuſare à murorum, ſeu ciuitatis cuſtodia. Ergo ſi clerici ex eo textu tenẽtur impendere onus perſonæ, multò fortiùs onus rerum, quibus præfertur perſona, l. iuſtiſſime, ff. de ædilit. edict. & faciliùs excuſantur clerici à perſonalibus muneribus, quàm à realibus, cum in primis abſtrahantur à diuinis officijs, can. reprehenſibile, 23. q. 8. in ſecundis autem non. Reſpondet Abbas in conſ. 3. vol. 1. vbi latè probat opinionem contrariam, quòd d. c. peruenit, non loquitur de clericis, ſed de hominibus Eccleſiæ, qui gaudent immunit. Eccleſ. cā. Eccleſiarum ſeruos, 12. quæſt. 2. quem intellectum ſequitur Barbat. in d. conſ. 1. ante n. 13. verſ. item, & tertiò, vol. 3.

Secundò mouentur per tex. in l. ad inſtructiones, C. de ſacroſ. Eccleſ. vbi Eccleſia tenetur conferre, & contribuere ad inſtructiones pontium, & viarum. Sed licèt poſſet dici, leges Codicis, tanquam conditas ab Imperatoribus iuriſdictione carentibus in clericos, nullius eſſe virtutis, vel efficaciæ, nec aliquo modo eſſe allegandas, ex his quæ poſt alios congerit Dec. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, à nu. 88. infra, & in cap. quæ in Eccleſiarum, col. 3. de conſtitu. Nec obſtat Bart. in l. cunctos populos, nu. 29. C. de ſumma Trinit. vbi quandò lex Principis ſæcularis eſt æqua, & ex iuſta, & rationabili cauſa procedens, tunc ligat clericos, & eccleſiaſticos, etiamſi auferat eis aliqua ſibi competentia, vt cuilibet, non autẽ in priuilegium: Quia hæc doctrina Bartoli eſt communiter reprobata, vt notant omnes ſcribentes in d. c. Eccleſia San. Mariæ, Abb. in 1. not. Anchar. in 3. notab. Imol. numer. 11. Ant. de Butr. nu. 10. Felin. nu. 18. verſ. ex hoc infert, Dec. nu. 235. Nauar. in conſ. 4. nu. 5. de conſtitut. lib. 1. vbi quòd ſententia Bart. communiter reprobatur, Grammat. deciſ. 100. nu. 9. & omnes ſequuntur doctrinam Hoſtienſ. in cap. fin. de ſolut. & in ſumma in tit. de conſuetudine, § de veritate, Cyn. in l. 2. circa fin. C. quæ ſit longa conſuet. & reprobauit eandem Salyc. in auth. caſſa, & irrita, C. de ſacroſ. Eccleſ. Bald. in c. cum cauſam, de re iudic. Lapus allegat. 106. Calder. in conſ. 11.

tit.

Digitized by Google

tit. de conſtit. & hanc communem reprobationem ſatis claré probat Socin. in conſ. 56. viſo decreto, volu. 1. vbi ſubdit, quòd contra Bart. ipſe conſuluit, & multi DD. Bononienſes, & Peruſini ſe ſubſcripſere; & latiùs firmat in conſ. 14. circa dubia data, vol. 4. & hæc procedunt contra Bart. etiam ſi lex Principis ſecularis eſſet facta ad bonum publicum, quia eius inualiditas dependet ex defectu iuriſdictionis, & poteſtatis, quam non poteſt conferre publicæ vtilitatis ratio, ex his quę congerit Surdus in conſ. 2. vol. 1. & in conſ. 1. vol. 3. & dicemus inferiùs, & ideo concludi poſſet, quod d. l. ad inſtructiones allegari non debet, prout etiam firmat Sum. Angelica ver. immunitas, num. 37. verſ. & ideo dic, quod lex ad inſtructiones.

Tamen ſtrictiùs reſpondēdo dico, quòd d. l. ad inſtructiones, fuit correcta per auth. item nulla communitas, C. de epiſ. & cler. vbi Eccleſiæ, & Eccleſiaſtici facti ſunt immunes ab omni onere impoſito, & imponendo & pro rebus, & poſſeſſionibus ſuis, quæ authen. eſt lex nona Federici Imp. ita ex multis probat Abb. in d. c. non minus, num. 18. prope fin. & probat Caccheran. in d. deciſ. 181. nu. 3. vbi quòd eſt magis communis opinio, d. l. ad inſtructiones, eſſe correctā; & per d. authent. item nulla cōmunitas, Hoſtienſ. correxit opinionem ſuam, quam tenuit in d. c. non minus. in ſumma de immunit. Eccl. §. à quibus, verſ. extraordinaria, vbi dicit, quòd hodie Eccleſię ſunt immunes ab omnibus iſtis oneribus concernentibus ſiue publicam vtilitatem, ſiue priuatam per d. authen. item nulla communitas, & quòd hodie nō procedit ex toto diſpoſitio d. l. ad inſtructiones, & dicit, hanc opinionem teneri per gloſſatores vtriuſq; cenſuræ. Et licèt Ripa in conſ. 1. nu. 5. de muner. & honor. dicat d. l. ad inſtructiones, non eſſe correctam, & hodie etiam teneri Eccleſiaſticos, vigore ipſius, & hanc eſſe magis cōmunem opinionem, idem dicit in tract. de peſte, in cap. de remedijs ad conſeruandam vbertatem, num. 234. Tamen Guid. Pap. in ſing. 409. incip. vtrum lex ad inſtructiones, &c. dicit eſſe correctam ſolùm, quò ad onera impoſita Eccleſiaſticis pro rebus ſuis, ſecus

quò

quò ad onera realia impoſita rebus, & quid ſi intelligeret de oneribus realibus, ideſt, tributis iuxta diſtinctionem Bart. in l. placet, C. de ſacroſ. Eccleſ. quia Eccleſia tenetur ſoluere tributum, c. tributum, 11. q. 1. c. tributa 23. q. 8. Archid. in c. placet, 6. q. 1. ſed de tributis d. l. ad inſtructiones non intelligitur: ergo in toto remanet correcta, & hæc eſt veritas, quæ clarius apparebit in reſolutione ſequentium, & ideo ſuper ea non poteſt fieri fundamentum pro hac opinione.

Tertiò mouentur, quia clerici dicuntur ciues, Bartol. in l. 1. num. 11. ff. ad municip. Item Eccleſia dicitur de corpore ciuitatis, Bald. in cap. 1. de vaſſallo qui arma bellica depoſuit Marſil. in tract. de bannitis, in ver. ciuitate. n. 116. Tiraquel. de primogen. quæſt. 44. nu. 9. latè Surdus in d. conſ. 1. nu. 7. vol. 3. Franciſ. Marc. deciſ. Delphin. 456. nu. 9. par. 2. Ideo ligantur lege communiter lata, quæ ligat omnes ciues, præſertim ſi ob bonum publicum, de quo ipſi etiam clerici, vt ciues participes ſunt. Addo, quòd clerici ſunt diſtrictuales dominorum temporalium, vt eſt caſus in c. fin. de officio deleg. lib. 6. per quem tex. ibi dicit Ioan. Andr. quod appellatione diſtrictualium veniunt clerici, & ita ſi Regi., & ſuis diſtrictualibus conceſſum ſit priuilegium, veniunt clerici, quia Principes ſæculares in multis caſibus poſſunt cogere clericos, vt habetur in c. Principes ſæculi, 23. q. 5. & per hanc rationem ita concludit Roman. in ſing. 446. habeo caſu. Item ad hoc eſt tex. in c. accedens, vt lite non conteſt. Sed pro reſolutione, primò retorquendo, quòd imo clerici non veniũt appellatione populi, per text. in l. placet, C. de epiſc. & cler. vbi tex. dicit: nihil commune habent clerici cum publicis actionibus, vel ad curiam pertinentibus, cuius corpori non ſunt annexi, &c. per quem tex. notatur, quòd clerici nõ ſunt de vniuerſitate laicorum, nec habent vocem in conſilio populi, ſecundum Abb. in d. c. non minus, in fin. allegantem Innoc. in c. delicta, de exceſſ. Prælat. vbi quòd clerici ciuitatis, vel caſtri non poſſunt facere collegium, quia non conſtituit vniuerſitatem, Thom. Parpal. in repet. d. l. placet, Ioan. Maritius in repet. l. vnica, C. quo loco mulier. lib. 10. Item

qua-

quatenus eſſent de populo, aut diſtrictu, eſt tamen ſpecialiter prouiſum per Summum Pōtificem ſub anathematis vinculo, vt nulla lex, edictumq; Principis, quo alij afficiuntur ſub quocunque prætextu, etiā publici boni, liget clericos, etiam quatenus eſſent de diſtrictu, vt habetur in c. 1. de immunit. Eccleſ. lib.6. in verſ. etiamſi ipſæ Eccleſiæ, vel perſonæ, vel res huiuſmodi ſint infra illorum diſtrictum, vel territorium conſtitutæ.

Quartò mouentur, quia Principes laici habēt poteſtatem à Deo condendi legem, quę bonum publicum, & communem vtilitatem reſpiciat. D. Thom. in opuſc. de regimine Princip. lib. 1. c. 12. cum alijs congeſtis per Menoch. in d. cōſ. 1000. nu. 27. & per Surd. in d. conſ. 1. nu. 8. vol. 3. & ideo clerici ligantur lege Principis ſæcularis ad communem vtilitatem lata.

Reſponderi poteſt ex eiſdē allegatis DD. Nauar. enim ibid. dicit, quòd lex ciuilis, quantūcunque ob bonum publicum lata, clericos non ligat vi coactiua, ſed cum iuſta eſt, ſuſtinetur per vim decretiuam rationis, & tunc clerici ligantur non ex lege, ſed ex naturali iuſtitia, à qua nemo ſubducitur, quāuis Imp. legem ferenti non ſubijciantur. Eodem modo latiùs reſpondet Purpur. in conſ. 335. num. 2. & 3. & Fortun. Garzias in tract. de vltimo fine, vtriuſq; iuris, illat. 13. num. 158. & plur. ſeq. quem ſequitur Surd. in d. conſ. 1. nu. 31. & pro confirmatione reſponſionis inducit aliqua ſimilia. Ita etiam reſoluit cōſilium incerti auctoris poſt conſ. 1000. Menoch. ſub nu. 10. & ſeq. Quam reſponſionem ipſe Menoch. in d. conſ. 1000. nu. 27. verſ. & præterea ſatis nobis ſufficit, &c. acceptat pro iuriſdictione laicorum, dicens ſufficere ligari clericos ſaltem vi rationis naturalis in lege publicæ vtilitatis comprehenſæ. Sed Menoch. non aduertit, quòd eodem modo ligarentur clerici qualibet alia lege ciuili in iuris corpore comprehenſa, quia nulla lex poteſt eſſe iuſta, & bona, ſicut nulla re vera eſt in corpore iuris, quæ non à naturali lege deriuet. Item maxima eſt differentia, an quis teneatur ex vi legis, an verò teneatur ex vi rationis naturalis, à qua lex de-

riuat, primo enim modo directò tenetur, quia lex ipſa in actum reducta directò cogit; ſecundò verò in ſubſidium, vt ex d.c.non minus, nos etiam affirmamus, ſed hæc actio ſubſidiaria non poteſt coram ſæculari legislatore exerceri,ex defectu iuriſdictionis, alias tenerentur directò, ſed coram eo exercenda eſt, à quo mediante illa naturali ratione habens iuriſdictionem in clericos legem in actu conderet.

Attamen contrariam opinionem, vid. negatiuam, vti veriorem, communiorem, & tutiorem in conſcientia, putà quòd leges Principum laicorum, quamuis ob publicam vtilitatem, & neceſſitatem latæ, nulla ratione obligent Eccleſiam, nec Clericos, toto corde amplexi ſunt Saniores,& inſigniores orbis legum profeſſores, & interpretes; imò ipſimet pro contraria allegati alibi in alijs eorum reſcriptis; quam etiam Sacra Concilia, ac Summorum Pontificum ſancita amplectendam, & tanquam vnicè veram, catholicè tenendam decreuerunt: Hanc profitetur Accurſ.in d.l.ad inſtructiones, in verſ. titulo, qui ſe remittit ad l. fin. in gl. 1. C. de quib. muner. & præſtat. nemini lic. ſe excuſ. lib. 10. qui dicit, illam legem non ligare Eccleſiam. eand. opinionem tenuit gl. in c.generaliter, §. nouarum 10. q.1. quæ dicit,quòd l. ad inſtructiones, reſpectu Eccleſiæ, hodie non tenet; idem tenuit Io. Andr. in quodam ſuo conſilio,vt refert Calder. in conſ.2. col.2. in fin. ſub tit.de cenſib. Idem Io. Andr.in d.c. non minus, col. fin. de immun. Eccl. qui voluit, quòd nulla lex Digeſtorum, aut Codicis, vel Authenticorum potuit in hoc aſtringere clericos, & Eccleſiam, cum Imperator ſuper illis ſtatuere non poſſit, niſi per Papam fuerit approbata,per d.c. Eccl.S.Mariæ,&c. benè quidem,diſt.95. ſed d.leges non ſunt per Papam approbatæ,imò reprobatæ,vt infra dicã; ergo non ligant. idẽ tenet Abb. in d.c.non minus, licèt falsò allegetur pro iuriſdictione laicorum ſub num. 18. vbi videtur confirmare opinionem Pet. de Ancharano,tamen ſi patienter legatur vſq; ad finem, improbat illius opinionem,& contrariam ſequitur,& diffuſius tenet hanc opinionem,pro qua dicit ſe obtinuiſſe in iudicio, in cõſ.3. videtur primò dictum

mona-

monaſterium, vol. 1. & in conſ. 30. caſus ſuper quo, eod. vol. 1. Imol. in clem. vnic. col. fin. de immun. Eccl. Gugliel. Zēhi, & Imol. in clem. 1. de vita, & honeſt. cler. latiſſimè Dec. in d. c. Eccleſia S. Mariæ, & ibi Abb. & Fel. & cæteri, & dicit Summa Sylueſtr. in ver. immunitas, in princ. nu. 12. circà princ. quòd communis opinio Canoniſtarum tenet iſtam partem; vt per DD. in c. fin. de vita, & honeſt. cler. & in clem. præſenti, de cenſib.

Hanc eandem opinionem tenent ferè omnes iuris ciuilis profeſſores. Guglie. de Cun. in d. l. ad inſtructiones, & in l. neminem, C. de ſacroſ. Eccleſ. Bart. in d. l. ad inſtructiones, tenet, quòd Eccleſia, & clerici non tenentur contribuere, niſi eſſet onus reale, vel eſſent prædia tributaria, & in l. placet, C. de ſacroſ. Eccleſ. diſtinctionē poſuit approbatam à Canoniſtis, quòd quædam ſunt munera verè realia, impoſita ipſis prædijs de conſenſu Principis non in fraudem Eccleſiæ, & dicuntur tributa, & ab his Eccleſia nō eſt immunis, etiam de iure Canonico, c. tributum, 11. q. 1. quædam ſunt munera realia, quæ imponuntur perſonis pro rebus, & hæc propriè appellantur collectæ, ad quas Eccleſiæ non tenentur, Iaſ. in l. placet, in 2. lect. C. de ſacroſ. Eccleſ. Corn. in cōſ. 72. col. pen. & fi. vol. 4. Surd. in conſ. 2. vol. 1. & in cōſ. 1. vol. 3. qui ſatis prudenter defendit hanc veritatem, & ibi nu. 30. allegat DD. quòd etiam concurrente bono publico, lex ſæcularis Principis nō ligat clericos, niſi à Pontifice fuerit cōfirmata, Fortun. Garz. in d. tract. de vlt. fi. vtriuſq; iuris, à nu. 158. vſq; ad 168. Vaſq. in d. §. 10. nu. 651. & 658. & in §. 26. nu. 71. Rebuff. in tom. 1. in proem. gloſſ. 1. num. 55. & ſeq. Burſat. in conſ. 200. num. 50.

Et dicit Angel. in conſ. 29. incip. Titius exiſtēs, col. 2. quòd tempore, quo Imp. vt Princeps mūdi triumphauit in Roma, & erat Romanus Imp. & imperabat, atq; diſponebat, etiam in ſpiritualibus, vnde diſpoſuit de Epiſcopis, Abbatibus, & Monachis, & de quampluribus generibus clericorum de facto, omittendo quicquid ſit iuris de hoc, dico quòd hodie diſpoſitio Eccleſiarum, & clericorum, nullo modo ſpectat

 ad

ſtuat, primo enim modo directò tenetur, quia lex ipſa in actum reducta directò cogit; ſecundò verò in ſubſidium, vt ex d.c.non minus, nos etiam affirmamus, ſed hæc actio ſubſidiaria non poteſt coram ſæculari legiſlatore exerceri,ex defectu iuriſdictionis, alias tenerentur directò, ſed coram eo exercenda eſt, à quo mediante illa naturali ratione habens iuriſdictionem in clericos legem in actu conderet.

Attamen contrariam opinionem, vid. negatiuam, vti veriorem, communiorem, & tutiorem in conſcientia, putà quòd leges Principum laicorum, quamuis ob publicam vtilitatem, & neceſſitatem latæ, nulla ratione obligent Eccleſiam, nec Clericos, toto corde amplexi ſunt Saniores,& inſigniores orbis legum profeſſores, & interpretes; imò ipſimet pro contraria allegati alibi in alijs eorum reſcriptis; quam etiam Sacra Concilia, ac Summorum Pontificum ſancita amplectendam, & tanquam vnicè veram, catholicè tenendam decreuerunt; Hanc profitetur Accurſ.in d.l.ad inſtructiones, in verſ. titulo, qui ſe remittit ad l. fin. in gl. 1. C. de quib. muner. & præſtat. nemini lic. ſe excuſ. lib. 10. qui dicit, illam legem non ligare Eccleſiam. eand. opinionem tenuit gl. in c.generaliter, §. nouarum 10. q.1. quæ dicit,quòd l. ad inſtructiones, reſpectu Eccleſiæ, hodie non tenet; idem tenuit Io. Andr. in quodam ſuo conſilio,vt refert Calder. in conſ.2. col.3. in fin. ſub tit.de cenſib. Idem Io. Andr.in d.c. non minus, col. fin. de immun. Eccl. qui voluit, quòd nulla lex Digeſtorum, aut Codicis, vel Authenticorum potuit in hoc aſtringere clericos, & Eccleſiam, cum Imperator ſuper illis ſtatuere non poſſit, niſi per Papam fuerit approbata,per d.c. Eccl.S.Mariæ,&c. benè quidem,diſt.95, ſed d.leges non ſunt per Papam approbatæ,imò reprobatæ,vt infra dicã; ergo non ligant. idẽ tenet Abb. in d.c.non minus, licèt falsò allegetur pro iuriſdictione laicorum ſub num. 18. vbi videtur confirmare opinionem Pet. de Ancharano,tamen ſi patienter legatur vſq; ad finem, improbat illius opinionem,& contrariam ſequitur,& diffuſius tenet hanc opinionem,pro qua dicit ſe obtinuiſſe in iudicio, in cõſ.3. videtur primò dictum

mona-

monaſterium, vol. 1. & in conſ. 30. caſus ſuper quo, eod. vol. 1. Imol. in clem. vnic. col. fin. de immun. Eccl. Guglicl. Zẽhi, & Imol. in clem. 1. de vita, & honeſt. cler. latiſſimè Dec. in d. c. Eccleſia S. Mariæ, & ibi Abb. & Fel. & cæteri, & dicit Summa Sylueſtr. in ver. immunitas, in princ. nu. 12. circà princ. quòd communis opinio Canoniſtarum tenet iſtam partem, vt per DD. in c. fin. de vita, & honeſt. cler. & in clem. præſenti, de cenſib.

Hanc eandem opinionem tenent ferè omnes iuris ciuilis profeſſores. Guglie. de Cun. in d. l. ad inſtructiones, & in l. neminem, C. de ſacroſ. Eccleſ. Bart. in d. l. ad inſtructiones, tenet, quòd Eccleſia, & clerici non tenentur contribuere, niſi eſſet onus reale, vel eſſent prædia tributaria, & in l. placet, C. de ſacroſ. Eccleſ. diſtinctionē poſuit approbatam à Canoniſtis, quòd quædam ſunt munera verè realia, impoſita ipſis prædijs de conſenſu Principis non in fraudem Eccleſiæ, & dicuntur tributa, & ab his Eccleſia nō eſt immunis, etiam de iure Canonico, c. tributum, 11. q. 1. quædam ſunt munera realia, quæ imponuntur perſonis pro rebus, & hæc propriè appellantur collectæ, ad quas Eccleſiæ non tenentur, Iaſ. in l. placet, in 2. lect. C. de ſacroſ. Eccleſ. Corn. in cōſ. 72. col. pen. & fi. vol. 4. Surd. in conſ. 2. vol. 1. & in cōſ. 1. vol. 3. qui ſatis prudenter defendit hanc veritatem, & ibi nu. 30. allegat DD. quòd etiam concurrente bono publico, lex ſæcularis Principis nō ligat clericos, niſi à Pontifice fuerit cōfirmata, Fortun. Garz. in d. tract. de vlt. fi. vtriuſq; iuris, à nu. 158. vſq; ad 168. Vaſq. in d. §. 10. nu. 651. & 658. & in §. 26. nu. 71. Rebuff. in tom. 1. in proœm. gloſſ. 1. num. 55. & ſeq. Burſat. in conſ. 200. num. 50.

Et dicit Angel. in conſ. 29. incip. Titius exiſtēs, col. 2. quòd tempore, quo Imp. vt Princeps mūdi triumphauit in Roma, & erat Romanus Imp. & imperabat, atq; diſponebat, etiam in ſpiritualibus, vnde diſpoſuit de Epiſcopis, Abbatibus, & Monachis, & de quampluribus generibus clericorum de facto, omittendo quicquid ſit iuris de hoc, dico quòd hodie diſpoſitio Eccleſiarum, & clericorum, nullo modo ſpectat

 ad

ad Cœſarem, ſed ad ſolum Papam, d.c.Eccleſia Sanctæ Mariæ.

Fundamentum autem huius opinionis eſt ex defectu poteſtatis, & iuriſdictionis, vt patet ex prædictis. Nec obſtat publica vtilitas, quia ſic quælibet lex, aut ſtatutum ligaret clericos, probatur conſequentia, quia nulla lex, aut ſtatutum valere poteſt, quòd ob publicam vtilitatem conditum nō ſit, vt probatur in c.erit autem lex, diſt.4.& in l.1.& 2.ff.de legib. & latius probat Molin. de iuſt. & iur. diſp.2. col.2.& Garz. in d.tract. de vlt. fin. vtriuſq; iuris, nu.3. & ſeq. Vnde primum, quòd inſpicimus eſt legiſlatoris iuriſdictio, quæ concernit ſubſtantiam legis, ſine qua nulla qualitas conſiderari poteſt, l.nec vllam, §.ſi abſentis, & ibi not. Ang. ff. de petit. hæred. Deinde qualis debeat eſſe lex, Felin. in d.c.Eccleſia S.Mariæ, nu.23.verſ.& dicuntur iuſtæ, Dec. ibi nu.55.verſ.nec obſtat, & in cap. quæ in Eccleſiarum, nu. 7. de conſtitut. Nec ſola vtilitas poteſt ſuſtinere actū, qui nullus eſt ex defectu formæ, & iuriſdictionis, prout in ſimili notant de alienatione rei Eccleſiæ facta ſine ſolemnitatibus Apoſtolicis, vtrum valeat, quantūuis maxima interuenerit Eccleſiæ vtilitas, Geminian. & cæteri in cap.2. de rebus Eccleſ. nō alienand. lib.6. Barbat. poſt alios per eum congeſtos in conſ.41. col.2.vol.4.& in noſtris terminis hoc ſimile applicat, Surdus in d. conſ.1. nu.25. volum.3.ergo nullo modo concludi poteſt, quòd Eccleſia, & clerici ligantur lege Principis ſæcularis, carentis in hoc iuriſdictione, licèt condita fuerit ad publicam vtilitatem, etiam vrgente neceſſitate.

Et hanc veriorem opinionem negatiuam, quod Eccleſia, Eccleſiaſticiuè, neq; etiam ratione præfatæ publicæ vtilitatis, & neceſſitatis cauſa teneantur in ſubſidium laicorum, vi legum, & ſtatutorum Principum ſæcularium, quin magis ſola vi præcepti charitatis, & naturalis legis, quatenus facultates laicorum non ſufficerent ad huiuſmodi onera ſuſtinenda prædicto publico commodo, & communi vtilitate laicali lege, & ſtatuto impoſita, conſurgere arbitror, inter alia, ex verbis tex. in d.cap. non minus de immunit. Eccleſiæ, vbi textus

Con-

Concilij Lateranenſis oſtēdit illa eſſe onera merè laicalia, ac laicorum tantùm, in verſ. Iſti verò onera ſua ferè vniuerſa imponunt Eccleſiæ, &c. quòd itidem ſubindè clariùs idem Concilium huiuſmodi laicorum leges, Eccleſiaſticas perſonas amplectentes, laicis Principibus facere omninò prohibens prolixioribus verbis exarando, ſubdit. *Quo circa ſub anathemati s diſtrictione fieri de cætero talia prohibemus, niſi Epiſcopus, & clericus tantam neceſſitatem, vel vtilitatem aſpexerint, vt abſque vlla exactione, ad releuandas communes vtilitates, vel neceſſitates, vbi laicorum non ſuppetunt facultates, ſubſidia per Eccleſias exiſtimēt conferenda, &c.* Hic igitur textus clarè docet, Eccleſiaſticos in ſubſidium conferre teneri, non ex vi præfatæ legis, vel ſtatuti, ſed ea ratione, quam dixi ſupra, & in reſolutione quartæ rationis pro prima opinione huius quæſiti, atque neceſſitatem, & vtilitatem per Epiſcopum cognoſcendam eſſe.

Nec obſtat reſponſio Ancharani in d. cap. 1. de immunit. Eccleſ. lib. 6. vbi quòd d. cap. non minus, loquitur, quandò laici imponebāt onus clericis de eo, quòd propriè ſpectabat ad laicos, ſecus eſt, ſi onus erat commune laicis, & clericis, quia communiter debet ſpectare onus ad omnes; & ita non obſtat iſte textus. Quia probaui nuper, illum textum tractare de communi vtilitate laicorum, & clericorum, & ita aſſerere hoc eſſe onus laicorum tantùm, & Eccleſiaſticos teneri ad releuandas communes vtilitates, vel neceſſitates, vbi laicorum non ſufficiūt facultates, & ita Epiſcopus ſubſidia per Eccleſias exiſtimet conferenda. Quo caſu Epiſcopus, cui huius actionis ſubſidiariæ cura eſt, poſt Pontificem, prouidere poteſt, & laicos diſtringere, & compellere ad res, & bona ſua vendendum, pro publica vtilitate, vel neceſſitate, vt probat textus in l. fin. §. item Epiſcopi, ff. de munerib. & honorib. & l. 1. vbi gloſſ. C. de Epiſcopal. audient. Ioannes de Platea in l. 1. num. 4. C. vt nemini liceat ab emptione ſpecialiter ſe excuſar. lib. 12. Couar. lib. 3. variarum reſolut. cap. 14. num. 5. in fi.

Et hanc opinionem concludit Ricardi in ſuis quolibetis, quolibeto 2. quæſt. 30. artic. 4. quod ſcilicet, ſi facultates

Communitatis, & laicorum ſufficiunt pro refectione pontium, murorum, viarum, & ſimilium, tunc clerici, & Eccleſiæ non teneantur contribuere, per d. cap. non minus, & c. aduerſus, & ſequuntur Aſteſ. in ſum. lib. 6. tit. 30. artic. 4. col. 3. verſ. ſi verò, & ſequuntur omnes Summiſtæ Summa Raymundina, Piſanella, S. Antonini Archiepiſcopi Florentini, & Syluestrina, in verſ. immunitas. Imò hoc caſu, etiam clerici volentes, & cum Epiſcopi auctoritate, non poſſent tallijs, & collectis ſubueuire laicis, niſi prius conſulto Romano Pontifice, vt d. cap. aduerſus. Niſi eſſet tanta neceſſitas, & pietas, quòd non poſſet ſine ſcandalo, & periculo recurſus haberri ad Summum Pontificem; nam tali caſu ſufficeret deliberatio cleri cum Epiſcopo, vt per Abb. in dict. cap. non minus, col. penult. Summa Angelica in ver. immunitas, nu. 37. prope fin.

Et ita nouiſſimè fuit deciſum per Sanctiſſimũ Dominum Noſtrum Papam Clementem VIII. anno 1600. in cauſa inter clerum, & populum Piſanum, in qua tractabatur coram Illuſtriſſimo Nuntio Florentino de reparando Arni flumine ad communem laicorum, & clericorum vtilitatem, cũ penè omnia clericorum bona erant prope flumen prædictum, & laicis inſtantibus clerum cogi ad contribuendũ iuxta taxam, tandem Beatiſſimus Pontifex decreuit Eccleſias, & Eccleſiaſticos teneri in ſubſidium, & propterea mandauit eidem Illuſtriſſimo Nuntio Florentino, vt diſcuſſis prius bonis laicorum, ſi non ſufficerent, cõdemnaret prædictos Eccleſiaſticos ad contribuendum.

Ex his pluſquam nimis, ac perquam ſuperabũdãter patere arbitror, quid pro quæſiti veritate reſpõdendum, pro æquitate dijudicandum, & pro conſcientiæ ſecuritate tenẽdum, & ſentiendum ſit in hac materia; & quid obiectis prætactis, ac omnibus alijs, & quibuſcũq; quæ conſurgere, & adduci poſſent ad eorum plenariam reſolutionem, pro ſaniori, & ſinceriori veritate reſponderi poſſit, quod ſatis, ſuperq; valde eſſe debet, Saluo tamen, &c.

Ex

Ex Vniuerſitate Complutenſi

Celeberrimi V. I. Conſulti

FELICIANI A SOLIS

In Gymnaſio Complutenſi Iuris Pontificij Primarij Interpretis.

V. I. Conſilium, & Reſponſum Deciſiuum.

Et eſt in appendice commentarij de cenſibus.

ARGVMENTVM.

Bona Eccleſiæ data in emphyteuſim, nullo modo ſubiacent oneribus laicorum.

SVMMARIVM.

1 *Ex doctrina Bartoli conſtituitur, emphyteutam gaudere priuilegio dominij directi.*

2 *Supradicta doctrina Barth. indicatur incerta, & à multis reiecta.*

3 *Multis tamen in cauſis refertur ipſam fuiſſe praxi receptam.*

4 *A Regio prætorio Complutenſi ſæpiùs obtentum fuit, ne coloni bonorum Eccleſiaſticorum decimarentur, nec collectarentur.*

5 *Quòd coloni bonorum eccleſiaſticorum non teneantur ad decimas, & collectas perplures extant ſententiæ.*

6 *Re in cenſum (vt aiunt) emphyteuticum redimibilem conceſſa, cenſuarius non gaudet priuilegio Domini antiqui.*

1 SVB nu. 11. verſ. Prima igitur. Ex hac differentia inter cēſum, & emphyteuſim plures oboriri effectus obſeruant DD. d. num. à me laudati; ipſe verò priuatim animaduerto illā proficiſci vtilitatem cognitione dignam, emphyteutam, nimirum gaudere, ac potiri priuilegio, quo directus dominus ſolebat perfrui pro re in emphyteuſim conceſſa; cenſuarium verò minimè.

Cui obſeruationi argumentum præſtat ſententia Bar. in l. priuatè, C. de excuſat. muner. lib. 10. affirmantis emphyteutam Eccleſiæ immunem, & exemptum eſſe à collectis, quòd etiam cum Bar. ſentiunt ibi Angel. & Platea, Bal. in l. 1. C. de iur. emphyt. col. 1. Iaſ. in Authen. quas actiones nu. 42. verſ. Vide etiam, quod C. de ſacroſ. Eccleſ. Io. de Aniuis conſ. 8. nu. 67. Caſſaneus in cōſuet. Burgūd. Rub. 4. & 6. nu. 6. verſ. Et intellige. Laur. Syluan. conſ. 9. & relatis Alexand. & Petro de Vual. Mar. Ant. Eugē. conſ. 9. Parpal. in l. placet, nu. 16. C. de ſacroſ. Eccleſ. Maur. in l. vnic. C. de mul. & in quo loco, pag. 287. Duennas reg. 100. ampliat. 3.

2 Verùm doctrina Bart. incerta eſt, parumq; ſecuta: quoniam plurimi alij deflexere in cōtrariam ſententiam. Iſernia, inquiam, in cap. 1. in parte plauſtrorum: quæ ſint regalia in vſibus fæud. Ang. cōſ. 206. Fely. in c. Eccleſia S. Mariæ nu. 99. de conſt. Rochus Cur. in c. vlt. de cōſ. ſect. 8. num. 84. Boer. deciſ. 214. nu. 19. & poſt Bar. & Cur. Ripa in tract. de peſte, Rub. de remedijs ad cōſeruā. vbert. nu. 14. Rolād. à Val. referēs Lucam de Pena conſ. 66. nu. 34. vol. 1. Auenda. de exequen. mandatis, lib. 2. cap. 14. nu. 33. affirmans iſtam opinionem vigere in practica, & eſſe tenendam, apertè docent emphyteutam priuilegiati nō gaudere priuilegio eius. Idque magis probat Io. Garc. in tract. de expenſis, & melioratio. cap. 12. numer. 69. & 70. & latiſſimè defendit Aluar. Valaſc. plurimos pro hac opinione referens, illamque communem appellans in tracta. de iure emphyteu. q. 17. à nu. 11. vſque ad num. 16.

3 Verùm quamuis doctrinam Bar. videam deſertam, & authorum numero deſtitutam, pluribus in cauſis deprehendi receptam praxi, quicquid Auēdaṅ, & Valaſ. affirmauerint in contrarium: cōtendente .n. Concilio huius Oppidi Complutēſis onera imponere his, qui ab inſigni Collegio, & toto terrarum orbe celebratiſſimo Diui Illefonſi huius Academiæ, bona acceperunt in emphyteuſim, renitenteq; Collegio, & contradicente, à Regio Pinciano Prætorio fuit ob-
4 tenta executoria, ne bonis Collegio Diui Illefonſi conceſſis in emphyteuſim valeant à Cōcilio huius Oppidi onera collectę, & id genus alia imponi, neque poſſeſſores cogi ad illa ſubeunda.

Ex quo Rector Academiæ excommunicationis mucrone emphyteutica Collegij bona defendit, ac liberat à quacunque impoſitione, idque vidi frequentiſſimè obſeruatum.

Vndè ſæpenumero cōtrouerti expertus ſum, an Moniales Sanctæ Claræ, quæ Summorum Pōtific. Clemētis IV. Sixti IV. Nicolai IV. Bonif. VIII. Bonif. XI. Ioanni XXII. & aliorum cōceſſionibus liberę ſunt, immunes, & exemptæ à decimarum ſolutione ex ſuis prædijs, vt teſtatur Calder. conſ.
5 21. ſub tit. de priuileg. vti habeat eodem priuilegio, quò ad bona laicis cōceſſa in emphyteuſim: & vidi in hac Curia Complutenſi bis, aut ter ſentētia deciſum, & obtētum id priuilegium ad emphyteutica bona extēdi Doctor. n. Ant. Morejon, hæreticæ prauitatis Inquiſitor olim meritiſſimus in diſtrictu Toletano, cùm Vicarij Generalis munere fungeretur in hoc Complutenſi Oppido, in cauſa, & lite Monaſterij Conceptionis Beatiſſ. Virg. Ciuit. Conchē. me patrocinante, hoc ipſum sētētia poſtrema diffiniuit. Cuius viri prudētiam, morum integritatem, iudicij maturitatē, ingenij elegātiam, & ſubtilitatem, firmitatem memoriæ, multiplicē, & variam iuris prudentiæ cognitionem, laborem indefeſſum, & multarū virtutū ornamenta præclara, & illuſtria, nullū penè incredibile orationis genus, nulla dicendi, aut ſcribendi tanta vis humanique copia poterit [illegible] Con-

fer-

ſeruatore huius Academiæ, & à Nuncio Apoſtolico factitatum, obſeruaui quoque.

6 Bartoli tamen ſententiam non poſſe locum habere magis ſentio in re conceſſa in cenſum, quem vulgò appellant, emphyteuticum redimibilem, de quo ſermonem inſtitui lib. 1. cap. 10. nu. 15. & lib. 2. cap. 1. nu. 35. ſi enim Eccleſia, vel perſona priuilegiata domum, agrum, vel vineam concederet in cenſum emphyteuticũ redimibilem, cenſus debitor prædijq; poſſeſſor non gauderet priuilegio, quoniam in hac forma conuentionis nullum dominium remaneret penes Eccleſiam, vel perſonam priuilegiatam, ſed ſolum ius percipiendi penſionem annuam, vt latius proſequor d. cap. 10. nu. 4. & ſeq.

Ex Vniuerſitate Bononienſi.

Celeberrimi V. I. Conſulti ANTONII GLAVARINI BONONIENSIS In Patriæ Gymnaſio II. Horis Veſpertinis Egregij Interpretis.

V. I. Ampliſſimum Conſil. & Reſponſum Deciſiuum.

EPITOME.

Nec Eccleſiaſtici, nec eorum coloni, ſeù quicunq; Eccleſiaſticorum bonorum laboratores collectari vllo modo poſſunt à Principe laico, neq; etiam reſpectù illius partis, ſiue lucri, quod ſupereſt Eccleſiaſtico colono ex opere ſuo, ſoluto prius ære Domini, & deductis expenſis culturæ, ac valore ſubſidij, eiuſq; maſſaritij, ad ſemitum, vt quid omni-

omnino ſæculare, & diuiſum à quocunq; Eccleſiæ iure, eo modo, quo collectantur cęteri artifices, & negotiatores pro mercimonio, & opere ſuo, ſalua eccleſiaſtica Libertate, & immunitate.

SVMMARIVM.

1 *DE iure Diuino introductum eſt, vt perſonæ Eccleſiaſticæ, & earum bona ſint libera à quibuſcunq; tributis decimis, & oneribus.*

2 *Idque procedit etiam de iure canonico.*

3 *Semel Deo ſacratum Sanctum Sanctorum eſt, hoc eſt Sanctiſſimum.*

4 *Bona Eccleſiarum vſibus cæleſtium ſecretorum ſunt dedicata.*

5 *Non ſine Spiritu ſancto, & diuina ratione in teſtamento veteri, Principes infideles libertatem iſtam conceſſerunt Eccleſiæ, & eius bonis.*

6 *Argumentum à Principibus infidelibus ſumi poteſt ad eandem rationem pro Principibus Catholicis.*

7 *Omnes nationes habuerunt in pretio aliquam Religionem, licèt falſam.*

8 *Religio vbi eſt, ibi etiam debent eſſe Sacerdotes.*

9 *Vno de correlatiuis translato, transfertur & alterum.*

10 *Nomen proprium, quòd conuenit immunitati Eccleſiaſt. eſt libertas & quod bona ſint libera.*

11 *Liberum eſt, quòd nulli oneri eſt obnoxium.*

12 *Leges ciuiles afficere non poſſunt bona Eccleſiaſtica ab earum iuriſdictione libera.*

13 *Libertas, ſeu exemptio competens bonis Eccleſiaſticis, realis eſt.*

14 *Libertas, ſeu exemptio realis competens bonis, competit etiam quibuſcunq; colonis, & eſt communis, & vera opinio.*

15 *Prædia indigent cultura ad fructus percipiendos.*

16 *Bona Eccleſiaſtica tenentur ad decimas prædiales.*

17 *Duplici onere coloni Eccleſiaſtici grauari non debent.*

18 *Bona, & res Eccleſiæ libera conſtituta, intelliguntur propter fructus.*

19 *Libertas, & exemptio, ſi reſpicerent ſolam proprietatem, vana eſſent.*

20 *Et hoc, quia proprietas ſine vſufructu inutilis eſt.*

21 *Fructus exempti, intelligi debent de collectis, & ſeparatis à ſolo, quia dum pendent, ſunt pars fundi.*

22 *Si fructus conceſſi per Eccleſiam colonis pro eorum cultura, nõ eſſent liberi, pariter bona Eccleſiæ non eſſent libera.*

23 *Onera, quæ imponuntur, æqualiter imponi debent.*

24 *Onera imponuntur habita ratione ad fructus, licèt proprietati annectantur.*

25 *Sterilia bona non æſtimantur, & alias æſtimata de libro æſtimi delentur.*

26 *Si fructus contingentes colono collectis grauarentur, relatio haberetur ad bona, quæ ſunt in dominio Eccleſiæ, vnde Eccleſia ipſa grauaretur.*

27 *Hoſpitationes militum imponuntur, prout etiam aliæ collectæ, perſonis pro rebus ab ipſis poſſeſſis.*

28 *Coloni Eccleſiarum non habent dominium, aut poſſeſſionem in bonis Eccleſiæ.*

29 *Coloni non ſoluunt onera perſonalia, quando impoſita ſunt perſonis pro rebus, ſi res non habent.*

30 *Clerici pro bonis ſuis non tenentur ad hoſpitationem militum.*

31 *Grammatici, Oratores, Medici, & Philoſophi pro ſuis bonis, non tenentur ad hoſpitationem militum.*

32 *Fructus naſcentes ſingulis annis noui ſunt, & diuerſi quandoque fertiles, quandoque ſteriles.*

33 *Coloni ſæpius migrare ſolent de vna colonia in alteram.*

34 *Hoſpitationes militum plerunq; fiunt, antequam fructus colligantur.*

35 *Concluditur, huiuſmodi imponi non poſſe ſuper fructibus.*

36 *Collecta hoſpitationis militum, quomodo imponatur prædijs ruralibus.*

37 *Item, quomodo perſonis, & dicitur capitatio.*

38 *Hoſpitatio militum, quantum ad caſum noſtrum deberet fieri in domi.*

domibus, quæ ſunt iuris Eccleſiæ.

39 Colonus non habet dominium, vel poſſeſſionem prædij, vel domus, quia poſſidet non ſuo, ſed nomine Eccleſiæ.

40 Si non licet onus imponere ſuper re vniuerſa, ergo nec ſuper parte. Nec alicui licet hoſpitium prætendere in domibus Eccleſ.

41 Minor pars regulatur ſecundum ius, & priuilegium maioris partis.

42 Domus non patitur conſiderationem ſeparationis dominij, & fructuum, ſicut prædia.

43 Colonus grauatus à Principe pro fructibus, ratione colonatus, poteſt repetere à Domino, ſeu ab Eccleſia.

44 Colonus non poteſt appellari fructuarius, ſed ille, qui habet vſufructum, vel fundum in emphyteuſim.

45 Colonus coactus ad hoſpitationes, & collectas repetit ab Eccleſia, & ideò Eccleſia non ſolum per indirectum, ſed ex directò grauatur.

46 Bona Eccleſiaſtica libera ſunt ab hoſpitatione, & collectis laicorum, quandò Eccleſia colere facit proprijs expenſis, & inſtrumentis.

47 Colonus percipit partem fructuum pro ſuis expenſis, quas deberet ſuſtinere Eccleſia.

48 Subrogatum eadem iure cenſeri debet, qua res, in cuius locum ſubrogatur.

49 Pretium ſuccedit loco rei, & è contra.

50 Contractus initus cum colono partiario, eſt ſocietas.

51 Aes alienum, & expenſæ in primis deducuntur de ſocietate, etiam poſt diuiſionem lucri, vel ſocietatis.

52 Colonus grauatus in fructibus, neceſſariò partem grauaminis partitur cum Eccleſia.

53 Impoſſibile eſt, quod omnes perſonæ Eccleſiaſticæ colant, vel coli faciant proprijs famulis, expenſis, & inſtrumentis prædia Eccleſiaſtica.

54 Prædia eccleſiaſtica per proprios ſeruos, & mancipia exculta, non tenentur ad collectas.

55 Omnes Eccleſiæ non poſſunt habere ſeruos, & mancipia.

56 *Non debet eſſe grauior conditio earum Eccleſiarum, quæ nō habent mancipia, & ſeruos, quàm earum quæ habent.*

57 *Serui poſt conuerſionem ad fidem Catholicam de conſuetudine liberi eſſe debent.*

58 *Iniuriæ, & odia non debent proficiſci, vnde iura, & fauores naſcuntur.*

59 *Italia eſt Princeps Prouinciarum.*

60 *Prædia Italica immunia ſunt à tributis.*

61 *Bona Eccleſiarum antequam ad Eccleſiam peruenirent, libera erant.*

62 *Præſcriptio tanti temporis, cuius initij non eſt memoria in contrarium, in agro Cremonenſ. Eccleſiæ bona, & colonos tuetur.*

63 *Facere contra immunitates conceſſas, vel præſcriptas, eſt imponere noua onera, & nouas gabellas.*

64. & 68. *Collectæ, & onera, etiam vrgente neceſſitate, non poſſunt imponi ſuper bonis Eccleſiæ, niſi de conſenſu Epiſcopi, & conſulto Rom. Pont.*

65 *Non eſt credendum Principem imponere collectas, niſi propter publicam vtilitatem, & neceſſitatem.*

66 *Hoſpitatio militum debet fieri in locis, in quibus bellum viget. Neque Prouincia vna in bac, propter aliam debet grauari.*

67 *Onera imponuntur pro vtilitate loci. in quo res eſt ſita.*

69 *Separatorum eſſe ſeparatam rationem, quomodo procedat in caſu noſtro.*

70 *Collecta, quomodo ſolui debeat pro fructu.*

71 *Mercimonia an debeant æſtimari remiſſiuè.*

72 *Mercimonij æſtimatio fit pendente negotiatione, non autem poſt perceptum lucrum.*

73 *Collecta non imponitur ſuper fructibus perceptis, ſed ſuper fundo ad menſuram perticarum.*

74 *In æſtimo pro hoſpitatione militum facto, non ſunt deſcriptæ omnes terræ, ſed tantum rurales.*

75 *Fructus quandoque nō poſſunt conſiderari vti ſeparabiles à ſolo, vt puta in paſcuis, & in habitationibus domorum.*

76 *Caſus fortuiti accidere poſſunt, propter quos fructus non colliguntur.*

77 *Ar-*

77 *Argumentum de decimis ad collectas ineptum eſt.*

78 *Decima eſt onus reale, quòd indifferenter ſoluitur ab omnibus, tam eccleſiaſticis, quàm laicis de iure diuino.*

79 *Fructus, quos percipit colonus, non habent ſeparatam rationem à fundo Eccleſiæ.*

80 *Fructus, quos percipit colonus, habent rationem à contractu initò, cum Eccleſia, & ideò gaudent eodem priuilegio.*

81 *Venditio fructuum per Eccleſiam, vel per colonum, non habent originem à primo contractu locationis, & ideò exempti non ſunt.*

82 *Colonus agit pro fructibus, & Eccleſia pro penſione, ratione contractus.*

83 *Fructus conſiderantur non ſolum, quando ſunt percepti, ſed etiam quando ſeruntur, & coluntur, ſeu curantur.*

84 *Colonus tenetur præſtare ex neceſſitate contractus opera ruſtica ad colligendos fructus.*

85 *Idem iudicium eſt de cohærentibus rei, quòd de ipſa re, etiam ſi res ipſa ſeparetur.*

86 *Fructus pendentes, ſunt pars fundi.*

87 *Eccleſia pluris locaret bona ſua ſine onere coloni, quàm cum onere.*

88 *Colonus pro laboribus, & expenſis percipit medietatem omnium fructuum.*

89 *Medietas fructuum cum aſſignetur colono pro ſuis laboribus, & expenſis, operatur, vt nihil aliud remaneat, pro quo collectari poſſit.*

90 *Fructus non poſſunt cõſiderari vti patrimonium coloni, ſed vti patrimonium Eccleſiæ.*

91 *Super laboribus, & operibus pauperum, nõ cadit iuriſdictio aliqua laicorum.*

92 *Temporalitas conſiderata in fructibus coloni non procedit, cum omnes fructus, etiam Eccleſiæ, ſunt temporales.*

93 *Parpal. conuincitur erraſſe in omnibus partibus ſuæ opinionis.*

94 *Alter non debet pro alterius debito grauari.*

95 *Emens fructus ab Eccleſia, illos non transferens, non ſoluit gabellas.*

96 *Fructus Eccleſiaſtici non ſoluunt gabellas.*

97 *Priuilegia immunitatis ſtrictè ſunt interpretanda.*

98 Beneficium Principis latè eſt interpretandum.
99 Pacta in contractibus habentur loco pretij.
100 Conductio agrorum non dicitur negotiatio.

Domine, qui dixiſti; Ego ſum via, veritas, & vita, non permittas, vt auferatur ab ore meo verbum veritatis, quia in iuditijs tuis ſuper ſperaui.

Antiqua eſt quæſtio inter Iuriſconſultos, an coloni Clericorum, ſeu bonorum Eccleſiaſticorum teneantur ad collectas, quæ imponuntur à Principibus ſæcularibus perſonis pro rebus, quas obtinent. Et hinc oritur alia ſpecialis quæſtio, vtrum dicti coloni tenean- ad hoſpitationem militum pro parte, vt dicunt, colonica in domibus, quę ſunt iuris Eccleſiæ, vel ad contributionem expenſarum, quæ fiunt ratione præſcriptarum hoſpitationum, in qua controuerſia multi quidem multa ſcripſerunt, prout vnuſquiſq; ſtuduit inſeruire cauſæ, vel Principi, aut certè veritati, & iuſtitiæ.

Pro reſolutione igitur huiuſmodi controuerſiæ, iudicio meo, imprimis quærendum eſt, quo iure immunitas competens Eccleſijs, & Eccleſiaſticis perſonis, & eorum bonis introducta fuerit, & quo nomine, ſeu vocabulo nuncupari debeat.

1 Quò ad primum certum eſt, introductum fuiſſe de iure Diuino, vt Eccleſiæ Sacerdotes, & eorum bona plena fruantur libertate à quibuſcunque tributis, & oneribus; legitur .n. Eſdræ 1. cap. 7. Regem Artaxerſem tunc dominantem ſuper Hieruſalem decretum ad fauorem Sacerdotum, aliorumq; Miniſtrorum in hæc verba promulgaſſe, videlicet; vobis quoq; notum facimus de vniuerſis Sacerdotibus, & Leuitis, Cantoribus, Ianitoribus, Nathineis, & Miniſtris domus Dei huius, vt vectigal, tributum, & annonas non habeatis poteſtatem imponendi ſuper eos. Ecce igitur quomodo non ſolum præſeruantur Sacerdotes, & Miniſtri domus Dei, ideſt eorum perſonæ, ſed etiam bona eorum, pro quibus

bus vectigal, tributum, & annona pendi ſolet.

Secundò, idem etiam probatur. Nam ante hæc tempora legitur Geneſ. 49. Pharaonem conſtituiſſe (cum iam vniuerſam terram Aegypti pro traditis cibarijs emiſſet, & ſuo ſubegiſſet Imperio, tributariamq́. reddidiſſet) vt ab vniuerſis cultoribus tributa exigerentur, præterquàm à terris, bonis, & cultoribus Sacerdotum. Per quod apparet, Sacerdotes, & eorũ bona in ſua libertate dimiſiſſe. quòd etiam refertur in c. non minus, de immunit. Eccleſ. extracto ex Concil. Late-
2 ranen. ſub Gregor huius nominis Pontifice IX. cuius verba hæc ſunt. Ille quidem (ſcilicet Pharaó) qui diuinæ legis notitiam nõ habebat omnibus alijs ſeruituti ſubiectis, Sacerdotes, & eorum poſſeſſiones in priſtina libertate dimiſit, & eis alimoniam de publico adminiſtrauit, quo termino libertatis vtitur etiam text. Alex. PP. IV. in cap. 1. de immunit. Eccleſiæ, in 6.

Tertiò facit, quòd legitur Leuit. 27. vbi ait Dominus
3 quidquid ſemel fuerit Deo ſacratum, Sanctum Sanctorum erit, hoc eſt ſanctiſſimum, & amplius, ad alios vſus nõ reuocandum, 2. quęſt. 2. c. ſemel Deo, de reg. iur. in 6. l. placet, C.
4 de ſacroſ. Eccl. in qua dicitur bona Eccleſiarum eſſe vſibus cœleſtium ſecretorum dedicata.

Nec obſtat, ſi diceretur ex his auctoribus non probari hãc immunitatem eſſe de iure Diuino, cum Reges illi eſſent Gentiles.

Quia reſpondetur, quòd hæc exceptio non conuenit diſpoſitioni, d. l. placet, quia illa edita fuit ab Imperatorib. Chriſtianis, prout & multæ aliæ leges ad fauorem Eccleſiæ, & eius bonorum pertinentes, & quantùm attinet ad Reges, illos in
5 veteri Teſtamento nominatos, dicimus in hoc apparere eos fuiſſe Spiritu Sancto afflatos ad promulganda illa edicta ad fauorem Sacerdotum, vt in omni genere innoteſceret, Sacerdotum bona eſſe libera, cap. tributum, §. quamuis, 23. q. 8. aliàs ſine particulari ratione, & monitione decreta illa tam pia, & religioſa, perpetuis ſcriptis demandata non fuiſſent, neḱ noſtri Principes Chriſtiani proponerent ſibi exempla

Gentilium imitanda, quos nouiſſent erga religionem benè affectos.

6 Quinimò dici poteſt, ſumi poſſe argumentum de minori ad maius, quòd ſi Reges diuinæ legis expertes hanc libertatem in Sacerdotes, & eorum bona contulerunt, multò magis eandem præſtare debeant Reges Chriſtiani, quaſi quòd eandem liberalitatem lex diuina Chriſtianis præcipiat, vt bona Clericorum libera ſint ab huiuſmodi oneribus, quod ſanè colligitur ex eodem Concil. Lateranen. de quo in alleg. cap. non minus, vbi non ſine myſterio, & huius rei præcipuo argumento recenſetur, Pharaonē legis Diuinæ fuiſſe neſcium, & tamen liberalitatem in Sacerdotes exercuiſſe, quaſi inferri debeat, quòd ſi Diuinæ legis notitiam habuiſſet, multò magis liberalitatis donum præſtitiſſet, prout legimus, Dominum dixiſſe in Euangelio, ſi in viridi, quid in arido? videlicet, quòd ſi Pharao Diuini cultus ignarus talem prærogatiuam exhibuit, quid facere debent diuini cultus profeſſores?

7 Præterea facit, quoniam certum eſt, etiam ex ſola lege Naturæ, nullas vnquam fuiſſe nationes tam barbaras, & indomitas, apud quas non fuerit in ſummo pretio Religio aliqua, licet falſa, atque ideò nefas eſſe exiſtimauerint, Religionem ipſam paruipendere, vnde recitata exempla Artaxerſis,
8 & Pharaonis nos admonent, reuerentiam exhibitam Sacerdotibus cedere in honorem Religionis; nā vbi eſt lex, & Religio, ibi etiam debent eſſe Miniſtri, & Sacerdotes, quoniam huiuſmodi ſunt correlatiua, ita vt tranſlato Sacerdotio, intelligatur etiam lex, & Religio tranſlata, c. tranſlato, cum ibi not. de conſtit.

9 Cum igitur Reges præſcripti liberos eſſe voluerint Sacerdotes, & eorum bona, crediderunt ſine dubio ita conuenire Religioni illi, cui Sacerdotes deſeruiebant, & ſic habemus talem pietatem eſſe de iure Diuino, vt in d. cap. non minus, cap. quamquam, de cenſib. in 6. & idem ſæpius repetit eruditiſſimus vir Card. Alban. eo conſilio, quod edidit ſuper immunitate Eccleſiæ, Petr. de Vbald. in conſil. inſerto

in

in ſuo tract. de collectio. numer. 5. & Abb. in d.cap. non mi-
nus, num. 17.

Secundum cōſiderandum in hac cauſa illud eſt, quo ter-
mino Sacra pagina, & Canones vtantur; dum tractant de
huiuſmodi prærogatiua perſonis, & rebus, ſeu bonis Eccle-
10 ſiaſticis cōpetenti, & inueniemus vti termino valde amplo,
& ſignificanti, videlicet, bona ſint libera, vt d. c. Geneſ. 47.
11 d.c. non minus, & d. c. 1. de immunit. Eccleſ. in 6. vbi dicitur,
Sacerdotes, & eorum bona in priſtina libertate fuiſſe dimiſ-
ſa, & quòd liberum eſt, nulli oneri; aut impedimento obno-
xium eſſe debet, ca. 1. de offic. ord. in 6. verſ. liberè vbi glo.
Archid. & Ioan. Andr. dicentes (liberè) idest ſine alicuius
contradictione, & cap. 1. de regularib. in 6. vbi Io. Andr. &
Gemin. Alex. conſ. 12. lib. 2. & conſ. 96. lib. 5. vbi per plures
auctoritates probat hanc dictionem (liberè) importare ſi-
ne aliqua diminutione.

Siuè igitur dicamus hanc eſſe immunitatem, ſiuè priui-
legium, quòd pleriq; ad hoc propoſitum vſurpant, certum
eſt, propriè, & verè eſſe libertatem competentem de iure Di-
uino perſonis Eccleſiaſticis, & eorum bonis.
12 Secundò, principaliter infertur, quòd quidquid in con-
trarium allegari poſſet ex legibus ciuilibus, quæ fortaſſe
viderentur huic veritati contrariæ, nihil nocere poteſt, ex eo
quòd ſtante hac libertate, quæ de iure Diuino competit, non
poſſumus dicere, quòd perſonas Eccleſiaſticas, aut eorum
bona afficere poſſint, quia Principes ſæculares non habent
iuriſdictionem in perſonas, & bona Eccleſiarum, vt notiſſi-
ma eſt concluſio per omnes Doctores in cap. Eccleſia San-
ctæ Mariæ, & cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. Doct. in
d. l. placet, & d. c. non minus, Bald. in d. l. omnes, colum. 2.
num. 8. poſt Hoſtienſ. & Io. Andr. quos citat, C. ſine cenſu,
vel reliq.

Tertiò, principaliter facit, quoniam etiam aduerſantes
fatentur, bona Eccleſiæ eſſe libera, & exempta, ergo, & eo-
rum coloni, Maſſarij, & fictabiles, quoniam exemptio iſta
13 competens bonis Eccleſiaſticis eſt realis, & ideo compre-

hendit etiam quoſcunq; colonos, & laboratores, vt per Bar. in d.l. placet, in fin. & in l. hi pœnes, C. de Agric. & cenſit. lib. 11. vbi gloſ. in verſ. recepta quam ſequuntur Andr. de Baru. & Ioan. de Plat. idem Bartol. in l. 1. C. de annon. & tribut. vbi etiam Ioan. de Plat. Bald. expreſsè in l. ſi duobus, §. ſi in coeunda, ff. pro ſocio, dicens, quod ſi coloni iſti grauantur, de facto grauantur, non de iure, & in l. 1. C. de epiſc. & Cler. 3. not. Parpal. in d.l. placet, num. 15. dicens, hoc verum eſſe, ſiue coloni ſint perpetui, ſiue temporarij. Ioã. Mau. in repet. l. vnicæ, C. de mulie. & in quo loco, gloſſ. in Clẽ. 1. de decim. in ver. excolendas, vbi Card. nu. 21. Imol. Stepha. & Vital. num. 31. qui aiunt ita fuiſſe concluſum Bononiæ. Barbat. in conſ. 49. lib. 4. Pariſius conſilio 69. nu. 6. lib. primo, Socin. conſ. 297. nu. 5. lib. 2. Siluan. conſ. 9. in fin. & conſ. 32. Alb. conſ. 441. nu. 14. in fin. Decia. conſ. 51. num. 14. lib. 3. Ruin. conſ. 157. lib. 3. Burſat. conſ. 25. lib. primo, Ferrett. cõſ. 102. nu. 13. lib. primo, Grat. conſ. 130. nu. 4. lib. primo, qui comprobat hoc fundamentum pluribus rationibus, tum ratione ſocietatis initæ inter dominum fundi, & colonum; tũ ratione neceſſitatis, qua dominus cogitur ad culturam, ſiue per ſeipſum, ſiue per partiarium, aut nummarium. Tum etiam, quia hæc immunitas potius vocari debet beneficium, quàm priuilegium, cui conſ. Grat. ſe ſubſcripſerunt Alciat. Saluiol. Bero. & Auguſt. Iannettus; hoc etiam firmat Abb. in c. ex parte, de decim. Bertach. in tract. de gabell. par. 7. nu. 16. Aegyd. Thomat. de collect. §. videndum, nu. 8. Nicol. Feſtas de Aeſtimo, num. 50. Duen. de reg. iur. reg. 100. ampliat. 2. Rot. deciſ. 5. alias 363. de priuileg. in antiq; Olaſch. deciſ. 83. qui multos alios allegat, Rota in vna Caurien. coram Cantuccio deciſ. 26. nu. 6. par. 2. Ita quòd negari non poſſit

14 quin hæc ſit communiſſima opinio. Et ratio deciſionis eſt, quia immunitas conceſſa prædijs, cenſetur etiam conceſſa

15 eorum colonis; aliàs immunitas eſſet ſuperflua; quia prędia indigent cultura pro fructibus inde percipiendis, vt per Pariſ. d. conſ. 68.

Quartò, ad hanc rem facit, quia prædia Eccleſiaſtica, & eorum

eorum coloni tenentur ad Decimas prædiales verſus Paro-
16 chias, in quorum confinibus ſita ſunt prædia, quia eſt onus
reale, quod imponitur ſuper ipſis fructibus, toto tit. de De-
cim. Adeoque etiam ſi quis eſſet priuilegiatus de non ſol-
uendis Decimis, ſi conduceret bona à laicis, teneretur ſolue-
re Decimas pro fructibus perceptis ex bonis conductis, cap.
dilecti filij, de Decim. Qua propter ſi coloni bonorum Ec-
cleſiaſticorum tenerentur ad onera collectarum, & ad ho-
17 ſpitationes militum, duplici, imò triplici onere pro eadem
cauſa afficerentur: primò, pro laboribus, operibus, expēſis,
ſeminibus, & alijs inſtrumentis, quæ neceſſaria ſunt ad cul-
turam. Secundò, pro dictis Decimis. Tertiò, pro collectis
hoſpitationis militum, quòd licere non debet, l. vxorem, §. in
teſtamento, ff. de leg. 3. vbi Bart. & alij l. honorem ſuſtinen-
ti, cum gloſſ. ff. de muner. & honor. glo. in l. 1. Cod. de mu-
lier. & in quo loco Bart. in l. priuatè, Cod. de excuſat. mu-
ner. lib. 10. Alexand. ad Bar. in l. neq; ſtipendium, ff. de im-
pen. in rebus dot. fac. Petr. de Vbald. d. conſ. 2. poſt tract. de
collect. nu. 4. Natta d. conſ. 409. nu. 6.

Quintò, conſiderandum eſt, quomodo ſacri Canones, &
18 leges ciuiles intelligantur, dum diſponunt res, & bona Ec-
cleſiarum eſſe libera: & certè principalis, & vera intentio
eſt, vt ſint libera, & immunia in fructibus, qui exinde perci-
19 piuntur: ſi enim libertas iſta deberet referri ad ſolam pro-
prietatem, & ſuperficiem, non autem ad fructus vana eſſet
libertas, eo quòd proprietas ſeparata ab vſufructu inutilis
20 eſt, l. 3. §. ne autem, ff. de vſufruct. & quemadm. & Inſtit.
de vſufru. in princ. ſi ergo volumus dicere iſto caſu bono-
rum appellatione intelligi (prout neceſſe eſt) etiam fructus
21 collectos, & perceptos, non autem pendentes, quia dum
pendēt, dicuntur pars fundi, leg. fructus, ff. de rei vendicat.
de neceſſitate ſequeretur, quod etiam coloni, quibus ratio-
22 ne culturæ Eccleſia concedit partem fructuum, etiam ipſi
ſint immunes, & exempti ab huiuſmodi oneribus, aliàs bona
Eccleſiæ non eſſent libera.

Sextò, etiam conſiderandum eſt dignum eſſe, vt in impo-

23 ſitione onerum plura conſiderentur. Primò, vt æqualiter
24 imponantur, l.forma, ff. de cenſibus, l. pen. C. de immunit. nem. conced. lib. 10. Innoc. in c. grauamen, de ſentẽt. ex- com. Pet. de Peruſ. d. tract. de collect. nu. 8. Secundò, quod collecta imponatur, ſecundùm æſtimationem fructuum, qui ex bonis percipiuntur, non autem iuxta proprietatẽ nudam, licèt ſuper ipſa proprietate imponantur, quæ ponitur, & de- ſcribitur in æſtimo in perſona domini, non autem coloni, &
25 ideo bona ſterilia non æſtimantur, imo aliàs æſtimata, dum eſſent fructuoſa, de libro æſtimi delentur, l. ſi pendentes, §. ſi quid cloacarij, ff. de vſuf. glo. in l. ſi fundus, ff. de impen. in reb. dot. fact. Bald. in l. ad inſtructionem, C. de ſacroſ. Eccleſ. & in auth. defuncto, C. ad Tertul. Imol. in l. apud Iulianum, §. hæres, ff. de leg. primo, tex. eſt in l. qui ſimili, ff. de ceſſ. bo- norum, Alba. d. conſ. nu. 45. Tertiò, quod modus iſte æſti- mandi principaliter attendi debet, vbi agitur de oneribus
26 imponendis. Sed ſi pars coloni æſtimaretur, talis æſtimatio relationem haberet ad bona, & fructus Eccleſię, quæ habet dominium in fundo, ergo non poteſt dici, quòd talis æſtima- tio in fundo Eccleſię fiat pro parte coloni tantùm, nõ autem pro parte ipſius Eccleſiæ, cum tota æſtimatio referatur ad ipſam Eccleſiam.

Septimò, principaliter facit, quia aut volumus, quòd col-
27 lectæ iſtæ, & hoſpitationes militum imponantur perſonis pro rebus, prout reuera imponuntur ad ſimilitudinem alia- rum collectarum, l. libertis, §. ſola, ff. ad municipal. vbi Bar. l. cum neque, C. de incol. lib. 10. glo. in l. 2. C. de Annon. & tribut. lib. 10. l. munerum, §. patrimoniorum, & l. reſcripto, §. fin. de muner. & honor. gloſ. in rub. de muner. patrim.
28 lib. 10. Alexan. conſ. 68. lib. 2. in princ. & tunc coloni Eccle- ſiarum non tenebuntur, quia bonorum præſcriptorum, nec poſſeſſionem, nec dominium habent, authen. item nulla communitas, & l. de his, C. de Epiſc. & Cleric. aut volumus, quod ſit onus perſonale, & tunc nullo modo Clerici, vel eo-
29 rum coloni tenebuntur ad huiuſmodi hoſpitationes mili- tum, l. prima, C. de Epiſcop. & Clerici, & c. iuxta, 16. quæſt.

prima,

Digitized by Google

prima, vbi etiam gloſ. Ripa reſponſ. 20. de reſcrip. num. 3.
30 vbi decidit Clericos non teneri ad hoſpitationem militum nedum ratione bonorum Eccleſiæ, ſed nec etiam patrimonialium.

31 Quòd etiam confirmatur, quia ſi Grammatici, Oratores, Medici, & Philoſophi non grauantur onere hoſpitationum, quòd intelligitur etiam pro prædijs, quæ poſſident, vt l. fin. §. fin. ff. de muner. & honor. multò minus teneri debent Clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ, quandoquidem eorum officium eſt ſeruire Deo omnipotenti authori, & largitori bonorum omnium in ſalutem animarum, pro quibus nulla poteſt commutatio dari, iuxta illud Euangelicum. Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mūdum lucretur, animæ verò ſuę detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua?

32 Octauò, arguitur, quoniam fructus omnes naſcentes ex proprietatib. ſingulis annis, noui ſunt, & diuerſi, quandoq; fertiles, quādoq; ſteriles, l. ſi vſusfructus mihi, ff. de vſufruct. leg. l. prima, ff. de vſufruc. accreſcen. Albá. dicto conſ. 441.
33 nu. 49. & plerunq; euenit, vt coloni migrent de vna colonia in alteram maiorem, vel minorem. Imò plerunq. hoſpita-
34 tiones militum fiunt, antequam fructus colligantur, vt ipſa experientia docet, quæ eſt rerum magiſtra, c. vbi periculum,
35 c. quam ſit. de elect. in 6. Ergo non poteſt ſuſtineri, quòd grauamen iſtud impoſitum ſit pro fructibus, cum ſint incerti in quantitate, & in perſonis, quæ eos colligunt; licèt tenentes contrariam opinionem, dicant, huiuſmodi fructus tranſiuiſſe in dominium coloni, & ideo poſſe Principem ſæcularem colonis ipſis ſubditis pro dictis fructibus hoſpitationis onus imponere: maximè verò, quia huiuſmodi collectæ non euitantur etiam, ſi nihil fructuum perciperetur, eo quod ſuper bonis ipſis non ſuper fructibus imponuntur. vt declarat Alexand. d. conſil. 68. num. 3. ergo verum eſſe non poteſt, quod huiuſmodi collectæ conſiderentur ratione fructuum, & ſic quod coloni poſt perceptionem eorum ad talia onera teneantur.

36 Et pro declaratione præſentis articuli ſciẽdum eſt, duplex eſſe grauamen hoſpitationis: vnum, quòd reſpicit bona, ſcilicet prædia ruralia, ſcilicet, quòd perticæ ducentum quadragin-
37 ta conſtituunt taxam appellatã vnius Equi mortui: alterum, quòd reſpicit perſonas, nulla habita ratione rerum, & capitatio appellatur, Bart. in l. vnica, C. de mulier. & in quo loco Parpal. in d. l. placet, Socin. iunior conſ. 49. lib. 1. numer. 14. iſti enim non poſſident prædia aliqua, ſed duntaxat viuunt, laborando in campis cum propria perſona, & triginta capita hominum conſtituunt taſſam, appellatam vnius Equi viui, ita vt vnus homo, ſiue vnum caput computetur pro octo perticis terræ, & triginta capita, ſiuè triginta homines computentur pro perticis ducentum quadraginta.

Stante igitur hac veritate, hoſpitatio militum nullo modo poteſt adaptari ad colonos Eccleſiæ. Neque ratione fructuum, quia grauamen non eſt impoſitum fructibus, vt ſupra dictum eſt, ſed perſonis, ratione prædiorum, quod patet, quia ad conſtituendum vnum Equum mortuum, habetur reſpectus ad quantitatem, & numerum perticarum; non autem ad quantitatem fructuum, vt etiam cõſiderant Doct. maximè Grat. dicto conſil. ſiue reſp. 130. lib. 1. & Roland. à Val. conſ. 66. numer. 15. lib. 1. ſed prædia Eccleſiaſtica non poſſidentur à colonis, vt infra patebit, ergo, &c. neque ratione perſonarum, quia Magiſtratus ſæculares contendunt dictum grauamen imponi ratione fructuum perceptorum per dictos colonos, quod non verificatur habita ratione ad ſolam perſonam, quæ pacta mercede dietim laborat in campis, nulla habita participatione fructuum.

38 Nonò, hoſpitatio militum quantùm ad caſum noſtrum debet fieri in domibus Eccleſiæ detentis ab eius colonis, non
39 autem ab eis poſſeſſis, quia colonus ſibi non poſſidet, ſed domino, l. ſi id, quod, §. & per colonos, & l. qui vniuerſas, §. ſi ego, ff. de acquir. poſſ. Aut igitur prætenſio partis aduerſæ fundatur ſuper vniuerſa re, ſeu habitatione, & iſtud de iure licere non debet; quia in domibus Eccleſiæ nemini licere debet prætendere, ſiue de iure, ſiue de conſuetudine aliquod

hoſpitium, vt not. Butr. in c. 1. de immunit. Eccleſ. num. 2. & Ioan. de Anan. nu. 7. vbi dicunt, gentes armorum non debere poni in domibus Eccleſiarum, & ſubdunt, in aliquibus locis id de facto non ſeruari, ſed malè: Aut non fundatur ſuper vniuerſa re detenta à colono, ſed tantum ſuper octaua parte, vt in publicis edictis ſuper id factis contineri dicitur, & tunc multò minus id licere debet, tum quia vniuerſa re li-
40 bera exiſtente, quælibet illius pars libera eſſe debet, tum quia domus in vniuerſum dicitur poſſideri, aut detineri, non autem per ſingulas res, vel partes, d. l. qui vniuerſas, in princ. & l. eum qui ædes, ff. de vſucapio. ſed ſi domus Eccleſiæ conducta à colono pro ſeptem partibus immunis eſſet ab hoſpitatione militum, octaua verò eſſet obnoxia huic hoſpitationi, diuerſo iure poſſideretur, & reputaretur, quod licere non debet d. l. eum qui ædes, c. cognouimus, in fine 12. q. 2. cap. cum in tua dede dec. gloſ. in c. dilectus, vol. 3. de præben. imò ſi res ipſa conſideretur pro maiori parte, & domus, & fru-
41 ctus ſunt Eccleſiaſtici iuris. Ergo minor pars debebit reputari ſub maiori, & potentiori parte, l. quæritur, ff. de ſtat. homin. quòd procedit nedum in domo, ſed in re qualibet diuiſibili, l. quòd pediculis, §. 1. in ver. (Margaritæ) ff. de aur. & argen. leg. c. quod in dubijs, de conſec. Eccl. vel Altar. Bald. in l. 2. C. communia de leg. Præter id, quòd in detentione
42 domus nulla poteſt conſiderari ſeparatio fructuum à ſolo, ita vt dominium aliquo tempore, vel in aliqua parte poſſit dici eſſe pœnes ipſum colonum. Meritò igitur ceſſat conſideratio hoſpitationis, reſpectu fructuum in domibus Eccleſiæ, & tamē milites hoſpitarentur in dictis domibus, non attenta ratione per aduerſantes allegata. Quæ ratio ſi poſtpoſito affectu pro veritate tantùm conſideretur, procedet etiam ad defenſionem coloni pro fructibus, quos percipit cauſa colonatus. eo quòd ſemper verum erit dicere, quod
43 colonus non poſſidet, ſed detinet, & ideò ſi grauetur à Principe propter fructus perceptos poteſt repetere illos à Domino prædij, prout declarat Alexand. d. conſil. 35. numer. 12. lib. 4. & conſ. 4. lib. 5. allegans l. ſi pendentes, §. ſi quid cloacarij,

carij, ff. de vſufruct. in qua decidit fructuarium teneri ad
44 tales collectas, nuſquam verò inuenimus colonum temporarium nummis, vel proprio labore colentem fructuarium dici; ſed vel habentem vſumfructum, vel perpetuam emphyteuſim, Bald. in l. 1. C. de iure emphy. & latè Alexan. dictis locis, vbi plures alios allegat, maximè verò cum ille, qui non poſſidet, grauari non debeat, §. eos autem, verſ. Nullos, Authen. de collat. l. litibus in fin. C. de agric. & cenſit. & l. 1. Cod. de annon. & tribut. intelligi debeat de poſſidente, cum loquatur in hærede, pœnes quem poſſeſſio, & dominium eſſe debet hæreditatis; prout declarat Thomat. in d. tract. de collect. §. pauperes, num. 21. & Petr. de Vbald. in d. conſil. 2. de collect. numer. 4. vbi loquendo de emphyteuta, qui tenetur ad collectas, probat iſtud per rationem, & dictum præfatæ gloſſ. Ergo neceſſarium erit dicere, quod ſi colonus grauatus repeteret ab Eccleſia collectā ipſā fraudem le-
45 gibus faciendo, per indirectum læderet ius ipſius Eccleſiæ. Sed fraus legi. fieri non debet, vt per Bartol. in d. l. placet, & in l. hi pœnes, & in l. colonos, Cod. de agric. & cenſit. vbi Alexand. addit. ad Bart. Oſaſc. deciſ. 3. num. 83. qui omnes loquuntur in colonis non ſeruis, neque aſcriptitijs, ſed liberis.

Decimò facit, quia tenentes contrariam opinionem non negant bona Eccleſiarum eſſe libera, & immunia à collectis,
46 & ab hoſpitationibus militum, quando perſonæ Eccleſiaſticæ proprijs expenſis coli faciunt ſua prædia, vt per Boſſ. in tit. de Princ. & priuileg. eiuſd. num. 178. quòd pro reſoluto ponit etiam Theſaur. in fin. deciſ. 116. quòd ſi verum eſt, prout eſt veriſſimum, certè nulla ſufficiens ratio diuerſitatis reddi poteſt, cur in hoc caſu Eccleſia non teneatur, & tamen teneatur quando coli faciat per nummarios, vel par-
47 tiarios colonos, qui pro eorum laboribus, & inſtrumentis lucrantur eam partem fructuum, quam Eccleſia tenetur expendere pro expenſis animalium, & famulorum, cum quibus
48 coli faceret ſua prædia: quandoquidem ſubrogatum in locum vnius debet cenſeri eiuſdem iuris, cuius eſt illud, in cuius

ius locum ſubrogatur, l. ſi eum, §. qui iniuriatum, ff. ſi quis cautio, c. Eccleſia, el 1. vt lite pend. Bart. in l. 1. §. hi, quibus, ff. de leg. 3.

Et ſicuti Eccleſia colens ſua prædia proprijs nummis, cum quibus aleret famulos, & iumenta, ac ſemina emere cogeretur, eo caſu non ſuſtineret onus hoſpitationum, ita videtur dici poſſe, ſi prædia colono nummario concederet,
49 quia pretium ſuccedit loco rei, & è contra, l. ſi & rem, ff. de peti. hæred. l. ſi fundum, in princip. ff. de lega. 1. vbi gloſ.

50 Præterea contractus initus cum colono partiario, eſt contractus ſocietatis, vt not. Bart. in l. ſi merces, §. vis maior, ff. loca. quia Eccleſia ponit prædia, colonus verò ſemina, animalia, & operas, vt per Abb. in c. tua nobis, el 2. de decim. Bald. in c. ex litteris, num. 7. de iureiur. & in l. 1. C. pro ſocio, in 7. quæſt. & in ſocietate in primis deducitur æs alienum, & expenſę, quæ communes ſunt vtriq; parti, ante-
51 quam fructus diuidantur, l. fructus, ff. ſol. matr. Imò etiam ſi fructus eſſent diuiſi, adhuc vtraq; pars teneretur æqualiter concurrere ad huiuſmodi onera, l. omne æs alienum, ff. pro
52 ſocio, Bart. in conſ. 156. incip. Cacciarellus. Si igitur colonus teneretur concurrere pro ſua parte, neceſſe eſſet dicere, quòd grauamen iſtud redundaret, etiam in damnum ipſius Eccleſiæ.

53 Quod etiam alia ratione fulciri poteſt; quia impoſſibile eſt, quòd omnes perſonæ Eccleſiaſticæ facultatem habeant coli faciendi proprijs expenſis eorum prædia, diuerſis rationibus. Primò, quia multi ſunt ex Eccleſiaſticis, qui exigua poſſident prædia, in quibus excolendis, ſi proprios habere vellent famulos, animalia, & inſtrumenta, neceſſe eſſet plus expęndere, quàm fructus ipſi importarent. alij verò, prout Monaſteria Monachorum, & Monialium, quæ poſſident amplos fundos, nec poſſunt, nec debent exire de ſuis Monaſterijs, vt ſeruiant agriculturæ. alij præterea, qui curam exerceant animarum, & aſſiduè die, noctuq. diuino cultui inſiſtunt, ac orationes, & preces apud omnipotentem Deum

pro

pro ſalute animarum, ac pro vniuerſo populo Chriſtiano effundunt, quomodo poſſent hæc tam neceſſaria munera derelinquere, & ruri commorari, vt prædia laborare facerent? certè hæc ſunt adeò vrgentia argumenta, vt non ſine pudore videatur ſcriptum diſcrimen iſtud inter eos, qui partiarijs, vel nummarijs colonis laborari curant.

Vndecimò, ad hanc rem confert, quòd ijdem aduerſan-
54 tes fatentur, quòd ſi Eccleſiaſticæ perſonæ habent mãcipia, vel ſeruos, per quos coli faciant agros ſuos, in totum fructus liberi ſunt; & immunes ab ipſis collectis, vt in ca. 2. de foro compet. cum ſimilib. quod & ſi verum ſit, tamen non propterea dicendũ eſt, quod ſi non habeãt mancipia, aut ſeruos bona Eccleſiaſtica minus libera, & immunia eſſe debeant,
55 non enim omnes Eccleſiæ habuerunt talia mancipia, aut ſeruos, ſed illæ tantùm, quæ conſtitutæ ſunt in confinibus infidelium, quibus quaſi de neceſſitate expedit habere ſeruos, quòd ſi aliæ Eccleſiæ, quæ innumeræ ſunt, non habent, nec habere poſſunt ſeruos, cur eis inuidendum eſt, vt magis grauari deberant, quàm aliæ. Maximè verò, quia efficeretur durior conditio ſeruorum, & Eccleſiæ, ſi fortè ſerui
56 effici vellent Chriſtiani, & permanere in agricoltura Eccleſiæ.

57 Tunc enim cum amplius, ſaltem de conſuetudine, in noſtris partibus ſerui eſſe non deberent, aut etiam quouis alio modo libertate donarentur, non deberent eſſe deterioris conditionis, vt per libertatem acquiſitam, vel per fidem Chriſtianam ſuſceptam, eſſent magis oneroſi ſibi ipſis, vel Eccleſiæ, contra pietatem, argum. cap. cum Redemptor, 12.
58 quæſt. 2. Marquar. de Iudæ. par. 3. cap. 5. numer. 9. alias fauor libertatis, & fidei Chriſtianæ conuerteretur in iniuriam contra l. meminerint, C. vnde vi, & l. quòd fauore, Cod. de legibus.

Duodecimò, ad hanc rem facit, quòd & ſi dici poſſet prędia tributaria tranſire cum onere ſuo, etiam ſi transferantur in Eccleſiam, ſicuti nonnulli tenuerunt, quos eruditè redarguit Card. Alban. in dicto ſuo tractatu, ſeu conſilio, quòd
edi-

edidit de immunit. Eccleſ. & Caſtr. in l. 1. C. de Epiſc. & Cleric. quia res translata in priuilegiatum, quandoque nō tranſit cum ſuo onere, ſed vel extinguitur, vel immutatur, l. cum quidam, §. ſi debitores, ff. de vſur. & l. fiſcus, ff. de iure fiſci, idque operatur priuilegium ſucceſſoris, nō auctoris, qui non debet, vel poteſt transferre onus in priuilegiatum, quòd apud ſe erat: attamen quatenus hoc verum eſſet, non debe-
59 ret procedere in prædijs Italiæ, quæ cum ſit Princeps prouinciarum, l. 1. & fi. ff. de cenſib. cum ibi not. eſt libera ab omnibus tributis, ſicuti & alię Ciuitates, quæ donatæ fuerūt
60 iure Italico, Salic. qui dicit hanc eſſe veritatem in l. omnes, C. ſine cenſu, vel reliq. nu. 5. Silueſt. in ver. immunitas, primo, num. 19. verſic. Fateor tamen. Ergo multò magis Eccleſia debet eſſe immunis, & libera ab iſto onere, quòd imponi-
61 tur perſonis, ratione rei, quoniam prædia fuerunt libera antequam peruenirent in Eccleſiam, prout Salic. declarat in d. l. omnes, & Caſtr. in d. l. 1. qui dicit, quòd leges loquentes de tributis fuerūt antequam eſſent Eccleſiæ Chriſtianorum; & ideo ad eas non ſe extendunt.
62 Decimotertio accedat, quod longiſſimo tempore, cuius initij non eſt memoria in contrarium, Eccleſia, & eius coloni ſunt in quaſi poſſeſſione libertatis, & immunitatis in agro Cremonen. adeo quod præſuppoſito ſine veri præiudicio, quod coloni tenerentur ad hoſpitationem militum, tamen ex conſuetudine excuſarentur, vt l. Dominicos, C. de agric. & mancip. dominic. lib. 11. & multò magis, quando prout in caſu noſtro, preſcripſiſſent dictam libertatem, vt per Pariſ. d. conſ. 69. num. 7. lib. 1. qui allegat Bart. & Caſtren. in l. licitatio, §. earum, ff. de publica. Alex. conſ. 30. lib. 5. Corn. conſ. 20. lib. 1. cum ſimilibus, qui etiam dicit, quòd facere contrà
63 immunitates conceſſas, vel præſcriptas nihil aliud eſt, quàm noua onera, & nouas gabellas imponere, quòd nullo modo licet, toto tit. C. noua vectig. impo. non poſſe. & quotannis publicatur in vrbe cōſtitutio Sum. Pontif. in die Cœnæ Domini, per quam ſub pœnis excommunicationis, latæ ſententiæ, populis prohibentur imponi noua vectigalia, & collectæ,

 maxi-

maximè verò ſuper bonis Eccleſiaſticis. Et hæc multò magis procedunt in caſu noſtro, quoniam etiam ſi ex aliqua vrgentiſſima cauſa, Eccleſiæ, & earum coloni deberent concurrere ad contributionem aliquorum onerum, tamen cer-
64 tè à ſe ipſis non poſſent conſentire, niſi conſulto Romano Pontifice, cap. non minus, vbi Anchar. & alij. Salic. in Authen. caſſa, C. de ſacroſan. Eccleſ. Ad idem facit gloſ. in c. placet, 16. quæſt. 1. dicens, collectas huiuſmodi imponi non poſſe Clericis, vel eorum prædijs, niſi compellente Epiſcopo.
65 Decimaquarta ratio eſt, quoniam præſumendum eſt, quòd Princeps non imponat onera ſimilia, niſi ob neceſſitatem, & commodum publicum, vt per glo. in l. 1. §. quòd ſi nemo. ff. quod cuiuſq; quòd in caſu noſtro conſideratur pro arcendis, & debellandis hoſtibus: & ideò ſi Eccleſia ad hoſpitationem militum cogeretur ex eadem ratione poſſet vrgeri ferè ad omnia alia onera imponẽda. quod ſanè iniuſtum
66 eſſet, maximè verò, quando bellum non imminet, aut viget in ea prouincia, in qua decernuntur hoſpitationes militum,
67 vt alijs prouincijs deſeruiant; quandoquidem vulgaris eſt regula, onera debere imponi in loco, vbi res ſita eſt, & pro commodo eiuſdem loci, in quo perſoluit onera, l. formam, §. illam, ff. de muner. & honor. vbi gloſ. & Bart. Et ſi Eccleſiæ, & earum bona tenerentur ad hoſpitationem militum abſolutè,
68 ſine conſenſu Summi Pontificis euenire poſſet, vt ſi fortè bellum eſſet iniuſtum, vel quòd abſurdius eſſet, moueretur contra Eccleſiam, ſequeretur quòd Eccleſia ſubminiſtraret opem, & auxilium contra Summum Pontificem, ita vt nihil magis impium conſiderari poſſit.

Multa alia in hoc propoſito deduci poſſent, quoniam veritas vndique circumſepta eſt validiſſimis propugnaculis, & rationibus, ſed ne Lectores nimis grauentur, ſufficiat pro nunc ſupraſcripta propoſuiſſe. Per quæ quamuis pateat reſponſio ad illa, quæ allegantur in contrarium cumulata per Ant. Theſ. in ſua deciſ. Pedemo. 116. attamen operepretium erit, ſi adhuc ſingulariter reſpondeatur.

Pri-

69 Prima igitur ratio, quæ allegatur contra colonos, ea eſt, quòd ſeparatorũ debet eſſe ſeparata ratio, & ideò collectam impoſitam colonis ratione fructuum ſeparatorum à ſolo, qui tranſeunt in dominium coloni, & ſunt quid temporale,
70 per ipſos ſolui debere, cum pro omni fructu ſoluatur collecta, vt per Alban. conſ.46.nu.7. Rolan. conſ.66. nu.29. lib.1. Crauet.conſ.497. nu.5. lib.3.

Ad quam rationem in primis reſpondetur; allegatum conſil. Alba. non eſſe conſilium ſuum, vel alterius Doctoris, ſed dumtaxat quoddam motiuum, vt ibidem dicit ipſemet Alba. eo quia vertebatur lis, vtrum mercimonia de-
71 berent æſtimari, vnde pro opinione affirmatiua adducebatur æſtimatio fructuũ, licet Alciat. conſuluerit contrarium, vt in eodem libro, conſil.39. poſito ante dictum conſilium allegatum pro conſilio Albæ; & quòd ſit motiuum apparet, quia in fine dicitur. (Reſpondeatur tamen) quæ verba ſolent apponi in fine motiuorum, quæ dantur pro ratione dubitandi.

Secundò, quatenus eſſet conſilium faceret in contrarium,
72 quia loquitur de æſtimatione mercimonij, prout etiam loquitur allegatum conſilium Crauett. quæ æſtimatio fit non poſt perceptum lucrum, ſed dum pẽdet tempus negotiationis; ideò ſi trahatur ratio ad caſum noſtrum, collecta, ſeu onus æſtimabitur ratione bonorum, & tempore fructuum pendentium; quo inſpecto, proculdubio ſunt pars fundi, & & ſic in dominio ipſius Eccleſiæ, vt notiſſimum eſt ex ſupradictis. Ergo, &c.

73 Tertiò, verum non eſt, quod collecta iſta imponatur ſuper fructibus perceptis, ſed imponitur ſuper ipſis bonis ad menſuram, ſeu ad quantitatem perticarum: quòd ex eo apparet, quia in impoſitione taxæ, computantur ducentũ quadraginta perticæ ad conſtituendum vnum equum mortuum, pro quo ad ratam diſtribuitur onus hoſpitationis militum.

74 Quibus etiam additur, quòd pro conſtitutione dictæ taxæ non grauantur indiſtinctè omnes terræ, ſed tantum,

quæ

quæ ſunt ad æſtimum rurale deſcriptæ, quæ conſideratio nullo modo cadere poteſt in prędijs Eccleſię,& ſic verba impoſitionis non conueniunt fructibus; Ergo nec diſpoſitio, l. 4 §. toties, ff de damn. infect.

75 Quin etiam in facto ſæpius euenire poteſt, vt fructus non poſſint conſiderari ſeparati à ſolo, vtputa in prædijs deputatis ad paſcua Pecorum, & in locationibus domorum Eccleſiæ.

76 Præterea poteſt contingere caſus aliquis fortuitus, vtputa grandinis, vredinis, incendij, ſeù malæ culturæ, & ſimilium, propter quos fructus non perciperentur, vt l. ex conducto, §. ſi vis, ff. locat. nihilominus tamen onus eſſet ſubeundum. Ergo non poteſt dici onus iſtud addictum fuiſſe pſis fructibus à ſolo ſeparatis, qui nuſquam leguntur aliquid ſoluere Principi ſæculari, niſi in translatione eorum ad Ciuitatem, vel ad alia loca. In caſu autem deciſio. Theſaur. præſupponitur, onus eſſe impoſitum fructibus, & ſic eſſe onus reale, quale non eſt iſtud, de quo agitur in caſu noſtro.

Minus obſtat conſ. Roland. 66. quia loquitur in colonis
77 bonorum laicalium, non Eccleſiaſticorum, & arguit ineptè de ſolutione decimarum ad collectas, cum omnes teneantur de iure diuino Deo, & Eccleſiæ decimas ſoluere, vt per Re-
78 buf. in tract. de decim. nec ab iſto munere Eccleſiaſtici ipſi eximuntur. Imò ſupra oſtenſum fuit iſtud argũ. facere in contrarium; tum ne coloni Eccleſię duplici onere grauētur; tum etiam, quia munus perſoluendarum decimarũ eſt merè reale ſuper ipſis fructibus; quòd nō eſt in caſu noſtro, quia collecta iſta eſt onus mixtum impoſitum perſonis pro rebus; vt ſupra dictum eſt.

Secundum argumentum, quòd potius eſt ratio primi, eſt quòd ſeparatorum ſeparata eſt ratio, & ideo cum fructus ſeparati ſint à ſolo, non ſunt amplius iuris Eccleſiæ; ideò colonus non debet gaudere immunitate, vt per Federic. de Sen. conſ. 111. quod omnes ad hoc propoſitum deducunt; ſed
79 certè nihil ad rombum facit; Nam in primis negari poteſt, quòd

quod fructus iſti etiam ſeparati à ſolo, habeãt ſeparatam rationem à fundo Eccleſiæ, per conſilium Bald. 31. lib. 1. Statuto Ciuit. Aſten. vbi diſtinguit, quòd aut fructus habent ori-
80 ginem à contractu celebrato cum Eccleſia,& tunc gaudent eodem priuilegio, aut non habent originem à contractu, vt
81 puta,quia Eccleſia,vel colonus vẽdit fructus iam perceptos, vel deducit ad Ciuitatem, & ad alia loca, & tunc non ſunt exempti,& in hoc caſu nos non loquimur,ſed in primo;nam certum eſt, quòd fructus, qui percipiuntur à colono, ſiue partiario, ſiue nummario, percipiuntur principaliter, & originaliter ratione contractus locationis, aut ſocietatis, vt ſupra dictum fuit, & tam Eccleſia contra colonum, quàm co-
82 lonus contra Eccleſiam agit ratione contractus,vt alter alteri præſtet, quod inter eos conuentum eſt, l.ſi tibi,l.ſi quis domum, l. ſi quis fundum,§. Imperator,l.ex conducto,l.ſi merces, §. conductor, & l.quæro,§.inter locatorem,ff.loca.cum ſimilib. Ergo fructus habent rationem perceptionis ex contractu, vt etiam declarat Hier. Gab.cõſ.161. lib.2.& Menoc. latè in conſ.136. nu.14.& 19.lib 2. vbi plures rationes, & auctoritates congerit. Imò etiam fructus non ſolùm conſiderantur, quando iam ſunt percepti, ſed etiam quando ſerun-
83 tur, & coluntur, ſeu curantur,l.diuortio,§. non ſolùm,verſ. Nam, & hic, vbi gloſſa in verb. percipiuntur. vbi etiam Dyn. & Alberic.nu.15.ff.ſolu.matr. & in l.defuncta,ff. de vſufruc.
84 & quemadm. &c. vlterius conductor tenetur ex neceſſitate contractus prǽſtare operã ruſtica, & diligentem culturam ſuis opportunis temporibus. d. l. ſi merces, §. conductor, & d l. quæro, §. inter locatorem, ff. loca. quæ cum ita ſint,quis audebit negare fructus perceptos, à colono non habere originem, & dependentiam immediatam à contractu, & non
85 gaudere eodem priuilegio, quo gaudet Eccleſia? cum idem ſit iudicium de re cohærenti rei Eccleſiaſticæ,quod eſt de re eccleſiaſtica, etiam ſi res cohærens eſſet ſeparata à re Eccleſiaſtica, l. quæ Religionis, ff. de rei vendic. vbi Bald. in ſummario, ſed fructus non poſſunt dici non cohærentes,quan-
86 doquidem adhuc pendentes, cenſeantur pars fundi, l. fru-

ctus, ff. de rei vendica. Ergo, &c.

Secundò facit ad hanc rem, quod ſupra ex communi, & receptiſſima opinione dictum fuit in libertate, & exemptione bonorum venire etiam perceptionem fructuum, quam faciunt coloni, & idem quòd ſi colonus grauatur de facto, repetit ab Eccleſia, ita vt neceſſe ſit fateri grauamen coloni redundare in grauamen Ecclesiæ: ſublato enim iſto onere,
87 quod eſt pecunia æſtimabile, nulli dubium eſt, quin Eccleſia pluris locaret bona, & prædia ſua, l. ſi venditor, ff. de ſer. export. Bald. d. conſil. 31. lib. 1. quem refert Ioan. de Amic. in conſ. 18. quod conſilium nonnulli allegant pro parte contraria. Sed longè diſtat à caſu noſtro, quoniam loquitur in oneribus realibus impoſitis ſuper ipſis fructibus. quòd non eſt in caſu noſtro. Ita loquitur in cauſa mercimonij, & negotiationis.

Ex his patet reſponſum ad consilium Feder. iudicio meo ad hanc rem violenter detortum. Nam Feder. loquitur in caſu ſeparato, vt dicit, quando colonus transfert fructus ad Ciuitatem, in cuius ingreſſu ad portas, quaſi ex tacito contractu coloni cum publicanis ſciens ſoluit gabellam, & hoc eſt quid ſeparatum à contractu locationis, & culturæ, inito cum Eccleſia: nam Ecclesia non locat bona ſua, vt colonus fructus vendat, vel ad aliquem locũ conducat, & iſtud pendet à mera voluntate coloni; nil mirum igitur, ſi hac ratione fortè teneri debet ad ſolutionem gabellæ, aliàs ſi non tranſirent fructus per portas Ciuitatis, Publicanus nihil exigeret. ita concludunt Natt. d. conſ. 409. Aegyd. Thomat. in tract. de collectis, in §. ſi quiſpiam, nu. 9. & Nicol. Feſtas de collect. par. 4. c. 2. nu. 56. dicentes hanc eſſe veram opinionem, & ita ſeruari de conſuetudine; ad quæ conferunt, quæ ponit Eugen. in conſ. 96. ſic intelligens dictum conſilium Federic. qui etiam ſeipſum declarat exemplificando in gabellis, quæ ſoluuntur ad Portas, & exemplum declarat regulam, in quibus terminis loquatur, l. fin. §. cui dulcia, ff. de vino, trit. oleoq; leg. & hæc eſt vera, & rationabilis conſideratio illius argumenti, quod ſeparatorum debet eſſe ſeparata ratio, non autem

tem conſiderando dumtaxat, ſeparationem fructuum à ſolo, quoniam, vt ſæpius dictum eſt, fructus, præſertim colonici. non poſſunt conſiderari pro vera ratione fructuũ, niſi
88 deductis expenſis, & alijs operibus, quæ computantur ad æſtimationem medietatis omnium fructuum in toto agro Cremon. qui percipiuntur ex fundo, ex deductis per Bart. in l. ſi apes, §. item conſtat, ff. de furt. vbi dicit partiarium colonum habere ius in fructibus pro dimidia. per Abb. & Bald. ſupra allegatos, imò & per ipſum Feder. qui in d. conſilio format caſum in colono, qui conducit ad medium. Ergo ſi
89 expenſæ, & opera computantur pro medietate fructuum, quos percipit colonus, nullum lucrum poteſt conſiderari in colono, vel in parte fructuum ſibi contingente, & ſic nulli ſunt fructus, qui collectari poſſint; Quinimò ſæpè euenit; vt medietas fructuum non æquiualeat medietati laborum operum, & expenſarum, quamuis, vt vitam ſuſtentent, ſupponāt ſe fortunæ, & miſericordiæ Dei; vt latè per Oſaſc. dicta decif. 83.
90 Minùs etiam poſſunt conſiderari huiuſmodi fructus vti patrimonium, quia ſunt in patrimonio Eccleſiæ. nec poteſt
91 conſiderari aliqua iuriſdictio laicorum ſuper laboribus, & operibus pauperum, quibus ex neceſſitate ſibi parant alimenta. Neque etiam ex aliqua ſtipulatione, ſeu obligatione coloni, niſi fortè in fœlici aduentu Principis, l. neminem, C. de ſacroſ. Eccleſ. prout etiam declarant Innocen. & Abb. in cap. non minus, de immunit. Eccleſ. & cum caſus iſte ſolus ſit exceptus, ſequitur, regulam eſſe in contrarium.

Illud etiam non eſt prætereundum, quòd exaduerſo deducitur colonos teneri pro fructibus perceptis, quia conſi-
92 ſtunt in temporalitate, quòd quàm abſurdum ſit, hinc colligi poteſt, quia non pro certa quantitate, videlicet octaua cuiuslibet centeſimę teneretur, ſed etiam teneretur pro omnibus fructibus, quin etiam ipſa Eccleſia teneretur, quoniam fructus contingentes Eccleſiæ, non minus conſiſtunt in temporalitate, quàm illi, qui à colonis percipiũtur, & rurſus

 atten-

attenta hac ratione, colonus nummarius teneretur in totum, quòd tamen valde iniquum eſſet.

93 Non obſtat etiam, quòd perperam, dicit Parpal. in d. l. placet, num. 33. quoniam in eadem l. num. 15. tenuit, colonos omninò non teneri, ſiue ſint perpetui, ſiue temporarij, licet d. num. 73. videatur hæſitare, & inclinare in contrariam ſententiã, motus primò dicto conſilio Federic. ad quod ſatis fuit reſponſum ſupra. ſecundò, alia ratione fallaci dicens, quòd ex quo colonis laicorum non poteſt imponi collecta colonica per Dominum temporalem, eam imponi dominis prædiorum, & ſic eximit colonos ab hoc onere, quaſi Princeps non poſſit imponere collectas tam dominis, quàm colonis ſæcularibus, licèt non debeat ſecundùm iuſtitiam, innuens poſteà quòd cum Princeps ſæcularis non poſſit imponere collectam perſonis eccleſiaſticis, poſſit illã imponere

94 re colonis laicis, quod quàm ſit à iuris æquitate alienum, nemo eſt, qui iudicare non poſſit, cum alter pro altero grauari non debeat, l. vnica, C. vt nullus ex Vicar. pro al. Vicario debit. grauetur lib. 11. & l. non debet alteri, ff. de reg. iur. vbi Dec. quòd etiam implicat quandam odij præſumptionem contra Eccleſiam, vt ex eius odio grauentur coloni, quòd ſanè nefas eſt cogitare de bono, & Catholico Principe. Adde etiam, quòd hoc modo Princeps laicus non valens grauare bona eccleſiaſtica, poſſet omnibus oneribus, quibus poteſt grauare laicos, grauare etiam colonos bonorum eccleſiaſticorum, & ſic nedum in octaua parte cuiuslibet centeſimæ, ſed etiam in totum. Apparet igitur, quòd hæc ratio eſt verè parpaleæ, ideſt æqualis paleæ, quæ à vento rapitur, & ad nihilum valet.

Ad ſecundum argum. principale Theſ. quòd emptores fructuum Eccleſiaſticorum tenentur ſoluere gabellas, vt per Archid. in c. fi. ſeu in c. pen. de cẽſib. in 6. Bertachin. de gabell. par. 7. quæſt. 7. ideoque colonos teneri ad collectas pro rata fructuum ſibi contingentium.

Reſpondetur, quòd Doct. illi loquuntur in caſu negotiationis, nec eſt bona illatio ad colonos Eccleſiæ, qui ſunt immu-

immunes in fructibus perceptis. Vt enim dictum eſt, libertas conceſſa bonis Eccleſiæ, cenſetur etiam conceſſa colonis.

Præterea argum. concludit ſuper oneribus, quæ imponuntur pro tranſitu, vel ingreſſu Portarum, quòd pro nunc non diſputamus, an ſcilicet colonus ad tales gabellas teneatur. Et vlterius libenter ſciſcitarer à dicto Theſaur. an ſi emens fructus eccleſiaſticos ab Eccleſia dimitteret præſcriptos fructus pœnes Eccleſiam, abſque quòd aliò tran-
95 sferret, an talis emptor teneretur ad ſolutionem gabellæ pro ingreſſu Portarum, certè crederem reſponſurum non teneri, quòd ſi verùm eſt, procedit etiam in colono non transferrente fructus de loco, in quo percipiuntur, ad alium locum.

Poſtremò ponamus, quòd perſona Eccleſiaſtica intro-
96 ducat fructus eccleſiaſticos in Ciuitatem, certè in ipſa introductione nihil ſoluet, d. cap. quamquam, & cap. 1. de immunit. Eccleſ. in 6. & poſtea in eadem Ciuitate alicui vendat, certè emptor ille non tenebitur ad prædictas gabellas, ſaltem Portarum, de qua loquuntur Doctor. Meritò igitur fundamentum hoc corruit, tanquam ſuper arena fundatum.

Tertium principale argumentum ipſius Theſaur. eſt: Pri-
97 uilegia cõcernentia immunitatem eſſe ſtricti iuris, atq; ideo ſtrictè interpretanda, c. priuilegia, & c. odia, de reg. iur. in 6. vt ſ. concernant tantùm perſonas eccleſiaſticas, non autem colonos laicos, quia ſi ipſi eximerentur, illorum eſſet principale commodum.

Ad quod reſpondetur, falſum eſſe aſſumptum in omnibus ſuis partibus; quia in caſu noſtro non agimus de priuilegijs, ſed de libertate, & immunitate prouenienté à iure Diuino, & Canonico in ipſa fundatione Eccleſiæ, ſimulq; cum ea naſcente, vt per Grat. allegat. conſ. 130. lib. 1.

Secundò reſpondetur, quòd quatenus placuiſſet Principibus pijs, & Catholicis aliquid ſtatuere ad oſtendendã eorum beneuolentiam erga Eccleſiam, prout quamplures eo-

rum conſtitutiones habemus in titulis, C. de ſacroſan. Eccleſ. & de Epiſc. & Cler. tamen iſtud non deberet vocari priuilegium, ſed potiùs beneficium, quod latè eſſet interpretandum
98 eo quòd ſolùm Principis intereſſe cõcerneret. l. fi. ff. de cõſt. Princ. & l. ſi quando, C. de bon. vacan. l. 10. c. olim, de verbor. ſignif. vbi glo. Abb. & alij. Et mirandum eſt, quòd Theſaur. alioquin vir doctiſs. allegauerit ad iſtud propoſitum dictum cap. odia, de reg. iur. in 6. quaſi quòd ſtatutum in fauorem Eccleſiæ odium contineat. Nec credendum eſt, Principem volẽtem vti liberalitate erga Eccleſiam, voluiſſe ſuam liberalitatem exinanire, illam reſtringendo ad limites, ſi Eccleſia ſuis ſumptibus prædia colere faceret, ſin minus ex ea parte tantùm, quæ concerneret Eccleſiam ipſam, non autem eius colonos, cum facilè iſtud exprimi potuiſſet, & ideò hæc interpretatio infringit munificentiam Principis, imò ad nihilum redigit, quandoquidem nemini dubiũ eſſe poteſt, Principem laicum non poſſe Eccleſiam ipſam grauare in ea parte, quæ ſibi contingit in prædijs ſuis; ita n. priuilegiũ redderetur omnino inane, ſi Princeps vellet donare, quod ſibi retinere non poſſet.

Minùs verum eſt, quòd dicit Theſau. quòd ſi priuilegium iſtud extenderetur ad colonos, commodum principale eſſet ipſorum colonorum, non Eccleſiæ, quia clarum eſt, quòd ſtante hac exemptione, quę reſpicit principaliter fauorem Eccleſiæ, ipſa Eccleſia locaret prædia ſua maiori pretio: ita Roland. conſ. 61. numer. 19. lib. 4. Menoch. d. conſ.
99 136. lib. 2. & fauorabilioribus pactis, quæ ſunt pars pretij, l. fundi partem, ff. de contrah. empt. & l. ſi venditor, ff. de ſeruis export. vt ipſa experientia docet, & ex ſupra dictis patet.

Quartum fundamentum participat ferè de omnibus alijs argumentis ſupra confutatis. Adducitur n. primò auctoritas Bald. in Authen. ſed & periculum, in fin. C. ſine cen. vel reliq. qui loquitur in prędijs tributarijs, quę dicit tranſire in Eccleſiam cum ſuo onere, nec allegat legem aliquã, vel rationem & hoc quoque ſupra confutatum fuit in 11. fundamẽto. Nec

licet

licet arguere de tributis ad collectas, quia diuerſi sũt termini diuerſas habentes rationes, & ideo non ſunt confundendi.

Allegat ſecundo loco Bertachin. de gabell. p. 7. q. 7. qui loquitur de colonis, conducentibus ad Ciuitatẽ, nec aliud allegat, quàm dictum conſ. Feder. Innoc. autem, & Abb. non loquuntur in terminis noſtris, ſed in angarijs, & perangarijs, vt ſupra dictum fuit. Gemin. verò nihil dicit de ſuo, ſed tantùm refert verba Feder.

Nec obſtat Ripa in tract. de peſte, vbi agit de remedijs ad conſeruandam vbertatem, nu. 127. Nec Doct. per eum allegati in Clemen. præſenti, in ver. (negotiandi) de cenſibus: & in c. quamquã, eod. tit. in 7. quia loquuntur in fructibus, qui emuntur, vel portantur cauſa negotiandi. Præterea Ripa loquitur in prohibitione reali. ſ. de ſtatuto prohibente frumentum portari extra territoriũ, quod poteſt ligare colonos pro parte fructuũ iam exiſtentiũ in ſua poteſtate, maximè, quia exportatio ſapit naturã negotiationis, ſecus autẽ ſi venderet in territorio incolis, & terrigenis, vt ex pecunijs inde comparatis emeret neceſſaria ad ſuam, & familiæ ſuſtentationem.

Reſpõſiones verò allegatæ per Theſ. ad rationes adductas in fauorem colonorũ Eccleſię, non habent in ſe iuris fomentũ; Namq; in eo conſiſtunt, quòd grauamen colonorum non redundat in grauamẽ Eccleſiæ, quod certè abſurdũ eſt, cum toties id ſupra confutatũ fuerit, maximè verò, quia Doctores ferè omnes concludunt colonos grauatos poſſe repetere ab Eccleſia, qđ ſanè tendit euidẽtiſſimè ad oneranda Eccleſiã.

100 Quod autem dicit in ſecunda reſponſione colonos teneri pro ſua negotiatione, non ſubſiſtit, quia non eſt negotiatio, l. fin. cum vilico, ff. de inſtit. act. Bar. in l. legatis, ff. de leg. 3. Alex. in l. diuortio, nu. 26. ff. ſol. mat. Crau. conſ. 1. nu. 111. Abb. in conſ. 6. iuxta fin. lib. 1. vbi dicit eum dici negotiatorem, qui rem emit, vt integram vendat, tãtò magis, quia negotiatio ea dicitur, quę fit quęſtus cauſa, ſed in caſu noſtro quęſtus non poteſt conſiderari, quoniam operæ, labores, & animalia, quę ponit colonus ad colendum agrum, æſtimantur pro medietate fructuum vniuerſorum; qua æſtimatione ſtante, non po-

teſt dici, quòd lucrum aliquod faciat, ſed potius, quod ſit quædam neceſſitas, tum in vtilitatem publicã, propter agriculturam, cũ etiam, quia neceſſarium eſt colono, vt victum ſibi, familiæ ſuæ, & pecoribus, hoc exercitio prouideat, & ſi eſſet negotiatio, idem dicendum eſſet in Eccleſia, quando ſuis ſumptibus prædia coli facit, & tamen omnes Doctores etiam contrariam partem tenentes, ac ipſemet Theſa. in fin. præfatæ ſuæ deciſ. concludunt hoc caſu Eccleſiam pro omnibus fructibus, etiam colonicis liberam eſſe.

Præterea hæc expoſitio vim facit alijs concluſionibus, de quibus ſupra. per quas apparet, immunitatem bonis conceſſam, comprehēdere etiam colonos, & illud, quod dicitur in hac collecta habendam eſſe rationem operarum coloni, ceſſare debet in caſu noſtro, quoniam, vt ſupra dictum eſt, tota medietas vniuerſorum fructuum cõtingens colono, conceditur pro dictis ſuis operibus, ſumptibus, & animalibus, & ideò nihil ſupereſt, in quo grauari poſſint, & ſæpius euenit, vt fructus non ſufficiant, & cogantur animalia vendere, & mendicare, vt frequentiſſimè videmus contingere in his noſtris regionibus, & vtinam iſtud verum non eſſet.

Alia reſponſio, quòd Capitulum Eccleſiarum 12. q. 2. diſponat ſuper ſeruis, qui ſunt iuris Eccleſiæ, reiecta fuit ſupra, quia iſtud eſſet in odium, & inuidiam concedēdæ libertatis, & ſuſceptionis ſacri Baptiſmatis, & Doctores omnes pij, & Catholici ſentiunt generaliter immunes eſſe quoſcunque, ſiue liberos, ſiue ſeruos.

Ad quartam ſuam reſponſionem, quòd colonus, & Eccleſia, ſeu prædia, & perſonæ eccleſiaſticæ ſint quædã ſeparata, dicimus iſtud ſophiſma eſſe, quia verũ eſt etiam ſeparata eſſe quælibet indiuidua, non tamen hanc ſeparationem cõſiderari ad diuerſitatem immunitatis: nam etiam ſerui Eccleſię diuerſi ſunt, & ſeparati à prædijs, & ab ipſa Eccleſ. & tamen, ſi cultura fiat per ſeruos, volunt aduerſantes fructus collectari non poſſe. Et præterea quaſi fruſtratoria eſſet hæc exemptio competens bonis ipſius Eccleſiæ, ſi cogeretur habere ſeruos, vel proprios famulos, qui expenſis Eccleſiæ agros colerēt: &

ſupra

ſupra firmatum eſt, exemptionem bonis competente, comprehendere etiam quoſcunque colonos, ſiue perpetuos, ſiue temporarios; præter id, quod non videtur hæc ratio ſeparationis tollere rationem veram, quod medietas integra fructuum contingit colonis pro æſtimatione ſumptuum, ſeminũ, & laborũ ſuorũ, ita vt nihil reliqui ſit, quod collectari poſſit, niſi ſanguis eorum eliciatur. Imò Alexan. Bal. & Parpal. ſupra allegati affirmant, colonos laicorum nõ poſſe grauari; pro quibus tamen dicunt Principes grauare dominos prædiorum, quæ ratio multo magis debet concludere, vt coloni Eccleſiarum non debeant grauari; & quidquid faciat Princeps ſecularis contra dominicos, in quos iuriſdictionẽ exercet, non debet tamen hæc conſequentia trahi è conuerſo, vt Princeps, qui non poteſt grauare perſonas eccleſiaſticas, grauet eorum colonos.

Ex his patet ſatis, ſuperq; ſublata eſſe omnia, quæ contra colonos, vel certè contra Eccleſiã ipſam deducũtur, quamuis Theſaur. excuſet decisionem illam, dicens factam fuiſſe ratione conſuetudinis, de qua cum certum ſit non conſtare in agro Cremonen. & grauoſa ſit Eccleſijs, potius corruptela, quàm conſuetudo dici meretur; capit. de conſuetudine, cum ſimilibus. Qua propter apparet, nullam amplius de hac re ſubeſſe dubitationem, maximè verò cum in dubio iudicandum ſit pro Eccleſia, l. ſunt perſonæ, ff. de relig. & ſumpt. fune. & hæc ſententia approbatur à maioris auctoritatis, numeri, ponderis, & veritatis Doctoribus Iuris Canonici, & Ciuilis, quidquid ad pauca reſpiciens dixerit Theſaur. magis fortaſſe ſtudens inſeruire cauſæ, quàm veritati.

Ex eadem Vniuerſitate Bononienſi.

Celeberrimi V. I. Conſulti HIERONYMI BVCAFERRI BONONIENSIS

In patriæ Archygimnaſio Ordinarij Legum Interpretis.

V. I. Conſilium, & Reſponſum Deciſiuum.

In eadem cauſa Eccleſiaſticæ Immunitatis.

EPITOME.

Collectæ à Principe laico nullo modo imponi poſſunt colonis, ſeù fructibus bonorum Eccleſiæ, nec pro tota, & integra ruſticali portione, nec pro ea, quæ reſtat colonis eccleſiaſticis, tanquam lucrum ex opere ſuo, ſolutis Dominis, & deductis expenſis culturæ, & valore ſubſidij, eiuſq; maſſaritij, ac ſeminum, tanquam quid omninò ſeculare, & diuiſum à quocunq; Eccleſiæ iure, eo modo, quo colléctantur cęteri artifices, & negotiatores pro mercimonio, & opere ſuo, etenim etiam illud lucrum eſt ita inſeparabile à iurę Eccleſiæ, & dominio fundi, quod tangi nequeat, illæſo remanente iure Eccleſiæ, & eius libertate, & immunitate, ſed cum magno vtriuſq; præiuditio.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas Eccleſiæ eſt ad perſonas, & bona.*

2 *Colonis partiarijs, & alijs, &c. tranſit immunitas Eccleſiæ.*

3 *Colonus in terra priuilegiata non tenetur ad onera.*

4 *Coloni Eccleſiæ non accipiunt fructus iure proprio, ſed iure Domini.*

5 Col-

5 *Collectatio colonorum Eccleſiæ eſt fraus immunitatis Eccleſiaſticæ.*
6 *Collectatio Colonorum Eccleſiæ vertitur in graue damnum ipſius Eccleſiæ.*
7 *Ex contractu quem habent coloni cum Eccleſia, ſi collectantur, læditur Eccleſia.*
8 *Eccleſiæ poſſe damnum indirectè inferri, erroneum eſt, &c.*
9 *Immunitas vnius ſocij communicari debet alteri.*
10 *Collectatio colonorum Eccleſiæ reflectitur in Eccleſiam.*
11 *Coloni Eccleſiæ expenſis deductis, & nullum lucrum reſtat, ideò non ſunt collectandi.*
12 *Quinimo ſi etiam aliquod lucrum illis remaneret deductis expēſis, &c. non tamen poſſunt collectari.*
13 *Vis Conſilij 111. Federici de Senis, eſt tantummodo de gabellis ad portas ciuitatis ex transportatione fructuum, in quo actu, quia res, & fructus tunc ſeparantur ab Eccleſiaſtico ſolo, non dedecet, quòd coloni Eccleſiarum ſoluant Gabellas ad portas Ciuitatis.*
14 *Accumulati à Menochio, non eſt verum, quod omnes ſint pro eius ſententia, nam ipſe pro parte Fiſci allegat non allegandos, & pro parte Eccleſiæ omittit allegandos pro eius immunitate.*
15 *Coloni Eccleſiæ, quod non poſſint collectari, eſt communior opinio.*
16 *Emphyteuta differt à colono, & ob id in collectis non ſunt pares.*
17 *Factum particulare non præiudicat vniuerſali.*
18 *Proteſtatio, & repugnantia tollit poſſeſſuim.*

Digitized by Google

CAuſa, quæ controuertitur inter Miniſtros Catholicæ Regiæ Maieſtatis, & Religioſos, eſt facilis reſolutionis ad fauorem Religioſorum, vtcunque contradicant illi, qui (vt ait tex. in c.clericis. de immunit. Eccleſ. in 6.) magis timent maieſtatem humanam, quàm Diuinam offendere, ſiue in genere quæramus, an coloni Religioſorũ collectari poſſint, ſiue dubium perſtringamus ad illud lucrum, quod colonis ſupereſt deductis impenſis culturæ valore maſſaritij, & ſeminibus, ad ſimilitudinem aliorum, qui negotiationem, & mercimonium exercent.

1 Primum illud maximè facit, quòd immunitas eccleſiaſti-
ca, non tantùm eſt ad perſonas, ſed & ad bona Eccleſiarum,
c. quamquam, de cenſ. in 6. ibi (cum igitur Eccleſiæ, eccle-
ſiaſticæq. perſonæ, ac res ipſarum) & per hunc tex. tenent
omnes DD. in c. non minus, de immunit. Eccleſ. & in alijs
locis citatis ab alijs, qui ante me ſcripſerunt pro libertate ec-
cleſiaſtica; vnde cum coloni, vel partiarij, vel ad nummos
2 poſſideant Eccleſiæ, & non ſibi ipsis, l non ſolum, §.idem, ff.
de vſucap. l.communi diuidendo, §.neque, ff. com. diuid. l.
videamus, §.poſſeſſionem, ff. de vſur. & l.certè, §. his, qui, ff.
de precar. Soci. in c.1. de cauſ.poſſ. & proprietatis, nu. 63.
ad eos neceſſe eſt, vt tranſeat immunitas bonorum ad inſtar
immunitatis realis, l. forma, §.quamquã, ff. de cenſ. l. actio-
num genera, §. 1. ff. de act. & oblig. & not. in l. quia tale, ff.
ſolut. matrim. Aym. conſ.239. ſub nu.4. Surd.conſ.525.nu.
26. in 4. Feſtaſ. de collect. par.4. c.8. n.2.vel rectiùs dicamus
ad colonos tranſire prædia cum Immunitate Eccleſiaſtica,
cum in colonia poſſideant Eccleſiæ; Abbas in consil.9.verſ.
(Ad ſecundum) in primo, qui ait, quòd quando terra eſt pri-
3 uilegiata, non tenetur colonus partiarius ad onera: huc ten-
dit, & id, quod poſt Bar. & Io.de Plat. ſcripsit Pariſ.conſ.25.
nu.10. & conſ.69. nu. 6. in primo. Colonos colentes terras

immunes, eſſe immunes, & idem in fortioribus terminis ſcribit Decian. conſ.6. in 4. in priuilegio particulari cōceſſo intuitu perſonæ, magis id erit in priuilegio iuris communis conceſſo intuitu Religionis, cuius etiam apud Ethnicos maxima ſemper ratio fuit, l. ſunt perſonæ, ff. de relig. & ſumpt. fun. Magisq; id procedit, quia immunitates conceduntur clericis, & Religioſis ob plura onera, quibus ipſi ſoli, & non laici grauantur, de quibus Euerard. in conſ.42.nu.15.& ideo conuenit, vt hæ immunitates, quaſi conceſſæ ex cauſa oneroſa, tranſeant etiam in illas perſonas, quę non iure ſuo, ſed iure Eccleſię fructus percipiunt.

4 Accedit ſecundò, quòd cum coloni non recipiant fructus iure proprio, ſed iure domini, cui poſſident, cui etiā ſoluunt pretium fructuum, vel nummis, vel actuali cultura, non tenentur ad collectas indictas perſonis pro rebus, ſed ad eas locator tenetur, Bald. in l.1. ſub num.5. C. de annonis, & tributis, lib.10. Alex. conſ.35. ſub nu.12. in 4.& clariùs conſ.4. ſub nu.4. in 5. Natta conſ.36. & in puncto conſ.409. Vanum igitur eſt iſtud prætendere in colonis Eccleſiarum, aliàs id eſſet tollere his colonis id, quod de iure competit, & cū non poſſint huiuſmodi collectas repetere à locatoribus, quia sūt immunes, quemadmodum poſſent repetere à locatoribus laicis, vt aiunt Alexa. & Natt. citati, in hoc erunt deterioris conditionis, & reddentur difficiliores ad contrahendū cum Eccleſia, quæ omnia præiudicant libertati eccleſiaſticæ, iuxta traditiones Doct. in c. Cum terra, de elect. in c. Eccleſia S. Mariæ, de conſt. Anchar. conſ.12. & 13. Alex. conſ. 211. nu. 7. in primo. Nec obſtat, quòd in hoc coloni non ſint in conditione deteriores colonis laicorū; quia allegare abſurdum non eſt ſoluere difficultatem. eſt enim abſurdum, & contra iuſtitiam collectare dominos pro prædijs (quòd vtiq; intelligitur pro fructibus, quia nimis impium eſſet pro prędijs infructuoſis collectare) & ratione eorundem fructuum collectare colonos; præſertim quia, vt audio, dum collectantur domini prædiorum, non habetur ratio fructuum pro parte dominica tantùm, ſed habetur ratio ad menſuram, & quanti-

titatem prædij, quòd verò hoc ſit abſurdum,& contra iuſti-
tiam, patet ex eo, quod iure traditum eſt, pro eadē re duas
collectas imponi non poſſe, Alex.conſ.78. ſub nu.9. cōſ.143.
nu.6. & conſ.148. nu.10. in 6. Dec. conſ.284. ſub nu.4. verſ.
(Tertiò hoc idem) & in puncto Natta conſ. 193. vbi, quòd
5 pro eadem re non eſt ſoluenda collecta impoſita pro alendis
militibus à domino directo, & à domino vtili,& ſi diceretur
hanc iniuſtitiam non eſſe conſiderādam in colonis Eccleſię,
quia Eccleſia non collectatur, facilè poſſet reſponderi,quod
collectare colonos,quia ob immunitatem non poſſunt collec-
ctari Eccleſię, eſt per indirectum lædere libertatem eccleſia-
ſticam, & fraudare immunitatem.

Tertiò, ſi hac collecta coloni grauarentur, minùs etiam
eccleſiaſtici locarent, quia onus efficit, vt res minus valeat,
gloſ. fi.in § fi.ff. de vſufruct. legat. Oſaſch. deciſ.83. nu. 9. &
patet ad ſenſum, experientiaq; notum eſt, quòd qui condu-
6 cunt,rationem habent onerum,quibus ſubijciuntur, ex quo
ſequetur,quod Eccleſia minus locabit adiecto hoc onere,at-
que prius ſolita erat locare, & in hoc non dicetur ammitte-
re lucrū, ſed pati damnū, quia ita eius redditus diminueren-
tur, & proinde etiam diminuendus eſſet numerus Religio-
ſorum, quod eſſet indirectè offendere libertatem eccleſiaſti-
cam, & efficere, vt effectualiter eccleſiaſtici ſentiant dimi-
nutionem redditus ob collectam colonis impoſitam, & vt
certo modo collectam ſoluant, hoc manifeſtè reputatur à
Doct. improbatum, l. ſi venditor, ff. de ſeru. export. qua ra-
tione magis receptum eſt, vt emens ab Eccleſia nō teneatur
ad gabellam, quia ex hoc actu geſto cum Eccleſia, ipſa ſen-
tiret damnum, eo quòd minus venderet. Bald. conſ. 31. ſub
nu.2. in primo, Rol. conſ.61. nu.15. in 4. Gabr.conſ.161. nu.
3. in 2. Rim. iun. conſ.724. nu.48. in 6. Gratian.diſceptat. fo-
renſ. lib.2. c.390. quod iſti DD. reputant indubitatum, quan-
do ius collectandi non naſcitur ex actu ſeparato à cōtractu
geſto cum Eccleſia, & qui contingat poſt contractum cum
Eccleſia celebratum, ſed habet dependentiam immediatè ex
contractu cum Eccleſia, vt contingit in hoc caſu, in quo ius
colle-

7 collectandi prætēditur ex eo, quòd colonus percipit fructus, & non ex aliquo actu ſeparato, quod benè ad cauſā noſtram eſt conſiderandum. Et quòd illud, quod indirectè offendit immunitatem, & libertatem Eccleſiæ ſit reprobatum, ac ſi directè offenderet, ab omnibus eſt receptum, etiam quòd de Eccleſia non fieret ſpecialis mentio, c.fin.& ibi glo.de immunit. Eccleſ. in 6. c.quanto, de priuileg. c.ſtatutum, de hæretic. in 6. Calder. & Collegium noſtrum Bon. apud Anchar.conſ. 12. & 13. & Anchar. ipſe conſ. 155. ſub num. 7. verſ. Eiſdem Eccleſijs, Gemin. cōſ. 74. col. 1. verſ. Sicut ergo direct. Grammatic. deciſ. 100. nu. 10. & 14. & alij, de quibus Alba conſ. 8. nu. 18. & Surd. conſ. 301. nu. 75. 76. & 77. in 3. & quamuis Gutierez. de gabel. q 87. n. 6. & Parlador. lib. 1. quotid. quæſt. c. 3. §. 1. num. 16. admittant, poſſe Eccleſiam lædi per indirectum ex gabellis impoſitis, ne deficiant debitæ obuentiones, & iura Regalia: tamen id ſcripſerunt ex affectione ad Regiā Maieſtatem, & non ex veritate; quia non legitur ex conſeruatione libertatis, & immunitatis eccleſiaſticæ vnquam ſecutam fuiſſe diminutionem Maieſtatis Principum, ſed maximè auctam fuiſſe, ideo religioſiſſime iura Hiſpanorum volunt libertatem eccleſiaſticam ſeruari, & annullant Statuta, quæ eam lædunt, vel eccleſiaſticis perſonis præiudicant, Fernan. Vaſq. id teſtatur lib. 3. de ſucceſſ. creat. §. 26. nu. 72. & quando etiam (quod negatur) læderentur in aliquo redditus Regij, in illis conſiſtit vtilitas publica humana, & in conſeruatione immunitatis, & libertatis eccleſiaſticæ conſiſtit publica vtilitas diuina, l. iubemus, C. de ſacroſ. Eccl. quæ anteponitur humanæ, c. bonæ memor. de poſtul. Prælat. l. ſancimus, C. de ſacroſ. Eccleſ. & per hæc iura Bar. in l. 1. in 4. oppoſit. ſub num. 26. ff. ſolut. matrim. & ex ordine literæ facit tex. in l. 1. §. huius ſtudij, ff. de iuſt. & iur. ibi publicum ius in Sacerdotibus, & Magiſtratibus conſiſtit.

8 Ea verò, quæ contra hoc fundamentum ſcripſit Menoch. lib. 2. de arbitr. Iud. caſ. 562. num. 46. quòd per hoc non ſit inferre damnum, ſed tollere lucrū, & quòd per indirectum, & ſecundariò poſſit Eccleſiæ inferri damnum, nō ſunt vera,

& re-

& recepta in iure, vt conſtat ex allegatis antea, & cum poſſint diminui redditus Eccleſiæ ſoliti, non eſt amiſſio lucri, ſed illatio damni.

His quartò adiungo inter colonos partiarios, & dominos geri contractum ſocietatis, in quo dominus ponit prædia, & colonus operas, & inſtrumenta fundi, vt fructus, qui inde oriuntur, æqualiter diuidātur, Bar. in l. ſi merces, §. vis maior. ff. locat. Bald. in l. 1. C. pro ſoc. in 7. quæſt. ſed immunitates vnius ſocij communicantur alteri, Grat. conſ. 130. nu. 6. in primo, cum alijs, de quibus Surd. d. conſ. 301. nu. 81. & 82. ergo, &c. & licèt multi ex Doct. loquantur, quando aliàs immunes non gauderēt ſua immunitate, ſeruiunt tamē, quia ob illud minus, quod offerrent coloni, eccleſiaſtici non haberent integram immunitatem, quemadmodum haberent, ſi nummis ſuis colerent, & qui colunt ad partem fructuum, poſſunt ob onera minus offerre in pactis, ex quo virtualiter ſemper minueretur commodum, quod Religioſi habent ex immunitate.

9

Et res clara magis redditur, dum ſermo reſtringitur ad collectas, quæ exiguntur pro hoſpitatione militū: ſi quidem non tenentur Religioſi in ſuis domibus recipere hoſpites, vt eſt tex. ad literam in l. 1. Cod. de Epiſc. & cler. ita nec tenebuntur coloni, quia habitant domos Religioſorum, & conſequenter nec tenebuntur ad id, quod ſoluitur pro hoſpitatione.

Tandem cum agatur de oneribus mixtis, quæ perſonis iniunguntur pro rebus, quale eſt onus hoſpitādi milites, Natta conſ. 409. nu. 3. Lanc. Gallia. conſ. 59. nu. 73. vt eis ſit locus, oportet, vt adſit proportionabile ſubiectum rei, ob quod imponatur collecta, nimirum quia non datur qualitas ſine ſubiecto, l. 2. ff. de vſufr. aut igitur Miniſtri Regij volunt collectare colonos pro prædijs, quæ colunt, & non poſſunt, quia præda non ſunt eorum, ſed Eccleſiæ, & id eſſet collectare rem Eccleſiaſticam; quòd non licet. Aut volunt eos colle-
10 ctare pro negotiatione, quam gerunt, dum conducunt prædia colenda, & minus poſſunt, quia hæc eſt negotiatio, quæ

geri-

geritur cum eccleſiaſticis immediatè, qui ſunt im munes, & proinde ſunt & illi, qui cum illis contrahunt, ex dicto conſ. Bald. 31. in primo, & ex alijs, qui eum ſequuntur, de quibus ſupra; nō .n. in hac negotiatione poteſt ſeparari laicale ab eccleſiaſtico, cum ſit negotiatio effectus conductionis; iſti .n. ita negotiantur, quia conductores ſunt, & non poſſunt conſiderari vti conductores, niſi ſimul conſiderentur eccleſiaſtici locatores. Aut volunt, eos collectare ratione lucri, quod reſtat deductis expenſis, & hoc lucrum eſt quid incertum, & prorſus imaginarium, quod in colonis partiarijs ferè nunquàm datur, qui omnes fructus in alimenta pœnè ſemper erogant, vt eſt notiſſimum, & præcipuè quia ſunt (vt accepi)
11 alijs oneribus grauati, quæ ex varijs occaſionibus ſæpè vireſcunt, & nunquam areſcūt, ideo ſuper re prorſus incerta an ſit, & quanta ſit; onus conſtitui non poteſt, præſertim, quia valde iniquum eſſet: & contra piam voluntatem Principis, vt pauperes collectarentur pro rebus, quę eorum alimentis
12 nececeſſaria ſunt Et quando etiam daretur hoc lucrum certum; cum illud immediatè pendeat à cōtractu inito cum Eccleſia, & non naſcatur ex facto extrinſeco, quod inde ſequatur .ſ. quia illud lucrum colonus contractare velit, non poterit collectari, quia per indirectum Eccleſia læderetur, vt antea dixi ex diſtin. Bald. in d. conſ. 31. in 1.

Hanc puto eſſe ipſam veritatem, cui non credo obſtare
13 conſ. Federici de Senis 111. nam ipſe loquitur, quando pars colonica ratione gabellæ imponendæ conſideratur, vti prorſus ſeparata à iure Eccleſiæ .ſ. quia gabella imponitur ratione actus extrinſeci, qui oritur ſine facto Eccleſiæ, poſtquam pars eſt facta coloni .ſ. quia colonus velit vendere fructus, vel tranſportare de loco ad locum pro venditione, vel tranſportatione, ſoluet gabellam, quia hi actus nullam dependentiam habent, ſed conſiderare, quod colonus ſoluto affictu, vel consignata Eccleſiæ ſua parte habeat aliquod lucrum, licèt illud ſit laicale, habet dependentiam à contractu cum Eccleſia inito, & nō poterit collectari ob damnum, quod Eccleſia immediatè ſentiret; ita declarat Menoch. conſ. 136.

num.,19. in 2. vbi plura ad caſum noſtrum refert. Accedat etiam, quod quando probaretur in facto ex impoſitione fieri, vt Eccleſia difficiliùs inueniat colonos,Feder. faceret pro nobis, & alia reſponſio ad hoc conſ. eſt apud Natt. d. conſ. 409. nu.6.

Nec etiam obſtat, quod Menoch. caſ.562. lib.2. de arbitr.
14 iudic. referat plures tenentes hanc opinionem, & pauciores tenentes contrariam; quia, vt deſeruiat cauſæ pro prima opinione allegat plures, qui non erant allegandi, & pro ſecunda omittit plures. qui poterant allegari, nemo ex allegatis ab eo contra nos, Innoc. & Abba. loquuntur in caſu particulari aduentus Principis Salic. in Fiſco, non in Eccleſia, Ioa: de Piat. in gabella ſoluenda ex actu extrinſeco poſt acquiſitionem, Feliyn. ſequitur Federic. tantùm in ſecundo dicto .ſ. quod coloni non teneantur, quando Eccleſia non inueniret colonos, Bertach. & Luc. de Penna, & Brun. loquuntur de emphyteuta, qui habet ius in re, Rol. in conſ.66. numer. 29. in primo, in genere firmat colonos poſſe collectare, & in ſpecie non loquitur de colonis Eccleſiæ, Gabr. consil. 73. numer. 5. in princ. apud me de hoc non loquitur: Marcabr. examinat tantum consil. Anchara. 162. & inclinat in contrarium, & alij ſunt, qui loquuntur, vt Burſat. consil. 25. numer. 3. in gabellis pro reficiendis pontibus, & vijs, pro quibus dicitur teneri Eccleſiam in ſubſidium laicorum ad nutum ſui ſuperioris Eccleſiaſtici, ideo non mirũ ſi etiam coloni tenentur.

Pro opinione autem noſtra omittit Menoch. allegare Eu-
15 gen. conſ.96. Natta conſ.409. & alios multos, quos allegant Surd. d.conſ.301. nu.79. in tertio, & Lanc. Gallia d. conſ. 59. numer.76. & illos, qui tenent emphyteutam non poſſe collectari, qui in fortioribus terminis faciunt, ita vt verè potius dici poſſit pro parte noſtra extare communem opinionem, vt teſtatur Eugen. dicto conſ.96. nu.8. Ampliùs rationes ipſius Menochij non plurimum obſtant, quia licèt fructus ſint proprij colonorum, & ex mutatione perſonæ mutetur conditio bonorum, tamẽ quatenus hi fructus fiunt colonorum, & mu-

& mutatur conditio perſonæ immediatè ex actu geſto cum Eccleſia, nõ debetur gabella rationibus iam adductis; quando poſtea ſunt apud colonos, ſi contingat eos vendi à colonis, vel aſportari de loco ad locũ, tunc intrat ratio Menoch. & ſi ex negotiatione mercium, collecta poteſt imponi, id negamus procedere, quando negotiatio eſt cum Eccleſia.

Nec licet argumentari de emphyteuta ad colonum, quia
16 emphyteuta, eſt dominus proprietatis, & fructuũ, & maius ius habet in re, pro qua collecta imponitur. Socin. cõſ. 119. in princ. in primo, nec Eccleſię, ita ſunt neceſſarij emphyteutæ, quemadmodum coloni, nec ita frequentãtur locationes ad longum tempus; quemadmodum locationes ad breue tempus; ideo magis læditur Eccleſia, ſi coloni grauantur, & minus ſi emphyteuta, ob id de vno ad alium non licebit arguere, & ita etiam reſpondetur rationibus Theſaur. in deciſ. 116. quia ſunt his ſimiles.

Nec negotium facit, quod aliqui coloni fuerint collectati Eccleſia non repugnante; quia hoc factum particulare quo-
17 rundam non poteſt præiudicare Eccleſiæ in vniuerſum: nec in hoc valet conſuetudo contraria, Mar cabrun. conſ. 18. nu. 319. & Euerard. d. conſ. 42. nu. 38.

Et hæc ſcripta, nedum procedunt ad fauorem eorum, qui hanc colonicam portionem nunquam ſoluerunt, ſed etiam ad fauorem eorum omnium, qui cum repugnantia, ſeu proteſtationibus ſoluerunt, quia proteſtatio, & repugnantia tol-
18 lit conſenſum; & de repugnantia conſtat, quia curarunt declarari excommunicatos exactores, prout de facto declarati fuerunt, qui pro ſolutione impetranda ab ipſa excommunicatione malè exacta reſtituerunt, addito iuramento ad talem colonicam nunquam in poſterum exigendam, vt intelligo conſtare apud acta Pœnitentiariæ, ſeu Cancellariarum Epiſcopalium Ciuitatum Status Mediolani.

Laus Deo, & Virgini.

Ex eadem Vniuerſitate Bononienſi

CONSILIVM,

Et Reſponſum Secundum Deciſiuum EIVSDEM CELEBERR. AVCTORIS In eadem cauſa Eccleſiaſticæ Immunitatis.

EPITOME.

Nullo iure, neq; etiam Ethnico, citrà graue præiudicium Eccleſiaſticæ Immunitatis, coloni bonorum Eccleſiaſticorum collectari poſſunt.

SVMMARIVM.

1 *Coloni eccleſiaſtici non poſſunt collectari ex parte Eccleſiæ.*

2 *Colonis Eccleſiæ collectatis, Eccleſia principaliter læditur, teſte Fedrerico de Senis.*

3 *Coloni Eccleſiarum non poſſunt collectari ex parte ipſorum.*

4 *Coloni Eccleſiarum non poſſunt collectari ex parte collectantium.*

5 *Coloni eccleſiarum non debent collectari ex parte bonorum.*

6 *Qui colit prædium immune, immunis eſt.*

7 *Res, & perſona copulantur ad idem priuilegium.*

8 *Exemptio Eccleſiaſtica eſt perſonarum, rerum, & prædiorum.*

9 *Priuilegium perſonale, & non vniuerſale vtitur ſtricto iure.*

10 *Omnes fructus colonorum eccleſiaſticorum ſunt Eccleſiæ, dum eius ſunt coloni.*

11 *Immunitas Eccleſiaſtica competit omnibus negotiationibus cum ea.*

12 *Mutatur conditio rerum mutata conditione perſonarum, & non reſpectu eius, quod immediatè pendet ab actu producente hanc mutationem.*

13 *Mutatio perſonæ &c. conſideratur in priuilegio perſonali, & non in generali.*

14 *Quod ſeruatur in emphyteuta, non valet de colono.*
15 *Immunitas Eccleſiaſtica eſt realis, & clauſa in corpore iuris.*
16 *Coloni Eccleſiaſticorum bonorum communiori opinione Doctorum ſunt immunes à collectis.*
17 *Immunitas Eccleſiaſtica, quia eſt de iure Diuino, non alligatur obſeruantia.*
18 *Vbi facta eſt repugnantia, ibi non eſt conſuetudo.*

AVSPICE CHRISTO.

NVlla iuris, vel æquitatis ratio patitur, vt fructus, labor, ſeu negotiatio, vel vſus animalium, colonorum perſonarum eccleſiaſticarum poſſint, vel debeant collectari à laicis, quod prius deducitur ex parte Eccleſiæ, deinde ex parte colonorum, poſtea ex parte miniſtrorum collectantium, & poſtremò ex natura bo-
1 norum, quæ coluntur: Ex parte Eccleſiæ duplici ratione; Primò, quia ex hac collectatione ſequeretur damnum Eccleſię, quod locaret minus, quàm antea, Bald. conſ. 31. in primo, quem alij prius allegati ſequuntur; præſertim Dec. conſ. 48. col. 2. Rol. conſ. 61. n. 20. Gabr. conſ. 158. n. 4. & conſ. 161. in ſecundo, optimè Purpurat. cōſ. 594. licèt loquatur quādo ageretur, vt coloni tenerentur ad collectam pro Eccleſia, nec dicendūm, hoc non eſſe pati damnum, ſed lucrum perdere, quia imo eſt damnum, cum diminuantur redditus Eccleſię, quæ minoris, & cum grauioribus conditionibus locabit, & ita Eccleſia non perdit lucrum, quod ſperat, ſed perdit id, quod iam acquiſiuit; Nec obijciendum, damnum eſſe modicum, non offendere Eccleſiam principaliter, & directè, ſed
2 indirectè, & ſecundariò, quia imo principaliter læditur Eccleſia, quia coloni minori affictu, & melioribus conditionibus conducēdo erunt in cauſa, vt totum damnū ſit Eccleſię: præterquam quod lædi nō poteſt Eccleſia, nec etiam in modico, nec principaliter, nec ſecundariò, nec directè, nec indirectè, cap. fin. de immunitate Eccleſiaſtica in ſexto,

quòd omnes benè ſentiẽtes fatentur, & quamuis Bald. conſ. 496. in quarto, admittere videatur id, ex quo ſequitur, vt Eccleſia minori pretio vendat, vel locet, ſubiungit tamen in fine hæc verba (hæc tamen opinio aliqualiter me remordet quia intentio ſtatuentium eſt implicita ad propria cõmoda, & Eccleſiarum damna) ex quibus verbis conſtat Bald. hoc non firmare, firmat autem contrarium reſolutè in d. cõſ. 31. in primo. Alia ratione ſequeretur damnum, quia cum ſint coloni alijs pluribus oneribus grauati, ſi hoc aliud adiungatur, difficile erit eccleſiaſticis adinuenire colonos, & ob hoc ſolùm laici non poterunt hos colonos collectare, Feder. de Senis d. conſ. 111. ſub nu. 10. verſ. (Verumtamen) quem alij ſequuntur Felyn. in c. Eccleſiæ S. Mariæ, nu. 99. de conſt. Io. de Amic. conſ. 18. Burſat. conſ. 42. nu. 19. in primo, Io. Vincent. de Anna ſingul. 99.

Ex parte colonorum, quia ad Gabellas, & collectas non te-
3 nentur, niſi imponantur ex actu, qui extrinſecùs adueniat, & qui cum facto Eccleſiæ nihil commune habeat, non autem ex actu, qui immediatè naſcatur ex contractu inito cum Eccleſia, diſtinguit ita Bald. in d. cõſ. 31. in primo, cum alijs in informatione allegatis, lucrum autem, negotiatio, & vſus animalium immediatè pendent ex contractu geſto cum Eccleſia, & lucrum, ſeu acquiſitio fructuũ, eſt effectus eiuſdem contractus; ergo pro his coloni non tenentur ad collectas. Alia etiam ratione, quia vt dixi in informatione, ipſi nec ſunt domini, nec poſſeſſores prædiorum, pro quibus ſolent imponi onera mixta, quale dixi eſſe onus hoſpitationis militum ideo non tenentur.

Et addo tex. in l. inter eos, in fin. ff. ex quibus cauſis maior. vbi medici, qui inſeruiunt militibus, vt alacriùs in Repub. ſeruiant, gaudent priuilegio militum, ergo idem erit in colonis, qui inſeruiunt religioſis, vt commodius cultui diuino inſeruire valeant, regulariter enim licet arguere de militibus ad clericos: Docto. in l. Centurio, ff. de vulg. & pupil. ſubſt. ita arguit Zuchard. inter conſ. Rimin. ſen. conſ. 739. numer. 9.

Ex

Ex parte collectantium primò, quia cum (ommiſſo pro
4 nunc, quo iure id faciant) colonos Eccleſiæ vrgeant ad alia varia onera, multò magis conuenit, vt in onere, de quo agitur, non grauentur, ne ſpetialia multiplicentur, & vt in aliquo, vel modico Eccleſię coloni ſint melioris conditionis, & cum iam pluribus ab hinc annis Senatus Mediolani introduxerit (ommiſſo an congruè) vt bona laicorum tranſeant in clericos, cum oneribus hoc contentus, ſi eccleſiaſtici non reclamant, quod magnum eſt, non debet quærere indicere has collectas colonis Eccleſiarum, quæ redūdant in damnum eccleſiaſticorum.

Habentq; Senatus, & Regius Fiſcus laicos colonos ſufficientes ad onera collectarū, dummodo (vt decet) eos grauent tantùm pro cauſis neceſſarijs, ideo non conuenit, vt petant auxilium à colonis eccleſiaſticorum, Gallia. conſ. 59. nu. 54. cum allegatis ab eo, quibus addi etiam poteſt, quod hoc non eget probatione.

Tādem ex parte bonorum, quia in inmunitate ſunt cum
5 perſonis clericorum priuilegiata priuilegio reali, vnde ſequitur id, quod ſcripſit Decian. conſ. 51. nu. 14. in tertio, quod
6 qui colit prædium immune, immunis ſit, Et quamuis Antonin. Theſaur. in addit. ad deciſ. patris 116. teneat priuilegium eſſe perſonale clericorum, & ob perſonas bona habere immunitatem, id colligens ex eo, quod videmus huiuſmodi bona deponere hoc priuilegiū, quando alienantur in laicos,
7 tamen non reſpondet ad tex. in ca. quamquam, de cenſ. in ſexto, in quo copulantur perſonæ, & res ad idē priuilegium, & natura copulæ eſt copulare æquè principaliter, quando in ſua natura non continet acceſſionem, vt contingit in copula (cum) Bart. in l. 1. nu. 2. ff. de pecul. legat. Decian. conſ. 1 nu. 179. in primo, & eſt eadem ratio, in bonis, & perſonis, ideo immunes ſunt perſonæ, quia ſunt Deo dicatæ, & idem in bonis, quia bona eccleſiaſtica ſunt in dominio Chriſti, Anaſtaſ. Germon. de ſacrorum immunit. lib. 3. c. 17. num. 11. & 12. eademq; eſt ratio, non per conſequentiam, ſed principaliter conſequentia tantùm conſiderari poſſet in patrimonialibus

 cle-

clericorum, ſecundùm opinionem eorum, qui exiſtimant etiam patrimonialia clericorũ eſſe immunia, nec ratio conſiderata à Theſaur.obſtat, quia priuilegium bonorum eccleſiaſticorum eſt reale, ſed quatenus durant eccleſiaſtica, quando tranſeunt ad laicos cum debitis ſolemnitatibus, deponunt hanc qualitatem,& proinde etiam deponunt priuilegium, non ex eo, quod priuilegium non ſit reale, dũ manent Eccleſiaſtica; Deciſio autem Rotæ, quam ad hoc ipſe Theſaur. allegat. 26. in 2. parte nouiſſ. apud me nihil de hoc loquitur.

Reſoluendum eſt igitur pro colonis,quod maximam præſefert æquitatem in colonis partiarijs, qui vt plurimum non colligunt fructus ad corũ alimenta neceſſarios, hos nõ conuenit collectare etiam, quod eſſent coloni laicorum, vt poſt Bald. in auth.defuncto,C.ad Cartul.& glo.in l.omnis(prima) C. de annon. & tribut. lib.10. tenet Caroc.de locat.ſub Rub. de collect. nu.79.

Ea verò,quę pro fiſco allegantur,facillimè ſoluuntur,quia
8 ad primum dicitur,exemptionem Religioſorum non ſolùm eſſe perſonarum, ſed etiam rerum,& prædiorum, vt iam probaui.

Non obſtat ſecundum, ſcilicet priuilegium immunitatis, vti ſtricti iuris, ſtrictè eſſe intelligendum, quia id procedit in
9 priuilegio particulari certæ perſonæ, vel certo generi perſonarũ competente, vt oſtendunt allegata per nos,in priuilegio competente in vniuerſum Religioſis omnibus Eccleſiæ ſeruientibus inſertum in corpore iuris,quod cum iure tam humano, quàm diuino concedatur; d.c. quamquam, de cenſ. in ſexto, non poteſt dici ſtricti iuris. Præterea non prætendimus in defenſione cauſæ noſtræ tractare de extendendo priuilegio, ſed de eo conſeruando, ne indirectè offendatur, & indirectè ſatis dicitur offendi, quando quoquomodo fit, vt effectualiter Eccleſia non habeat ſuum priuilegium, gloſ. in c. quanto, in verb. quodammodo, de priuil. vt cõtingeret in hoc caſu, quia Eccleſia ratione oneris iniuncti colono, minori affictu locando, effectualiter perſolueret onus.

Non

Non officit tertium, quod fructus ſeparati à ſolo ſunt colonorum, quorum ratione poſſunt collectari, quemadmo-
10 dum etiam tenentur ad decimas. Iſtud eſt argumentum Feder. de Senis, cui reſpondi in informatione mea, nec ſimile de decimis quadrat, quia decimæ propriæ afficiunt fructus, cum ſint pars, & quota eorum, nos tractamus de onere perſonis, pro rebus impoſitum, quod probaui totum eſſe domini prædiorum, non colonorum, ne ſequatur, vt ratione eiuſdem rei bis collecta imponatur, vt latiùs dixi in informatione. Doct. allegati loquuntur, quando ſecundùm valorem fructuum regulatur collecta, & in colonis laicorum, qui non poſſunt ex perſona dominorum habere aliquod priuilegium, licet Morot. conſil. 36. apud me de hoc non loquatur.

In quarto aduertendum eſt, negotiationem locandi, & conducendi, non eſſe prohibitam eccleſiaſticis, de bonis Ec-
11 cleſiæ, vnde negotiantibus cum illis competere debet immunitas, ne eccleſiaſtici lædatur, vt ſcribit de emptore loquens Bald. conſ. 31. in primo, aliàs allegato, cum alijs, qui eum ſequuntur, cui non repugnat Bar. in l. licitatio, §. fin. ff. de public. quia loquitur de actu extrinſeco, non habente dependentiam à contractu geſto cum Eccleſia, ſcilicet de actu tranſportationis, de quo dixi latiùs in informatione. Addo, quod in oneribus extraordinarijs Bar. tenet contrariam .ſ. immunitatem tranſire in emptorem. Archid. in cap. fin. de cenſ. in ſexto, de hoc non loquitur Bertach. de Gabel. par. 9. in q. 7. tractat. an clerici teneantur ad collectas, etiam aliqua dicit ſecundùm ſenſum Feder. de Senis, ſed de emente ab Eccleſia nihil.

Quintum fundamentum eſt Feder. de Senis, habet propterea eandem reſponſionem, & reſoluitur ſecundùm di-
12 ſtinctionem Bald. in d. conſ. 31 ſcilicet, quod mutata conditione perſonæ, mutatur & conditio rerum, reſpectu eius, quod contingit poſt mutationem, non reſpectu eius, quod immediatè pendet ab actu producente hanc mutationem, & cum hæc collecta hoſpitationis iniungatur ratione prædij,

ſpe-

ſpectanda eſſet mutatio perſonæ reſpectu prædij, non reſpe-
13 ctu fructuum. Accedat, quod hæc mutatio perſonæ conſideranda eſt, quando agitur de perſonali priuilegio, nõ procedit, quando bona ſunt ex ſe priuilegiata, quia ſunt Deo dicata, & ita reſpondet egregiè Syluan. in citato conſ.9. nu.22. reſpondendo his, quæ ſcripſerat ſub nu.5.

Ad ſextum de emphyteuta, dicitur opinionem eſſe valde
14 controuerſiam Cæual. in ſpeculo com.opinion.q.731.& veriorem eſſe opinionem, emphyteutam non teneri. Syluan. conſ.9. Sfort. Oddus conſ.70. nu.31. cum ſeq. ſed quicquid ſit, emphyteutę caſus eſt in fortioribus terminis, quia habet ius in re, ſibi poſſidet, & iure proprio fructus habet; ſecus in colono, vnde non procedit argumentum affirmatiuè, idest, ita ſeruatur in emphyteuta, ergo idem in colono, ſed negatiuè tantum.

Ad ſeptimum reſpondetur, imò immunitatẽ eſſe, nedum
15 perſonalem reſpectu onerum perſonalium, ſed etiã realem reſpectu onerum realium, & eorum, quæ pro rebus imponuntur perſonis.

Octauum de ſeparatione fructuum iam ſublatum eſt in reſponſione ad tertium.

Circa nonum, dicitur diſpunctis illis Doct. qui non faciũt, licet citentur à Menoch. in d. caſ. 562. vt in informatione
16 mea, & additis illis, qui pro colonis ſcribunt, allegatis in addit. ad d. deciſ. 116. Theſaur. apparebit imò pro parte noſtra extare opinionem communem, vt teſtatur Natta in cõſ. 409. & Purpurat. conſ. 594. facit pro nobis, dum conſiderat rationem, quod Eccleſia minori affictu, & grauioribus pactis locaret, & Antonin. Theſaur. in hoſpitat. militum tenet pro nobis.

Ad vltimum de obſeruantia reſpondetur, quod cum immunitas Eccleſiæ Religioſorum, & bonorum eorum ſit iuris
17 diuini, nulla obſeruantia, & contraria conſuetudo erit ſeruanda, quam canones damnant, & corruptelam vocant, vt in d.c. quamquam, de cenſ. in ſexto dicitur, & ibi notãt Doctor. & Ioſeph. Ludou. concluſ. 38. illat. 78. formaliter non loqui-

loquitur, vt allegatur, ſed ſuppoſito, quod Eccleſia poſſit collectari, quod intelligitur datis habilibus terminis, ſi dubitetur, an etiam collectari, poſſit pro bonis, quæ poſtea acquirit, dicitur obſeruantiam id declarare, non ergo dicit obſeruantiam inducere obligationem ad collectas, ſed inductam obligationem declarare, & ita loquitur Corn. conſ. 205. num. 7. in primo, quem ipſe citat, Et quatenus pars aduerſa allegat conſuetudinem, obſeruantiam, vel immemorabilem poſſeſſionem probare tenetur, tum quia hæc ſunt facti, & non præſumuntur l. in bello, §. factæ, de capt. & poſtlim. tum quia ſunt, vel fundamentum ſuæ intentionis, vel cõcernunt qualitatem neceſſariam ad fundamentum ſuæ intentionis, l. qui accuſare, C. de edendo, l. ei, qui dicit, ff. de probat. Bart. in l. prima, §. quod autem, ff. ne quid in flum. public. Tiraq. de retrac. lignag. §. 8. gloſ. 7. num. 1. & omnia hæc eſſent probanda fuiſſe obſeruata, parte eccleſiaſticorum non contradicente.

Et quando etiam partes noſtræ eſſent probare negatiuam hanc, ſcilicet non eſſe pro aduerſarijs obſeruantiã aliquam,
18 ſeu conſuetudinem exigendi has collectas, vel quia ageretur de ſolo poſſeſſorio, vel alia ratione, facilè probari poterit, producendo proceſſus, & acta, quibus probatur, quod quando pro parte Fiſci tentatum fuit exigere, eccleſiaſtici contradictionem fecerunt, etiam declarando excommunicatos exactores; His liquidò conſtabit non adeſſe obſeruantiam, & conſuetudinem niſi turbidam, & cum contradictione, quæ nihil operatur, Pereg. conſ. 73. ſub nu. 19. verſ. (Primò negando) in quinto, Seraphin. deciſ. 381. in num. 14. pariter non eſt conſuetudo ad operationem aliquam, eo quod quando datur iuditium (vt datur, quando adeſt contradictio, c. forus, de verb. ſignific.) non eſt conſuetudo, niſi ſecundum eam ſit obtentum, Bald. conſ. 210. in primo, Aret. in §. ex non ſcripto, nu. 16. Inſtit. de iure naturali, Roch. de Curt. de conſuet. nu. 361. Menoch. conſ. 187. ſub num. 57. in ſecundo. Cum primum igitur ex proceſſibus productis conſtat non fuiſſe obtentum pro collectis, imò contra eas cum exa-

 ctum

ctum fuerit reſtitutum, ſatis manifeſtè probata eſt negatiua non extare obſeruantiam, vel conſuetudinem deſtruentem intentionem noſtram, imo cõſtare eccleſiaſticos eſſe in poſſeſſione, vt eorum coloni non collectentur, & hunc eſſe cauſæ vltimum ſtatum; quia cum laici contenderent hoſpitari milites apud colonos Eccleſiarũ, vel hac ratione aliquid ab illis exigere, idq; vi feciſſent, doluiſſentq; de hoc eccleſiaſtici apud Magiſtratum, reſponſum fuit, hoc non eſſe actum ex intentione ipſius Magiſtratus. Hæc dicta ſunt ex abundanti, tum quia de hoc ſatis plenè ſcripſit Excellentiſs. Aduocatus Do. Michael Angelus Caccia in tertio, & quarto articulo ſuæ Informationis; parte 1. fol. 103. tum quia ex iam dictis puto partem noſtram (maximè dum agitur de petitorio) eſſe ſatis fundatam in iure communi, & ad partem aduerſam pertinere probare.

Ex his puto, cauſam Religioſorum eſſe poſitam in tuto, & quando res eſſe dubia (quod negatur) ita pronuntiandum eſſet, tum fauore Eccleſiæ, & Religionis; tum odio collectarum. & ita ſperandum eſt.

Laus Deo, & Virgini.

Ex eadem Vniuerſitate Bononienſi.

CONSILIVM,
Et Reſponſum Tertium Deciſiuum EIVSDEM CELEBERR. AVCTORIS In eadem cauſa Eccleſiaſticæ Immunitatis.

EPITOME.

Eccleſiaſtici nullo modo ligari poſſunt laicorum legibus.

SVM-

1 *QVibus legibus ciuilibus ligari poſſint Eccleſiaſtici.*
2 *3. Onus ſternendæ viæ non eſt reale, nec ordinarium.*
4 *Religioſi tenentur tantùm ad onera, quæ concernunt commodum omnium.*
5 *Religioſi inconſulto Summo Pontifice non debent à laico Principe aliquo onere grauari, nec eorum bona.*
6 *Eccleſia non tenetur ad onera alicuius rei acquiſitæ, niſi quando res acquiſita erat prius effecta tali onere fixo, & reali.*
7 *Homines Parochiæ, tenentur ad ſternendam viam, quæ ducit ad Eccleſiam.*
8 *Non vti aliquo priuilegio, non tollit illud priuilegium.*

ADSIT CHRISTVS.

EX ſententia mea RR. PP. Connentus S. Dominici Mutinæ, non tenentur contribuere ad ſternendam viam, exiſtentem propè eorum hortum, & terrenum, eis aliàs conceſſum à Communitate: Non quidem attenta obligatione particulari ſternendi viã, non attenta natura oneris, nec qualitate terreni conceſſi; ob quod præſupponitur Cõuentum teneri ad contributionem: quicquid ex aduerſo ſatis egregiè ſcripſerint agentes cauſam Communitatis.

Priùs, vel indictum ſit hoc onus ex ſpetiali decreto Sereniſſ. Ducis, vel à ſtatutis Mutinæ illis Religioſi non ligantur, c. Eccleſia S. Mariæ, & ibi ſcribentes de conſtitut. Alba conſ. 8. nu. 18. in primo, Plot. in addit. ad conſ. Garati impreſſis poſt conſilia nu. 10. ideo cum tractaretur de onere concernente publicum commodum, teſtatur Guid. Pap. deciſ. 78. non aliter fuiſſe indictum, quàm vocatis, & conſentientibus ſuperioribus eccleſiaſticis; & licèt Franch. deciſ. 9. ex Soto in 4. ſentent. diſt. 25. quæſt. 2. art. 2. dicat clericos ligari legibus.

1 gibus ciuilibus, loquitur tamen de legibus ſpectantibus ad pacem, & tranquillitatem Reipub. In re hac vti clariſſima vlterius non inſiſto, ſed tranſeo ad qualitatem oneris, quod non poſſe dici reale probo, quia, vt ait Bar. in l. 1. nu. 37. C. de muner. & in quo loco lib. 10. triplici ratione munera dicuntur realia, vel quia indicuntur pro eo, quod faciendum erat de re ipſa, vel in ipſa re, vel ſuper eo, quod ex ipſa re percipitur, vel extra rem, quando pro re certa penſio annuatim ſoluitur: Non eſt hoc onus, quod pro re annuatim ſoluatur non de fructibus, & redditibus ex re, nec in ipſa re, tunc enim diceretur hoc onus in ipſa re, ſi tractaretur de reficienda via ante domum, vel de purgando puteo, qui eſſet in vicinia; hęc enim cùm rei immediatè deſeruiant, in ipſa re dicuntur, & à Doct. munera realia appellantur, ſed cum via, de qua agitur ſupponatur tantum eſſe non ante, ſed propè, & iuxta hortum Conuentus, non poteſt prætendi, quod Fratres contribuere teneantur, niſi, quia cum propè habeant Conuentum contingat, vt quandoq; per eam tranſeant, quo reſpectu non poterit dici onus reale, ſed potius mixtum .ſ. ſoluendum à perſonis, quia rem, & habitationem propè habent, & hanc Bar. doctrinam ſequuntur omnes in l. placet, Cod. de ſacroſ. Eccleſ. & in c. non minus, de immunit. Eccleſ. vbi formaliter Abbas num. 16. & idem Bar. in l. ad inſtructiones, Co. de ſacroſ. Eccleſ. nu. 3. apertè ait onus reficiendi vias, & pontes, eſſe reale, ſed faciendi de nouo, imponi perſonis pro rebus, & ita eſſe mixtum, & cum ex aduerſo ſupponatur ſtatutis Mutinæ caueri, vt ad vias ſternendas teneantur vicini, conſtat, quod onus eſt vicini, & ita perſonæ ratione rei, quàm habet in vicinia, & proinde onus erit mixtum, Syluan. poſt alios, quos allegat conſ. 32. nu. 13. & licèt fortè hoc onus imponatur pro modo, & menſura ædium vicinarum, non ideo erit reale, cum materialiter tantùm ſit reale, formaliter autem ſit perſonale, vt de onere implendo pro modo facultatum ſcripſit Natta conſ. 149. nu. 4. qui allegat Bal. in l. propter C. qui bon. ced. poſſ. concludentem, quod concurrente materia reſpiciente rem, & forma, perſonā ad huiuſmodi onera ob

ra ob id mixta dicuntur, quæ cum imponantur perſonis pro rebus, & perſonæ eccleſiaſticæ laicorum iuriſdictioni non ſubiaceant, ſequitur, vt de iure, religioſi iſti ad hoc onus non teneantur, Alex. conſ.68. nu.2. in ſecundo, Burſat. conſ.42. nu.7. Belo. conſ.40. nu.2. quos vnà cum alijs ad rem hanc allegat Lancell. Gallia conſ.59. nu.12.

2 Amplius hoc onus non poteſt dici ordinarium, cum non
3 habeat certam, & perpetuam præſtationem; ſed ex accidenti aperta via impoſitum fuerit, Thomat. de muner. cap.2. incip. (Exactio munerum) Euerard. conſ.42. num.43. Gallia d. conſ.59. nu.64. licèt enim inter munera ordinaria Thomat. d.c. 2. ſub nu.24. ponat collationem viæ ſternendæ; tamen ipſe loquitur de onere perpetuo ſternendæ, & reparãdę vię, quod ſaltem ratone perpetuæ obligationis, licèt modò maius, modò minus iniungat, grauamen dici poteſt ordinarium onus autem ſternendæ viæ nouo apertæ, cum ſemel tantùm imponatur, & non habeat perpetuam, & ſucceſſiuam obligationem, impoſſibile eſt, vt ordinarium dicatur: Ex hoc ſequitur, vt ad hoc onus vti extraordinarium, Religioſi non teneantur, Bar. conſ.180. nu.3. in primo, Abb. conſ. 53. ſub nu.1. verſ. (Certum eſt) in primo, & in conſ. 13. ſub num.2. verſ. (Iure autem ciuili) in ſecundo, Ruin. conſil. 117. num. 3. in quarto, Alba conſ.8. ſub numer. 1. Bero. conſ.31. num. 15. in [illegible]

Præterea licèt Religioſi teneantur ad illa onera, quæ cum
4 concernunt commodum omnium, concernunt etiam commodum conſiderabile ipſorum Religioſorum, vt de onere ſoluendo pro exſiccandis agris, & ad culturam redigendis, de quo loquitur Illuſtriſs. Dom. meus, D. Laderchius conſ. 145. & ſeq. pro reparatione Ciuitatis, vel Caſtri, vt loquitur Rim. iun. conſ.2. in primo, pro ſoluendis ſtipendijs profeſſorum in publicis Gymnaſijs, Decian. conſ.14. in primo, & videntur admittere omnes in l. ad inſtructiones, C. de ſacroſanct. Eccleſ. huiuſmodi non eſt onus, de quo agitur ſiquidem, vel nullam, vel modicam commoditatem ex eo, quod hæc via ſit ſtrata percipere poſſunt, niſi in tranſeundo, vt

qui-

quicunq; alij priuati, pro qua commoditate ſufficeret, quod via eſſet ſtrata in parte, per quam homines iter habent, quod ſit ſtrata in totum, vel eſt ad ornatum Ciuitatis, quo caſu Religioſi non concurrunt, Bald. conſ. 312. nu. 3. in tertio, qui benè probat, quod licet exempti teneantur ad refectionem murorum, quæ fit ex neceſſitate, non tamen tenentur, ſi Ciuitas ad pompam, & ornatum vellet nouos muros facere, Iac. Butrig. & plures alij in d. l. ad inſtructiones, & in vijs Aret. in fin. Rim. iun. loquens in Eccleſia d. conſ. 2. nu. 11. vel eſt ad maiorem commoditatem eorum, qui redis currentibus vtuntur, quibus Religioſi regulariter non vtuntur, nec ſine neceſſitate vti conuenit.

Sed dato etiam, non autem conceſſo, quod ſternere hanc viam præſeferret commune commodum, adhuc non eſt ita expeditum, vt ad id religioſæ perſonæ teneantur ex ſimplici ordinatione Principis ſæcularis, ſed opporteret conuocare, & ſuperiores Eccleſiaſticos, & cum eis communicare, an id communiter vtile ſit, vt in neceſſaria refectione murorum ſeruatum fuiſſe, ait Guid. Pap. deciſ. 78. Imò, & alia preterea neceſſaria ſunt. ſ. quod adſit magna neceſſitas, quod ad huiuſmodi onus laici non ſufficiant, quæ vtiq; in caſu noſtro non concurrunt, quæ ſi concurrerent, nec aliquid fieri poſ-
5 ſet inconſulto Summo Pontifice, Abb. d. conſ. 13. nu. 2. in ſecundo, Io. de Anan. in c. non minus, nu. 3. de immunit. Eccleſ. optimè Bero. conſ. 31. per totum in primo, Euerard. Burſat. & alios allegat Gallia, videndus d. conſ. 59. nu. 54. & 55. & egregiè pluribus proſequitur Anaſtaſ. Germon. de ſacrorum immunit. lib. 3. c. 17. nu. 32. Hinc fit, vt nihil prorſus moueat illa ratio, quod ſi Religioſi non ſoluunt, magis onerantur laici, inter quos extant, & miſerabiles perſonæ: Si quidem illud ſolùm inſpicitur, an laici valeant ipſi onus ſubire: & quod ad miſerabiles perſonas attinet, facilè poteſt occurri curando, vt diuites, & nobiles, qui potiſſimùm deſiderant has commoditates, & delicias viarum pro miſerabilibus ſuppleant; præſertim nobiles matronæ, quibus redæ ſunt in vſu quotidiano: Huiuſmodi enim ratio, quod magis grauaren-

uatentur laici vtpotè, quæ aderat, quando Religioſi à iure redditi fuere immunes,& non fuit habita in conſideratione, nec nunc conſideranda eſt, Alba d.conſ.8.nu. 12. quem ſequitur Gallia d. conſ.59. ſub nu.86.

Tandem nec dici poteſt ratione terreni affecti prius hoc onere, quod cum eodem onere trãſiuerit ad Eccleſiam, Religioſos teneri: Quod.n. per huiuſmodi tranſitum teneatur
6 Eccleſia procedit tantùm, quando res, quę tranſit erat affecta onere reali, & ea ratione connumerata inter ea, quæ ſuſtinent talia onera realia, Guid. Pap. deciſ. 79. & clariùs deciſ.381. & 382. vbi aſſerit iudicatum fuiſſe, quod licet bona eſſent regiſtrata inter ea, quę ad ſubſidia tenẽtur, quod dum trãſeunt ad Religioſos per acquiſitionem, vel ſucceſſionem, mutata perſona, mutetur etiam bonorum cõditio, ſ.vt non amplius ad ſubſidia teneantur. Gallia d. conſ.59. numer.30. cum ſeq. ſatis latè hoc proſequitur Theſau.deciſ.234. etiam teſtans pro Monialibus cõtra quandam communitatem iudicatum fuiſſe.

Nolo etiam omittere, quod ſi ageretur de ſternenda via publica, per quam ducerentur plauſtra publica Religioſorum, vel via, quæ in Ciuitate eſſet, & ante domum Religioſorum in qua retinerentur inquilini, poſſent inueniri aliqui
7 Doctores tenentes,ad expenſam etiam Religioſos cõtribuere, quorum multi citantur à Do. Laderch. d.conſ.145.quorum aliqui ſimpliciter loquuntur, & aliqui cum temperamento Summi Pontif. vel alterius Superioris eccleſiaſtici beneplacito: ſed dum agitur de ſternenda via, quæ ducit ad Eccleſiam, vel Conuentum, aliquis non tenet, quod concurrant Religioſi, aliàs etiam mendicantes concurrerent, cum & ipſi habeant Eccleſias hortos,& Conuentus,quod tamen omnes inficiuntur. Imò multi ſunt, qui tenent hoc non eſſe onus Religioſorum, ſed hominum Parochiæ. Iac. Butrig. in d. l. ad inſtructiones, in fin. & Bald. nu. 2. ſequitur eum in d.c.non minus.Io.de Anan. ſub n.6.& Henric.Boich. in princ.

Hinc tolluntur omnia contraria, quibus optimè ſatisfacit

vir ille doctiſſimus, qui cauſam Fratrum agit: non enim dici poteſt nos verſari in onere ordinario, nec in opere pietatis, quia allegata in cõtrarium procedunt in reſtauratione pontium, & viarum, ex qua reſultat publicum commodũ, quod perpetuam habet cauſam, ſed cum iſtud onus viæ ſternẽdę naſcatur eo inſtanti, quò ex accidenti aperta eſt via, ſecundùm traditiones Doct. impoſſibile eſt, vt dicatur ordinarium onus; cumque, quod in totum ſit via ſtrata (vt experientia oſtendit) nõ ſit niſi ad ornatum Ciuitatis, & ad commodum redarum nõ poteſt dici, quòd præſeferat pietatem aliquam; quod verò hoc futurum ſit commodum frequentantibus Eccleſiam, non concludit, quod Religioſi, qui Eccleſiæ inſeruiunt, & Conuentum cum hortis habitant, teneantur ad onus ſternendæ viæ, ſed potiùs hoc erit onus parochianorũ, qui ad Eccleſiam accedunt pro Sacramentis, vt antea probaui ex Iac. Butrig. & Bald.

Quòd bona Religioſorum connexa, & adhærẽtia viç ſint obnoxia oneri ſternendæ viæ, non procedit in bonis, quç habitantur à Religioſis, ſed in prædijs vrbanis, & ruſticis deſeruientibus eorum neceſſitatibus, vt ex Henrich. & alijs ſupra probatum fuit, & hoc caſu nec etiam inconſulto Sũmo Pontifice, vt probant ſupra allegati, & præſertim Abb. cõſ. 3: in primo, cui nõ cõtradicunt plures allegati à præſtãtiſſimo Dom. Laderchio d. conſ. 145. ſub nu. 3. Quia ipſi benè concludũt ad cõſtructionem murorum, & fortalitiorum cõcurrere clericos, ſed id conſulto Summo Pontifice nõ affirmãt, ſicut nec Abb. negat ad illa cõcurrere clericos, ſed negat cõcurrere inconſulto Summo Põtifice, & in hoc nõ eſt, qui audeat improbare apertè Abbatem; multi autem ſunt, qui eum ſequuntur, vt per Theſaur. d. deciſ. 134. & Gallia d. cõſ. 59. ſub nu. 53. Nec obſtat, quòd conſenſus Pontificis nõ ſit neceſſarius in caſibus iure communi expreſſis: quia iam probatum eſt, l. ad inſtructiones non procedere in vijs Ciuitatis, ſed tantùm in publicis itineribus.

Satis igitur ex his firmata eſt intẽtio Reuerẽdorũ Patrum, nec opus eſt de eorum priuilegijs agere, de quibus ſi agen-

dum

dum eſſet, facilè ad obiecta contraria reſponderi poſſet, dicēdo, quòd poſtquam dicta priuilegia à Gregorio XIII. fuere deducta ad terminos iuris, quod à Siſto Quinto renouata fuere: Nec poſtea à Clemente vulnerata, niſi ad fauorem Bononienſium, ita reuocatio localis locum non excedit, arg. l. in agris, ff. de acquir. rerum dom.

Nec obſtat, quod Bulla Pij Quinti nō fuerit publicata Ferrariæ, quia cum Bulla prædicta nihil diſponeret in vim legis, quo laici ligerentur, opus non fuit aliqua publicatione, ſed ſufficit, quod dato caſu, priuilegiati allegent priuilegium.

Nec pariter obſtat, quòd in aliis occaſionibus Religioſi
8 vſi non fuerint hoc priuilegio; iſtud enim tollit priuilegium conceſſum Religioni in vniuerſum, Archid. in c. neque, n. 2. 16. quæſt. 4. Hoſt. in c. vt vt priuilegia, §. illud etiam ad fin. verſ. (Quod puto verum) de priuileg. Henrich. in c. cum acceſſiſſent, num. 5. verſ. (Et intellige) de conſtitut. Gabr. conſ. 151. num. 13. in ſecundo, & vnà cum non vſu oporteret, quod concurret præſcriptio quadraginta annorum, c. accedentibus, de priuileg. l. non vtilem, ff. ex quib. cauſ. maior. Bal. in c. ad audientiam, nu. 2. de præſcript.

Laus Deo, & Virgini.

Ex eadem Vniuerſitate Bononienſi.

CONSILIVM,

Et Reſponſum Quartum Deciſiuum EIVDEM CELEBERR. AVCTORIS In eadem cauſa Eccleſiaſticæ Immunitatis.

EPITOME.

Clerici participare debent, cum laicis de bonis communi-

tatum, & caſtrorum, quæ poſſident, vel quæ ducunt in emphyteuſim, & diuiduntur inter incolas ipſorum caſtrorum.

SVMMARIVM.

1 *Clerici in fauorabilibus ſunt de communitate.*
2 *Priuilegia clericorum non ſunt in eorum damnum retorquenda.*
3 *Bona eccleſiaſtica in capacibus ſunt patrimonialia.*
4 *Conſuetudo non poteſt induci in præiudicium futurorum.*
5 *Conſuetudo in iudicio contradictorio obtenta tollit priuilegium.*
6 *Emolumentum bonorum ſi quis vult, tenetur ſubire onera annexa.*

SIT CHRISTVS ILLVMINATIO MEA.

Conſultus, vt pro veritate dicerem, an, qui in ſortem Dei electi ſunt in Caſtro S. Ioannis, participare debeant de bonis, quæ à Communitate cōducuntur in emphyteuſim ab Abbatia Nonantulana, & diuiduntur inter incolas ipſius Caſtri.

Contra Clericos prima cōſideratione nō leuem dubitationem faciebāt authoritates Abbatis in cōſ.6. in primo, reſpōdentis, Clericos nō poſſe mittere eorum animalia in paſcua communitatis, niſi ſoluta mercede, & Rim. iū. cōſ. 368. in quarto, reſpōdentis, in bonis cōductis ab eadem Abbatia à Communitate Cēti, quod clerici de illis nō participēt, faciebāt etiam dubium rationes, quibus ipſi mouentur, & præcipuè, quòd cum nō ſint clerici ſub iuriſdictione temporali eiuſdem caſtri, & non teneātur ad onera, quemadmodum tenētur homines laici d. communis, quòd propterea de illis vti de forēſibus iudicetur, & proinde, quemadmodum forenſes de his bonis non participant, ita nec clerici.

1 Re ipſa tamen maturiùs cōſiderata opinor magis pium, & iuridicum eſſe, vt & clerici ad diuiſionem horum bonorum

rum

Digitized by Google

rum admittantur, ea præcipuè ratione, quod in fauorabilibus clerici dicuntur de populo, de Communitate, & de iuriſdictione, de qua & laici dicuntur, nec ipſi ideo minus ciues, & incolæ dicũtur, quod clerici ſint, Bald. in l. prima, §. huius ſtudij, in fi.ff.de iuſt. & iur. Paul.cõſ.292.num.3.in pri. Alex. conſ.41.nu.4.& 5.in 7.Dec.conſ.114. incip.pro tenui, Alciat. cõſ.9. nu 40. in 2.Crot. conſ.215.nu.16. in 2.& 293. nu.17.in 3.Soc. iun.80. nu.15.in 4. Maluaſ. 26. ſub num. 19. Burſat. 59. nu.31. in pri. & quòd gaudeant priuilegijs ciuiũ, Euerard. cõſ.42. nu.46 Quòd nedum procedit in merè fauorabilibus, qualis eſt hæc bonorum diſtributio, ſed etiã in onerosis, quãdo cõmune bonum reſpiciunt, vt ſcripſit Burſat. dicto conſ.59. de ſtatuto compellẽte Communitatem ad emẽdationem damni, in puncto extat cõſ Oldradi 32.in quo concludit, Sacerdotem dici de Vniuerſitate, ex quo infert in fine conſilij, quòd habet ius paſcendi, quod competebat illis de Vniuerſitate.

Magisq́; eſt huic opinioni adhærẽ. quòd nõ agitur de noua acquiſitione, ſed de transferenda ea de laicis in clericos, nam exiſtimo hæc bona prius competijſſe parẽtibus horum clericorum, quibus parẽtibus mortuis, ſi filij eſsẽt laici vtiq; ſuccederẽt in ius parentum ſuorum, quare modo nõ ſuccedãt ex eo quod ſũt clerici nulla ratio eſt, quæ id perſuadeat; quemadmodum alij incolæ, etiam quod ſint ex alio priuilegiati, non prohibẽtur tamen recipere partem horum bono-
2 rum, quia nõ conuenit, vt eorum priuilegia cõuertantur in eorum odium, ita ex eo, quod clerici dicãtur ciues, vel incolæ priuilegiati, nõ ſunt priuãdi communicatione horum bonorum cõmunita. ne eorũ priuilegia in eorum damnum retorqueantur, & quemadmodum ſuccedendo parẽtibus in alijs bonis non minus ſuccedunt, licèt ſint clerici, l. Deo nobis C. de Epiſc. cleric. ita & in his bonis ſuccedent.

Quæ cum non veniãt ab Eccleſia, poterũt dici eorum bo-
3 na patrimonialia, quorum ſunt capaces, quia naſcuntur ex parte incola ipſius Caſtri, & qui erat ex communitate, & ideo ſint, vel nõ ſint clerici, non referret cum in patrimonialibus

clerici non habeantur vti clerici, Plot. conſ.93. num. 5. & 6. ideo paſſim traditum eſt in patrimonialibus, clericum non eſſe priuilegiatum, niſi in caſibus à iure communi deciſis; omnes in cap. Eccleſia S. Mariæ, de conſtitut. præcipuè Dec. poſt Abbat. ſub nu. 18. verſ. (In gloſ. 2.) Socin. conſ. 230. ſub nu. 8. col. penul. in 2.

Contraria autem nihil obſtant, ſiquidem in primis Abb. in conſ. 6. ita reſpondet, ſupponendo, quod paſcua ſint Communitatis laicorum, ibi (Ad primum dicendum, quod ſi loca paſturæ eſſe conſueuerunt, & ſunt Vniuerſitatis Cōmunitatis laicorum) aliter reſpondiſſet, ſi paſcua fuiſſent ſimpliciter Communitatis; tunc .n. Abbas non receſſiſſet ab opinione Oldradi in d. conſ. 32. à qua non ſolet vnquam recedere.

Ad conſil. Rimin. iun. ſufficeret dicere in Caſtro Centi ſeruari contra dictum conſilium, vt fides mihi exhibita oſtendit.

Sed & eius rationes ſatis leues ſunt, nam primò, quòd bona emphyteutica non debent tranſire in clericos perſonas priuilegiatas, quia deterior fit conditio domini directi, continet ius tertij, & procedit, quando alicui priuato laico res locatur, quando verò communitati; aut volumus pro veritate tenere etiam contineri clericos, & tunc res non egreditur terminos ſuos, nec ad priuilegiatos tranſit, cùm conſiderentur clerici, vti membra ipſius communitatis; aut volumus clericos non contineri, & falſum eſt, vt antea probaui, & dum id Rimin. ſupponit, quod controuertitur ſupponit.

Addit Rim. quod clericis aſſignare portionem horũ bonorum eſſet alienare bona, iuxta prohibitionē, de qua in inueſtitura.

Quæ ratio, & ipſa perperam ſupponit ſub communitate non contineri clericos; ſi continentur, alienatio non eſt prohibita.

Tandem deducit Rimin. ſolidiſſimum fundamentum ex conſuetudine antiqua, cuius initij memoria non exiſtit.

Quæ

Quæ conſuetudo in caſu noſtro non extat, cum ſupponatur, quandoque non adfuiſſe clericos capaces participationis, tunc non potuit induci conſuetudo in præiudicium cle-
4 ricorum venturorum, quia non dato caſu non adeſt fundamentum conſuetudinis, & quandoq; adfuiſſe clericos, qui petierunt, ideò non potuit, ſtante tali petitione, induci aliqua conſuetudo, & dato, quod qui petierunt, acquieuiſſent, vel loco bonorum aliquid accepiſſent, nec tunc conſuetudo in-
5 traret, & in ſumma eſt extra omnem difficultatem, quod vt oriatur conſuetudo, quæ tollat ius clericis venturis oportet, quòd in iudicio contradictorio ſit obtenta, aliàs taciturnitas aliquorum non poteſt præiudicare poſteris.

Quod dicitur de oneribus, mihi non videtur obeſſe, quia aut ſunt onera his bonis communibus adiecta, & non poteſt dici, quod clerici ea non ſubeant, tenentur enim, ſi volunt
6 emolumentum bonorum, etiam onera ſubire bonis annexa, Soc. conſ. 97. nu. 3. in primo, Burſat. d. conſ. 59 nu. 30. quod apud omnes eſt receptiſſimum, & ſi onera eſſent talia, quæ non deceret clericos perſonaliter ſubire, ea poſſent explere per interpoſitam perſonam, ita dicitur clericum eſſe capacem feudi, quando per interpoſitam perſonam ſeruire poteſt, Alex. conſ. 10. num. 8. & 9. in primo. ſ. quia ſeruitium ſit tale, quod præſtari poſſit per interpoſitam perſonam, & naturæ feudi conuenit. Item. ſi de feud. defunct. fuer. controuerſ. c. qui clericus, nu. 6. Roſental. de fæud. c. 7. concluſ. 30. nu. 20.

Aut ſunt alia onera, & ſi ſunt talia, quæ concernant vtilitatem publicam laicorum, & clericorum, ad ea tenentur clerici. Iac. ab Arena, & Iacob. Butrig. in l. ad inſtructionem. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Anchar. conſ. 61. verſ. (Præterea) Abb. in c. 1. col. 1. & 2. de immunit. Eccleſ. Laderch. conſ. 145. ſi verò non concernunt vtilitatem publicam laicorum, & clericorum, licèt clerici ad ea non teneantur, tenentur tamen ad plura onera ſpiritualia, nam eorum orationibus, & ſacrificijs laicis auxilium præbẽt, Anchar. d. conſ. 61. ob quę onera conuenit, vt participent de fauoribus, de quibus & laici

participant. Dec.conſ.114. col. 2. verſ. Ad primum, Alciat. conſ.9. nu.40. in ſecundo.

Quòd clerici intelligantur forenſes,in propoſito caſu non eſt verum,quia imò inter ciues connumerātur,vt antea probaui, & rectè firmant Dec. & Alciat. in conſ. allegatis, & Socin. iun. conſ.80. num.15.in quarto,dicens,ex magna rationis diuerſitate non licere arguere de forenſibus ad clericos, qui ſunt ciues ſuæ ciuitatis, & aliqua ſubeunt onera ſaltem ſpiritualia, quod ſufficit allegans Paulum, vt per eum.

In fauorem igitur clericorum puto omninò reſpondendum, ſaluo iudicio cuiuslibet rectiùs ſentientis.

Laus Deo, & Virgini.

Ex eadem Vniuerſitate Bononienſi.

CONSILIVM,

Et Reſponſum Quintum Deciſiuum EIVSDEM CELEBERR. AVCTORIS In eadem cauſa Eccleſiaſticæ Immunitatis.

EPITOME.

Nullus Princeps laicus, vel Communitas imponere poteſt collectas clericis pro eorum quibuſcunq; bonis, quamuis patrimonialibus etiam.

SVMMARIVM.

1 *A Nullo laico Legislatore clericus, vti non illi ſubditus, collectari poteſt.*

2 *Clerici gaudent omni immunitate onerum à laicis impoſitorum.*

3 Cle-

3 *Clerici gaudent immunitate, etiam pro bonis patrimonialibus.*
4 *Clerici non poſſunt collectari pro bonis patrimonialibus.*
5 *Clerici non poſſunt collectari, nec etiam pro bonis patrimonialibus.*

ADSIT S. TRINITAS.

IN re clara,& ferè indubitata, & in qua luculenter ſcripſit Excellentiſs. D. Aduocatus, mihi pluribus non erit immorari. Etenim extra omnem dubitationem eſt, vniuerſitatem laicorum non poſſe collectare clericos vti non ſubditos ſuæ iuriſdictioni,
1 Bar. in l. vnic. numer. 32. Cod. de mun. & in quo loco lib. 10. Doct. in cap. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit. & ſi collectando monita non deſiſterit, incidit in excommunicationem, Anaſtaſ. Germon. lib. 3. de ſacrorum immunit. c. 17. nu. 66. qui allegat Alex. conſ. 68. in ſecundo, & omnes communiter in d. c. Eccleſia.

Imò clerici vnà cum eorum bonis gaudent omni immu-
2 nitate ab illis oneribus, quæ à laicis imponuntur perſonis pro rebus, & ſupponuntur eſſe collectæ, de quibus agitur, Iaſ. in l. placet, in 2. lect. ſub nu. 20. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Ruin. conſ. 117. nu. 4. in quarto, Natta cōſ. 280. nu. 5. Alba cōſ. 8. nu. 1. Lud. Cat. inter cōſ. Rim. ſen. conſ. 740. ſub nu. 12. Bellon. conſ. 40. nu. 3. Euerard. conſ. 42. nu. 25. & ſeq. allegant ad id c. non minus, & c. aduerſus, de immunit. Eccleſ. ca. 1. de immunit. Eccleſ. in 6. c. quanquam, de cenſ. in 6. & Clem. præſenti, de cenſ.

Qua immunitate gaudent clerici, nedum ob res Eccleſiæ,
3 ſed etiam ob bona patrimonialia, nam & in illis viget ratio, quòd laici non ligant clericos ab eorum iuriſdictione exemptos omnes, in dicto cap. Eccleſ. S. Mariæ. Butr. num. 11. Io. de Anan. num. 5. Fely. num. 7. Barbat. num. 51. ita concludens poſt longam diſputationem Dec. colu. 8. ſub num. 18. in verſ. in gloſ. 2. qui ſequuntur gloſ. 2. ibi, quæ id tenet, Guiliel.

glicl. de Monte Lauduno in Clem. 1. de vita, & honeſt. cleric. num. 7. afferunt rationem ex gloſ. penult. in cap. ex literis. de pignor. quòd bona patrimonialia clerici ſunt eius Eccleſiæ obnoxia pro ſua mala adminiſtratione; & ideo conuenit, vt gaudeant illis priuilegijs, quibus gaudēt bona Eccleſię, quam glo. in hoc ſequuntur Io. Andr. num. 12. Belam. ſub num. 7. Io. de Anan. ſub nu. 5. & Imol. nu. 5. in d.c. Eccleſ. S. Mariæ.

Et in ſpecie, quòd pro nobis patrimonialibus non valeant
4 laici collectare clericos, Butrius in c. 1. num. 5. de conſuetud. & Imol. ſub num. 1. Dec. ſub nu. 18. in d.c. Eccleſ. S. Mariæ, & Felyn. num. 7. Barbat. ſub nu. 46. Rom. in l. ſi publicanus. §. de rebus, nu. 3. ff. de publican. quemadmodum nec ad gabellas clerici tenentur de rebus proprijs, Clemen. præſenti; de cenſ. Etiam quòd bona, dum extabant apud laicos, ſolita eſſent collectari, nam dum tranſeunt ad clericos à collectis immunia redduntur, Specul. tit. de cleric. coniugat. nu. 10. verſ. Ad huius autem articuli, Feret. conſ. 167. num. 11. Facit, quod in odium clerici negotiatoris fit, vt ad onera teneatur etiam pro patrimonialibus, ex quibus non fuit negotiatus, Marcabrun. conſ. 18. numer. 45. qui plures allegat, ergo ceſſante odio negotiationis, patrimonialia clericorum erunt immunia.

Adeoq; id verum eſt, quòd ſi collectæ indicantur ob
5 communem vtilitatem, tam clericorum, quàm laicorum, non poſſunt laici collectare clericos, niſi in caſu neceſſitatis conſulto Summ. Pontif. vel Prælato Eccleſiæ, Butrius in cap. non minus, de immunit. Eccleſ. Guid. Pap. deciſ. 78. Ioa. de Anan. in d. cap. non minus, numer. 3. de immunit. Eccleſ. Abb. conſ. 13. numer. 21 in ſecundo, Bero. conſ. 311. numer. 13. in primo. Gallia conſil. 59. numer. 54. & 55. Anaſt. Germon. de ſacr. immunitat. lib. 3. cap. 17. numer. 32. & hoc ipſum etiam ſentit Illuſtriſs. Dom. meus Laderch. in conſil. 145. ſub numer. 4. in fine penul. col. ibi (vel & ſecundò illa capita) alioqui in illa cauſa acerrimus defenſor laicorum.

Qua-

Quare indubitatum puto, non licere Vniuerſitati ex ſe, collectis ſubijcere bona etiam patrimonialia clerici, & id iuſtitiæ conforme eſſe arbitror.

Laus Deo, & Virgini.

Ex eadem Vniuerſitate Bononienſi

CONSILIVM,

Et Reſponſum Sextum Deciſiuum EIVSDEM CELEBERR. AVCTORIS In eadem cauſa Eccleſiaſticæ Immunitatis.

EPITOME.

Nullum bannum laicorum, vti de non molendo niſi in certo molendino, ſeu aliud quodcunq; afficit clericos.

SVMMARIVM.

1 *Nulla ordinatio, aut bannum laicorum afficit clericos.*

2 *Deſeruientes clericis nullis ligantur laicorum legibus, ordinibus, bannis, aut alijs ſimilibus, in præiudicium ipſorum clericorum.*

3 *Iudex Eccleſiaſticus poteſt cogere Iudicem laicum, vel Principem, ad declarandum, quòd ſub conſtitutione generali non includit Eccleſiaſticos, nec quodcunq; eorum intereſſe.*

4 *Nullus Princeps, aut Iudex laicus ſub Anathemate nil imponere poteſt Eccleſiaſticis perſonis, aut eorum ſeruitoribus in præiudicium Eccleſiaſticæ Immunitatis.*

AV-

Digitized by Google

CLari, & aperti iuris eſt, conſtitutionem, or-
dinat. ſeu bannum, quo cauetur, vt non li-
ceat molere, niſi in tali molēdino, cōditum
1 à laicis, nō afficere clericos, Auth. caſſa, &
ibi Doct. C. de ſacroſ. Eccleſ. & in c. Eccleſ.
S. Mariæ, & c. quæ in Eccleſiarum, de con-
ſtit. vbi Dec. Felyn. & Cardinal. in c. perpendimus, de ſenten.
excommunicat. & ad id plura allegat Surd. conſ. 2. num. 14.
in primo, & conſ. 301. nu. 12. & ſeq. in tertio, vbi ait id præ-
cipuè procedere, quando verba ſunt præceptiua, & arctati-
ua, vt nō eſt dubitandum eſſe in caſu noſtro. Accedit quod (vt
ex precibus porrectis Sereniſſimo glorioſæ memoriæ Duci
Alphonſo) conſtat cauſam finalē concedendi, vt nō liceret
in alio molēdino, quam ipſius terræ Herberiæ molere fuiſſe,
vt ſubditis faciliuseſſet ſubire onera gabellarū, ad quę onera
cum nō teneātur clerici, niſi in certis caſibus, ita vt arceātur
à ſuperioribus eccleſiaſticis, nunquam tamē à laicis. Euerar.
cōſ. 42. nu. 3. Lancellot. Gallia cōſ. 59. nu. 53. & ſubſequitur, vt
nec includātur ſub ordinatione facta pro faciliori ſolutione
2 gabellarum, & quemadmodum non licet laicis ſuis conſtitu-
tionibus clericos, ita nec licet ligare ſeruientes ipſis clericis,
Bald. & Salicet in l. prima, & ſecūda, C. de Epiſc. & cleric. Ol-
drad. conſ. 11. Surd. dicto conſ. 301. nu. 86. Illuſtriſs. Do. La-
derchius conſ. 103 num. 15. Imò in propoſito caſu ſatis eſt,
quòd conſtet, frumentum molendum fuiſſe clerici.

Quod ſi conſtat, vt creditur, ex teſtibus in proceſſu exa-
minatis, conuenit, vt Dom. Iudex laicus deſiſtat monitus à
moleſtia, qua afficit colonos, qui inſeruiendo clerico fru-
mentum conducebant, & ſi monitus non deſiſtit (quod non
creditur) ſubijcietur excommunicationi vti lædens liberta-
tem eccleſiaſticam, c. fi. & ibi omnes de immunit. Eccleſ. in
3 6. Imò Ioan. Andr. ibi, verſ. (Nec eſt abſurdum dicere)
col. fin. ait Iudicem eccleſiaſticum poſſe cogere ſuperiores
laicos declarare, quòd ſub conſtitutione generali non inclu-

dan-

dantur clerici, vel perſonæ religioſæ: cum ibi ſequuntur Anchar. col. 2. verſ. Subdit tamen. Gemin. col. fin. verſ. Imò non eſſet, Franch. ſub numer. 2. verſ. (Et vltra) Anchar. cõſ. 155. ſub nu. 8. verſ. (Sextò, & vltimò) Surd. conſil. 301. numer. 45.

Ex his ergo deducitur inſtante Reu. Dom. Peregrino pro defenſione eccleſiaſticæ libertatis, vt colono reſtituatur pœna exacta, & id petente à Iudice eccleſiaſtico, vt ipſius muneris ſit non trepidando, vbi trepidandum non eſt, nec timendo plus maieſtatem temporalem offendere, quàm æternum, vt habetur in cap. clericis in fi. princ. de immunit. Eccleſ. in 6. monere laicum ſuperiorem, & reſtituere ab eo indebitè exactum; & declarare ſub prouiſione de nõ molendo, niſi in molendino Communitatis, non comprehendi Eccleſias, nec eccleſiaſticas perſonas, & ipſum contumacem, exiſtentem (quod non creditur) excommunicare. Non ob-
4 ſtante, quod ipſe alleget, poſſe conſtringere laicos, vt non audeant frumenta clericorum ad aliud molendinum conducere: Quia veritas eſt, quòd nec iſtud licet ſub pœna excommunicationis vti per indirectum lædens libertatem eccleſiaſticam, vt eſt formalis tex. in cap. fi. de immunit. Eccleſ. in 6. & ibi gloſ. c. quanto, de priuileg. & c. ſtatutum, de hæret. in 6. Bal. conſil. 31. ſub numer. 2. verſ. (Nam aut opus) in primo.

Hæc pauca in re ex ſe ſatis clara pro nunc ſufficere arbitror, paratus ſi quę in contrarium in iure adducentur, ea reſoluere.

Laus Deo, & Virgini.

Ex

Celeberrimi V. I. Conſulti MARCABRVNI AB ANGVILLIS FERRARIENSIS In patriæ Gymnaſio Iuris Cæſarij Primarij Interpretis.

V.I. Conſilium, & Reſponſum Deciſiuum.

Et eſt 18. in ordine in ſuo conſiliorum libro primo.

EPITOME.

Eccleſiaſticorum bona omnia, ac quicunq; eorum coloni, & ſerui ſunt immunes ab omnibus collectis, & oneribus, præcipuè extraordinarijs, quia Eccleſiaſtica libertas, & immunitas nullo modo, neq; etiam per indirectum lædi debet, quod vtiq; fieret ipſos bonorum Eccleſiaſticorum colonos, & ſeruos quo quomodo collectando.

SVMMARIVM.

Notandum tamen, quod cum tàm Summarium, quàm Conſilium ad alia permulta, & diuerſa, vltrà materiam Eccleſiaſticæ libertatis, & immunitatis nimis prolixo, per longoq; calamo inſcripta contenta protrahantur, quæ adducere valde moleſtum lectori, ſuperfluumq; eſſet; ob id cætera omnia omittendo, cum quæ ad ipſam Eccleſiaſticam immunitatem, tàm in ſummario, quàm in reſcripto ipſo terminentur pœnè in numero ſexageſimo quarto incluſiuè, propterea vtrunq; fideliter, & ad verbum referemus tantummodo vſq; ad ſupradictum num.64. incluſiuũ, ne quid fruſtra, & citra propoſitũ, ac opportunitatem rei hic ſcribamus.

1 Cle-

1 *CLerici ſunt immunes pro fructibus bonorum eccleſiaſticorum, & patrimonialium à collectis, & oneribus perſonalibus.*

2 *Conductor bonorum eccleſiaſticorum, vel alius ſucceſſor laicus non gaudet Eccleſiæ priuilegio, hoc eſt immunitate, ſed tenetur ſoluere collectas, & vectigal.*

3 *Salinas ementes debent ſoluere pedagium, licèt ab Eccleſia eas emerit.*

4 *Pedagium ſoluere tenentur ementes ſalinas ab Eccleſia, licèt Eccleſia non teneatur.*

5 *Vectigalia ordinaria tenentur ementes ſalinas ab Eccleſia ſoluere.*

6 *Priuilegia perſonalia non tranſeunt in emptorem, conductorem, vel alium ſucceſſorem.*

7 *Immunitas in extraordinarijs an tranſeat in emptorem, vel alium ſucceſſorem.*

8 *Gabella dicitur onus ordinarium: quia habet certam præſtationem.*

9 *Immunitas in ordinarijs non tranſit ad ſucceſſorem.*

10 *Laboratores forenſes, ſi poſſunt extrahere partem ſuam fructuum, & illam alicui ciui vendant, non transferunt illud priuilegium extrahendi in emptorem.*

11 *Statutum puniens officiales fraudantes datia communis non habet locum in fraudante emptorem ipſius datij.*

12 *Aeditio non fit emptori gabellarum licèt fiat fiſco.*

13 *Gabellarum emptores ſtatim licèt habeant ius in re, & tanquam procuratores communis uti poſſint iure communi: tamen non ſuccedunt in priuilegium perſonale.*

14 *Et idem eſt in conductore oçi Eccleſiæ. 14.*

15 *Idem in colonis, & laboratoribus Eccleſiæ. 15.*

16 *Aſcriptitij, & perpetuò ſerui Eccleſiæ licèt habeant eandem immunitatem, quam Eccleſia: tamen ſecus eſt in colonis liberis, & ſocijs partiarijs.*

17 *Immunitas Eccleſiæ non tranſit in laboratores, & partiarios ſocios, aut colonos: ſed tenentur ſoluere datia, & gabellas pro parte ſua*

18 *fructuum, & redditum. 18.*

19 *Gabellas tenetur conductor Eccleſiæ ſoluere.*
20 *Datia imponuntur perſonis pro rebus.*
21 *Perſona pro gabella ſoluenda inſpicitur.*
22 *Gabella etiam ſi eſſet onus fructuum, eſſet ſoluenda à conductore rei Eccleſiæ, & quæ ſit ratio.*
23 *Damnum, & lucrum rei conductæ ſpectat ad conductorem.*
24 *Et idem eſt in decima conducta. 24.*
25 *Colonus habens priuilegium non ſoluendi decimam, an ſi non colit, ſed ad partem dei fundum, an ad partem teneatur decimæ, & dicitur quod ſic.*
26 *Fallit, niſi exemptio eſſet terrarum, & non domini. 26.*
27 *Conductores fiſcalium prædiorum non excuſantur ab oneribus ciuilibus.*
28 *Emphyteuta licèt non teneatur ad onera, quæ ſoluuntur pro re Eccleſiæ, tamen benè poteſt grauari pro ſuo vtili dominio, licèt ſtatutum non poſſit ſtatuere, aut diſponere ſuper rebus eccleſiaſticis quò ad ius competens Eccleſiæ, poteſt tamen quò ad ius laicis competens.*
29 *Conductor tenetur ſoluere gabellam de fructibus.*
30 *Immunitas eccleſiaſtica per indirectum non poteſt etiam lædi.*
31 *Statutum diſponens, quòd quilibet ſubiectus portans bladum ad molendinum ſoluat duodecimam, non valet, quatenus concernit perſonas volentes ire ad molendina Eccleſiæ.*
32 *Gabella non ſoluitur de fructibus rei Eccleſiæ, dum ſunt Eccleſiæ, vel dum transferuntur in laicum.*
33 *Statutum, quòd emptor teneatur in ſolidum ſoluere gabellam, non comprehendit emptorem rei Eccleſiæ.*
34 *Eccleſia per indirectum lædi non debet.*
35 *Statutum grauans colonum Eccleſiæ ſoluere gabellã vltra partem ſuam non valet, & ſic pro parte Eccleſiæ.*
36 *Coloni fiſci excuſantur à muneribus ciuilibus, vel municipalibus, & quæ ſit ratio.*
37 *Gabella quando debeatur ex fructibus rei Eccleſiæ, pulchrè declaratur.*
38 *Factum emptoris eſt ſeparatum à contractu Eccleſiæ, & nihil habet commune cum facto Eccleſiæ.*

Fallit

39 *Fallit tamen, niſi in contractu emptor paciſceretur, quòd ſumptibus Eccleſiæ fructus exportare, & vendere poſſet, & quæ ſit ratio. 29.*

40 *Exemptio ratione connexitatis, & correlationis communicatur emptori.*

41 *Emptor fructuum Eccleſiæ quando liberè poſſit extrahere illos, & quando non.*

42 *Statutum ſi prohibet conduci vinum extra diſtrictum ſub pœna librarum 300. & amiſſionis vini, an conducens vinum præsbyteri incidat in pœnam prædictam, & diſtinguitur, vel eſt familiaris præsbyteri, & tunc non incidit; aut eſt emptor, & tunc non tuetur eccleſiaſtico priuilegio, & quæ ſit ratio.*

43 *Confiſcatio non fit rei Eccleſiæ.*

44 *Statutum puniens damna data in agris non afficit clericos, ſed paſtores.*

45 *Statutum ſi extat quòd pro quolibet molendino ſoluantur 30. & contrahens cum perſona exempta teneatur ad gabellã pro vtraq; parte, an conducens ab Eccleſia teneatur ad illa 30. vel ad vtramq; gabellam, non obſtante promiſſione de defendendo, &c. & dicitur quod ſic.*

46 *Libertatem eccleſiaſticam laici non poſſunt tollere, ita nec clerici libertatem laicorum, vel iuriſdictionem.*

47 *Priuatus poteſt mandare famulo ſuo, quòd laboret vineam, non autem ſacerdotis famulo, nec poteſt impediri ab Eccleſia, niſi malignè id faciat.*

48 *Reſpublica poteſt mandare ſubditis ſuis.*

49 *Statutum dirigens verba in non ſubditos, licèt nõ poſſit comprehendere clericos, tamen poteſt arctare contrahentes cum eis, dummodo non afficiantur in aliquo clerici, puta quòd ſecum cõtrahentes teneantur ad totam gabellam, ſed auctor videtur tenere contrarium. 54.*

50 *Obligatio laici ſi venit in conſequentiam obligationis clerici nulla, non ligat laicum.*

51 *Damnum clericis contingens per indirectum an conſideretur.*

52 *Reſpublica Eccleſiæ æquiparatur, & non tenetur pro alienis commodis ſuas inuenire difficultates.*

53 *Generatio vnius eſt alterius corruptio, & hoc eſt naturale.*

54 *Iſte numerus eſt in fine numeri 49.*

55 *Bulla facit rem notoriam.*

56 *Et probat liberam reſſignationem fuiſſe factam.*

57 *Etiam quòd quis eſſet ad id tantùm procurator.*

58 *Papa aſſert ouſtatur in collationibus.*

59 *Literæ non expediuntur ſecundùm regulam Cãcellariæ niſi reſignãs conſenſerit.*

60 *Coadiutor in capellania datur, & qualis ſit modus.*

61 *Impetratio beneficij viuentis habet diffi ultatem.*

62 *Votum captandæ mortis in beneficialibus improbatur.*

63 *Coadiutor in capellania cum libera adminiſtratione poteſt introducere fructus Eccleſiæ ſuo nomine immunes.*

64 *Eccleſiæ fructus ſunt exempti, & immunes.*

IN TE DOMINE SPERAVI, &c.

SVPER inquiſitione fraudati vectigalis dubium facit contra Dominum Zaninellum: quia licet clerici ſint immunes pro fructibus bonorum eccleſiaſticorum, imo etiam patrimonialium à collectis, & oneribus
1 perſonalibus c. 1. de imm. Eccl. in 6. & cap. quanquam de cenſi. co. li. & cle. præſenti. de immu. Eccleſ. Bar. in l. 1. C. de mul. & in quo loc. & habetur in l. placet. C. de ſacroſ. Eccleſ. & per Ro. in l. ſi publicanus, §. de rebus, ff. de publ. & Firm. de Gab. 7. p. 7. q. & Felin. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ 4. col. & ibi Ru. nu. 22. & 77. de conſt. tamen non videtur eſſe verum, quod fructus poſſeſſionum plebis Maderij, & capellaniæ Sãcti Antonij, de quibus agitur, eſſent Donni Alphõſi clerici filij ipſius Domini Zaninelli, ſub cuius nomine vt rectoris, & adminiſtratoris dictæ plebis, & capellaniæ dicitur, quòd dictus Dominus Zaninellus eos intraduxit, & vendidit tanquam exemptos. cum non eſſent: quia adhuc Alebat Donnus Dionens Maranus Rector dictorum beneficiorum, & licèt renunciaſſet dictam plebem prædicto Do-

mino

mino Alphonſo: tamē dicitur, quod re ſeruauit ſibi regreſſum & fructus, & ſimiliter licèt in dicta capellania datus ſibi eſſet coadiutor, & poſt eū prouiſus dictus Donnus Alphōſus: tamen dicitur, quòd interim fructus erant dicti Donni Dionei, dum viueret, & quòd ante dictam coadiutoriam iam fecerat infraſcriptam locationem Domino Zaninello, & ideo videtur, quòd dicti fructus eſſent ipſius Domini Zaninelli, qui conducebat dictas poſſeſſiones à dicto Donno Dioneo,
2 & ſic ſubiecti eſſent oneri gabellarum : quia conductor bonorum eccleſiaſticorum, vel alius ſucceſſor laicus nō gaudet eodem priuilegio circa redditus, ſicut Eccleſia, vel clericus, ſed tenetur ſoluere collectas, & vectigal. Spe de immu. Eccle. in fin. & ibi Bal. in addi. Feder. de Sen. in conſ. 111. Archi. in c. fi. & Gem. in c. quamquam in fin. prin. de cenſ. in 6. Bal. in conſ. 162. 2. vol & conſ. 31. 4. vol. Io. de Plat. in l. Senatorum, C. de digni. lib. 12. Firma. de gab. in d. 7. par. 7. q. nu. 13. & nu. 17. Guid. Pap. deciſ. 208. Io. de Amic. in cōſ. 8.
3 & Iaſ. in conſ. 20. 1. vol. & ideo ementes ſalinas ab Eccleſia
4 debent ſoluere pedagium, & alia vectigalia ordinaria, licèt
5 Eccleſia non teneretur: quia priuilegia perſonalia non tran-
6 ſeunt in emptorem, vel conductorem, ſeu alium ſucceſſorem. l. licitatio. §. fi. ff. de publi. ita dicunt Rim. & Bar. ibi, & alij etiam, quos ſupra allegaui, & Sali. in l. vniuerſi. C. de vectig. & Car. conſ. 12. 1. col. D. Alex. in l. quia tale. ff. ſolu. matri. & Dec. in conſ. 48. 1. col. & in l. in omnibus cauſis, la ſecunda 1. col. de reg. iur. in extraordinarijs autem Bar. in d. §.
7 fin. tenet, quòd immunitas trāſit ad emptorem. Bar. contra. d. conſ. 31. de quo Car. d. conſ. 12. ſed non inſiſto: quia in caſu noſtro agitur de gabella, quæ dicitur onus ordina-
8 rium: quia habet certam præſtationem Bal. in l. fin. Cod. ſi. cenſ. vel reliq. cum alijs àllegatis per Dec. d. conſil. 48. 1. colum.

Et vltra prædicta, quòd dicta immunitas non tranſeat ad
9 ſucceſſorem in ſim. conſuluit Cor. conſ. 141. 4. vol. & ſequi-
10 tur Rip. de peſt. fol. 92. q. 10. ad fi. quod ſi laboratores forenſes, qui poſſunt extrahere partem ſuam fructuum, illam

 ven-

vendant alicui ciui, nõ poterit ille ciuis facere extractionem, & in ſi. caſu idem tradit Petr. de Ancha. in conſ. 109. quòd
11 ſtatutum puniens officiales fraudãtes datia communis non habet locum in fraudante emptorem ipſius datij, per tex. in d. l. citatio §. fin. & Ant. de Butr. ſe ſubſcripſit, quorũ conſilia propria, & ſigillata vidit in Ciuitate Paduæ Fir. vt ipſe refert. in verb. fraus, verſ. pen. Idem D. Alex. & Iaſ. in l. 3. ff. de
12 eden. quòd emptori gabellarum non fit editio, licèt fiat fiſco per d. §. fi. licèt enim iſti, qui emunt redditus gabellarum ſta-
13 tim habeant ius in re, & tanquam procuratores communis poſſint vti iure communi Bar. in l. in prouinciali §. ſi ego. ff. de
14 ope. no. nunci. & in conductore Eccleſiæ tradit Cald. inter conſ. Bal. in conſ. 494. & ſequen. 2. volu. & Crauet. in cõſ. 6.
15 num. 113. tamen non ſuccedunt in priuilegium perſonale: vt patet in d. §. fi. & idem eſt in colonis, & laboratoribus Eccle-
16 ſiæ: quia licet hi qui ſũt perpetui, vel aſcriptitij, ſeu ſerui eccleſiarum habeant eandem immunitatem, quam habet Ec-
17 cleſia l. 2. C. de epiſc. & cler. tamen ſecus eſt, ſi ſint liberi, & ſocij partiarij, ſeu (vt vulgò dicitur) mezadri: quia tenentur
18 ſoluere datia, & gabellas pro parte ſua redditunm ita diſtinguit glo. in l. fin. in 1. glo. C. qui tut. dar. poſſ. & Feder. de Sen. d. conſilio 115. & alijs, de quibus ſupra, & plenè tradit Rip. in conſ 223. dub. 2. lib. reſpon. vbi aſſignat optimas ratio-
19 nes, quæ militant etiam in conductore Eccleſiæ, quòd te-
20 neatur: quia datia imponũtur perſonis pro rebus, & ſic per-
21 ſona conductoris inſpici debet, qui eſt laicus l. reſcripto, §. fi. ff. de mun. & hon. l. inductiones, & ibi not. C. de an. & trib. lib. 10. & not. in rub. C. de mun. patrim. & dato, quod gabella
22 eſſet onus fructuum, ſicut fructus à ſolo ſeparati ſunt conductoris, ita etiam gabella ad eum pertinere debet, prout
23 etiam pertinet damnum, & lucrum. Bar. in l. ſi merces §. vis maior. ff. locat. Anto. de Butri. & Imo. in c. propter. eod. tit. & Ang. in conſ. 411. & prout etiam de onere decimæ dicit
24 Innoc. in c. cum ſit. de decim. & Car. in cap. tua nobis, & ibi Abb. col. vltima, eo. tit. & Bald. in d. conſ. 311. 1. colum. ad fi.
25 vol. 3. Et idem eſt in colono eius, qui habet priuilegium non

ſol-

Digitized by Google

ſoluendi decimam: quia ſi non colit nummis, ſed ad partem, tenetur ſoluere de parte ſua, ita Abb. conſ. 9. 2. dub. 1. volu.
26 niſi exemptio eſſet terræ, & non domini: vt ibi per eum, & Pariſ. in conſ. 69. nu. 6. 1. vol.

Comprobatur etiam in l. coloni, C. de excuſa. tut. vbi con-
27 ductores prędiorum fiſcalium non excuſantur ab oneribus ciuilibus, & idem patet in l. ſemper. §. conductores, ff. de iur. immun. vbi eſt ſpeciale in vectigalium conductoribus, non honore conductorum, ſed ne extenuentur facultates eorum, quę fiſco obligatæ ſunt.

Idem probatur; quia licet emphyteuta rei Eccleſiæ non
28 teneatur ad onera, quæ ſoluuntur pro re Eccleſiæ, l. priuatæ, & ibi doct. C. de excu. mun. lib. 10. tamen. benè poteſt grauari pro ſuo vtili dominio, licèt ſtatutum non poſſit ſtatuere ſuper rebus eccleſiaſticis, quo ad ius competens Eccleſiæ: poteſt tamen quò ad ius competens laicis. Barb. conſ. 14. vlt. colum. 1. volu. & Cur. conſ. 72. in fi. quos allegat Rip. in d. conſ. 22. ad fi. & idem tradit Feli. in ca. quæ in Eccleſiarũ. in fi. de conſti. D. Alex. in conſ. 9. 2. col. 5. vol. vbi Cur. in c. fi. char. 25. 2. col. & char. 35. 2. colum. de conſuetu. & Rui. in conſilio 139.

Nec dicatur, quòd per indirectũ onus pertinet ad Eccle-
29 ſiam: quia ſi conductor tenetur ſoluere gabellam de fructibus, tamen minus conducet poſſeſſiones: vt dicit Bar. in l. interdum §. quoties ff. de publi. & Abb. in d. c. tua nobis. penul. colum. de decim. & immunitas eccleſiaſtica nõ poteſt etiam
30 per indirectum lædi. cap. fi. de immun. Eccle. in 6. & tradit Cald. inter conſ. Pet. de Ancha. in conſ. 12. 3. colum. & Collegium Bon. conſ. ſeq. 1. vol. & ipſemet Petr. de Anchar. in conſ. 154. 2. colum. vbi conſuluerunt contra Bal. in conſ. 11.
31 ibidem poſito ſuper ſtatuto, quòd quilibet ſubiectus portans bladum ad molendina ſoluat duodecimam, quòd non valet, quatenus concernit perſonas volentes ire ad molendina Eccleſię, & ſeq. D. Alex. in conſilio 209. penul. colum. 2. vol. Iaſ. in l. quominus 25. q. ff. de flum. & Soci. in l. 2. 2. col. ff. de his quæ pęn. nõ. & Caccialup. in l. omnes populi, tertia q. princ.

ff. de iuſt. & iur. & iſtam rationem in terminis facit, Dec. in conſ.48.3.colum.

Quia reſpondet Bald. in d.conſ.31.3.volu. & Ioan. de Amic. in d.conſ.18. & etiam Iaſ. in d. conſ. 20. quod aut agi-
31 tur de gabella fructuum, dum adhuc ſunt ipſius Eccleſiæ,
32 vel dum transferuntur in laicum, & non debetur à colono,
33 vel conductore, vel emptore, & ideo ſtatutum quod emptor teneatur in ſolidum ad gabellam, non habet locum in eo, qui emit rem Eccleſiæ: quia tanto minus venderet rem ſuam oneratam ſolutione gabellæ propter ſtatutum, & ſic per indi-
34 rectum Eccleſia læderetur l.ſi venditor.ff.de ſerui.exp.ſecundùm Bald. & Io. de Ami. vbi ſupra, & idem ſi ſtatutum grauaret colonum Eccleſiæ ſoluere gabellam de fructibus vltra
35 partem ſuam, & ſic etiam pro parte tangente Eccleſiæ, ita Fede.de Sen.in d.conſ.111. Bart. in l.hi pœnes, C. de agr. & cenſ. lib.11. Bald. in l.1. C.de epiſco. & cler. Ange.in auctent. de non alien.§.quia verò. Firm.de gab.7.par.7.q.Barb.in cõſ. 29. 1.col. & per totum 4. vol. Soc. in l.1. 2.colum. ff. de his, quæ pæn. nom. & Rip. d.conſ.12.3.dub. Idem patet in l. fi. C. qui tu. dar.poſſ. & in d.l.ſemper.§ coloni de iu. immu.vbi
36 coloni fiſci excuſantur à muneribus ciuilibus, vel municipalibus; quia impediuntur ſeruire prædijs fiſcalibus, vt dicitur in d.§. coloni. Et idem vult. Pariſ. in conſ.25. nu.10. 1.volu. aut verò agitur de gabella, poſtquam fructus Eccleſiæ facti
37 ſunt laici per emptionem, vel conductionem: vt quia emptor vel conductor velit exportare fructus, vel illos vendere, & tunc debetur gabella, etiam quòd per indirectum lædatur
38 Eccleſia: quia factum emptoris eſt ſeparatum à contractu Eccleſiæ, & nihil habet cõmune cum facto Eccleſiæ, ſecundum Bal. d.conſ.31. & Ioan. de Amic. d.conſ.18. Fallit ta-
39 men, vbi emptor, vel conductor in contractu paciſceretur, quòd ſumptibus Eccleſiæ fructus exportare, ſeu vendere poſſet: quia tunc ſicut Eccleſia non ſolueret, ita nec emptor ſeu venditor: quia factũ emptoris haberet originem à contractu facto cum Eccleſia, ita Bal. d.conſ.31. & Io. de Amic. d.conſ.18. & cum prædicta diſtinctione videtur etiam con-

cor-

concordare Dec.in d.conſilio 48.in fin.vbi conſiderat,quod
40 emptori ratione connexitatis,& correlationis communica-
41 tur exemptio à gabellis, & ideo vult, quod poſſit liberè ex-
trahere, prout poſſet venditor, qui erat exemptus,ſecus ſi ip-
ſe emptor de nouo in alium alienaret: quia ille non poſſet
extrahere,intelligo tamē quòd in caſu Deci. ideo ille emptor
poſſet extrahere, quia habebat pactum de hoc à venditore,
qui tenebatur tradere in naui rem venditam. vt ibi per
eum, aliàs vere nec ipſe emptor poſſet extrahere: vt per Bal.
d. conſilio 31. & Ioan. de Amic. d.cōſ.18.& ego dixi in cau-
ſa Co. Alphonſi Calcagnini.

Plus tenet Bald. in conſ.61.1.volu.& refert Ioan.de Amic.
42 in d.conſilio 18. quòd ſi ſtatutum prohibet conduci vinum
extra diſtrictum ſub pœna lib.300. & amiſſionis vini,& con-
tingat, quòd quis conducat vinum alicuius præsbyteri, licèt
43 vinum non confiſcetur l. ſacroſanctæ Teſaloni. C. de ſacro-
ſan. Eccle. tamen conductor incidat in pœnam lib. 300. nec
excuſatur veniendo contra prohibitionem ſtatuti priuilegio
eccleſiaſtico: ſicut excuſantur familiares præsbyterorum,vt
l.2. C.de epiſ. & cler. quia dicit Bal. iſte non tamquam fami-
liaris, ſed ratione mercedis iſtud vinum conduxit, allegat d.
l. licitatio §. fi. ff. de publi. ſimiliter ſtatutum laicorū puniens
44 damna data in agris per beſtias nō afficit clericos, ſed paſto-
res tenentur. Feli. in c.Eccleſia Sanctæ Mariæ, n.77. 5.exem-
plo, de conſtitu. cū m alijs allegatis ibi per eum, & Parp. in l.
placet. nu.27. C.de ſacroſan.Eccleſ.& ſimiliter Bald.in conſ.
162. 2.volumi. quem refert, & ſequitur Rip. d.conſ.22.con-
45 ſuluit, quòd ſtante ſtatuto, quòd pro quolibet molendino
ſoluantur ſol.30. & quòd contrahens cum perſona exempta
teneatur ad gabellam pro vtraque parte, ſi laicus conducit
molendinū ab Eccleſia, etiam quòd Eccleſia promittat eum
defendere ab omni moleſtia, compelli poteſt ad ſoluendum
dictos 30. ſolidos: quia laici non impediuntur vti eorū com-
modis, & vtilitatibus contra ſubditos ſuos conducentes ab
Eccleſijs, vel ementes ab eis poſſeſſiones vel redditus: nam
ſicut laici non poſſunt tollere libertatem clericorum, ita nec

Digitized by Google

46 clerici libertatem,& iuriſdictionem laicorum in ſubditos lai-
47 cos, & ſicut priuatus poteſt mandare famulo ſuo, quòd la-
boret vineam ſuam, & non ſacerdotis, nec poteſt Eccleſia
contradicere, niſi laicus maligne id faciat, nullum prouen-
tum ſentiens, & ſolum damnum Eccleſiæ inferens. cap. cos.
de immuni. Eccle. in 6. cum ſimi. ita enim dicendum eſt in
48 republica cum ſubditis ſuis, & dicit Bal. quòd mundus ita
approbat, & non audet damnare, & allegat d. l. licitatio. §. fi.
de publi. & quædam alia, & idem in ſim. caſu tradit in conſ.
11. inter conſ. Pet. de Ancha. & plus ſubdit in dicto cōſ. 162.
49 quòd licèt ſtatutum dirigens verba in non ſubditos nō com-
prehendat Eccleſiam l. placet C. de ſacroſan. Eccl. cum ſim.
etſi ſtatutum diceret, quod quicunque contraxerit cum cle-
rico, vterque ſoluat gabellam, & pro clerico poſſet compelli
laicus, non valeret quo ad clericū, nec quo ad clericum pro
parte laici: quia obligatio laici ponitur in conſequētiam ob-
50 ligationis nullæ. l. 1. §. exceptiones, ff. quar. re. act. non det.
tamen ſecus eſt, ſi ſtatutum non grauat clericum in aliquo,
ſed laicum dupliciter, ita quòd portio laici grauata eſt inſo-
lidum: portio verò clerici in nihilum: quia tunc non infrin-
gitur libertas clericorum, & ſtatutum valet, licèt per indire-
51 ctum aliquod commodum ſibi auferatur: quia conductor
nollet propter iſtud onus conducere niſi pro minori merce-
de, d. l ſi venditor. §. fi. ff. de ſeru. expor. ſed reſpublica, quæ
52 æquiparatur Eccleſiæ l. fi. C. de ſacroſan. Eccle. non tenetur
pro alienis commodis ſuas inuenire difficultates, & dicit,
quòd ita practicatur vbique locorū: & licèt dicat, quòd hæc
opinio aliqualiter eum remordet: quia ſtatuentium intentio
eſt implicita ad propria commoda, & Eccleſiarum damna;
tamen poſtea reſpondet, quòd naturale eſt, quòd generatio
53 vnius ſit corruptio alterius, ſed de prima intentione naturæ
eſt generare, non corrumpere, ideo pri. intentiō debet atten-
54 di l. 1. §. 1. ff. de auct. tut. & licèt apud me ſit dubia, tam deci-
ſio Bald. in d. conſ. 61. quàm etiam vltima reſolutio, quam
facit in dicto conſ. 162. in fi. & d. conſ. 11. quia videtur etiam
contra ea, quæ ſupra dixi, & maximè contra Federic. de Sen.
d. conſ.

d. conſ. 111. & Bald. in d. conſ. 31. 3. vol. & Io. de Amic. in dicto conſ. 18. & contrarium volunt Cald. & Petr de Anch. in conſ. 12. & ſeq. inter conſ. Petr. de Anchar. & Soci. in conſ. 272. 3. colum. tamen quando agitur de gabella pertinente ad conductorem, poſtquam fructus ſunt ſui, prout in caſu noſtro, res eſt plana, quòd ab ipſo debetur per prædicta.

Sed his non obſtantibus puto de iure concludendum eſſe, quòd dictus Dominus Zaninellus veniat à dicta inquiſitione abſoluendus.

Et primò moueor: quia eſt fundata exceptio dicti Domini Zaninelli, quòd fructus, de quibus agitur, erant dicti Donni Alphonſi clerici eius filij: quia reperiũtur introducti, & venditi ſub nomine dicti Donni Alphonſi de Anno 1532. & apparet ex Bulla Apoſtolica, quòd de anno 1531. die 17. Iulij dicta plebs Maderij cum per liberam reſignationem factam per Dominum Iulianum Naſellum Procuratorem dicti Domini Dionei in manibus S. D. N. Papæ, vacaret, fuit collata
55 dicto Donno Alphonſo, & quæ bulla facit rem notoriã Lap.
56 alleg. 24. & Dec. in conſil. 191. & probat liberam reſignatio-
57 nem fuiſſe factam per dictum procuratorem, etiam quòd il-
58 le erat procurator ad hoc tantùm: quia ſtatur aſſertioni Papæ clem. 1. de probatio. & habetur in capit. cum nobis. de teſtib. tum etiam quia regula cancellariæ eſt, quòd literæ Apo-
59 ſtolicæ aliter non expediantur niſi reſignans conſenſerit, ita Caſſad. deciſ. 1. & 2. nu. 6. in tit. de renunt.

Similiter apparet ex alia Bulla, quod de eodem Anno, die primo Decemb. Papa mandat deputari dictum Donnum Alphonſum in coadiutorem dicto Dõno Dioneo ſenio confecto, donec vixerit, in adminiſtratione dictæ Capellaniæ S. Antonij cum plena, libera, & omnimoda poteſtate, omnia, & ſingula faciendi quæ ad dictum officium de iure, vel conſuetudine, aut aliàs quomodolibet, dummodo dicti Donni Dionei expreſſus adhoc accedat aſſenſus: & nihilominus dictam capellaniam conferri dicto Donno Alphonſo mandauit cum primum, per ceſſum, vel deceſſum, ſeu aliter va-
60 care contigerit, & eſt modus traditus per Car. in conſ. 70.

Iiiq licèt

Digitized by Google

61 licèt dicat, quod impetratio habeat aliquam difficultatem
62 propter euitandum votum captandæ mortis. Qui Donnus Dioneus ſuum præſtitit conſenſum ſaluis iuribus ſuis die 3. Aug. 1532. & facta fuit executio, & immiſſio in poſſeſſionem die 8. eiuſdem menſis, & anni, & ſic antequam fructus poſſeſſionis dictæ Capellaniæ introducerentur, & conducerentur ſub nomine dicti Donni Alphonſi.

Stante ergo, quod plebs Maderij eſſet collata dict. Donno Alphonſo, nulli dubium, quòd fructus dicti beneficij potue-
63 runt licitè ſub nomine ſuo tanquam exempti introduci, & vendi, per ea quæ habentur in d.c. quamquam de cenſi. in 6. & ſup. dixi in principio.

Et ſimiliter ſtante dicta coadiutoria potuerunt ſub eius
64 nomine tanquam exempti introduci, & vendi fructus dictę capellaniæ, &c.

ANNOTATIO.

QVI ampliora ſupradictis pro Eccleſiaſticorum bonorum, eorumq; colonorum libertate, & immunitate, vid. quòd nullo modo teneantur ad onera extraordinaria, non fixa, non vniformia, reiq; inherentia, non certa, & perpetua, nec ordinariam præſtationem habentia, quales ſunt collectę pro militum hoſpitatione, & his ſimilia, videre voluerit, perlegat eiuſdem Auctoris reſcriptum quadrageſimum in ordine, in primo ſuorū conſiliorum libro, & ibi per longa enaratione perplura, quæ ad hoc faciunt proſpiciet; & quamuis quandoq; impermixtè de oneribus ordinarijs, & extraordinarijs, ibi loqui videatur, vbiq; tamen Eccleſiarum bona, & eorum cultores quoſq; immunes eſſe ab oneribus non habentibus fixam, perpetuam, vniformem, ordinariam, reiq; adherentem præſtationem de communiori Doctorum ſententia affirmat, vt ibi videre eſt.

Item cum materia ſucceſſionis bonorum in Clerico, vel Monacho, ſeu Monaſterio capaci bonorum hiſce temporibus valde controuertatur, qui fauore Eccleſiæ videre cu-

pit.

pit inſigniorum Doctorum ſententiam, vid. quod Clericus, vel Monachus, ſeù Monaſterium capax bonorum ſuccedere poſſit in hæreditatem, ac etiam in fæudum, perlegat inter alios, ſupradicti Auctoris conſil. 23. in ordine maximè nume. 307. & ſeq. ac etiam conſilium pulchrum, & notabile Socini Sen. 257. 2. colu. & ſeq. vol. 2.

Ex Vniuerſitate Romana.

Celeberrimi V. I. Conſulti LELII IORDANI ROMANI In patriæ Gymnaſio Iuris Ciuilis Primarij Profeſſoris, & Interpretis. V. I. Conſilium, & Reſponſum Deciſiuum.

Habetur in tractatu de maioribus caſibus cap. 8.

EPITOME.

Epiſcopis, ac Eccleſiaſticis ius dicentibus, licet habere familiam armatam, cauſâ iuſtitiæ exercendæ, & exequendæ.

SVMMARIVM.

1 *Negantes licere Epiſcopis familiam habere armatam, conantur reddere imperium Eccleſiæ paralyticum, & ſimiliter dicentes brachium ſæculare neceſſariò inuocandum.*

2 *Abbas Panorm. malè ſæpè ſenſit de Eccleſiaſtica poteſtate.*

3 *Author contra Panormit. & alios malè ſentientes pollicetur ſe demonſtraturum licere Epiſcopis familiam armatam habere, & brachium ſæculare non eſſe neceſſarium, ſed quomodo opus erit implorandum.*

4 *Veritatis tuendæ gratia, & ſalutis curandæ cauſa, ſua quoque tollere decreta oportet.*

5 *Author promittit ſe veram opinionem animis hominum inſerere, & falſam euellere.*

6 *Ordo tenendus in diſputatione huius quæſtionis, in hoc capite propoſitus.*

7 *Vnde originem duxerit opinio Abb.*

8 *Delegatus ſecundum ſtylum Curiæ non debet, immo non poteſt inuocare brachium ſæculare, niſi habeat reſcripto expreſſam hanc facultatem.*

9 *A delegato Principis ad Ordinarium non valet argumentum.*

Delegatus non poteſt mulctare, Ordinarius autem ſic, ibi.

10 *Delegatus non poteſt exequi ſuam ſententiam, Ordinarius autem ſic de iuris rigore.*

11 *Fundamentum opinionis Panormitani eſt poſitum ſuper aqua.*

12 *Opinio Panormitani non probatur ab antiquis, ſed ab ipſo potius eſt inſinuata.*

Doct. qui Panor. ſequuntur, narrati, ibi.

13 *Gemin. & Archid. non dicunt id, ad quod pro Abbatis opinione citantur.*

Antonij Maſſæ Galleſij animaduerſio, & laus ibi.

Hoſtien. probat potius contra Abb. videlicet Iudicē eccleſiaſticum poſſe manu militari exequi, ibi.

Abbas antiquus, & Henric. Boic. idem videntur tenere, ibi.

14 *Ordinarij verbum indiſtinctè de eccleſiaſtico, & ſæculari intelligendum.*

15 *Tres gradus quæſtionis; Primus, delegatum per ſe non poſſe; Secundus, per Ordinarium eccleſiaſticum poſſe; Tertius, per Ordinarium ſæcularem eius inuocato brachio poſſe ſententiam exequi.*

16 *Intellectus ſing. 770. Guid. Pap. quod loquatur de Epiſcopo iudicante, vt arbitrio ex iuriſdictione prorogata, non vt eccleſiaſtico, & iuriſdictione ordinaria.*

Epiſcopus tamquam habens merum imperium, habet cognitionem cauſæ delationis armorum, ibi.

17 *Epiſcopus, ſeu Ordinarius eccleſiaſticus poteſt, immo cenſetur delegato*

gato committere facultatem exequendi ſententiam, niſi ſpecialiter ſibi Ordinarius reſeruauerit.

18 *Authores pro opin. contra Abb. grauiſſimi, & plurimi, & nu.* 21. *Baldi maxima authoritas, ibi*

19 *Oldrad. firmat brachium ſæculare implorari in ſubſidium.*

Eccleſia poteſt etiam cōtra laicos ad capturam pro criminibus eccleſiaſticis procedere, ex eodem Oldrado, ibi.

Eccleſia ex condecentia ſolet brachium ſæculare inuocare, & poteſt laicos pro eccleſiaſticis criminibus capere, ex Mar. Socin. Sen. & Io. Vanquell. ibi.

20 *Non valet conſequentia: laici debent excommunicari, ergo non poſſunt capi, & nu.* 27.

21 *Epiſcopus poteſt habere familiam armatam, ex Aufrerio, & alijs, præter relatos ſupra nu.* 8.

22 *Defenditur Bald. à contrarietate, & declaratur eius locus in l.* 1. *de ſerui. & aqua. ſub nu.* 68. & 69. *conuenire cum loco eiuſdem Bald. in l. nam ſalute ff. de off. Præfect. vigil.*

23 *Epiſcopus poteſt pro iuriſdictione ſui Epiſcopatus, ac iure, armis, etiam materialibus vti, & nu.* 57.

24 *Argumenta opinionis Abb. quinque referuntur.*

25 *Epiſcopus habet proprium imperium in ſua Diœceſi.*

26 *Epiſcopus poteſt punire delinquentes ſua Diœceſis, quia habet imperium.*

27 *Epiſcopus poteſt excommunicare, & propria etiam authoritate delinquentes capere.*

28 *Epiſcopus poteſt per Eccleſiæ miniſtros fuſtigare, & torquere, & numer.* 55.

29 *Epiſcopus poteſt habere proprios carceres, & in illos conijcere delinquentes.*

30 *Ad Eccleſiam pertinet diſpoſitio authoritatiuè gladij materialis ex D. Thoma.*

31 *Cui conceditur aliquid, cenſentur omnia conceſſa neceſſaria, ſeu opportuna pro conceſſi executione.*

32 *Beroius notatur putans Epiſcopos tranſire fines ſuæ iuriſdictionis, vtendo familia armata.*

33 *Si poteſt Poteſtas, multò magis poteſt Epiſcopus habere familiam armatam.*

34 *Qui*

34 *Qui poteſt ſuam exequi ſententiam, poteſt etiam executori per violentiam committere.*

35 *Inferiores pro executione recurrunt ad Epiſcopum, igitur poteſt Epiſcopus habere familiam armatam.*

36 *Concilij quoque Tridentini authoritate probatur Epiſcopum habere poſſe propriam familiam.*

Qui negat Eccleſiam vtrumque habere gladium, eſt Hareticus, ibid.

37 *Materialem gladium eſſe Eccleſia, Chriſti IESV in Euangelio Ioan. teſtimonio probatur.*

38 *Intellectus verbi D. Bernardi, nutu Eccleſia, pro diſpoſitione, & imperio, non pro ſimplici cohortatione, ex Turrecrem.*

39 *Epiſcopi iuriſdictio eluderetur, ſi familiam ille armatam habere non poſſet, & nu. 53.*

40 *Conſuetudine ſuadente loci, nulli dubium, Epiſcopos poſſe familiam habere armatam.*

41 *Conſuetudine etiam circumſcripta, Epiſcopi poſſunt de iure habere familiam armatam.*

Intellectus Clem. nolentes, §. porrò verſ. Spectat. de haret. vt procedat etiam in Epiſcopis, ne dum in Inquiſitoribus, ibi.

42 *Argumentum debet quis inuocare brachium ſaculare, Igitur non poteſt habere familiam armatam, non valet ex Decio.*

43 *Brachium ſaculare non debet neceſſariò Epiſcopus inuocare, ſed poteſt ſi vult, poſtquam ſuo vtroque gladio .ſ. ſpirituali, & materiali eſt vſus.*

44 *Non eſt alius quarendus Iudex quomodo poteſt executio fieri à ſeruientibus Iudici, qui ſententiam tulit.*

45 *Non cogitur Epiſcopus, ſed volens exigente ſubditorum rebellione, poteſt inuocare brachium ſaculare. etiam ex Abb.*

46 *Delegatus priùs requirit Ordinarij Eccleſiaſtici, quàm ſacularis brachium.*

47 *Sacularis, etiam, ſi eius auxiliũ teneretur delegatus implorare, non propterea poteſt iuriſdictionẽ pratendere, ſecundùm communem opinionem ex Alciato.*

48 *Epiſcopis habentibus ſuam propriam familiam armatam non perturbantur Prelatorum, ac ſacularium inuicem poteſtates.*

49 *Vbi*

49 *Vbi eſt diſtinctio, ibi non cadit confuſio.*

50 *Si concederetur, Epiſcopos non poſſe familiam habere armatam, ſequeretur ſaculares fungi duplici munere, & poteſtate.*

41 *Si adire neceſſe eſt ad ſæculares, confunderetur eccleſiaſtica iuriſdictio, quæ debet per ſaculares cuſtodiri.*

52 *Epiſcopi debent neceſſariò habere fidele Miniſtrum, cum competenti familia armata.*

53 *Abſurdum eſſet, Epiſcopos non poſſe habere familiam, & debere ſæcularem Magiſtratum requirere; quia interim poſſent delinquentes fugere, & nu. 39.*

54 *Sæcularis requiſitus de brachio ſæculari diffugiendo, ſæpè dicit ſe velle cauſam ſcire, cur Ordinarius eccleſiaſticus vellet vti ſæculari brachio.*

55 *Regij Iudices caperent temporalitate Iudicis eccleſiaſtici manu Regia, ſi requiſiti vellent dare brachium ſæculare, ibi.*

56 *Epiſcopus poteſt per alios carcerare, torquere, percutere, & num. 28.*

57 *Clericis ratione adminiſtrationis, armorum eſt permiſſus vſus.*

58 *Epiſcopus poteſt pro defenſione iuſtitiæ arma capere, & nu. 23.*

59 *Manus militaris non ſolùm in temporalib. ſed etiam in ſpiritualibus Epiſcopo eſt neceſſaria.*

Intellectus capit. tuæ, vt lit. non conteſt. quòd loquatur de Epiſcopo, ibi.

60 *Intellectus doctrinæ Angeli in l. qui reſtituere, ff. de rei vendic.*

61 *Concluſio, quod Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis competit ius habendi familiam armatam.*

62 *Immo quòd ad Iudicem eccleſiaſticum pertinet cogere Iudicem ſæcularem, vt liberet quemcunq; captiuum, quem iniuſtè in carcere detinet.*

Cum

CVM verò eò deuenerimus, vt Epiſcoporum cauſas capitales ad Summum Pontificem deferendas, & Canonum, ac Sanctorum Patrum, & Conciliorum, grauiſſimorumq; etiam plurium authoritatibus confirmaſſe videamur, & planè veluti præſaga mente ſentiamus, tentare pleroſq; nauiter verecundiæ fines tranſeuntes, clariſſimis quibuſcunque rebus tenebras effundere, conſtanſq; illud, ac perpetuum Ec-
1 cleſiæ imperium quadam veluti neruorum reſolutione affectum, ac paralyticum (vt dixit Hoſtienſ in c. 1. de off. ord. & Bertran. in conſ. 138. rem non nouam nu. 4. vol. 3. in antiq.) reddere, ac præcisè etiam negare, Epiſcopis licere proprios apparitores, lictoreſq; & viatores, quos vocant executores, & miniſtros, habere armatos iuſtitiæ exercendæ, atque exequendæ cauſa. atque adeo affirmare ſæcularis brachij auxilium, non ſolùm eſſe opportunum, & ipſius Eccleſię tantùm authoritate, propriaq; diſpoſitione implorandum, ſed etiam neceſſariò, ac ſemper inuocandum prætexere. Panor.
2 ſæpè, vt de Concilio Baſilien. ſic de hac ſæculari poteſtate malè ſentiente erroris authore, ac duce ſibi propoſito, probante illo quidem, laicis nimium indulgente, Epiſcopis ditione temporali carentibus, non eſſe liberum magiſtratus, atq; imperij Epiſcopalis comites, & apparitores, birruarios, ſeu exequutores, armatamuè familiam dicunt, ſuas veluti ipſorum manus, ſibi præſtò futuros deligere, quaſi Epiſcoporum poteſtas quædam in animos tantùm; non autem in corpora etiam imperium exiſteret; nec ſontes accerſiri, ligari, virgis cedi, in carceres conijci vlla eis iubendi facultas relicta eſſet. Nos verò arbitrati quidem, ſummiſq; authoritatibus planè
3 edocti contra, ac iſti dicant, eſſe ſtatuendum, atq; Epiſcopis, etiam Imperatores ſua debere capita ſubmittere, eorumq; monita neceſſariò recipere, cap. Valentinianus, 63. diſtinct. illoſq; volentes quidem inuocare, non autem cogi implorare brachium ſæculare. proprioſq; ſibi præſto futuros apparitores habere, à quoque prohiberi, minimè poſſe, nec omninò

à pro-

Digitized by Google

à propoſita hac materia alienum putauimus,hoc etiam iſſe-rere quæſtionis caput, cùm præ cæteris omnibus veritatem ſoleamus pluris æſtimare, non ignorantes eius retinendæ
4 gratia, vt dixit Philoſophus 1. Ethicorum,cap.6. in princ.ſua etiam decreta tollere, nedum,ab alijs temerè inducta delenda irrita, & iniuſta pronunciare, Chriſtianæ Religionis præſertim puræq; ac veræ fidei Catholicæ, vt decet, ſtudioſos, atque acerrimos defenſores, ſummumq; illud bonum, ſcilicet ſalutem, ad quam omnes referendæ ſunt actiones, cu-
5 rare,æquum eſſe. Dabimus igitur operam, vt qui hanc theſin inuexerunt, non ſolùm improbandi,ſed deteſtandi etiam hac in re dignoſcatur, inſitaq;hæc nonnullorum animis ſententia pœnitus euellatur, illaq; antiquior de ſanctiore veluti ærario deprompta, eadem quidem verior,& iure,ac rationibus, non argumentis expoſitionum vitijs (vt Quintiliani lib.2. c.10. mutuemur verba) temerè, & nimis inconſideratè ductis comprobata fidentiùs infigatur, atque inſeratur opinio.

6 Quo verò rem totam ordine proſequemur, quod propoſuimus perfectè explicaſſe intelligamur, ac primò quidem oſtendemus rationem, & quæ ab aduerſarijs dicitur, illationem à delegato Principis ad Ordinarium eccleſiaſticum ductam minimè concludere; ſimulq; cū Panormitano facientes referemus,vt faciliùs dignoſcatur eorum opinionem non eſſe apud Doctores crebriorem,immo potius noſtram receptiorem exiſtimandum.

Inde probandæ ſentētię authores veriùs,ac ſinceriùs ſentientes recenſebimus,vt multis etiam partibus per plures nedùm grauiores veritati fauere demonſtremus.

Tertio loco, quæ ab aduerſarijs diſſentientibus allata ſunt, aut excogitata narrabimus.

Iam verò noſtrorum rationes ſignificabimus,nonnullaſq; etiam paupere è noſtro pectore depromptas addemus, vt ratione, & ſententia hanc noſtram opinionem veriorem, ac meliorem oportere meritò iudicari perſpicuum eſſe poſſit.

Poſtremò omnia in contrariam partem dicta confutabimus, & noſtram ſententiã ſincerè, & ex animo proferemus.

7 Panorm. quidẽ opinio deducta fuit ex argumento Innoc. Hoſtien. & aliorum exiſtimantium in c. ſignificaſti. de offic. delega. Principis delegatũ non poſſe ſuam per ſe exequi ſententiam, ſed debere brachium ſæculare inuocare: ideoque etiam ordinarium eccleſiaſticum, tanquam armis vti prohibitum excommunicationis mucrone vtendo, non poſſe armatam habere familiam, ſed debere ad brachium ſeculare confugere.

8 Nemo autem ex illis, qui Panorm. aſſentiuntur, eſt atteſtatus hanc eſſe communem opinionem, nec teſtari poterat hac in re, licèt communem pleriq; teſtentur, delegatum debere inuocare brachium ſæculare, qua de re nũc non vertit controuerſia, licèt re vera antiquiores, & recentiores fatẽantur poſt Abb. in antiq. in eodem c. ſignificaſti in fin. Curiam Romanam ſequi contrarium, videlicet delegatum non ſolùm non debere, imo nec poſſe brachium ſæculare inuocare, niſi expreſſim contingat eos in facultatibus habere: vti etiam Felyn ipſe aſſentiretur in eo. c. ſignificaſti. nu. 3. & Sum. Tabien. in verb. delegatus. nu. 2. §. ſeu. verſ. Vtrum delegatus poſſit, &c. vbi tamen in quæſtione, de qua quæritur, licèt conſentiat pro Eccleſia, perperam allegat Felyn. cõtrarium dicentem, & in eodem c. ſignificaſti, notant etiam de hoc ſtilo Curiæ loquẽtes Henric. Boic. Card. Zabarel. & alij ab ipſis relati, & Prob. in addit. in Io Monac. in c. vnic. à nu. 24. vſq; in fi. de ſtat. regul. lib. 6.

9 Ad quæſtionem verò accedendo, & primũ caput explicando, arbitror malè Panor. inferre à delegato Principis ad Ordinarium eccleſiaſticum, quia detur licèt delegatum Principis teneri inuocare brachium ſæculare, & non poſſe armatos habere homines, proprioſq; exequutores, tamen non infertur, quod eccleſiaſticus debeat neceſſariò implorare brachium ſæculare, & per ſe non poſſit, quia delegatus non poteſt per ſe mulctare, cum tamen Ordinarius poſſit. Hoſt. in ſumm. de ſent. & mulct. §. quis poſſit, refert, & ſequitur Bo-

uerius

uerius in ſing. ſuis, in verb. contumacia,& mulcta.numer.8.
10 verſ. Delegatus ab Eccleſ.Iudice, etiam à Papa,vt poſſit Epiſcopus ſuam exequi ſententiam, etiam in bonis laicorum, si exequi per ſe velit, licèt vrbanitate quadam abſtinere ſoleat: delegatus autem minimè poteſt, etiã ſi velit, & hæc eſt communis opinio, & diſtinctio, videlicet (vt noſtri loquuntur) Epiſcopum de rigore poſſe ſuam exequi ſententiam, quamuis vrbanitate quadam abſtinentem, vti etiam fatentur contrariam ſequentes opinionem Fel. in d.c. ſignificaſti.in.fin.& alij notati apud Io. Lupum vocatum Doct. Palatios Rubeos, in repet. c. per noſtras: de donat. int. vir. & vxor. in 1. not. verſ. ſed eſt pulchra dubitatio, num. 5. verſ. Sed communis opinio procedit de vrbanitate, hæc verò de rigore, vbi de Epiſcopo, & numer. 10. verſ. Vbi dicit. ibi, iſta eſt communis ſententia. vbi de delegato Papæ, fol. 80. colu. 3. & 4. ſic
11 vt vel primo ipſo in limine appareat Sedem, & fundamentum conſtituendæ iſtius opinionis à Panormitan. iactum inferendo à delegato ad Ordinarium eccleſiaſticum in aqua poſitum.

12 Sed licèt concedatur, illationem ſubſtineri animaduertendum eſt Panorm. opinionem ab antiquis Doctoribus Innoc. Hoſtien. & alijs in contrariã partem allegatis, non probatam, & potius ab ipſo Panorm. inſinuatione quadam deductam, & à nonnullis poſtea receptam.

Nam Doct. hac de re loquẽtes, & Panorm. ſequuti ſunt in eodem c. ſignificaſti de off. deleg.

Felyn. num. 4.

Capra paulò ante fin.

Beroius num. 32.

Afflict. in conſt. 1. nu. 7. in 1. lib. cõſt. Regn. ſub Rubr. 9. de illicit. port. armo.

Ante iſtos etiam Palatios Rube. viſus eſt dixiſſe in allegatione fol. 80. & ſeq.

13 Quamuis autem addantur Gem. Anch. & alij in c. dilecto, de ſent. excom. in 6. tamen hoc non dicunt, ſed tantùm clericis habentibus temporalem iuriſdictionem, nõ licere per ſe,

ſeu, vt loquuntur in propria perſona arma, niſi defenſionis gratia hortando ſumere, vt ibi expreſſum dicit Ancha. nu. 8. in 9. notab. & ideo iſti Doct. potius innuunt contrarium, ſ. defendendæ, iuriſdictionis cauſa per ſe poſſe, etiam non habentes temporalem, mouere arma, & per ſe ſine contentione poſſe exequi ſuam ſententiam, & corporalem dare poſſeſſionē: & ita planè animaduertit eruditiſſimus, maximuſq; patronus, & iure conſultorum conſultiſſimus, & humaniorum hominum humaniſſimus Anton. Maſſa Galleſius in ſuo pulcherrimo illo libro inſcripto ad formulam Cameralis obligationis, in eo. cap. quod eſt ſcriptum: Reliqua de proceſſu. numer. præſertim 48. verſ. Ex quibus colligi poteſt, quod vbi Iudex eccleſiaſticus habet facultatem exequendi de facto per ſe ipſum, & numer. 54. verſ. Ex quibus redeundo illuc, vnde digreſſi ſumus, vbi Iudex eccleſiaſticus poteſt. fol. 188. & 189. ex Doricorum Romæ impreſſorum editione.

Immo ipſe Hoſtien. in d. c. ſignificaſti, ibi, Alioquin non aſſumet arma, & videtur id, quod nos ipſi defendimus concludere, inquiens, quod licèt per ſe arma ſumere, & bellum mouere delegatus non poſſit, tamen recurrere debet ad brachium ſæculare, vel Iudicem ordinarium eccleſiaſticum, qui hoc militari manu exequatur, & ita etiam ibi dicit Innoc.

Viſus eſt etiam Abb. antiq. dicere ibidem in verſic. Nunquid cum affirmans tex. in l. qui reſtituere. ff. de rei vendic. loqui in ordinario, qui poteſt manu eijcere militari, & ibi Henric. Boic. ſequutus Abb. antiq. idem comprobat.

14 Quorum ſanè omnium verba de ordinario ſunt intelligenda, tam de ordinario eccleſiaſtico, quàm ſæculare indiſtinctè, vt inquit in eod. c. ſignificaſti. in fin. Card. in q. 4. verſ. quod ibi dicit de ordinario, intelligam indiſtinctè, tàm de ordinario eccleſiaſtico, quàm ſæculari.

15 Sunt autem in hac quæſt. de delegato diſtinguendi tres gradus.

Primus, delegatum per ſe non poſſe.

Secun-

Secundus, ordinarii eccleſiaſtici auxilio, vel vt loquitur, per ordinarium eccleſiaſticum poſſe.

Tertius, ſi non poſſint ambo per brachium ſæculare.

Atque ita declarat etiam Felyn. in eodem c. ſignificaſti, numer. 7. verſ. Si verò de rebus eccleſiaſticis, & tunc ſi non poteſt, inuocet eccleſiaſticum ordinarium, &c. & not. ſumm. Tabien. in d. numer. 10. in eodem verb. delegare, verſ. Et ſic ſunt tres gradus. ac dixit etiam Henric. Boic. in d. c. ſignificaſti. in verſ. Et tunc per ordinem requirendus eſt primo, &c.

16 Nec Guid. Pap. in ſing. 770. aliud ſentit, tum quia nihil hac de re, tum quoniam tribus verbis narraſſe ipſe videtur, non poſſe Epiſcopum exequi ſententiam ſuam, citando tex in l. Epiſcopale. C. de epiſcop. audien. vbi contrarium probatur, vt per Odofr. Salicet. & alios dicentes, illum tex. loqui de Epiſcopo iudicāte, vt arbitro ex iuriſdictione prorogata, non autem ordinaria eccleſiaſtica: Tum quia patet ab eodem Guid. Pap. in deciſ. 437. nu. 6. verſ. an cognitio portationis armorum, ita tueri Epiſcopum, tanquam habentem merum imperium, habere cognitionem in cauſa delationis armorum, quam etiam habet Rex. vt ibi.

17 Tum etiam, quia apparet eundem Guid. Pap. in ſing. 369. delegatum à Principe contrarium aſſirmare in fin. ibi, ſed ordinarius committendo vices ſuas, videlicet ordinariū poſſe committere, immo cenſeri committere exequendæ ſententiæ facultatem ipſi delegato, niſi liqueat ordinarium ſpecialiter ſibi reſeruaſſe, ſi .n. conſtat Guid. Pap. ibi fateri, ordinarium poſſe delegare hanc facultatem, & ſibi reſeruare, apparet eum habere, cum vulgare ſit, neminem dare, quod non habet. l. filius. Cod. de donat. l. vniuerſæ, vbi Bald. Co. de lega. l. manumiſſiones, vbi idem Bald. in fin. ff. de iuſti. & iur. cum vulg.

18 Quòd ſi, vt ad 2. propoſitæ quæſtionis caput accedam, interpretum potius numero quàm iure, & canonibus diſputandum eſſet, non deeſſent plures noſtram cauſam iuuantes grauiſſimi authores, videlicet Bal. qui ſolus ſufficeret maxi-

mè præ cæteris Doctoribus authoritatis,vt not.Iaſ. in l.ſi quis in fundi vocabulo, colum.3. delegari. Dec. conſ.283.colu.2. plene Neuiz. in titul.nuptial. §. eſt nuben. fol. 113. colu. 4. & fol. ſeq.

Bald. enim in l. nam ſalutem §.alt. ff. de off. Præfect. vigil. expreſſim dicit ſe putare Epiſcopos poſſe familiā habere armatam, reddens rationem, quia Epiſcopus habet imperium in tota Diœceſi.

Bald. tanquam verius ſentientem ſequuntur. at probant Brixi. in ſuo reper. verb. arma. verſ. Officialis Communis, & ibidem dicit Bald. ſubdens, quod benè notandum eſt.

Dec. in d. c.ſignificaſti. numer.10. verſ. Sed contrarium in terminis.

Barb. in c.cum non ab homine. de iudic. nu. 34. & 40. dicens in hæc verba: Miror Panorm.non vidiſſe Bald.& quoſdam Epiſcopos nō tenere familiam armatam pro executione gladij Eccleſiaſtici: quia oporteret dare eis ſtipendia, & tempore noſtro contingit Epiſcopos eſſe pauperes, & habere manus paruas, cęterū re vera Epiſcopis tenētibus familiā armatam maiori eſſet in honore, & reuerentia, & idem Barbat. in tractat. de præſtan. Cardin. fol. vlt. in princ. in 5. par. 2. par. numer. 18. dicens, brachium ſæculare ab Eccleſia vocari in ſubſidium, & Epiſcopum poſſe familiam habere armatam.

19 Ac præteritos, & Oldrad.qui ſatis videtur hanc ſentētiam confirmare, tum in conſ. 89. in fin. dicentem, brachium ſæculare ab Eccleſiaſtico implorari in ſubſidium, tum in conſil. 86. notantes non ſolum per cenſuram eccleſiaſticam, ſed per capturam,non modò contra clericos, ſed etiam contra laicos delinquentes in criminibus eccleſiaſticis poſſe eccleſiaſticum procedere, licèt pietatis, & cuiuſdam, quæ vocatur,concedentiæ cauſa, in pœnam ſanguinis brachium ſæculare inuocet, vt etiam præter eos, quos in 1. capite retuli, not. ſapientiſſimus ille Mar. Soc. maior. in ca. cum ſit generale. in fin. verſ. Vtrum autem Eccleſia in criminibus eccleſia-

eccleſia-

Digitized by Google

cleſiaſticis poſſit capere laicos, & punire. de foro comp. & etiam Io. Vanquel, Colonienſ. in ſuis glo. in c. cum Epiſcopus. in vlt. concluſ. verſ. Vltima concluſio. de off. ord. lib. 6. aſſerentes illi quidem Epiſcopos poſſe per aliorum manus capere, & carceri mancipare delinquentes etiam laicos.

20 Neque ex eo, quod aliqua iura dicãt, debere laicos excommunicari, inferendum eſt non poſſe capi; imo id permiſſum reperiri. & ibidem ante eum Gemin. in q. 5. verſ. Sed quæro an Epiſcopus poſſit laicum, &c. & plenius multò Stephan. Aufrer. in Clem. 1. in q. 5. princ. de off. ord. verſ. Dominicus in c. prælleg.

21 Accedit etiam expreſſim quæſtionem noſtram decidens ille Aufrer. in tract. de poteſt. Eccleſ. ſuper laicis, & rebus eorum, col. 5. in caſu 24. verſ. Epiſcopus poteſt habere familiares, aut ſeruientes armatos. vbi Bald. in d. l. nam ſalutem, & Oldrad. d. conſ. 89. allegat, referens Panorm. opinionem libenter ſequi velle magiſtratus, ſeu (vt loquitur) Officiarios Regios, at opinionem Bald. obſeruari, & caueri in illis concordatis.

Additur etiam Bald. opinionem ſequens Guin. diſolu. 12. vir. ordinis, quod factum Rotæ Auditoriũ vocatur, in tract. de hæreticis in q. 11. in fin. nu. 17. dicens, Bald. hanc opinionem communi vſu receptam.

Adiungitur eandem Bald. & Barb. probans opinionẽ Neuiz. in conſ. 83. Materiam ſaluæ guardiæ n. 7. verſ. Quod contrarium, &c.

Hanc eandem opinionem ſequitur, & probat expreſſim Marſ. in prax. crimin. in §. pro complemento in prin. num. 5. verſ. item vſus.

Et Diaz. in prax. canon. infra citandus, in cap. 114.

22 Neque verum eſt Bald. ſibi eſſe contrariũ, quaſi aliter dicentẽ in l. 1. C. de ſeruitu. & aqua. nu. 68. & 69. quia licèt alij non animaduerterint eo in loco Bal. nihil hac de re, ſed tantùm quærendo, an arma mouere Epiſcopi poſſint, dicit regulariter eos non poſſe, quaſi interdicto vſu armorũ à Principe, & in ſpiritualibus armari ſine cauſa non licere; ſub-

dens armari tamen poſſe quoties ſine armis iuſtitia, ſeu (vt ipſe loquitur) ratio tuta eſſe non poſſit, ſic, vt Bal. non modo ſibi ipſi nũc diſſentiat, ſed imo optimè conueniat, dicens, armari poſſe Epiſcopum, vt tutâ ſit iuſtitia, & non ſine cauſa, quæ nunc eſt quæſtio noſtra, ſed cum cauſa, pro tuenda iuriſdictione, & pro exequenda iuſtitia, ac iure eccleſiaſtico defendendo, vt etiam probatur in Clement. vnica, de homicid. cum notatis etiam plenè à D. Soto in tractat. de iuſtitia, & iure, numer. 5. artic. 8. quæſt. 1. præſertim paulò ante fin.
23 verſ. ad tertium, ibi, poſtmodum. Et propriè licere Epiſcopis pro ſui Epiſcopatus iuriſdictione, & iure non ſolùm armis Eccleſiaſticis, ſed enſe, & alijs armis materialibus vti poſt Innoc. in c. venerabilem, de ſenten. excomm. not. Angel. in l. vnic. Cod. ne quis in ſua cauſa, num. 3. verſ. Plus dico, ibi, & etiam armis corporalibus, & infra etiam nõnulla alia allegabuntur.

24 Quo verò, vt tertiũ quæſtionis caput aggrediar, antequam rationibus, & iuribus quoque noſtram ſententiã firmiorem eſſe oſtendam, breuiter referam argumenta eorum, qui contrariam fabricati ſunt opinionem.

Quæ porrò tria eſſe videntur. Primum, quia iure Pontificio cauetur, debere Epiſcopos brachium ſæculare implorare. cap. adminiſtratores, c. Princeps. 23. q. 5. præcipuè; quia vt ſæculares confugiunt ad Eccleſias pro ſpiritualibus, ita Prælatis conuenit ad ſæculares debere in temporalibus recurrere. cap. cum ad verum, cap. ſi Imperator. 96. diſt.

Secundum, quoniam officium Prælatorũ, & ſæcularium Principum non deberet ſe inuicem perturbare. l. cõſulta diualia. C. de teſtamentis.

Tertium, quia vſus armorum prohibitus eſt eccleſiaſticis, c. clerici de vita, & honeſt. cler. nam eorum arma ſunt orationes, & lachrymæ, c. conuenior. 23. q. 8.

Addi poteſt, & 4. argum. Epiſcopi non poſſunt bellum per ſe mouere, vt tradunt omnes Innoc. & Hoſtien. in d. cap. ſignificaſti, de off. deleg. & cap. dilecto, de ſenten. excom. in 6. Belli autem ſpecies eſt captura. Ang. in l. qui reſtituere. ff.

Digitized by Google

re. ff. de rei vendic. igitur Epiſcopi non poſſunt exercere capturam.

Poſſet etiam adijci illud ſpeciale dictũ, videlicet Inquiſitoribus hæreſis datur priuilegium habendi familiam armatam Cle.nolentes. in fin de hæreticis, ergo alijs eccleſiaſticis ordinarijs denegatur l. ius ſingulare ff. de leg.

25 At certè, vt quartum quæſtionis caput perſequar pro noſtra ſententia adſunt meliora iura, & rationes, quarum prima ſit illa Bald. cui ego non video reſponderi rectè poſſe, videlicet ordinarii Prælati, Epiſcopi habent imperium in ſua Diœceſi, ergo poſſunt ſuos proprios miniſtros, & executores, armatamuè familiam, & (vt vocant) Birruarios habere, & licèt Bald. non probet Epiſcopum habere imperiũ in ſua Diœceſi, præter eundẽ Bald. ita dicentem Epiſcopos habere merũ imperiũ in Auth. ea quæ. C. de Epiſc. & cler. nu. 6. & Firman. in tract. de Epiſc. in c. 1. quod incipit, Videamus tertio loco de poteſtate, & authoritate Epiſcopi, circa 1. verſ. Secundò, quæro vtrum Epiſcopus poſſit, in 3. par. lib. 4. notauit Gemin. in c. cum Epiſcopus, de off. ord. in 6. Io. Anan. in c. 2. de adulter. & in c. qualiter. 2. §. ad corrigendos. col. 8. de accuſat. probat tex. in c. contra Idolorũ c. propè vias. 26. q. 5. & in c. attendendum. 17. q. 4. & in c. 1. de hæret. in 6. ibi, cauere vel muro recluſi, & in Clement. 1. ibi, ducto caueri, eod. titu. de hæret.

26 Hanc verò conſequentiã .ſ. habet merũ imperiũ, ergo habere poteſt propriã familiam armatã, concludere ſatis probat tex. in l. illicitas. §. qui vniuerſas. vbi Odofred. & Alber. ff. de off. Præſid.

Ac propriè quidem dicens, Epiſcopum habere imperium in ſua Diœceſi, probat gloſ. in verbo quia alibi. 2. q. 7. ideoq; poſſe omnes intra ipſam Diœceſim delinquentes punire, not. Hoſtien. in c. cum contingat, in princ. verſ. Epiſcop. autẽ habet forum, ſiue territorium, per totam Diœceſim, & ideo omnes delinquentes intra ipſam punire poteſt, extra de foro competen.

Et ſatis etiam oſtendit Guid. Pap. d. deciſ. 437. nu. 6. ibi; Vel

Præ-

Prælatus, qui habet merũ imperũ,& not.in c.1.de off.ordin. vbi traditur,Epiſcopos in ſuis Diœceſibus iuriſdictionẽ liberã, & quæ ſunt meri imperij habere, & poſſe ex officio procedere ſuper criminibus, & in facinoroſos homines, etiã laicos animaduertere, & vbi res exigit, nõ ſemper autẽ coactũ inuocare brachium ſæculare,& neceſſitate exigente ſæcularem requiſitum poſſe compelli ad dandum auxiliũ, vt etiam not.Innoc. & alij in c.venerabili. de cenſib. Brixienſ.in repet. in verbo Epiſcopus in tota Diœceſi,ibi,habet etiam merũ im-
27 perium,ſicut etiam,ſi Epiſcopus poſſit aquæ,& igni interdicere, ſeu vt loquimur, excommunicare, non tamen propterea negatur quin poſſit, etiam authoritate propria, capere: quia in criminibus eccleſiaſticis,puta hæreſis, ſacrilegij, ſtupri, & ſimilibus, licet poſſit excommunicare, tamen poteſt etiam capere, & capit laicos, vt etiam eruditè probat Stephan. Aufrer. in d.Clemen.1. col.33. in ea. q.5. verſ.Item habemus textum, & verſ. Nec videtur bona reſpõſio, de off. ordin.

28 Addenda eſt alia ratio: Epiſcopus habet iuriſdictionem fuſtigandi, & torquendi per proprios Eccleſiæ Miniſtros, c. nemini.49. diſt. ca. in Archiepiſcopatu. cap. cum voluntate. extra de ſent.excomm.c.his, & c.proteſtatur, & c.illo, qui.5. q.5. vbi poſt Hugon.not.Card.Turrecrẽ.nu.3. & probat etiã Bernard. Diaz. in prax. crim.cauſ.in verb.verberari.in c.135. pœna verberum, verſ.Sed debet per Miniſtrũ Eccleſię,& nu. 4. verſ.Sed aduerte, quod Iudex ecclecaſticus habet iuriſdictionem fuſtigandi, & verberandi, & ſententiam ſuam ſuper his poteſt mandari executioni.

29 Atqui,certè carceres habere,& in eos conijcere reos,poſſe Epiſcopos, dicit tex. in c.cũ Epiſcopus. de offic. ord. c.nouimus. de verb.ſing. Clem.1. de hæret. ibi, capi, ſeu arreſtari, quod ſanè canonis caput non loquitur ſolum de caſu ſpeciali, nota Dec. in c. ſignificaſti. de off. deleg. nu. 8. verſ. non obſtat Clemen.

30 Quod etiam oſtenditur ex illo D.Thom.2.2. q.40.art.2.dicentis, omnis potentia,vel ars veluti virtus,ad quam pertinet finis,

finis; habet diſponere de iis, quæ ſunt ad finem; at quos vocant Birruarios, ac ſatellites, pro iuſtitiæ exequutione, vt ad finem, videlicet ad bonum ſpirituale diuinum referendos in populo fideli certum eſt, vt de bellis, dicit D. Thom. ergo ad Eccleſiam pertinet diſpoſitio, quæ vocatur authoritatiua gladij materialis aduerſus delinquentes, & not. etiam Card. Turrecrem. in c. cum ſit verum, 96. diſt. col. 6. verſ. Quod autem huiuſmodi gladio.

31 Atq; idcircò non iniuria dixere noſtri, Epiſcopos poſſe familiam habere armatam, quia conſtat eos capere, & in proprios carceres conijcere delinquentes poſſe, ex illa ratione quam innuit tex. in l. 2. ff. de off. eius, cui mand. eſt iuriſd. & c. præterea. de off. deleg. videlicet cui conceſſum eſt aliquid, cenſentur conceſſa omnia, ſine quibus explicari commodè illud non poteſt, cui ſanè rationi non rectè reſpondet Bero. in c. ſignificaſti. nu. 34. non procedere, ſi excedat fines iuriſdictionis ille, cui eſt mandata iuriſdictio; & ideo ſpiritualibus debere armis eſſe contentos Epiſcopos, cum ſint diſtinctæ poteſtates. d. cap. cum ad verum. Nam certè non tranſeunt Epiſcopi iuriſdictionis fines vtendo armata propria familia, cum hoc faciant Eccleſiæ diſpoſitione, & iure proprio, vt ſupra oſtendi.

33 Accedat etiam ratio à minori ad maius, ex vulg. Authent. multò magis. C. de ſacroſ. Eccl. hunc in modum concepta, videlicet Magiſtratus ſæcularis, qui Poteſtas dicitur, poteſt familiam habere armatam, vt omnes fatentur, & notorium eſt, ergo Epiſcopus poteſt; conſequentiam habere vim, patet, quia maior eſt Epiſcopus Magiſtratu, qui dicitur Poteſtas. gloſ. in verb. ſententiam. in l. ex cauſa. ff. de poſtul. Bald. in Margar. in verb. Epiſcopus. num. 1. Bald. d. conſ. 276. nulla dubitatio.

34 Præterea noſtræ ſententiæ Innoc. atq; ideò etiam Felyn. ſubſcriptores adduci poſſunt, fortiſſimum huius rei argumentum afferentes: Innoc. enim in c. cum noſtris nu. 3. col. penul. verſ. Si autem talia ſunt incorporalia, vbi aliquid corporale attingit; vt in præben. ibi, per Officialem expelletur, de con-

de conceſſ. præben. ait, Iudicem, qui ſuam ſententiam exequi poſſit, poſſe exequutori per violentiam committere, & Innoc. refert, & ſequitur Felyn. in c. de cætero. de ſentent. & re iudic. col. 2. in fin. nu. 8. verſ. Exequtor, i bi, & ſic limitatur, & ibi, ſed benè Ordinarium, dicendo, exequutorem, vel delegatū Papæ, vel Principis non exequi per violentiam, ſed benè Ordinariùm, & generaliter eū, qui poteſt ſuam exequi ſententiam, poſſe etiam cum violentia exequi, & violentiam exequtori committere.

35 Immo in eodē c. de cætero, idē fatetur Panorm. in col. 3. verſ. Secundo membro principali, vbi quod quandoq; exequtio cōmittitur alicui in defectū iuriſdictionis, & ibi idem videtur, quando inferior tulit ſententiā, putà Archidiaconus in iuriſdictione ſua recurrit ad Epiſcopū, tanquam ſuperiorem, affirmat, non habētē iuriſdictionē exequēdi ſentētiam ſuam, recurrere ad Epiſcopum pro exequtione, & pro iuriſdictione maiori. & ideo iſti etiam Doct. cōcedunt Epiſcopum habere familiam poſſe armatā, ex quo concedunt eum poſſe exequi, imo ad ipſum pro exequtione, maioriq; iuriſdictione ab alijs inferioribus ordinarijs recurri: ita vt Panormitani opinionem ſecuti ſuis ipſorum rationibus cōuicti intelligantur.

36 Preterea omiſſis de induſtria alijs rationibus, inſtar omniū ſatis eſſet ſic decretum inueniri in Conc. Tridēt. ſeſſ. 25. cap. 3. verſ. Per ſuos proprios, vel alienos exequutores cuius decreti authoritas cæteris præcellit; præſertim, quoniā ita quoque Sanctorū, ac piorum hominum, Sacræ Theologiæ profeſſorum, teſtimonio cautum reperitur, videlicet, Sancti Bonauenturæ, & aliorum in 4. diſt. 37. dicentium, Eccleſiam vtrunq; habere gladium, quod ſanè negantes, hæreticos eſſe liquet. c. violatores. 25. q. 1. Extrauag. Bonif. Octau. Vnā Sanctam. de maior. & obed. inter Extrauag. communes, vt alibi ego fuſius demonſtraui.

37 Ne quis autem nūc poſſit tergiuerſare, gladium illum materialem proprium eſſe Eccleſiæ, ipſaq; Eccleſia diſponente, & iubente, quatenus opus ſit, illi volenti præſtandū, monebo

inte-

interim, vt ſi quis fortaſſe ſit, qui etiam nunc dubitet, vetiſſimum illud, atque ampliſſimum teſtimonium ſpectet Seruatoris noſtri Chriſti apud Ioan. cap. 18. D. Petro Vicario ſuo, eiuſq; ſucceſſoribus dictum: Conuerte gladium tuum in vaginã, & affirmantibus Apoſtolis, ecce gladij duo hic, eiuſdem reſponsũ; ſatis, vt conſiderat Beatus ille contemplator Bernard. ad Eugen. quartum, notans vtrunque eſſe gladium Eccleſiæ, propriumq; alterum .ſ. ſpirituale ab Eccleſia per ſe ipſam, alterum pro Eccleſia manu militis exercendum Eccleſiæ nutu, & potentia, vt etiam traditur in ea Extrauag.Boniſac. Octau. Vnam Sanctam. §. in hac, eiuſq; poteſtate duos, &c.

38 Qui planè nutus, & patiẽtia non ſimplicẽ cohortationẽ, & permiſſionem, ſed diſpoſitionẽ, imperiumq; & arbitrium liberum Eccleſiæ ſignificat: ita vt materialis etiam gladij diſpoſitio ſit Eccleſiæ, vt not. Turrecrem. in d. c. cum ad verum col. 6. nu. 4. verſ. Nutus verò dicitur, non tantum exhortatio, ſed etiam diſpoſitio, 96. diſtinct.

39 Non eſt autẽ omittẽdum illud maximè abſurdum, quod negando Eccleſiæ familiã armatã, omnino conſequeretur, videlicet, inutilem eſſe ſpirituale Epiſcoporum poteſtatẽ: ſi n. oporteret Epiſcopum requirere Magiſtratum ſæcularẽ loci, vt ipſe Magiſtratus capiendos delinquentes curaret, facilè poſſet Magiſtratus, vel cauſam prætexere, vel interim delinquentibus aufugendi occaſionẽ præbere, eoq. delicta, deluſa Epiſcoporum iuriſdictione, remanerent impunita, contra tex. in l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publican. & vectigal. & in l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. l. ſi à reo. §. fin. ff. de fideiuſſ.

40 Idq; multo magis locum haberet in ijs locis, vbi vſu receptum eſſet, Epiſcopis, aut Archiepiſcopis licere apparitores proprios habere: tunc. n. nullus eſſet controuerſię locus, cum hac præſertim in re cõſuetudini ſtari oporteat: vt poſt Bald. in d. c. ſignificaſti, vbi alij de off. deleg. not. Felyn. propè finu. 5. & ſumm. Tabien. in d. verb. delegare. in eodẽ n. ſeu §. 10. in d. verb. vtrũ delegatus, ibi, ſed Rector ſcholarium.

Qua

41 Qua tamen conſuetudine circumſcripta, non eſſet negandum Eccleſiaſticum prælatum poſſe familiam habere armatam, vti paulò ante pluribus oſtendi rationibus.

Quibus etiam poteſt addi illa poſtrema expreſſa in Clem. nolentes §. porrò. propè fin. de hæret. vbi cauetur Officium Sanctiſs. Inquiſitionis contra Hæreticos armorum vſum, & apparitores armatos habere: quo quidem tex. nedũ non prohibitum armorum exercitium; ſed permiſſum eſſe liquidò conſtat. & licèt is text. loquatur in Inquiſitoribus, tamen meritò etiam de Epiſcopis, & Archiepiſcopis loqui cenſetur; tum quia ad eos inquiſitionis contra Hæreticos omnes etiam immunes, & vt dicitur exemptos, officium iure communi ſpectat. cap. ad abolendam, in fin. extra de hæret. & c. vrgentis, & c. inquiſitioni. §. prohibemus. eodem tit. in 6. & arguunt etiam Doct. præſertim Cardin. Zabarel. in d. Clẽ. nolentes §. porrò propè fin. verſ. Spectat autem hoc caſu ad eccleſiaſticum Iudicem, ſicut & crimen hæreſis. & ibidem Ancharan. etiam in fin. verſic. Cum enim extirpare hæreſes.

Tum etiam, quia in omni caſu, nedum hæreſis poſſe Archiepiſcopos, ſeu Epiſcopos eorum baiulis, quos vocant, de armis gerendis; & iuſtitia exequenda in criminoſos, in locis ſubditis præcipere not. Vital. in d. Clem. nolentes nu. 124. in fin. verſ. Et inducunt familiares. & nu. ner. ſeq. arguendo ab Inquiſitoribus ad Epiſcopos generaliter, & propriè de Epiſcopis, non autem ſpecialiter de Inquiſitoribus hæreſis not. Dec. in d. c. ſignificaſti. in fi. verſ. Non obſtat, quod ſit ſpeciale. de offic. deleg.

Quinta, & vltima pars quæſtionis.

42 Ex his autem, vt poſtremam quæſtionis partem abſoluam, facilè patet in contrariam partem adducta videri omninò confutata; quæ, vt ſigillatim diluta etiam appareant, illud ſingulis reſpondetur. Primo, videlicet, quod de iure Pontificio dicitur, caueri Epiſcopos debere brachium ſæculare inuocare, præter ſupradicta tollitur à Dec. in d. cap. ſignificaſti. pau-

ſti. paulò ante fin. verſ. Non obſtant alia in contrarium alle-gata, diluente; quia non valet argumentum, poteſt inuocare brachium ſæculare, ergo non poteſt habere familiam arma-tam; cum Inquiſitores poſſint familiam armatam habere, & tamen brachium inuocent. Vel vt reſpondet poſt Gemin. Ioan. Vanquiel. in ſuo breuiario iuris canonici, in eod. cap. cum Epiſcopus. in fin. verſic. Non obeſt. de off. ordin. lib. 6.

43 Vel quia non eſt verum debere inuocare ipſum Epiſcopum, ſed poſſe, vbi aliter per ſe ipſum facere non poſſet. Oldrad. in conſ. 89. in fi. & ideo cum conſtet Epiſcopos habere vtrunque gladium, prius vtroque gladio debet vti, quam inuocare brachium ſæculare. & ita reſpondet etiam Barba. in d. c. cum non ab homine. num. 39. verſ. Sed pro certo retorquendo argumentum, nō inuocabit Ordinarius eccleſiaſticus brachium ſæculare, cū ipſe fecerit quicquid potuit, tam in perſonam, quam in res, ita vt nihil amplius facere poſſit, vt etiam not. Marti. de Fano, in tract. de brachio ſæcular. n. 22. verſ. Vnum, &c. & D. Anto. Maſſ. Galleſ. in d. lib. cameral. obligat. loco ſupra citato, fol. 189. cum non ſit alius quæren-
44 dus, vbi executio à ſeruientibus illi Iudici, qui protulit ſententiam, fieri poteſt l. 1. C. de ſportul. & ibi Doct. Rebuff. in tract. de præcon. licit. in prædicto art. 10. gloſ. 1. ſciendum. num. 2. verſ. Et ſic hac præconia. Et certè nemo eſt, qui di-
45 cat, neceſſe eſſe etiam Epiſcopum inuocare, ſed poſſe volentem, cum per ſe nō poſſit actum exequi, putà exigente rebellione ſubditorum, vt etiam dicit Abbas in c. 1. de off. ordin. colum. 2. in vltim. notab. Felyn. in d. c. 1. col. 5. verſ. Aduerte, de ſponſal. & propriè etiam non teneri Epiſcopum inuocare, ſed volentem, poſſe de rigore, licèt abſtinentem de vrbanitate ſupra monui notatum apud Docto. Palatios Rubeos d. fol. 180, in cap. per veſtras, de donat. inter vir. & vxor.

46 Vel etiam reſponderi rectè poteſt, delegatum prius requirere eccleſiaſtici Ordinarij, quam ſæcularis auxilium, & ſi fortaſſe ſolum non ſufficeret eccleſiaſticum, tūc poſſe ad ſæcularis auxilium confugere. Card. in Clemen. 1. q. 10. de offi.

deleg.

deleg. & not. etiam Caſalenſis ille recentior, doctus Roland. à Valle Senator Montis ferrati in cõſ. 37. omiſſo multiloquio nu. 6. volu. 1.

Illud ſimpliciter etiam reſpondendum eſt ex hoc, quod dicitur delegatum implorare brachium ſæculare, non propterea aliquam iuriſdictionem poſſe, nec debere ſæcularem Iudicem prætendere, vt oſtendit etiam recentius Iureconſultorum nationis Princeps And. Alcia. in c. pernicioſam nu. 17. de iudic. vbi hãc apud Doctores crebriorem eſſe opinionem notat.

48 Secundum argumentum, quia .ſ. officia Prælatorum, & ſæcularium Principum non debent inuicem perturbari, & impediri. d. l. conſulta diualia, tollitur quoniam hic nulla perturbatio iuriſdictionis cadit, Epiſcopi .n. vtentur familia armata pro exequenda iuſtitia contra delinquentes notatos criminibus ad cognitionem Eccleſiæ ſpectantibus, ſæculares verò de criminibus ad eorum forum pertinentibus, quæ crimina ſunt inuicẽ iuribus diſtincta, vt in c. cũ ſit generale, vbi Marian. Soc. maior. & alij de fòro compet. & in c. nouit. de iudic. cum ſimil. plenè Aufrer. in d. tract. de poteſt. eccleſiaſtica ſuper laicis, in princ. & per plures col. & vbi eſt diſtinctio, non
49 cadit confuſio, quia alter alterius nõ impedit iuriſdictionem l. ſolemus in fi. verſ. Calumnia. ff. de iudic. & in terminis d. l. conſulta diualia, non perturbari iuriſdictionem in materia peccati, quia ſæculares ſubſunt eccleſiaſticis, ratione peccati ibi, Caſtren.

50 Immo verò ſi permitteretur ſæcularibus tantum habere familiam armatam, vtique permixtio, confuſio, & perturbatio iuriſdictionis naſceretur, cum ſæculares duobus officijs ſuo proprio arbitrio vterentur: altero quidem in delictorum materia non reſeruata Eccleſiæ exercentes, in carceres conijciendo, &c. quæ imperij meri ſunt ſibi ſuo, veluti iure arrogando, altero autem in materia reſeruata Eccleſiæ ſe immiſcentes: ſic, vt vtriuſq; Iudicis executionem haberent: quod non eſt concedendum l. vltima, ver. nec ſit conceſſum cuique. C. de aſſeſſor. quam legem allegat gloſſ. in d. l. conſulta diualia.

51 Et magna etiam euitanda illa eſt confuſio, quæ oriretur, ſi ſua vnicuique Epiſcopo iuriſdictio non ſeruaretur, ſi enim permitteretur, non poſſe per apparitores proprios exercere Epiſcopos iuriſdictionem, & imperij Epiſcopalis munus, & neceſſariò ſemper adire ad ſæculares Magiſtratus oporteret eorum implorando auxilium: quid aliud eſſet, quam per ſæculares, quib. ordo Eccleſiaſticus debet cuſtodiri eccleſiaſticam confundi iuriſdictionem contra tex. in cap. peruenit, 71. quæſt. 3.?

52 Et propterea habere Prælati omnes, ac eorum Vicarij ad capiendos delinquētes ſufficientem Miniſtrum debent, cum familia competenti, cui ſemper neceſſaria tribuant, vt not. etiam noſtræ opinionis ſubſcriptor allegatus Ioa. Bernard. Diaz in ſua prax. crimin. cauſ. in d. c. 114. in verb. capi. quod eſt cap. vt clericus propter delicta, nu. 1. & 2. vbi in hæc verba is Author teſtatum, reliquit, videlicet: Habeant inſuper Prælati omnes, ac eorum Vicarij ad prædictas capturas faciendas fidelem, ac prudentem Miniſtrum, cum competenti familia.

53 Et vel ex eo ſaltim, quod ſi opus eſſet neceſſariò ſemper laicum Magiſtratum requirere (vt ſupra dixi) Magiſtratus ipſe recuſare fortaſſe conniuētibus oculis anſam, & occaſionem delinquentib. aufugiendi præberet, differendo reos quidem deprehendendos, & in carceres detrudendos curare, facilè induceretur fraus, atque illuſio ne dum confuſio, monere .n. reos capiēdos interim poſſet, & ideo prouidendum huic abſurdo erat, vt ſuam quiſq; Iudex propriam exerceret, & exequeretur iuriſdictionem cautius, ac tutius ſi capi, priuſque citari procuret reos, ne illi fugiant, vt ait Salic. in l. abſentem. C. de excuſat.

54 Maximè, quia Magiſtratus ciuilis: vt ſæpè ſolet infeſtus clericali, poſſet requiſitus recuſando, & differendo dicere ſe velle cauſam, cur capi mandetur, cognoſcere: vt Doct. de inuocatione brachij ſæcularis in d. c. ſignificaſti. de off. delega. not. & recurrendum eſſet ad excommunicationem, & idcirco per ſuos quiſq; executores debet poſſe exequi. arg. l. ge-

neraliter. C. de Decurio. lib. 10. & de debitore ſuſpecto in l. ait Prætor. §. ſi debitorem. ff. quæ in fraud. credit. & facilè diceret ſæcularis ſe habere iuſtã cauſam recuſandi, ad Bald. in conſ. 98. caſus vol. 3. & Regij præſertim ipſi Imperium, ac iuriſdictionem Eccleſiæ vſurparent, & vt dicitur, caperent temporalitatem ſpectantem ad Iudicem eccleſiaſticum ſua manu Regia, donec faceret eccleſiaſticus, quæ mandent ſæculares, vt in Regn. Franciæ etiam quandoque factum not. Rebuff. in tract. de liter. requiſit. ſeu rogat. in glo. 5. Habes hic practicam. nu. 8. vbi etiam in nu. 3. & 70. de repet iur. & de prætex. inſt. can. con.

55 Tertium argumentum, vſum videlicet armorum prohibitum eſſe clericis, ſatis ſuperq; ſupra eſt ſublatum: quia non ſimpliciter clericis eſt prohibitus armorum vſus, ſed immò pro eorum, & Eccleſiæ iuriſdictionis defenſione, & exequutione conceſſus, & permiſſus eſt, præſertim per alium exercendum, vt in d. c. dilecto. de ſent. excom. & de Epiſcopo per alium nedum in carceres mancipante, & capiente, & torquente, ſed etiam verberante, aut percutiente, tanquam habente iuriſdictionem, & authoritatem; & ideò potius correctore, quam percurſore vocando, tanquam non ad læſionem proximi, nec ad vindictam, ſed ad executionem iuſtitiæ faciente, not. Alexandri. in glo. ſum. 45. diſtinct. verſ. In eo autem, quod dixit gloſ. quòd Epiſcopus debet clericum verberare per alium, eſt verum, quando habet alium, & verſic. Et hoc non eſt contra; non ergo prohibetur corrigere peccantes, & colu. ſeq. verſ. vbi dicitur, quod Epiſcopus poteſt capere, & caueri deputare: & capiendi, & carcerandi poteſtatem propriam eſſe Epiſcoporum, probat tex. in cap. in memoriam 19. diſtinct. verſ. pœnes Epiſcopum ſit poteſtas, vtrum eum in carcerem, aut in aliam eum detrudat cuſtodiam.

56 Et ratione adminiſtrationis permiſſũ clericis vſum armorum: vt not. Vital. in Clem. ne in agro §. quia verò nonnulli. verſ. Aduerte tamen. ibi, ſecus ſi poſſent ratione ſuarum adminiſtrationum: tunc poſſunt arma tenere, de ſtat. monac.

Quar-

57 Quartum argumentum eſt ſupra ſublatum: quia. vt eſt dictum, licet regulariter loquendo clerici, per ſe non poſſint mouere arma, tamen poſſunt ad ſuam defenſionem, vel hortando: & generaliter in executione iuſtitiæ non reperiuntur prohibiti, immo expreſſim conceſſum eis videtur. c. vltimo, 36. diſt. glo. vlt. in c. vlt. in fin. in d. c. dilecto. de ſent. excom. cui non rectè reſpondit D. Bero. in d. c. ſignificaſti. in fi. dicendo intelligi de Iudice temporali, non de Iudice eccleſiaſtico, per d. c. cum ad verum 96. diſt. quia ille tex. (vt ſupra dixi) loquitur de vtroq; gladio. & quòd diſpoſitio materialis, etiã gladij pertineat ad Eccleſiam, vt per Turrecrem. in eo. c. cum ad verum col. 6. cum ſupra citatis.

58 Nec Angel. in l. qui, reſtituere, ff. de rei vendic. dicit capturam ſpeciem eſſe belli, ſed immo cõtrarium. ſ. executionem, quæ fit manu militari, poſſe appellari bellum, & non cõgruere, niſi ordinario habenti imperium, ſecundum Innoc. in c. tuæ. vt lite non conteſt. & hanc manum militarẽ non ſolum in temporalibus exerceri, ſed etiã in ſpiritualibus per c. 1. de dolo, & contum. & Specul. in tit. de libel. §. nunc dicendum: verſ. 23. & in d. l. qui reſtituere. in princ. ver. in tex. ibi, manu militari eijci, c. illud. c. tuæ. quod ſanè conſtitutionis caput, ab Innoc. 3 ſcriptum eſt Epiſcopo Brixien. & ideò cum dicat in eo tex. non ſolùm per cenſuram eccleſiaſticam contumacem compellendum, ſed etiam manu militari eijci poſſe, neceſſariò intelligendum eſt, quòd loquatur de Epiſcopo, iuxta tex. illius terminos, vt etiam ante Innocen. not. gloſ. ibi, in verb. inducen. paulò ante fin. verſ. Quia manu militari eijci poteſt.

59 Et ita Angel. loquutum, & ſic intelligendũ facilè eſt etiam digno ſcere ex Felyn. in c. de cætero. col. 2. num. 8. verſ. Exequutor. de ſenten. & re iudic. dicente, exequutionem manu militari competere ſoli ordinario, habenti merum imperium: & ita limitandum dictum Innoc. & Panorm. & ideò conſtat, Epiſcopum poſse manu militari, propriaq; vti familia: cum liqueat (vt ſupra dixi) Ordinarium eſse, & imperium in ſua Diœceſi habere.

Vltimum verò illud argumentum à ſpeciali ductum, iam eſt omninò in poſtrema noſtræ opinionis ratione ſublatum.

60 Quas ob res putarem concludendum licere Patriarchis, & Archiepiſcopis, & Epiſcopis, quibus etiam temporale deſit dominium, ſuam propriam poſſe familiam armatam habere, & noſtram hanc ſententiam eſſe eò magis amplectendam, quod tot ſapientiſſimorum hominum, qui in ſacram æcumenicam, & generalem Trident. Synodum conuenere, & Diuini Spiritus afflati inſtinctu, non humano iudicio ſunt moti, decreto confirmatam in eod. cap. 3. de reform. ſeſſ. 25. ſatis liquet, familiamq; competentem debere delinquentes capiendi cauſa, nedum poſſe Epiſcopos habere, his præſertim temporibus notat, & monet, vt ſignificauit Diaz in ea praxi crim. canon. d. c. 114. & Baldum tot grauiſſimos habere ſibi conſentientes authores, & rationes conſtat, niſi omnino velimus cum paucioribus, illiſq; imprudentib. potiùs errare, quam cum pluribus, ac ſapientioribus benè ſentire: iam planè agnoſcentes verius eſſe, ac receptius dictum ordinarijs Prælatis eccleſiaſticis, quibus iuriſdictio competat, etiam proprio vtriq; foro cōuenienti territorio, & vt dicitur, temporali dominio carentibus, liberam eſſe poteſtatem proprios apparitores, atque viatores, lictoreſq; &, vt dicitur, executores, armatamq; familiam paratam, ac promptā ſibi ſemper futuram, habendi (vt dixi) ſic receptum multis partibus plures, & grauiores, atque adeo etiam Gundiſal. Hiſp. ſapientiſſimi illius duodecim vir. (quos Rotæ Auditores vocant) ordinis hominem doctum, & eruditum in eo tract. de hæret. q. 11. teſtatū reliquiſſe, ac porrò ſic omnino ſtatuendum, fortiſſimis quoq; rei ipſius argumentis, & rationibus demonſtratum iam eſſe, ſic, vt negari à bonis amplius non poſſit.

61 Nam porrò, ſi cetera huius rei fortiſſima argumenta ri vix poſſe veritatem ipſam demonſtrare valde obſtinatis, ac litigioſis videntur, vel hoc vnum credo illis facilè à concertationibus in diſputando pertinacibus diſcendendi, & infenſam

ſam belli aſſiduò alendi cupiditatem, ac peruicaciam deſerendi viam præbebit, atque ideò iuris, pudoris, atq; officij repagula, quæ perfungere, aut conuellere amplius nō liceat, firmabit. Notiſſimum ſanè eſt iuris ciuilis principium, Pontificio quoque iure comprobatum, puerorum ſæpè ore ſolitum decantare ſemper debet: Cui, quod plus eſt licet, quòd minus eſt etiam licere, l. non debet cui, quod plus ff. de regul. iur. c. cui licet, quod plus eod. tit. lib. 6. vbi Dyn. Io. Andr. & alij: Epiſcopis autem, aut ſimilibus Eccleſiaſticis Iudicibus, licet, quod plus eſt, quam apparitores ſeu, vt vocant, Birruarios, familiamuè armatam, proprioſq; carceres habere: quoniam ijs quidem eccleſiaſticis Iudicibus, licet cogere ſæculares omnes Iudices, vt comprehenſos quouſque iniuſtè, & in vinculis deuinctos, publicaq; cuſtodia incluſos emittāt. quod non modo è noſtris Pontificij iuris apprimè periti, ac ſtudioſi, plures notarūt. ſ. Innoc. & pleniùs Hoſtiē. ac Io. And. in c. expoſita extra de arbitris, ſed etiam ciuilis ſcientiæ facultate admodum eruditus, & ſæcularibus, ac præſertim Regibus maximè cupiens, ſæpè fauens Lucas Pennas in l. nemo carcerem, col. pen. ſub num. 16. verſ. Illud autē nota, quod ad Iudicem Eccleſiaſticum, &c. C. de exact. trib. lib. 10. Igitur debet etiam licere id, quod minus eſt, videlicet apparitores, quos Birruarios vocant, familiamuè armatā, proprioſq; carceres habere.

Plus verò eſſe comprehenſos, & in carcerem miſſos, iniuſtèq; detentos emittendi, ac liberandi ſæcularibus Iudicibus neceſſitatem afferre, & poſſe reos ſuæ ipſorum dictioni ſubiectos, propria manu, ac familia comprehendi, & in proprios carceres coniici iubere, planum quidem eſt: quia non ſolùm plus eſt in alienam (vt dicitur) meſſem, apponere falcem. Deut. cap. 23. c. ſcriptum 6. q. 3. & not. in c. venerabilem de elect. vbi etiam citantur ſimilia, ſed inde etiam deducitur, quod planè oſtendit.

Hunc autem cogendi ſæculares Iudices ad liberandos iniuria deprehenſos, & in carcere deuinctos, longè maiorem eſſe, quam proprios habere miniſtros. ſ. quia latius patet of-

ficium Iudicis in abſoluendo, ſeu abſolui iubendo, quàm in condemnando, c.veniens. vbi Ioan.And. & Ant.Butr.de accuſat. l.quotiens. C. vbi Senat.vel Clariſ. vbi Bald. & not. in l. qui condemnare, ff.de re iudic.& in l.nemo,qui condemnare. vbi poſt alios Dec.ff.de regul. iur. ſed etiam quia cogendi ſæculares Iudices ad liberandum quoſcunque iniuſtè in publica cuſtodia concluſos,eſt cum maiori imperio, cogere .n. ſine imperio nemo poteſt l.imperium ff. de iuriſd. omn. iud. l.vlt. ff.de offic. eius in fin.

Ac planè, ſi poſſunt eccleſiaſtici Iudices cogere ſæculares Iudices ad emittendum, liberandumq; in carcerem coniectos, vtiq; vel miniſtros manu, vel actione ciuili ùs faciendo per interdictum remittendo ad eorum Ordinarios, l. placet. §. neceſſario Prætor adiecit, vt qui per dolum ff. de ventr. no. m. l. in poſſ. miſſa, Authen. vt differen. Iudic. §. ſi vero à Sanctiſſimo Archiepiſcopo,ibi, & coactus à Sanctiſſimo Archiepiſcopo non iudicauerit, ſed non poterunt propria Iudicum ſæcularium poteſtate, aut miniſtrorum manu, nec per interdictum ad ſe ipſos remittendo, quia nemo contra ſeipſum ius dicit, nec inuitus patebit, niſi ab alijs maioribus compellatur Iudicibus, l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſd. omnium iudic. l. vna. C. ne quis in ſua cauſa iudicet.

Ex Vniuerſitate Patauina.

Celeberrimi V. I. Conſulti MARCI ANTONII PELEGRINI In Gymnaſio Patauino Primarij Legum Profeſſoris, & Interpretis.

V. I. Conſilium, & Reſponſum Deciſiuum.

EPI-

Nulla laicorum Principum ſtatuta prohibentia alienationem rerum immobilium in extraneos afficere poſſunt Eccleſiam, nec Eccleſiaſticos.

SVMMARIVM.

Notandum tamen quod à num. primo, vſq; ad num. 13. ſunt argumenta contraria, ſeu rationes argumentatiuo modo allatæ contra veritatem; ab illo autem vſq; ad finem ſunt dicta pro veritate.

1 *Laicorum Principum ſtatuta ne immobilia alienentur in extraneos ſunt valida.*

2 *Immobilia neq; per contractum, neq; per vltimam voluntatem in extraneos alienari poſſunt.*

3 *Prohibitio alienationis immobilium in extraneos, eſt beneficio tam ciuium, quam ſtatuentium.*

4 *Huiuſmodi ſtatuta de non alienando immobilia, ſunt fauorabilia incolis.*

5 *Statuta prohibentia alienationem immobilium in extraneos extenditur ad Eccleſiaſticos.*

6 *Quemadmodum Eccleſiaſtici vti poſſunt ſtatuto de non alienandis immobilibus pro ſe, ita vti debent etiam contra ſe.*

7 *Filia nuptæ extra territorium nil immobile relinqui poteſt, ita nec Eccleſia.*

8 *Argumentum de forenſibus valet ad clericos.*

9 *Statutum afficiens rem, & aſſequentes rem afficit.*

10 *Vti non valet alienatio, ſeu donatio in clericum rei dotalis, ita nec acquiſitio rei immobilis.*

11 *Per pactum vti fieri poteſt ne res tranſeat ad Eccleſiam, ita & per ſtatutum.*

12 *Statutum, quod bona immobilia non tranſeant ad extraneos, cum ſit ſuper res laicorum, non videtur officere Eccleſiaſtica immunitati.*

13 *Nulla laicorum ſtatuta afficere poſſunt Eccleſiam, quin liberè ſuccedere poſſit quouis modo in bona immobilia.*

14 *Nulla diſpoſitio generalis comprehendit caſus, nec perſonas inſignes, ſeu priuilegiatas.*

15 *Dominium ſtatim tranſit in Eccleſiam ex priuilegio Imperatoris, per venditionem, & donationem ſibi factam.*

16 *Eccleſiæ particulares non differunt ab vniuerſali in priuilegijs.*

17 *Diſpoſitio generalis, non comprehendit ea, de quibus diſponentes in ſpecie non habent facultatem.*

18 *Paria ſunt directè, vel indirectè facere contra prohibitionem: etenim & libertas alicuius dicitur impediri per quod efficitur timidior.*

19 *Statuta ne immobilia alienentur in extraneos ſunt in odium Eccleſiæ, & in fraudem libertatis Eccleſiaſticæ facta.*

20 *Diſpoſitionis effectus attenditur in conſiderando an ſit contra libertatem Eccleſiæ.*

21 C. conſtitutus de in integrum reſtitut. *non officit Eccleſiæ, &c.*

22 *Eccleſiaſtici non tenentur recipere ſtatuta contra ſe, quæ acceptarant ad ſui fauorem.*

23 *Clericus ſingularis ſi vtatur ſtatuto ad ſui fauorem, & beneficium, non tamen illi ſe ſubmittere dicitur.*

24 *Bona omnia ſunt affecta iure communi, vt in Eccleſiam tranſire poſſint, ante quamcunq; diſpoſitionem ſtatuentium.*

25 *Statutum generale dicitur non comprehendere clericos ex deffectu voluntatis.*

26 *Argumentum de pacto ad ſtatutum circa tranſmiſſionem bonorum quando, & quomodo valeat, & non valeat.*

27 *Clericus non poteſt per pactum ſe ſubmittere iuriſdictioni laicorum*

28 *Statutum prohibens bona ſoluentia collectas fiſco tranſire in Eccleſiam, non valet, & eſt contra Eccleſiæ libertatem.*

ST A-

1 STatuta ne immobilia alienẽtur in extraneos ſunt valida, l. 1. C. ne lic. habitator. metrop. lib. 11. l. mercatores, C. de cõmerc. & mercator. Ioan. And. & Gemin. in c. fin. de immun. Eccclef. lib. 6. Bartol. & Doct. in l. dudum, C. de contrah. empt. Doct. in c. conſtitutus, de in integrum reſtit. Ripa qui teſtatur de communi in l. filiusfamilias, §. diui. nu. 79. de legat. 1. Alex. in conſ. 53. vol. 3. & conſ. 126. vol. 5. Ruyn. in conſ. 49. circa fin. vol. 3. cum alijs congeſtis per Tiraquel. in tract. de vtroque retract. in præfatione, num. 14. Quod eſt verum
2 non ſolùm quando prohibetur alienatio per contractum, ſed etiam ſi per vltimam voluntatem, Bald. in conſ. 226. num. 1. verſ. ſolutio. vol. 5. Decianus in conſ. 35. nu. 55. vol. 1. & poſt alios multos Cæphal. in conſ. 53. nu. 7. vol. 1. Boſſius de decreto Mediolani in pract. criminal. tit. de pœnis, num. 43.
3 Fiunt enim huiuſmodi ſtatuta propter vtilitatem publicam, vt bona conſeruentur inter ciues, & ſubditi fiant locupletiores, atque vt ſubditi bona poſſidentes, poſſint oneribus grauari, onerumq; exactio reddatur facilior, & propterea ſtatu-
4 ta huiuſmodi eſſe fauorabiliora, ſecundùm veriorẽ ac magis receptam ſententiam, probarunt Alciat. in conſ. 10. nu. 7. 9. & 11. vol. 2. Alex. in conſil. 41. num. 13. vol. 5. Ripa in d. §. diui, num. 80. Crauet. in conſil. 118. num. 9. vol. 1. Cæphal. in conſ. 53. num. 8. vol. 1. Riminald. iun. in conſil. 28. num. 13. volum. 1. & 221. num. 9. & ſeq. volum. 2. & 353. num. 144. volum. 4.

Ex qua ratione dicunt latiſſimam recipere interpretationem, Soc. iun. in conſil. 19. num. 6. lib. 1. Dec. in conſil. 661. num. 1. Ripa in d. §. diui, num. 102. Cæphal. in d. conſil. 53. num. 10.

5 Ideo dubitatur, an comprehendat etiam clericos, ſi ob ſtatum reipublicæ, Communitati conueniat, præſertim ad eius tutelam, vel regimen, quòd quædam res in Eccleſiam, vel eccleſiaſticos minimè transferantur. Partem affirmatiuam tenent infraſcripti Doctores, Couar. in regul. poſſeſſor. in 2. parte,

parte, §. 4. num. 8. ſtatutum ait valere, etiam ſi damnum ſequatur Eccleſijs, ne tota reſpublica damnum patiatur, cui quidem damno aliter obuiari nõ poſſit. Cardinal. in conſ. 144. & in conſ. 5. num. 44. Federic. de Sen. in conſ. 35. incip. Statuto ciuitatis. Iacob. Butr. in authent. caſſa, C. de ſacroſ. Eccleſ. cum alijs latiſſimè adductis per Barbat. in repetit. rubr. de rebus Eccleſ. non alienand. in 2. dubio num. 81. vbi plura allegat fundamenta, & in c. quod clericis, de foro compet. vbi quindecim rationes inducit. Signorol. de Homodeis in conſ. 22. viſo ſtatuto Ciuitatis Mediolani. vbi hoc probat quindecim rationibus, cum alijs allegatis ad hoc per Tiraquel. de retract. conſanguin. §. 1. gloſſ. 13. nu. 5. & mouetur pręcipuè ad id defendendum per cap. conſtitutus, de in integrum re-
6 ſtitut. vbi Summus Pontifex ſtatuit clericos vti poſſe hoc eodem ſtatuto contra laicos ergo, ipſe infert, contra clericos laici eodem vti poterunt, ex regula tituli; Quod quiſq; iuris in alium ſtatuit, hoc eodem ipſe vtatur. & ex illo axiomate Chriſtiano: Quod tibi non vis, alteri ne feceris. Matth. ca. 7. & Luc. cap. 6. c. dilecti, de maioritat. & obedient. & ad hoc eſt tex. in l. 1. ff. de ſolution. quem Baldus in l. 1. col. 1. Cod. de his, quæ pœnæ nomine, &c. in hoc ſingularem appellat, vt nullus in altero aliter iudicet, quàm ipſe iudicari vellet; alios ad hoc etiam allegat Tiraquell. in gloſ. 8. nu. 171. poſt leges connubial. Natta in conſil. 280. num. 4. concludit per varia exempla valere ſtatutum prohibitiuum alienationis immobilium in Eccleſiam, ſi non prohibet expreſsè alienationem in Eccleſiam, vel eccleſiaſticos, idemque pro ſtatuti validitate reſpondit idem Natta in conſ. 515. num. 8. Calderin. in conſ. 2. in princip. de cenſibus, pro validitate huiuſmodi ſtatuti Peruſini, vbi illud refert de verbo ad verbum. Ruyn. in conſ. 39. num. 16. volum. 1. poſt Bald. in l. 2. C. ut in poſſeſs. leg. nõ.
7 Vbi concludit valere ſtatutum, quòd filiæ nuptæ extra territorium, nihil relinqui poſſit, licèt enim filia propter matrimonium effecta ſit de alterius iuriſdictione, l. cum quædam puella, ff. de iuriſd. om. iudic. tamen hoc nihil refert, quia non inſpicimus perſonam cui quæritur, ſed diſponentem,

qui

qui eſt ſubditus, & obligatur legibus municipalibus, & cui per ſtatutum potuit interdici bonis; ergo cum ſtatutum valuerit reſpectu ſubditi, propter quod ipſe effectus eſt inhabilis ex cauſa efficiente inhabili, nullus effectus ſequi poteſt.

8 Sed Doctores communiter aſſerunt de forenſibus ad clericos valere argumentum reſpectu ſtatuti laicorum, quorum nullus ſubeſt eorum iuriſdictioni, vt declarat Cęphal. in conſ. 54. num. 1.

9 Pro hac opinione præcipua fundamenta ſunt. Primum, quia hæc ſtatuta afficiunt rem, & ſunt in rem concepta, quo caſu comprehenduntur etiam alienationes in Eccleſiam factæ, Felyn. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ num. 58. Ripa in d. §. diui, num. 83. Cęphal. in conſ. 53. num. 44. & in conſil. 54. num. 7. Vnde Abb. in cap. quod clericis, de foro compet. nu. 30. verſ. quæro quando ſtatutum. dicit, quòd ſtante ſtatuto, vt res dotalis alienari non poſſit, ſi clericus emat, alienatio non ualebit, quia mulier inhabilitatur ad alienandum, ideo ne naturalis quidem obligatio oritur, l. cum lex, ff. de fideiuſſor. & ſequitur Felyn. in d. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, nu. 58. verſ. quintus, & vltimus caſus. Rochus de Curte in tractatu

10 de conſuetudine, ſection. 8. numero ſeptuageſimo octauo. Ideo ſi ſtatutum dicat quod donatio non valeat, niſi fuerit inſinuata, ſi contingat laicum donare clerico ſine dicta inſinuatione, donatio non valebit, ſecundùm Abb. in dict. cap. quod clericis, colum. 7. quia ſubditus non poteſt contrahere cum non ſubdito ſpreta lege ſui ſuperioris, & ſi non oritur obligatio naturalis ex parte ſubditi, dict. l. cum lex. ff. de fideiuſſor. ergo nec ex alia parte oriri poteſt, l. Labeo, ff. de verb. obligat. Pro quo addunt alterum ſimile, nã ſi per ſtatutum requiratur ſolemnitas in teſtamento, debebit adhiberi, etiam ſi in eo inſtituatur clericus hæres, Abb. in c. relatũ, de teſtam. ergo idem videtur dicendum in laico vendente rem clerico, vt non poſſit alienare ſpreta lege ſui ſuperioris. Item ſi po-

11 teſt fieri per pactum quòd res non tranſeat ad Eccleſiam, ex regula l. in re mandata, C. mand. multò magis per ſtatutum. Probatur conſequentia, quia maior eſt auctoritas ſtatuti,

quam

quàm pacti, gloſ. in rubric. C. de decur. lib. 10. & not. in l. nam impoſſibile, ff. de pact. & hæc ratio eſt Baldi, quam refert Dec. in d.cap. Eccleſ. S.Mariæ, nu.75. Ideo dicũt, quòd ſtantibus prædictis clerici, & eccleſiaſtici non poſſunt prætendere huiuſmodi ſtatuta fuiſſe facta in corũ præiudicium, quia bona prædicta affecta ſunt, antequam tranſeant ad eorum manus, & ſic non dicitur impediri libertas Eccleſiæ,
12 quam rationem tetigit Baldus in l.fin. num.7. C. ſine cenſu, vel reliq. ex qua ratione inferunt Doct. quòd ſtatutum prohibens bona allibrata poſſe alienari, non poterunt alienari in Eccleſiam, Riminald.iun. in d.§. diui, num.83. quia bona ipſa affecta ſunt.

13 Verùm contraria opinio, videl. quod laicorum ſtatuta prohibentia alienationem immobilium in extraneos nullo modo comprehendant, nec afficere poſſint Eccleſiam, ſeu Eccleſiaſticas perſonas, eſt vniuerſaliter verior, à iure communi approbatior, omni ratione amplexabilior apud catholicos, nedum in conſcientia tutior, quam ſapientiores amplexi ſunt. Hanc tenet Bartol. in l.fin. C.de ſacroſ. Eccleſ. & in l dudum, C.de contrahen.empt.& in l.fin.C de exactor.tribut.lib.10.& in d.§.diui, num.12. vbi Alberic.Imol. Alexand. & Iaſ. qui plures alijs addunt Ioan.And.Geminian.Ancaran. & Franch.in cap.1.de immunit.Eccleſ.lib.6. vbi paſſim ſcribentes teſtantur eſſe communem opinionem, Iaſ.in d.§.diui, in 1.lect. num.82. & in 2.lect. num.110. Ferdinand.Loah.nu. 82.Ripa num.81. Socin.iun.num.166. Crot.num.88. Canoniſtæ omnes eandem opinionem tenent in d. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ. Felyn. num. 61. verſ. nono quæro. multos adhoc allegat Tiraquel.in gl.8. num.172.poſt leges connub. Alexãd. conſ. 211. num. 3. volum.2. Ripa reſponſo 4. num. 5. Corn. conſ.145. num. 4. volum. 4. Crot.in conſil. 370. Mandell. de Alba in conſ.8. num.9. Riminald.iun. in conſ.15. num.85. & ſeq. volum.1. Bald.de ſtatu. in verſ. vendere, nu. 1. cum alijs etiam per Surdum in conſ.2. nu.34. volu.1. & per Syntagma commun. opin. tomo 1. loco 2. cap.14.

Et dicit Ambroſ. de Obiho in §.diui, num. 51. quòd cum

iſta

iſta ſit receptiſſima opinio inter Doctores ad fauorem Eccleſiæ,& propter dubitationem incidendi in excommunicationem, vt in c. fin. de immunit. Eccleſ. lib. 6. non eſt opus reſpondere in contrarium allegatis, & Surdus in d. conſ. 2. nu. 34. in fin. ait, quòd cum hæc ſit communis opinio, non eſt attendendum quid aliqui, & hi quidem pauciores, ſenſerint.

Sed pro fundamento huius opinionis veræ, dicamus, quod
14 nulla diſpoſitio generalis comprehendit caſus, vel perſonas in ſpecie priuilegiatas, vt in pleriſque locis probat Decius in l. ſi certis annis, C. de pact. in l. ex teſtamento, C. vnde liberi, in cap. ſedes, num. 13. de reſcript. in conſ. 5. & 301. colum. 1. & 406. colum. pen. & 536. num. 8. & in l. 1. in 2. not. ff. de reg. iur. & ibi Cagnol. num. 16. Curt. iun. in l. hæres abſens, ff. de iudic. Ripa in l. 1. num. 15. ff. ſolut. matrim. & in l. fin. quæſt. 51. C. de reuocand. donat. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. nu. 96. & 103. Ruyn. in conſ. 155. num. 5. lib. 1. Riminald. ſen. in cõſ. 447. num. 16. Natta in conſ. 410. num. 20. & in terminis ſtatuti Mediolani Plotus in conſ. 108. num. 16. volũ. 1. criminalium. poſt Rip. in 2. reſponſo, lib. 1. de legibus, quod non comprehendit Cardinales, vel Epiſcopos, velut ſpeciali nota dignos; nam qui ſunt ſpeciali nota digni nũquam comprehenduntur ſub generali diſpoſitione, l. item apud Labeonem, §. hoc edictum, ff. de iniur. Ideo diſpoſitio generalis auth. ſed cum teſtator, C. ad leg. Falcid. non comprehendit diſpoſitionem ſpecialem l. iubemus, C. ad Trebell. vt dicit Ruyn. in cõſ. 135. vol. 3. & Cæphal. in conſ. 72. num. 12. & Cæphal. etiam infert diſpoſitionem l. hac conſultiſſima, C. qui teſtam. fac. poſſ. non comprehẽdere diſpoſitionem eiuſdem legis, in §. ex imperfecto, & §. ſi quis autem. qui de liberis, & ſuccedentibus ab inteſtato ſpecialiter loquuntur.

15 Sed Imperator cõceſſit ſpeciale priuilegium Eccleſiæ vniuerſali ſuper donationibus in eam largiendis, l. illud, C. de ſacroſ. Eccleſ. atque in venditionibus, vt poſſint fieri in Eccleſiam, & in eam tranſeat dominium ſine traditione, l. vt inter diuinum, C. eod. tit. ergo in generali conceſſione, qua ciuita-

tib.

Digitized by Google

tib, conceſſum eſt leges municipales condere, nõ intelligitur derogatum ei, quod ſpecialiter Eccleſiæ eſt conceſsũ, l. 1. in princ. ff. de offic. eius, quia ſpecialia derogant generalibus, ſiue præcedant, ſiue ſubſequãtur, l. in generali, ff. de reg. iur.
16 Et in huiuſmodi priuilegijs non differunt particulares Eccleſiæ ab ipſa vniuerſali, cuius iſtæ ſunt membra, c. ſignificaſti, in fin. de elect. & c. loquitur, 24. q. 1.
17 Item non comprehenditur ſub generali diſpoſitione id de quo in ſpecie diſponi non poteſt, l. Lucius, §. pen. ff. ad municip. c. à nobis, de ſentent. excommun. Bartolus in lege. ſi quis ſub conditione, ff. de condit. inſtit. Baldus in leg. fin. §. in computatione, in fin. C. de iure delib. Luc. de Penn. in l. fi. C. de exactor. tribut. lib. 10. Dec. in conſ. 504. colum. 1, Crauett. in conſ. 106 num. 6. ſed laici non poſſunt ſpecialiter diſponere de eccleſiaſticis, d. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ. Quam rationem putat optimam pro hac parte Brun. in tracta. de ſtatut. excluſiuo fœm. propter maſculos, art. 6. num. 38. Confirma-
18 tur, quia paria ſunt directè, vel indirectè facere contra prohibitionem, c. quanto, de priuileg. Bald. in auth. caſſa, nu. 7. C. de ſacroſ. Eccleſ. & in auth. ſtatuimus, nu. 5. C. de Epiſc. & Cleric. Bartol. in l. 1. §. quæ onerandæ, nu. 3. C. quarum rerum actio non detur, per illum textum, vbi contra libertatem alicuius fieri dicitur, per quod quis efficitur timidior, ſed ſi hæc ſtatuta comprehenderent alienationes, quæ fiunt in Eccleſias, tunc eccleſiaſtici efficerentur timidiores, vt per Bald. in d. auth. ſtatuimus. Lapus allegat. 30. in 7. concluſ. & eſt ratio Bartoli ad oſtendendum, quod ſub generali diſpoſitione non poſſunt clerici comprehendi.

Et non immeritò videtur applicanda huic negotio opinio eorum qui tenẽt, hoc ſtatutum vti correctorium iuris communis eſſe odioſum, ſecundùm Angel. in cõſ. 7. in fi. & Bald. in l. ſi duobus, §. fin. C. commun. de legat. Barbat. in conſ. 43. colum. 9. & 10. vol. 1. & ideo debere ſtrictiſſimè interpretari, vt dixit Cæphal. in d. conſ. 53. num. 1. & ſeq. volu. 1. & ſic, vt vt excludat tantùm perſonam nullo modo ſubiectam dominio ſtatuentium: Quorum opinionem non firmo generaliter;

19 liter; dico tamen eſſe in odium Eccleſiæ, & cōtra eius liber-
tatem factum quatenus in Eccleſias, & eccleſiaſticos dirige-
retur, ex his quæ notat Octauian. Vulpell. in tractatu de liber.
eccleſiaſtic. parte 2. num. 6. & propterea ex doctrina gloſſæ
in l. venia, C. de in ius vocand. reſpectu eccleſiaſticorum di-
cantur ſtatuta odioſa, & reſtringenda, vt eos non compre-
hendant ſub generali diſpoſitione. Et licèt ſtatuta huiuſmo-
di dirigantur in ciues, qui alienant, tamen quando tractatur,
an comprehendant perſonas eccleſiaſticas, eo caſu negari
non poteſt, quin dicantur facta in fraudem eccleſiaſticæ li-
bertatis, & ad illam comprimendam, vt cōſiderant Angelus,
& Florian. in d. §. diui, in fine.

Nec obſtat quod tempore quo condita ſunt, ſtatuētes ha-
buerunt bonā mentē. Quoniam an quid ſit contra libertatem
Eccleſię non videtur conſiderandus animus diſponentis, ſed
20 diſpoſitionis effectus, alioqui pauca ſtatuta venirent caſſan-
da, per d. authen. caſſa. C. de ſacroſ. Eccleſ. cum ſemper ſta-
tuentium animus ſoleat moueri propter aliquem bonum fi-
nem, non autem, vt Eccleſijs damnum, vel præiudicium in-
ferant; ergo talia ſtatuta, inſpecto effectu, non valent contra
Eccleſias, ex defectu poteſtatis, non autem ex malo animo
ſtatuētium, prout benè probat Socinus iunior in dict. §. diui,
num. 168. in fine.

21 Non obſtant contraria, & primò non obſtat c. conſtitutus,
de in integrum reſtitut. quo mouetur Tiraquell. quia, quis
non debet acceptare cōtra ſe illud, quod ad eius petitionem
non eſt ei conceſſum: Nec eſt vera conſideratio Deciani in
tracta. criminal. tomo 1. lib. 2. cap. 35. numero ſeptimo, verſ.
fallit ſecundò, in fine; quòd hæc procedunt quando eſt ali-
22 quid cōceſſum Eccleſijs in ſpecie in eorum fauorem, & pri-
uilegium, vt tunc non debeat in odium retorqueri, ex regula
l. quod fauore, ff. de legibus, quod ſecus eſt in ijs, quæ non in
ſpecie, & principaliter conceſſa fuere, vt huiuſmodi ſtatuta;
Quia cū ipſi gaudeant quolibet beneficio iuris communis, &
ſtatutorum, ex regul. cap. dilecti, de foro competen. vbi no-
tant omnes, poſſumus dicere in omnibus eſſe ſpecialiter, &

æque

æquè principaliter priuilegiatos, ſicut dicimus de dote in l. 1. ff. ſolut. matrim. Et quando vellemus in cæteris includi eccleſiaſticos vtentes beneficijs ſtatutorum, ſubmitteremus eoſdem alterius iuriſdictioni, contra ius diuinum, quod fieri non poteſt, etiam ſi ipſi voluerint.

23 Et ſi admitteremus, quòd ſi vnus clericus vtatur ſtatuto, tunc eo ipſe ligetur iuxta doctrinam Baldi in l. 4. C. ad legem Falcid. Non deberemus admittere, quòd quando nō vtitur, tunc eo ligetur, etiam ſi poſſit vti, quia non ſufficit, vt poſſit vti ad hoc vt actualiter ligetur, ſed requiritur, vt actualiter vtatur, & ſecūdùm hanc opinionem, ſi vnus actualiter vtendo ſubmitteretur ſtatuto, nō faceret preiudicium toti ordini eccleſiaſticorum, qui de iure diuino eſt exemptus à iuriſdictione laicorum, nec poteſt eidem ſubmitti, etiam volēs à quacunque poteſtate.

Nec obſtat præcipuum fundamentum opinionis cōtrarię, quòd huiuſmodi ſtatuta ſint concepta in rem: Quia eædem
24 res antequam conderentur prædicta ſtatuta, erant affectæ iure communi, quo permiſſum erat liberum dominium in Eccleſias transferri, d. l. vt inter diuinum, C. de ſacroſ. Eccleſ. & ſtatuta prædicta tanquam generaliter loquētia, nō poſſunt includere caſus ſpeciales, quos ſi explicarent, non valerent, Roman. in l. ſi Publicanus, §. 1. col. 2. poſt med. verſ. aut ſtatutum, ff. de publican. Nec valet argumentum de forenſibus ad clericos, quia ſtatuta cōcepta in rem poſſunt impedire ne bona ſuę iuriſdictionis acquirātur forenſibus, etiam per ſucceſſionem, Soc. iun. in conſ. 25. num. 8. volu. 3. Sed nō idem conceditur eis reſpectu clericorum, velut contra libertatem Eccleſiæ, dict. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, ideo ſicut nō poſſunt eos expreſſe excludere, ita nec in dubio cenſentur ſub
25 generalitate voluiſſe, eos igitur nō comprehendunt ex defectu voluntatis, Rim. iun. in d. conſ. 115. num. 101. volum. 1. vbi quòd nō valet argumētum in huiuſmodi decretis, & ſtatutis de forenſibus ad clericos. Ex quo infertur quòd prohibitio alienationis de re dotali non comprehendit clericos, licèt contractus factus cum clerico de alienatione prædicta

poſſit

poſſit reſcindi, vt docet Rochus de Curte in d. tract. de conſuetudine, ſect. 8, num. octuageſimo primo.

Nec obſtat quod poſſit fieri per pactum, ergo & per ſtatu-
26 tum. Quia maxima eſt differentia, ſi quidem priuata perſona paciſcens, poteſt apponere conditionẽ rei ſuę, quam vult, quia ipſe eſt dominus, at ſtatuentes nequaquã ſunt domini rerum, ſuper quibus diſponunt, niſi quò ad iuriſdictionẽ: ita reſpondet Dec. in d. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, nu. 75. verſ. nõ obſtat quod dicatur de æquiparatione pacti ad illud. Cepol. in conſ. 3. ciuil in princip. Aliter etiã reſpondetur, quod argumentum de pacto ad ſtatutum procedit dũtaxat quando agitur de ſtatuentium præiudicio, ſed vbi tractatur de ſuperioris præiudicio plus operatur pactum, quam ſtatutum, Bald. in l. cum anterioribus, §. illud, num. 4. C. de temp. appel. Roland. in conſ. 29. num. 29. volum. 1. Ideo pactum valet, quia non fit præiudicium ſuperiori, ſed nõ ſtatutũ, per quod tolleretur eccleſiaſtica libertas: Imo per pactum non poteſt
27 clericus ſe ſubmittere iuriſdictioni laicorum, ergo neque per ſtatutum hoc poteſt induci.

Ex his infertur ſatis errare dicẽtes, quod ſtatutũ prohibens bona ſoluentia collectam fiſco alienari in Eccleſiam, eſt validum, quam opinionem firmarunt Fabian. de Monte in tracta. de emptione, & vend. in 22. quæſt. principali, num. 43. & ſeq. & Belluga in ſpeculo Principum, rubrica 14. de amortizationibus, §. veniamus, num. 36. & ſeq. Quia, vt dictum
28 eſt, ſtatutum prædictum generaliter loquens, non comprehendit Eccleſiam, nec clericos, tantò minus comprehendit, ſi de eis ſpecialem nominationem faciat, eſt enim contra libertatem eccleſiaſticã, vt in terminis huius ſtatuti tenet Bald. in conſil. 132. caſus quidam, volum. 3. Angel. in l. nemo, C. de pact. per tex. in cap. fin. de immunit. Eccleſ. Roman. in l. ſi Publicanus, § 1. column. 2. verſic. aut ſtatutum, ff. de Publicanis, vbi concludit, quod ſi ſtatutum expreſſe prohibet bona alienari in Eccleſiam, vel perſonas eccleſiaſticas, non valet ex defectu poteſtatis, Dec. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 65. quia per directum, & indirectum læderetur

Digitized by Google

immunitas Eccleſiæ. Canoniſtæ omnes in c. nouerint, de ſent. excommun. Nec obſtat ratio collectarum, quia Eccleſiæ non tenentur, etiam ſi prædia antea tributaria ad ipſas peruenerint.

Ex eadem Vniuerſitate Patauina.

Celeberrimi, ac Eximij V. I. Conſulti IACOBI MENOCHII PAPIENSIS In Patauino Gymnaſio Primarij Legum Profeſſoris, & Interpretis. V. I. Conſilia, & Reſponſa Deciſiua.

Et ſunt conſilia 92. in lib. 1. & 136. in 2. conſiliorum ſuorum libris.

EPITOME.

Clerici, ac eorum bonorum quicunq; cultores ſunt immunes ab oneribus, nec vllo modo tenentur ad collectas.

HVIVS præclariſſimi viri per Illuſtria Conſilia, & Reſponſa Deciſiua pro Eccleſiaſtica libertate, & Immunitate perlege lector diffusè in conſiliorum ſuorum libris, vid. in conſ. 92. libri primi, & conſil. 136. libri ſecundi, neq; enim fas eſt hic tàm prolixa eius, Conſilia reſcribere, tùm ne tædio lectores afficiam, cùm ne inaniter referam ea, quę in libris, qui apud omnes ſunt, reſcribam.

Ex Sacra Rota Romana.

Coram Celeberrimo V. I. C. ac Primario Sac. Rotæ Romanę Auditore, & Iudice D. CLEMENTE MERLINO FORLIVIENSI;

Quin dicere liceat coram tota ipſamet Sacra Rota, bis examinato Articulo, ac matura conſideratione reſoluto circa bonorum Eccleſiaſticorum onera nullatenus Laico Principi perſoluenda.

Irreuocabilis ſanctio pro Eccleſiaſtica libertate, & immunitate. Et eſt deciſio facta ſub fœliciſſimis auſpicijs Sanctiſs. Domini Noſtri Vrbani Papæ Octaui, Anno eius octauo, Vid. die Veneris 28. Iunij, Anno 1630.

In cauſa Albenſis Gabellæ, ſeù onerum.

EPITOME.

Bona Eccleſiaſtica omninò immunia ſunt ab omnibus, & quibuſcunq; oneribus, & tributis impoſitis per Principes laicos, ſeù per quaſcunq; communitates, &c.

SVMMARIVM.

1 *Collectas imponentes Eccleſiaſticis, ſeu eorum bonis ex pluribus concilijs, & canonibus ineuitabili anathemate feriuntur.*

2 *Immunitas ſe extendit ad omnia Eccleſiarum bona, etiam nouiter acquiſita.*

3 *Immunitas Eccleſiaſtica, ac eius bonorũ, eſt de iure diuino, & humano.*

4 *Immunitas competit Eccleſiaſticis, & eorum bonis, etiam apud Ethnicos.*

5 *Bona laicalia dum ſiunt Eccleſiaſtica, eo ipſo eximuntur à laicorum poteſtate.*

6 *Clericorum non minus Eccleſiaſtica, quàm patrimonialia bona ſunt immunia.*

7 *Dignitas perſonæ influit immunitatem in ipſa bona.*

8 *Clericorum bona eccleſiaſtica ſunt patrimonium Domini.*

9 *Eccleſiaſtica Immunitas ſemper fuit, & ſi certo tempore non ſic florebat.*

10 *Rerum integrationis effectus pro bonis Eccleſiaſticis, quàm ſit neceſſarius.*

11 *Bona poſſeſſa ab Eccleſia iure ſpirituali ſunt immunia à quocunq; onere.*

12 *Bona poſſeſſa ab Eccleſia ad cultum diuinum habita à priuatis ſunt immunia omninò à quouis onerum genere.*

13 *Bona quæ poſſident Eccleſiaſtici, & ſi non ſint immunia ab oneribus fixis, &c. ſunt tamen immunia à collectis, & ab omnibus oneribus extraordinarijs.*

14 *Retractatio facta à Bartholo de eius cautela contra immunitatem Eccleſiæ.*

15 *Laicorum leges infringere non valent immunitatem Eccleſiaſticam.*

16 *Quo tempore perpendendum eſt, an bona Eccleſiaſtica collectis affici poſſint.*

17 *Quàm graue piaculum ſit infringere immunitatem Eccleſiaſticam.*

18 *Tunc vinculum inijcitur bonis ſolùm quando collectæ imponuntur, & non antea.*

19 *Eccleſia pro bonis nouiter acquiſitis tenetur ad onera copulatiuè habentia infraſcriptas circunſtantias, vid. quod ſint merè, & verè realia, fixa, certa, & inuariabilia, ac vniformẽ præſtationem, & perpetuam, impoſitam prædijs, antequam ad Eccleſiam peruenirent.*

20 *Quibus conditionibus teneatur Eccleſia ad tributum, pro quibus prædijs, & à quo tempore.*

21 *Bona eſſe in laicorum Cataſtro non facit Eccleſiam teneri ad onera, & quomodo.*

22 Nul-

22 *Nullus ſine Summi Pontificis conſenſu praiudicare poteſt Eccle-ſiaſticæ Immunitati.*

23 *Mutata perſona, mutatur ſtatus, & conditio rei.*

IVDEX Taurinenſis condemnauerat Archipræsbyterum Eccleſiæ Gorzenij ad onera realia, ordinaria, certa, & inuariabilia in fauorem Communitatis dicti loci, pro predijs eiuſdem Eccleſiæ. quam ſententiam in hac parte omnino reuocandã eſſe Domini cenſuerunt. Certa eſt enim Theologorum, & Canoniſtarum, & I. C. propoſitio, quam, & nemo ex Catholicis audet impugnare, bona Eccleſiaſtica immunia eſſe, & libera ab oneribus, & tributis impoſitis per Communitates, & Principes Laicos. ità definitum eſt in Conc. Lateran. ſub, Alex. III. p. 1. c.
1 19. ſub Innoc. III. c. 46. & habetur in c. non minus, vbi Conſules, & alij Magiſtratus, Eccleſiaſticis, & eorum bonis Collectas, & pedagia imponentes anathemate feriuntur, & in ca. aduerſus de imm. Eccleſiæ, & in c. 1. & 3. eod. tit. in 6. & in c. Quamquam de cenſ. in 6. & in Clemen. vnic. de Immun. Eccl. quæ ſanctiones innouatæ fuerunt per Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 20. de refor. Romaniq; Põtifices quotannis in Bulla Cœnæ §. 18. huiuſmodi pedagia imponentes, & exigentes cenſuris coercent, & Conſtantinus I. Imper. palàm Chriſtianis immunitatem hanc Eccleſiaſticam, ſiue potius illius vſum exhibuit, vt apud Euſeb. lib. 10. hiſt. Eccl. cap. 7. & in orat. de laudibus Cõſtantini, ſublatiſq; Ethnicis neminem ex orthodoxis, & illibatę religionis Imperatoribus tributum de bonis Eccleſiarum exegiſſe obſeruat Baron. tom. 3. annal. ſub Anno 387. nu. 13. & Iuſtin. etiam hanc Clericorum immunitatem, vel reſpectu bonorum edicto ſanciuit in l. ſancimus 20. C. de ſacr. ſan. Eccl. & Feder. in Auth. Item nulla communitas C. de Sanctiſs. Epiſc. Nec à iure poſitiuo, & Imper. liberalitate, ſed immediatè à iure diuino ortum habuiſſe huiuſmodi im-
2 munitatem, reſpectu etiam bonorum acquiſitorum, vt diſertis verbis aſſeritur in c. quanquam de cenſ. ibi Eccleſię Eccle-

ſiaſticæq; perſonæ, & res ipſorum, non ſolum iure humano, quinimò, & diuino à ſæcularium perſonarum exactionibus ſint immunes, & in Conc. Trid. d. ſeſſ. 25. c. 20. de refor. di-
3 citur immunitas hæc Dei ordinatione, & Canonicis ſanctionibus instituta eſt, quibus verbis apertè diluitur calida quorundam interpretatio, qui putarunt verba, de quibus in d. c. quamquam ibi, de iure diuino, & humano intelligi poſſe de iur. poſitiuo ſcilicet Canonico, & Ciuili.

Nihilq; refert hanc, immunitatem reſpectu bonorum oculariter non legi ſcriptam in ſacris ſcripturis, quia vt iuris diuini dicatur, ſat eſt vel traditione Eccleſiæ deducatur, prout egregiè hæc immunitas deducitur ex Geneſ. c. 47. vbi Ioſeph ProRex Pharaonis Sacerdotes, & eorum agros etiam
4 eis à Rege traditos in primœua libertate dimiſit, quamuis reliquos totius Populi ſeruituti Regis ſubegerit, & meminit, etiam Ioſeph. de antiq. Iud. lib. 2. cap. 4. & Diodor. Sicul. in 2. lib. hiſt. & Herodot. in Euterpe lib. 2. Hinc appoſitè in d. Conſ. later. de quo in c. nō minus de imm. Eccl. in 6. infertur, nō decere Eccleſiam Dei minus liberam eſſe tempore Principum Chriſtianorum, quam fuerit tempore Pharaonis, immò, & addi poteſt tempore etiam, & Ethnicorum qui flamines, Augures, ſalios, freciales, alioſq; Sacerdotes, vnà cum bonis ipſorum immunes, & liberos à tributo reddebant, vt obſeruat, & indè ad propoſitum noſtrum arguit Præpoſ. in c. ſi Tributum nu. 5, & ibidem Card. 11. q. 1. & ſequitur Io. Ant. de Nigr. in rep. extrauag. vn. n. 243. de vit. & honeſt. cler. Plott. in add. ad vlt. conſ. Laud. ſub num. 8. aliaq; exempla deduci poſſunt ex 1. Eſdræ c. 7. & Num. ca. 3. & luculentius teſtimonium patet apud Math. c. 17. vbi filius Regis, qualis eſt Chriſtus, qui eſt filius Regum Regis eximitur à tributo Principis, Eccleſiam autem, & Eccleſiaſticas perſonas tamquam ſponſam, familiareſq; & domeſticos Chriſti eadem potiri prærogatiua inferunt D. Hier. ibid. & D. Aug. lib. 1. qq. Euang. q. 23. Io. Ant. Nig. & extrauag. vn. num. 223. de vit. & hon. cler. & doctè Suar. ad Regem Angliæ de imm. Eccl. lib. 4. & 5. num. 12. & c. 8. nu. 16. quæ teſtimonia, & exempla ad hanc
rem

rem rectè perpendunt Card. Belarm. controu. tom. 2. lib. 1. de cleric. c. 28. in 4. & 5. propoſitione, vbi pluribus comprobat hanc imm. eſſe de iure diuino, & idem firmarunt Ioan. Mentaig. de collat. parlam. p. 2. num. 11. Burſ. conſ. 42. nu. 1. lib. 1. & conſ. 186. num. 8. lib. 2. Borell. conſ. 74. num. 1. Plot. in add. ad vlt. conſ. Laud. num. 8. Euerar. conſ. 30 num. 23. ad fin. Coual. com. cont. com. 9. 899. num. 39. 42. Cabed. dec. 83. num. 19. p. 2. Thom. Bezz. de iur. ſtat. Eccl. libert. lib. 4. cap. 8. plenè Paul. Comitul. reſp. moral. lib. 1. c. 97. nu. 6. & ſeq. Suar. ad Regem Angliæ d. lib. 4. c. 8. nu. 9. qui alios plures enumerat, & bona, dum Eccleſiaſticis traduntur, eo ipſo
5 eximuntur à Dominio, & poteſtate laicorum, & ex ſpeciali iure ſub Dominio Chriſti D. conſtituuntur, nec per metaphoram, ſed per omnimodam proprietatem, ita vt tale dominium Chriſti in his bonis Eccleſiarum ſit proximum, & immediatum, illiq; dicatur acquiſitum tanquam Principali Domino, vt per Innoc. in c. cum ſuper nu. 3. de cau. poſſeſſ. & prop. & in c. verum nu. 2. de for. comp. Afflic. deciſ. 361. num. 22. & ſeq. & poſt Suald. d. lib. 4. c. 17. num. 9. & ca. 18. num. 5. 7. & c. 21. num. 5. plurib. comprobat Comitul. reſp. mor. lib. 1. c. 70. 71.

Vnde ſi Chriſtus Dominus omninò immunis fuit à tributis, vt ad literam habetur apud Math. 17. & ibi notant SS. Hieron. Chriſoſt. & Amb. atq; alij per Suarez dicto lib. 4. cap. 5. num. 1. in fortiori, conſequens eſt etiam bona Eccl. quæ ſub ſunt immediato, & proximo dominio Chriſti Domini immunia eſſe ab omnibus tributis, vt per eundem Suar. lib. 4. c. 18. num. 5. 7. & cap. 21. num. 5. vbi quòd hoc eſt valde con-
6 ſentaneũ Diuinitati, & Eccellẽtiæ perſonæ ſuæ. Præterea ſi
7 bona patrimonialia cler. etiam laicalia ſunt immùnia ab oneribus laicalibus ob dignitatem perſonarum, quæ dignitas perſonæ influit immunitatẽ in ipſa bona, illa. n. adhærẽt perſonę clerici, nec perſona dici poteſt plenè, ac perfectè exempta, niſi etiam illius bona exempta ſint, ita Abb. dec. fel. & alij Canoniſtæ communiter in cap. Eccl. Sanctæ Mari. in c. quæ in Eccl. de conſt. Bald. in l. 2. C. de Epiſc. & cler. & alios refert,

ac ſequitur Suar. d.lib.4. c 25. num.4.& ſeq. ergo multò ma-
8 gis idem erit in bonis Eccleſiarum, tùm quia perpetuò ſunt Eccleſiaſtica, & in diuinum cultum per ſe ordinantur, tum quia non Cler. qui Chriſti famulatum agunt, ſed ipſius Domini patrimonium ſunt, & vt dictum eſt ſub immediato dominio Dei, patrimonialia verò bona Clericorū ſunt quidem ſub eorum dominio, ſed hoc dominium illis competit vti ciuibus, non autem vti Clericis, & tamen propter ſacram qualitatem cohærentem perſonæ, bona ſunt immunia, quæ ratio potiùs vrget in bonis Eccleſiarum, vt perpendit, Suar. vbi ſupra c.16. num.11. & cap.17. nu.1.

Nec quicquam verò facit antiquitùs aliquando Clericos
9 ſoluiſſe tributa Principibus laicis, hācq; exactionem ceſſaſſe iiſdem Principibus indulgentibus, quoniam id accidit tempore, quo nondum Principes Euangelij, & tributi iugo ceruices ſubegerant, & facultas ipſa, ſeu immunitas à collectis Clero competebat quidē de iur. ſed ad huc de facto, & malè exigebatur, & ſic ipſa immunitas à iur. diuino profecta eſt, Immu. autem vſus, ſeu exercitium emanauit à Principū orthodox. ſanctionibus, qui Principes Chriſtiani non verè, & propriè Eccleſiaſticis bonis exemptionem conceſſerunt, ſed potius detexerunt, & in eam à Deo conceſſam conſenſerūt, illinſq; exercitium ceſſere, & hoc bene agnouit Iuſt. in d. l. ſancimus 20. c. de ſacroſ. Eccl. ibi, cur enim non facimus diſcrimen inter res diuinas, & humanas? & cur cōpetens prærogatiua cæleſti fauori non conſeruetur? & ſic annuit, hanc immunitatem, non à ſua munificentia, quam alijs in rebus, & locis ſæpius glorioſus commemorat, ſed à dictamine diuino & à natura, efluxiſſe, & benè ratiocinatur Comitul. reſp. mor. lib.1. d.c.97. nu.11. vbi etiam antiquam traditionem, & Populorum mores circa hanc immunitatem recenſet, & ita pariter reſpōdet Suar. cōtra Reg. Angliæ d.lib 4. de imm. Eccl. c. 6. nu.4. & l.21. nu 3. & 8.

Nec obſtat potiſſimum fundamētum cōmunitatis, quòd hæc onera olim impoſita eſſent iſtis prædijs, quæ poſteà in Eccl. peruenerunt, & ideo trāſiuiſſe affecta tributaria, & cum

eodem

eodem onere ad quoſcunq; quamuis priuilegiatos, ſucceſſores, atq; etiam in ipſas Eccleſias, iuxta Canon. tributum 23. quæſt. 8.

Quoniam pro reſponſione duo firmanda ſunt, vnum in facto, alterum in iure, in facto, quod antiquitùs hæc Prædia
10 erãt eiuſdem Eccleſiæ Archipresbyterij Gorzenij, & paucis ſolummodò ab hinc annis diſtracta in laicos, à quibus in Cataſtro Communitatis redacta ſunt, detecta autem nullitate alienationis, iure merito Eccleſia, & pro ea Archipresbyter modernus in iudicio ſpolij fuit reintegratus, & propterea, vt reintegratio ſuum plenarium conſequatur effectũ, opus eſt, quòd Eccleſia recuperet prædia libera, & immunia à quibuſcunq; oneribus, prout erant antequam ab anteceſſore diſtraherentur, & cõſequẽter reuocãda ſunt, & deſcriptio in cataſtro, & impoſitio onerum, quæ tempore vſurpationis laicorum ſequuta ſunt, tantum .n. reſtituere debet reintegratio, quantum abſtulit diſtractio l. fin. §. fi. & ibi Bart. & alij c. de ſen. pal. l. quod ſi minor §. reſtitutio ff. de minoribus, & not. Odd. de reſtit. in integrum p. 1. q. 44. art. 3. nu. 23. & ſeq. & retrotrahenda eſt hæc reintegratio perindè, ac ſi ſemper pœnes Eccleſiam Prædia permanſiſſent ad l. 1. §. fin. ff. de quæſt. l. r. C. de ſentẽt. Pal. Bal. in l. poſt edit. num. 1. C. de impub. & alijs ſubſt. Coſta. de retrotract. c. 8. Cal. 17. nu. 2. & ſeq. quæ ſi permanſiſſent, neq; relata in cataſtro, nèq; onera fuiſſent impoſita.

In iure autem illud notandum eſt, quòd bona ſemel à laicis etiam legitimè poſſeſſa nõ ſemper cum onere tributi, & vectigalis trãſeunt ad Eccleſiam, ſed cũ diſtinctione trium ſpecierum bonorum.

Prima eſt ſpecies bonorum, quæ habet, & poſſidet Eccleſia iure ſpirituali, & diuino, vt Dec. oblationes, & hæc ſemper, ac perpetuò immunia ſunt à quibuſcunq; oneribus ſæ-
11 cularibus tàm præteritis, quàm futuris, quia immediatè habet à Deo, nec commiſcenda cum laicis, vt in Num. c. 18. & not. canoniſtæ communiter in c. ſi Tributum 11. q. 1. & in c. 2. 23. q. 8.

Alia

Alia ſunt bona, quæ à priuatis quidem habuit Eccleſia, ſed ad cultum diuinum, & officium ſpirituale ſunt deſtinata, vt ſitus Eccleſiarum, & Cemeterium pro Sepulturis, hortus
12 iuxta Eccleſiam, & ſunt hęc pariter immunia ſemper ab omnibus tributis, & oneribus, nedum publicis, & Regijs, ſed qđ magis eſt etiam priuatis, & præexiſtentibus ob eorum ſpetialem ſanctitatem, vt habetur in d.c. ſecundum 23. q.8. & per Bald. in l. omnes nu. 12. c. de Sacroſ. Eccl. & doctè tradit Turrecr. in c. ſi Tributum 11. q.1. & in ſum. de Eccl. lib. 1. c. 98. in reſp. ad 7. arg. Io. Ant. de Nig. in rep. extrauag. vnic. nu. 247. de vit. & honeſt. Cler. Suar. ad Regem Angliæ de imm. Eccl. lib. 4. cap. 17. num. 6. 7. & cap. 19. numer. 2. & latiùs cap. 20. nu. 17.

Tertia eſt ſpeties bonorum, quæ poſſidet Eccleſia ſorte
13 temporali, & iure ciuili, vt tit. venditionis, legati, vel alio ſimili, &c. & in his etiam ſubdiſtinguendum eſt; & quò ad onera impoſita de tempore, quo pœnes Eccleſiam bona reperiuntur, certum eſt, ipſi omnino ſuffragari immunit. ex ſu-
14 perius deductis, & Bart. in l. reſcrip. §. fin. num. 5. verſ. videte ff. de mun. ingenuè fatetur nullum dari rimedium, ſeu cautelam, quod Clericis, ſeu Eccleſijs pro eorum Prædijs impona-
15 tur Collecta, cum laici non poſſint edere legem, per quam libertas Eccleſiaſtica infringatur, & ſcriptores omnes catholicos ſine diſſenſione hoc admittere monet Suar. ad Regem Angliæ d. lib. 4. c. 20. nu. 2. fallitur autem idem Bart. d. loco, dum ſubdit poſſe laicos à principio efficere tributaria, & affecta oneribus omnia prædia eorum territorij, ita vt Agri, qui poſtea ad Eccleſia peruenerunt, obnoxij ſint collectis imponendis, quia indirectè permitteretur contra libertatē Eccleſiaſticam, quod directè omninò prohibitum eſt, cap. quæ
16 in Eccleſiarum, de conſtit. Authen. Caſſa. de Sacroſ. Eccl. & alibi, & licèt eò tempore, quo vniuerſum territoriū efficitur tributarium, Prædia ſint ſub iuriſdictione laicorum, attamen hoc tempus inſpici non debet, ſed illud, quo ipſe collectæ imponuntur, tunc enim formam habent, & ſolùm radicem aliquam cauſalem, & remotam habuerunt à ſtatuto, qđ etiam

dum

dum facit territorium tributarium pro collectis imponẽdis habet tantum conditionem, ſcilicet ſi imponantur, quæ conditio cum ſit poteſtatiua non retrotrahitur in præiuditium Eccleſiæ, quæ medio tempore acquiſiuit, nec tunc ſubiacet iuriſdictioni laicorum. ita eleganter Bart. impugnando arguit Bald. in l. omnes num. 12. 13. 14. cum ſeq. c. ſine cenſ. vel reliq. fun. comp. non poſ. & in l. Placet numer. 10. vbi, quod Bar. in caſu, quem poſuit non dicit verum c. de Sacroſ. Eccleſia, & in l. neminem num. 4. c. eo, vbi quod hæc onera tũc nec certa eſſent, prout tamẽ requiritur ad effectum, vt ad Eccleſiam tranſeant. prædia cum ſuis oneribus, & infrà dicetur, & conſ. 112. num. 7. lib. 7. vbi quod Bart. contra omnes, & nõ benè loquitur, neq; dicit verum, & quod illius cautela non valet vnam feſtucam, quia non poteſt conſiderari tributum, niſi poſt indictionem, & ſpecificationem, quæ fieri nequit, poſtquam res fecit tranſitum ad Eccleſiam Abb. in c. fin. nu. 13. de vit. & hon. Cler. Iaſ. in d. l. Placet. nu. 21. vbi quod dictum Bart. eſt falſum, & damnatum per omnes, & idem teſtatur Grudop. q. 381. Ruin. conſ 117. nu. 8. l. 4. Fel. in c. Eccl. S. Mar. num. 76. de Conſt. Plot. in add. ad conſ. vlt. Laud. nu. 10. 13. qui teſtantur ità fuiſſe declaratum à Senatu Mediolani, pro Monialibus Sanctæ Claræ Nouariæ Alb. conſ. 8. nu. 4. & ſeq. vbi quod huiuſmodi ſtatutum volens prouidere oneribus, quæ adhuc non ſunt in rerum natura, & volens fingere id, quod non eſt, non caret ſuſpitione fraudis Sib. conſ. 9. nu. 26. & conſ. 32. num. 11. Marcabr. conſ. 40. nu. 29. vbi dicit communem eſſe hanc opinionem. Phaſet. conſ. 31. numer. 8. Regg. conſ. 7. num. 11. Graſ. com. op. lib. 1. c. 18. q. 2. qui pariter de communi teſtatur Remig. Gon. de car. ſubſid. q. 62. nu. 16. vbi quod hæc eſt tutior opinio Card. Alb. de imm. Eccl. nu. 92. aſſerens hanc eſſe opinionem legitimam, validiſſimis rationibus confirmatam, & quòd graue piaculum com-
17 mitteret quicunquæ contrarium ſentiret Ceſſall. com. contra com. q. 899. nu. 72. & 106. qui plures alios cumulat. Rim Iun. conſ. 25. num. 23. Azor. inſtit. mor. p. 1. lib. 5. c. 13. q. 1. Theſau. deciſ. 234. num. 5. Io. Ant. Nig. in repet. extrauag. 11. de vit.

vit. & hon. Cler. nume. 190. Alphonſ. Montalu. in for. ff. Caſtell. lib. 1. l. 2. verſ. in contrarium Matier. qui alios congerit ad l. hiſp. lib. 5. l. 11. gloſ. 5. nu. 5. Gutier. pract. qq. lib. 2. q. 132. numer. 5. vbi de veriori, & communiori opinione teſtatur.

Nec poteſt dici ſtatuentes tunc vinculum inieciſſe, dum territorium effecerũt tributarium, quo tempore iuriſdictionem habebant in prædijs, quę poſteà ad Eccleſiam peruene-
18 nerunt, & ſic tranſire, cum ſuo onere, quoniam vinculum propriè iniectum eſt, dum collecta imponitur, tunc enim declaratio, illa de toto territorio tributario ſuum ſortitur effectum, cum tributum imponitur, & res non dicitur eſſe tributaria, niſi quando reuerà, & ipſo facto debita eſt ſolutio ſuis ſingulis temporibus, & contributio, vt poſt alios tradit Alba conſ. 8. num. 5. & ſeq. & tunc ſolùm dicitur actus perfectus, & conſumatus, vt declarat Card. Alban. de immun. Eccl. nu. 70. & 71. hoc autem tempore bona ſunt extra iuriſdictionem laicalem, & ſubiectum eſt inhabile ad recipiẽda onera laicalia, réſq; dicitur deueniſſe ad caſum, à quo nõ poteſt incipere, & conferunt tradita per Bal. conſ. 112. num. 7. lib. 2. Alex. conſ. 210. num. 11. & conſ. 211. nu. 4. lib. 2. Ruin. conſ. 204. nu. 11. lib. 1. Surd. deciſ. 20. nu 8. Alba. dicto cõſ. 8. nu. 4. Card. Alban. vbi ſuprà nu. 70.

Quò autem ad onera impoſita priuſquam prædia ad Ec-
19 cleſiam peruenerint, ad hæc tunc ſolummodo tenetur Eccleſia, quando copulatiuè hæc omnia concurrunt, quòd ſcilicet onera ſint verè realia ipſis fundis infixa, & impoſita ſint bonis propter bona, non autem perſonis propter bona: quòd ſint perpetua, certa, & inuariabilia, non autem ex aliquibus cauſis vrgentibus, & illis ceſſantibus remouenda, ita docent Canoniſtæ in d. c. 1. de immun. Eccleſ. in 6. vbi præcipuè Penin. num. 9. Abb. in c. fin. nu. 12. de vit. & honeſt. Cleric. Turrecrem. in c. ſi tributum 11. q. 1. verſ. alia verò. Barba. plenè conſ. 1. per totum lib. 3. Fel. pleniſſimè conſ. 46. in 4. dubio. Nigr. in rep. extrauag. 11. de vita, & honeſt. Cler. nu. 247. cum pluribus ſeq. Comitul. reſponſ. moral. lib. 1. c. 94. num. 3. vbi omnia iſta recenſet requiſita, & ſat eſt allegare Magiſtralem

Deci-

Deciſionē in Brundiſina Gabella 13. Februarij 1604. coram bo.mem. Penia, quam, & paſſim ſequitur ſacra Cōgregatio ſuper controuerſijs iuriſdictionalibus per Sanctiſſimum D. N. Vrbanum VIII. magno Reipublicæ Chriſtianæ bono inſtituta, & in his terminis loquitur tex. in cap. tributum 23. q.8. ibi de exterioribus Eccleſiæ, quòd conſtitutum eſt antiquitus (nempè illud, quòd antequā ad Eccleſiam peruenerint prædia) perſoluendum eſt, & in cap. ſi tributum 11.q.1.vt ibi per Turrecrem. & per Comitul.reſpon. moral.lib.1.q.93.nu.16. Cæual. commun. contra comm.q.890. nu.106. Alphonſ. de Montalu. in for.leg.Caſtel. lib.1. d. l. 2. verſ. ad quorum corroborationem fol.13. col.3. & Suar.ad Reg. Angl.dicto lib.4. c.2. nu. 13. qui etiam obſeruat ibi Vrbanum Primum loqui iuxta morem ſui temporis, quo Imperatores erant Ethnici, & Eccleſia nondum ſibi libertatem actu vindicauerat ab huiuſmodi tributis, & in hoc caſu dum Eccleſia ſoluit collectas, non ſoluit vti tributum, & in recognitionem dominij, vel ſuperioritatis, quam regulariter indicat tributi exactio, vt ex c. 2. de cenſibus, ſed ob conditionem inhærentem rei, & inſeparabilem, & quemadmodum erga priuatas perſonas ſolueret cenſus, & teneretur ad hypothecas, quæ ab eius authoribus laicis prius impoſitæ eſſent, ita pari ratione tenebitur Eccleſia ad tributa, quæ vel ex pacto, vel alia ex cauſa, & cōuentione Princeps dum prædia poſſeſſa à laicis ſub eius erant poteſtate infixit iiſdē prædijs, vt benè per Fr. Io. de Neapol. Ord. Prædicat. in quæſt. Pariſien. q. 39. puncto 3. ad quartum argumentum.

Immo Card. Albanus de Imm. Eccl. vt veriùs pract. 99. lib. 1. q.3. nu. 15. verſ. prætereà, & fuſiùs Suar. dicto lib. 4. c. 20. nu.6. q.11. & ſeq. vſq; ad finem aſſerunt tunc demum bona translata in Eccleſiaſticos retinere onus, & obligationem ſoluendi tributum, quatenus hoc tributum à Principe priùs impoſitum fuerit expreſſo pacto inter ipſum, & priuatos inito, vel ex peculiari dominio illius prædij, ita vt ipſe in priuatos tranſtulerit hac ſibi reſeruata penſione, cenſu, ſeu collecta,
20 non autem ſi exegiſſet ex ſola vi Regiæ Poteſtatis, & iuriſdi-

ctio-

ctionis, hæc enim tunc pœnitus expirat, cum bona ad Eccleſiam perueniunt, & res deuenit ad ſtatum, qui incapax eſt illius ſubiectionis tributi erga Principem laicum, quod ſecus eſt in pactis, & conuentionibus per viam contractus initis, quia vis illorum tranſit, & continuat in quibuſcunque perſonis quomodocunque exemptis, & priuilegiatis. Fel. in c. Eccl. S. Mar. nu. 77. de conſt. Vegg. conſ. 7. nu. 5. & ſeq. Bellō. conſ. 40. num 4. 5. Feſt. de collectis p. 4. c. 2. 31. Alder. Maſcard. de Gen. interp. ſtat. cōcluſione prima nu. 100. Azor. inſti. moral. p. 1. lib. 5. cap. 13. q. 1. verſ. 2. ſciendum eſt vbi quod ratione pacti, vel conditione adiecta in legato ſiue cōtractu, Eccleſia tenetur ad collectas bonorum ad quos alias nō teneretur, & per Suar. vbi ſupra nu. 6. & 15. in fin. nu. 28. vbi reſpondet ad motiuum, quod res tranſit cum ſuo onere, & nu. 9. prudēter indicat quomodo probari poſſit, prædia fuiſſe ſub particulari dominio Principis, vel tributum ſolui ex conuentione non autem ex ſolo iure vniuerſali principatus, quibus cōſequens eſt, vt cum onera, de quibus agitur non ſint antiqua, nec infixa eſſent, dum ad Eccleſiam primò hæc bona tranſiuerūt, & conuentio omninò excludatur, nullatenus Eccleſia ad illa onera teneatur.

21 Nō obſtat hæc prædia deſcripta eſſe in Cataſtro laicorum ex quo regulatur taxa onerum, & inde Archipręsbyterum teneri ad collectas iuxta doctrinam Bal. in authen. ſed & periculum nu. 2. verſ. hoc verum niſi Eccleſia c. ſine cē. vel reliq. vbi quod ſi Eccleſia facit extimū, tenetur ad collectas in vim ſui cōſenſus, nō ex vi iuriſdictionis laicorum, quoniā hęc deſcriptio in Cataſtro nō fuit facta de cōſenſu Rectoris, ſed illorum laicorum, qui Eccleſiam hiſce bonis ſpoliarūt vt ſupra dictum fuit, imò etiam ſi facta fuiſſet de Rectoris conſenſu,
22 hoc nō pręiudicaret Eccleſiæ, ſed opus fuiſſet auctoritate, & aſſenſu Sum. Pōtif. cuius intereſt communibus Eccleſiarum vtilitatibus prouidere, vt in C. Aduerſus de immu. Eccl. & in puncto. Abb. ibi nu. 1. & 4. & in cap. Non minus nu. 18. eod. ti. & cōſ. 13. nu. 1. 2. lib. 2. Maran. conſ. 99. ſub nu. 2. Natta conſ. 203. nu. 4. & ſeqq. vbi declarant doctrinam Baldi procedere

data

data legitima deſcriptione in extimo, ſeu Cataſtro, nempe quod acceſſerit auctoritas Sedis Apoſt.

Non obſtāt ſolutiones factæ, quoniam aut proceſſerūt à laicis, & tunc nō præiudicāt Eccleſiæ,laici quippe tamquam ſubiecti tenebantur ad collectas,dum vero extat perſona immunis, ceſſat ratio ſubiectionis,& ſic etiam obligatio,mutata enim perſona,mutatur ſtatus in l. 1. C.de Impo.lucr.deſcrip.
23 lib.10. Gem. in dicta. c. 1. nu.9. de immun. Eccleſ. in 7.Anc. conſ. 129. ſub nu.2. Niger. in rep. extrauag. con.de vit.& honeſt. Cler. nu.224. Marant. dicto conſ.99. nu.3. & 4.Gutuer. pract. qq. lib. primo q.3.nu.15.vbi poſt Matienz.dicit hūc eſſe caſum mirabilem,quo res non tranſit cum ſuo onere,atq; vt ſupra dictū eſt,reintegratio cōceſſa Rectori,debet abolere quidquid poſt alienationē geſtū eſt in præiuditium Eccleſiæ.

Aut vero ſolutiones prætendūtur factæ à Rectore,& tunc nec etiam præiudicāt, cum Rector non potuerit tollere priuilegiū libertatis Eccleſiaſticæ,nō enim eſt perſonale beneficium, ſed ipſi ordini Eccleſiaſtico, & ipſis bonis Eccleſiarum cōceſſo, cui geſta priuatorū præiudicare nō poſsūt,& in hoc caſu opus fuiſſet aſſenſu Sum.Pontif.vt dictū fuit, & notatur à Caſt.conſ.423. num.2. lib.2. Cæual.com.cent. com.q.899. nu.107. ad finē,& Modernus Rector quatenus ſoluiſſet non inde tamen priuatus cenſetur ſua immunitate ab hiſce collectis, & oneribus,quæ de iure ſibi competit ad tex.in l.volūtariè C.de excuſ.tut. Alex.conſ.33. nu.2. verſ. ſed ea,mihi lib.5. Caſtr.d.conſ.423.nu.2.Natta conſ.447.nu.6.

Et ita bis diligenter examinatq articulo reſolutum fuit.

HIS addi poſſent quāplurima, nedū diuerſarū aliarū catholicatū Vniuerſitatū feliciſſima reſcripta pro eccleſiaſtica libertate,& immunitate cōcludētia,& acclamātia;ſed etiam innumera eiuſdē Sacræ Rotę Romanæ firmiter ſancita deciſiua. Verū quia moleſte nimis,ac tediosè hic referrerētur,quę iā in ampliſſimis libris perlonga deſcriptione sūt exarata, vt in illis videre eſt; ideo ad eos beneuoles lectores dirigendo,finē iucūdius ipſis imponemus.

EXPLICIT SECVNDA PARS.

illi ii Pars

PARS TERTIA.

TERTIA hæc Pars continet Celeberrima Conſilia, & Perillustria Reſponſa Deciſiua præſtantiſſimorum magni nominis V.I. Conſultorum, tam recentium, quàm antiquorum ex ipſiuſmet Catholici Regis Principatibus, & ſubdictione; nedum certatim pro vera Catholicæ Eccleſiæ libertate, & immunitate ſcribentium, & ſentientium; Verum Iue dicentes quoſq; cæteroſq; omnes ad pro ea ſentiendum, & ſanciendum pro munere catholico efficaciſſimis iuribus, & validiſſimis rationibus conuincentium.

Celeberrimi ac Præſtantiſſimi V.I. Conſulti Legum Perſcrutatoris PHILIPPI DECII MEDIOLANENSIS V.I. Conſilium, & Reſponſum Deciſiuum.

Et eſt 114. in ordine in ſuis conſiliorum libris.

Et ſciendum, quod hic vir, ne dum fuit peritiſſimus, & magni nominis Iuriſconſultus, verum in toto pœnè eius vitæ curſu fuit ſemper in omnibus Italiæ Vniuerſitatibus, & Gymnaſijs, ac alijs, primarius legum famoſiſſimus, & acutiſſi-

tiſſimus profeſſor, & interpres; & ob id ſicuti à ſapientibus benè ſapientibus, ſic ab alijs vbiq; eius dictis plenaria fides adhibenda eſt.

EPITOME.

Statutum fauorabile laicorum porrigitur etiam ad perſonas Eccleſiaſticas: Vnde ſi Religioſus fuerit à Summo Pontifice habilitatus ad ſucceſſiones (*quemadmodum ſunt Monaſteria, & Religiones capaces bonorum*) profeſſus in illis poterit vnà cum alijs fratribus ſuis laicis in hæreditate ſuccedere, non obſtante quocunque laicali ſtatuto, in ſpecieq; ſtatuto Mediolani lib. primo cap. 284. Illa perſona, &c. denegante beneficia ſtatutorum illis, qui non obediunt, nec ſubijciuntur ſtatutis.

SVMMARIVM.

Notandum tamen, quòd cùm Summarium in libro penes me impreſſo Venetijs, apud Hieronymum Polum de Anno 1575. ſit vix quatuor capitum, vt clariùs in reſcripto contenta eluceſcant, amplioribus ob id numeris hìc deſcribentur, ſalua fidelitate reſcripti, & identitate ſummarij cum ipſo, vt videre eſt.

1 *ADducuntur rationes, & argumenta contra veritatem, vſq; ad num. 2.*

2 *Religioſus Profeſſus in Religione capaci bonorum vti poteſt beneficio ſtatutorum in ſucceſſione, quia ſtatutum fauorabile laicorum porrigitur etiam ad perſonas Eccleſiaſticas per modum priuilegij.*

3 *Statutum denegans beneficium non ſubditis, ſi per non ſubditos intelligeret etiam Eccleſiaſticos, nullum, & inualidum omninò eſſet.*

4 *Diuerſa eſt ratio extraneorum, ac eorum, qui non obediunt ſtatutis,*

 & Po-

Digitized by Google

& Poteſtati Mediolani ab Eccleſiaſticis, uti incolis, & ſupportantibus onera ſpiritualia, ob id prædictum ſtatutum de extraneis nullo modo extendi poteſt ad Eccleſiaſticos.

5 *Clerici habitantes in loco, non poſſunt dici extranei.* Et de hoc videatur inſignis probatio Auctoris in conſil. 358. numer. 2.

6 *Verba ſtatuti;* Qui non obediunt ſtatutis, & poteſtati Mediolani, &c. *non conueniunt clericis; & ob id tale ſtatutum ad illos non porrigitur; quia Eccleſia vbiq; libera eſt.* Et de hoc videatur etiam eiuſdem Auctoris conſ. 373. nu. 2.

7 *Profeſſus capax bonorum, factus capax per priuilegium, ſiue quocunq; alio modo, omni ſemoto obſtaculo cenſetur de iure capax, & eſt capax, quemadmodum quicunq; alius capax.*

8 *Per priuilegium quis factus capax bonorum, & ſucceſſionis, intelligitur habilitatus, & factus capax, & habilis ex inhabili, & incapaci, ad inſtar quorumcunq; aliorum communiter non incapacium, nec inhabilium, nec quid minus omnino.*

9 *Efficaciſſimis, & validiſſimis iuribus, & rationibus, ac celeberrimorum doctorum auctoritatibus diluuntur quæcunq; in contrarium obiecta.*

PRO tenui facultate mea diligenter conſideratis omnibus, quæ in occurrenti conſultatione proponuntur, difficile admodum videtur poſt tot Excellentiſſimorum Doctorum exquiſita ingenia aliquid ſcribere, quod commendatione dignum videatur. Perſcrutando tamen omnia, quæ ſuperius dicta sũt, adhuc nõ videntur eneruari dubitationes, quę in quibuſdam etiam videntur reſidere: & in principali dubio præcipuè difficultatem facit illud ſtatutum Mediolani, quod videtur denegare beneficia ſtatutorum Mediolani illis, qui nõ obediunt dictis ſtatutis. Nam licèt verba dicti ſtatuti non videantur ad perſonas eccleſiaſticas adaptari, vt ſuprà põderatur, mẽs
1 tamen, & ratio ſtatuti vtique videtur habere locum etiam in clericis. In principio enim ſtatuti dicitur, quòd illud ſtatu-

tum fuit in fauorem ſubditorum Poteſtatis Mediolani tātum vt ipſi, qui ſubeunt onera ſtatutorum, gaudeant beneficijs eorum: & in hoc ſtatutum videtur conformari cum diſpoſitione iuris communis, quia forenſibus ſtatutorum beneficia denegantur, no. Bar. in tract. repræſal. in 5. q. prin. refert, & ſequi. Paul. de Caſt. in l. omnes populi, in fi. ff. de iuſt. & iur. & in no. q. tradit Ang. in conſ. 73. Quod dicta actio. Alberi. in prima parte ſtatutorum in 9. q. Paul. de Caſt. in cōſ. 353. Statutum. Ro. in conſ. 222. Iſta captura. Et iſta ratio pariter videtur habere locum in clericis, qui non ſuſtinent onera reipublicæ. Et ideo ſpecialiter dicit Bal. in l. 1. in 6. q. C. de contrah. emp. quod beneficium ſtatuti nō competit clericis non ſoluentibus, & ſubijcit Bal. ibi, quod hoc ſtatutum nō dicitur contrà libertatem eccleſiaſticam, & idem no. Bal. in authe. caſſa. ver. ſed quæritur. C. de ſacroſ. Eccleſ. licèt enim clericis ius commune tolli non poſſit, priuilegium tamen, & protectio ſtatuti auferri poteſt, vt no. Bal. in l. ſi quis curialis. per illum tex. C. de epiſc. & cler. & idem Bal. in l. de quibus. in verſ. ſextò quæritur. ff. de leg. vbi inquit, quòd ſtatutū poteſt à beneficio ſuo excептuare clericos, nec eſt cōtra libertatem eccleſiaſticam: quia qui non impendit beneficium, nullam facit iniuriam. Et ideò infert, ſi beneficia ſtatutorum denegantur non ſubiectis; appellatione nō ſubiectorum clerici includuntur. Et ita propriè videtur in caſu iſto, quia in fauorem ſubditorum factum fuit ſtatutum, ergo per contrarium nō ſubditi excluduntur, ergo etiam clerici, quia appellatione non ſubditorum comprehenduntur, vt Bald. dicit. Et conſiderando hoc modo efficaciter videtur dicendum, quod beneficium ſtatuti, quod æqualitatem inter filios inducit dicto Titio clerico, non videatur competere.

Nec obſt. quòd ſecundùm illud ſtatutum clerici redduntur timidiores ad allegandum priuilegium fori, vnde non valet ſtatutum, vt Docto. dicunt in pluribus locis ſuprà allegatis: quia iſta conſideratio haberet locum, quando ſtatutum imponeret pœnam, per quam auferretur illud, quod competeret clericis de iure communi, vel ex priuilegio eis cōceſ-

ſo: & ita loquuntur Docto. in locis ſuprà allegatis: ſecus videtur in caſu iſto, quando tollitur tantùm beneficium ſtatuti per ſuprà dicta. Nec obſt. quòd pro noua ratione ſuprà inducitur, dum dicitur, quòd de iure communi clerici vti poſſint beneficijs ſtatutorum laicorum: Vnde ſtatutū, quod hoc tollit, videtur tollere illud, quod competit de iure communi: quia attenta tali ratione ſtatutum non poſſet denegare beneficium clericis, cuius contrarium omnes fatentur, vt per Bald. in d.l. ſi quis curialis. cum ſim. ſuprà allg. & ideò, quod dicitur, quod clerici vti poſſunt in eorum fauorem ſtatutis laicorum, illud verum eſt, niſi à ſtatuto remoueantur, vt patet ex ſupradictis. Et per hæc etiā reſpondetur ad illud, quod dicitur, quòd attento tali ſtatuto filij retraherētur à vita contemplatiua, ex quo efficerentur deterioris conditionis, quàm alij: nam attenta iſta ratione ſtatutum poſſet beneficiū ſuum clericis denegare, cuius contrarium omnes fatentur. Non obſt. alia reſponſio principalis, quæ ſuprà datur, videlicet, illa verba, qui non obediunt ſtatutis Mediolani, exponuntur, id eſt, quatenus non obediunt, iuxta no. in l. Stichum, qui meus erit. de leg. 1. Et quando ad ſtatutum, quòd filij ſint equales, illud eſſet ſeruandum in præiudicium filij clerici, vt ſuprà deducitur, ergo etiam in fauorem eius debet habere locū, quia reſpectu talis ſtatuti dicūtur clerici obedire, vt latè ſuprà dicitur. Nam etiam iſta reſponſio videtur procedere ſine dubio, quia illa verba, qui nō obediunt, nō videntur aliter intelligi poſſe, niſi pro non ſubditis, quia ponūtur per contrarium ad illud, quod ſupra ſtatutum dicit in fauorem ſubditorum, vnde in effectu illa verba, reſolui videntur, pro illis non tenētur obedire, prout ſunt forenſes, & non ſubditi, & ſecūdum hoc non eſt in conſideratione particularis obedientia, quæ in aliquo caſu alicuius ſtatuti præſtaretur. Præterea, etiam ſecundum ea, quæ ſuperius dicta ſunt, clerici non dicerentur abſolutè obedire huic ſtatuto, licèt ipſi nō poſsēt habere maiorem partem in teſtamēto eorum patris, quia talis obedientia veniret in conſequentiā, & principaliter obedientia conſideraretur ex parte diſponentis, qui ſtatuto ſubijcitur; vnde

non videtur eſſe in conſideratione illud, quod venit in conſequentiam, iuxta not. in l. ſi quis nec cauſam ff. ſi cert. per. nam ſi clericus ipſe diſponeret in filios, quos haberet legitimos, non haberet locum ſtatutum, ergo etiam quantùm ad illud ſtatutum clerici non dicuntur obedire, & ſic ratio prædicta non videtur procedere.

Sed tamē his minimè obſtantibus, quod ſupra dictum eſt de iure eſſe arbitror, videlicet, quòd dictus Titius vti poſſit beneficio dicti ſtatuti, vt æqualem portionem cum fratribus ſuis conſequatur; nam cum à Summo Pontifice habilitatus fuerit ſecundùm no. per Bal. in auth. ingreſſi, circa fi. C. de ſacroſan. Eccl. in l. Deo nobis C. de epiſc. & cler. cum alijs ſupra alleg. ipſe fundatam habet intentionem, vt poſſit vti beneficio ſtatuti laicorum, quia ſtatutum fauorabile laicorum per
2 modum priuilegij ad perſonas eccleſiaſticas porrigitur, vt tradit Lap. alleg. 101. In Ciuitate Florentiæ, ſequitur Domi. in c. fi. in prin. de offi. deleg. in 6. & idem tenet Bal. in l. 1. C. de ſumma Trin. Cal. in repet. c. perpendimus in 8. q. de ſenten. excommu. Anto. de Butr. in c. quæ in Eccleſiarum. de cōſtit. Abb. poſt alios in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ. de conſti. in c. q̄d clericis. de foro compe. in c. conſtitutus, per illum tex. de in integr. reſti. in c. ex literis in princ. de vita, & honeſt. cler. Non obſt. ſtatutum, quod videtur beneficia ſtatuta clericis denegare, quod poteſt ſecundum ea, quæ ſupra in contrarium ſunt allegata, quia ad tale ſtatutum vltrà ſuperius dicta de plano reſpondetur, quòd tale ſtatutum nullo modo pro cle-
3 ricis intelligitur. Hoc primò clarum eſt quò ad verba, quæ clericis non benè adaptantur, vt ſupra dictum eſt, quia loquitur de ſubditis Poteſtati Mediolani, & de illis, qui Poteſtati Mediolani poſſunt obedire, quales non ſunt eccleſiaſtici, vt ſupra per dominos confidentes benè deducitur. Secundò, etiam quò ad mentem, & rationem ſtatuti hoc probatur. Dicit ſtatutum, qui ſtatutis Mediolani non obediunt, ab eis habeantur exteres, id eſt extranei, & priuati commodis eorum. Ita iſtud verbum declaratur in l. fin. vbi gl. in verbo exterem. C. de cuſto. reo. in c. dilectiſſimis. 12. quæſtio. 1. in fi. & 6. q. 1.

Digitized by Google

c.deteriores. in fin. & cap. contingit. el 2. de ſenten. excommun.

Et licèt in effectu ſtatutum videatur velle, quòd illi, qui non ſupportant onera ciuitatis. & ſtatutorum, non habeant beneficia ipſorum, tamen iſta indefinita excluſio non extenditur ad clericos, in quibus diuerſa videtur ratio ab alijs, qui non obediunt ſtatutis Mediolani, quia de clericis non iudicatur, ſicut de alijs forenſibus, vt no. voluit Pau. de Caſt. in cõſ. 296.
4 Ad primum, quia clerici habitant in ciuitate, & ſupportant onera ſpiritualia, & ideo ipſi gaudent beneficijs ſtatutorum, & ad hoc etiam adduco Pet. de Anch. in conſ. 60. Iſta quæſtio eſt parùm dubia. in ver. præterea, vbi expreſsè dicit. quòd Eccleſia, & clerici non ſunt enumerandi cum perſonis non ſubeuntibus onera, nec inter perſonas non ſubiectas iuriſdictioni ciuitatis, quia ſuſtinẽt onera ſpiritualia in loco, quia Deus mediantibus eorum orationibus, & diuinis miniſterijs conſeruat ciuitates, vt proſequitur Pet. de Anch. in loco prępalleg. & hoc idem dicit Lap. alleg. 101. col. 8. verſ. item illud, quod dicitur, quòd clerici habitantes in loco non dicuntur omni-
5 no extranei, & patet, quia gaudent regularitet beneficijs ſtatutorum laicorum, vt ſupra dixi, ſecus eſt in alijs forenſibus, vt ſupra dictum eſt, & ideo his auctoritatibus concludẽdum eſt, quòd ſtatutum non videatur denegare beneficia ſtatutorum Mediolani ipſis eccleſiaſticis. Nec obſt. quòd no. Bald. in d. l. de quibus, vbi videtur velle, quòd clerici dicantur non ſubditi, & quòd venient appellatione non ſubditorum, quia contrarium dicit Petr. de Ancha. in conſ. ſupradicto, & ſaltem non dicuntur forenſes ſecundum Paul. de Caſtr. & in iſto caſu hoc clarum videtur, quia ſtatutum non loquitur de non ſubditis ſimpliciter, quo caſu eſſet diſputandum dictum Bal. ſed ſtatutum loquitur de illis, qui non obediunt ſtatutis Me-
6 diolani, & iſta verba, clarum eſt, quòd non conueniunt clericis, vt ſupra probatum fuit per dominos conſulentes, & ita dictum Bald. à caſu noſtro remouetur.

Secundò principaliter in præſenti cõſultatione dubitationem ingerit, quia prædictus Titius videtur dumtaxat habili-

tatus

tatus ad ſuccedendum de iure communi, vt ſonant illa verba Bullæ, iuxta iuris communis diſpoſitionem, & ſic non videtur habilitatus ſecundum prærogatiuam ſtatuti Mediolanenſis, quod prima facie ſuaderi videtur, quia negari nõ poteſt, quin res dubia videatur per rationes, quæ ſuperiùs adducuntur, vnde in dubio, cum materia iſta diſpenſationis odioſa ſit, debet ſtrictè interpretari. c. 1. de fil.præsby. in 6. no. per gl. in c.literas. de fil. præsb. in c.ordinarij.de offi.ordi. in 6.& quod no. voluit Hoſtien. in cap.poſtulaſti. de reſcrip. Confirmatur hoc, nam quando factum ſuperioris poteſt referri ad ius commune, in dubio ſemper ita intelligitur, vt no. Bal. in l.bonorum. C.qui admit. & eſt doctrina Inn. quam Io. And. Ant.de Butr. & alij ibi ſequuntur in c.dubium.de deci. & no. Pau.de Caſtr.in l.Princeps. ff. de leg. & conſt. vt tradit Alex. in l.quãquam C.de teſt.milit.& in ſimili etiam dicimus, quod in dubio Papa videtur habere reſpectum ad ius cõmune, vt tradit Inn. in c.innotuit. in princ.de elec. no. Ang. in l. benè à Zenone. C.de quadriẽ. præſcri. Paul.de Caſt.in l ſi teſtamentum C.de teſt. Abb. in ca.ad hæc. de præſcri. cum ſi. & in propoſito benè facit tex.in l.ſi quãdo in prin.C.de inoff. teſta. vbi in dubio videtur quis habilitatus ſecũdum diſpoſitionem iuris communis. Nec obſt. quòd illa verba, iuxtà iuris communis diſpoſitionem, etiam verificentur in diſpoſitione ſtatuti, quæ in loco eius dicitur ius commune, vt per Bal.in l. 1. C. de cõfeſſ. in l. cõſtitutionis in fi. C. de bo.quæ lib.Rom. in cõſ.216. Præſens caſus, cum pluribus ſimilibus ſupra allegatis: quia, vt dixi, negari nõ poteſt, quin caſus dubius ſit, cum multa videãtur ſuadere cõtrarium, vt talia verba de iure communi vniuerſali intelligãtur, vt refert & latè cõgerit Felin.olim honorãdus collega meus, 1.diſt. in c. ius generale. In dubio ergo videtur procedere ea, quæ ſuperiùs dicta sũt, vt diſpoſitio Summi Põtificis ad ius cõmune referatur. Cõfirmatur hoc, quia dicta verba proferũtur à Summo Põtifice qui nõ habet notitiam ſtatutorum Mediolani c. 1. de cõſti. in 6. Ideo cõſonat, quòd ipſe loquatur de iure communi vniuerſali, & propter qualitatem Summi Põtificis debẽt illa ver-

ba de iure communi canonum interpretari, vt not. Bal. in d. l. ſi quando in princ. C. de inoff. teſta. & in tãtum prædicta videtur habere locum, quòd etiam nũc Papa non poſſet declarare in præiudicium eorum, quibus fuit ius quæſitũ, quòd intẽtio ſua fuerit habilitare dictum Titium ad ſuccedẽdum ſecundùm ſtatuta Mediolani, cum Papa nõ poſſit auferre ius alteri quæſitum, vt no. tradit Petr. de Anch. in conſ. 399. Præmitto pro clariori deciſione. Et hoc maximè dicẽdum videtur in caſu iſto, in quo agitur de præiudicio laicorum, vt eleganter ſcribit Paul. de Caſt. in conſil. 156. Viſo, & examinato puncto.

Sed prædictis etiam non reſiſtentibus iuridicam puto concluſionem ſupra factam, videlicet, quòd dictus Titius patri ſuccedere poſſit, & debeat ſecũdum formam ſtatuti Mediolanenſis Iſta enim diſpẽſatio facta à Summo Pontifice regulatur ſecundùm intentionem eius, vt no. per Inno. & Doct. in c. cum eccleſiaſticæ de excep. Bal. in rubr. C. ſi contra ius. Et intentio Summi Pontificis videtur fuiſſe remouere obſtaculum ſuccedendi, quod iſte Titius habebat propter religionem, vt patet, dum dicitur, in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi in dictis ordinibus nullam vnquam poſſeſſionem habuiſſes, & prout poſſes, ſi laicus exiſteres: ponderando iſta verba, vt per alios ſuperiùs dictum eſt in propoſito noſtro de
7 fratre minore habilitato ad ſuccedẽdum, quòd videatur reſtitutus, not Feder. in conſ. 207. Titio exiſtenti. Bald. in l. Deo nobis circa fi. C. de epiſc. & cler. dicẽs, quòd habilitas ſuperueniẽs eſt amotio prioris obſtaculi, & ſicut filius legitimatus ad naturam ſuam reuertitur, vnde remoto obſtaculo religionis, dato, quòd intentio Papæ non dirigeretur ad diſpoſitionem ſtatuti, clarum eſſet tamen, quòd iſte Titius cum fratribus ſuis æqualiter patri ſuccederet ſecundùm formã ſtatuti Mediolanenſis, propter qualitatẽ perſonæ eius, quia eſt Mediolanenſis, & non deberet eſſe deterioris conditionis, quàm alij fratres ſui eſſent, & certè nullus hoc negaret, niſi obſtarent quæ ſupra in contrarium adducuntur, quibus de plano reſpondetur, vt ſtatim dicam.

Et

Et conſiderandum eſt, quòd illa verba; iuxta iuris communis diſpoſitionem, in quibus tota vis conſiſtit, adhærent verbis capituli proximè præcedentis, dum dicitur, & alio quouis titulo, iuxta iuris communis diſpoſitionem: illa enim verba, alio quouis titulo, in ſui generalitate videbantur poſſe intelligi etiam de titulo, non legitimo, ita quod Titius habilitatus videretur in quocunque titulo, vt verba ſonant. ar. cle. fi. ibi, alio quouis modo, & gl. ibi de ſent. excomm. in clemen. 1. de re iudi. facit tex. in l. quidam relegatus. de reb. dub. Sed ad temperandum illam generalitatem adijciuntur illa verba, iuxta iuris communis diſpoſitionē. & cùm iſta verba ſecundùm prædictam declarationem reſpiciant verba illa immediatè præcedentia: alio quouis titulo; nō debent ad alia, quæ ſequuntur referri, ex eo, quod no. Bar. in l. fi. ff. de reb. dub. Bal. in l. 1. C. de libe. præt. Alex. in l. fi. fidem §. fi. de iuriſd. om. iud. Abb. in c. ſecundò requiris. de appell. Et ſi dicatur, iſta declaratio non tollit difficultatem, quia etiam ea attenta infertur, quod Titius nō ſit habilitatus, niſi ex titulo legitimo de iure communi: & ſic ſtat dubitatio: quia non videtur habilitatus, vt capere poſſit ex iure ſtatuti municipalis. Et ad hoc reſpondetur, & diligenter conſiderandum eſt, quòd dum Papa requirit titulum iuxta iuris communis diſpoſitionem, vt in bulla habetur, cogitauit velle iſtum incapacem habilita-
8 re, vt capere poſſit, prout communiter alij habiles ſunt, & capere poſſunt, vt probatur in l. ſi quando in prin. C. de inoſ. teſt. & noluit in totum Papa derogare iuri communi, quod iſte Titius virtute diſpenſationis eſſet melioris conditionis, quàm eſſent alij, qui communiter habiles reperiuntur. d. l. ſi quando. Sed per hoc tamen Papa non intēdit excludere Titium à iure, quod ſibi competeret ex ſtatuto, vel ex alia via, quàm diſpenſationis, gratia exempli, in caſu l. ſi quando. Si Imperator diſpenſaret cum inhabili, vt poſſet facere teſtamentum, & in quo loco eſſet ſtatutum, quòd valeret teſtamentum cum tribus teſtibus: certè videtur, quòd iſte habilitatus etiam cum tribus teſtibus poſſit teſtari virtute ſtatuti, non virtute diſpenſationis: quia licèt diſpenſatio facta intelliga-

ligatur ſecundùm ius commune, ne per diſpenſationem in pluribus ius commune vulneretur, l. quod verò contra ff. de legi. in regula, quæ à iure de reg. iur. in 6. per illam tamē non derogatur iuri ſpeciali, quod aliunde competeret contra ius commune; quin intentio ſuperioris cōcedentis gratiam non videatur extēdi ad hoc à ceſſante ratione, in qua videtur fundari deciſio dictæ l. ſi quando; cum tali caſu ius commune in pluribus non vulneretur ab ipſa diſpenſatione. facit tex. in c. cum ceſſante. de appel. in l. adigere, §. quamuis de iurepatr. & ad hoc benè facit: quia Papa habilitando incapacem videtur illlum habilitare, ſecundùm quòd alij communiter habiles reperiuntur, d. l. ſi quando. Et reprobatur in caſu iſto per verba diſpenſationis ſuperiùs pōderata: quibus voluit, quod iſte Titius habeatur, ac ſi laicus exiſteret, & nullam profeſſionem feciſſet: ergo nō intelligitur derogatum ſtatuto concedenti prærogatiuam filijs vltra ius commune: quia tunc eſſet Titius deterioris conditionis, quā alij laici eſſent. Cum .n. habeatur, ac ſi laicus eſſet, ſubintrat diſpoſitio ſtatuti Mediolanenſis, quæ de laicis loquitur, arg. l. 1. §. lex Falcidia, & quod ibi Bar. ff. ad legem Fal. cum ſi.

9 Ex his reſponſio habetur ad allegata ſuprà in contrarium, tamen reſpondendo formaliter, primò non obſtat, quòd iſta materia diſpenſationis tanquam odioſa debeat ſtrictè interpretari: quia dato, quòd regulariter hoc verum ſit, nō tamen excluditur interpretatio, quæ ſecundùm proprietatem verborum procedit, vt no. Cald. in conſ. 1. in prin. de conſangui. & affin. allegat tex. in c. ad audientiam, de deci. in c. ex literis, de ſpon. facit tex. in l. cum lege, & quod ibi Aret. ff. de teſt. & in caſu iſto prædicta declaratio ex verborum proprietate, & ſecundùm intentionem concedentis colligitur. Non obſtat, quod in dubio diſpoſitio Papæ ad ius commune referatur per ſupradicta: quia illud verum eſt conſiderando diſpenſationem immediatè; quia habet reſpectum ad ius commune, d. l. ſi qnando, & expreſsè in iſto caſu dicitur, iuxta iuris communis diſpoſitionem, ſed per hoc non excluditur, nec tollitur priuilegium, quod aliunde competit; videlicet ex diſpoſitione

tione ſtatuti, quia intentio ſuperioris concedentis diſpenſationem non videtur auferre prerogatiuam, quæ ab alio fõte procedit, per ea, quæ ſuperius dicta ſunt. Et hoc modo difficultas dictorum verborum, iuxta iuris communis benè reſoluitur, & aliter, quam ſuprà per alios dictum fuerit, & ſecundùm hoc non videtur opus impetrare aliam declarationem dictorum verborum à Sũmo Pontifice. Ad abundantẽ tamen cautelam etiam putarem hoc poſſe declarari à Summo Pontifice; quia omnino ſtandum eſt aſſertioni Summi Pontificis in his, quæ à ſua intentione pendent, clemen. 1. de probatio. & tradit not. Ange. in conſ. 273. Non eſt dubium, dicens, ſtandum eſſe præcisè declarationi Summi Pontificis, dato, quòd millies hæc intentio ſua tunc non fuiſſet, & idem no. dicit Paul. de Caſtr. in l. hæredes palam, §. & ſi quid. poſt. ff. de teſt. vbi inquit, quòd Papa multoties facit aliquas declarationes circa gratias factas per eum, & valent, & preiudicant illis, quibus erat ius quæſitum, per illum tex. quaſi illud, quod declaratur à princ. fuiſſet dictum, quo caſu non fuiſſet ius alteri quæſitum, & dicit hoc procedere in propria declaratione, quæ conſiſtit circa aliquod verbum dubium, prout videtur in caſu noſtro, ſecus dicit eſſe, ſi non eſſet dubium, quia tunc dicitur noua diſpoſitio, quę non tolleret ius quęſitum. Et hoc modo procedunt allegata ſuprà in contrarium, videlicet Petr. de Anch. in conſ. 399. & Paul. de Caſt. in conſ. 156. Sed tamen (vt dixi) ſtante reſpõſione ſuperiùs facta, talis declaratio non videtur neceſſaria, ideò in hoc vlteriùs non inſiſto.

Tertiò principaliter obijcitur ſtatutum Mediolani, quo cauetur, quòd perſona, quæ de iure communi pro mortua ciuiliter reputatur, in ſucceſſione non admittatur. Nam conſiderando iſtud ſtatutum reſpectu ſucceſſionis, quæ filijs beneficio ſtatuti conceditur, videtur ſtatutum valere; quia ceſſant reſponſiones, & rationes, quæ ſuprà inducuntur; quia ſtatutum laicorum poteſt denegare beneficium eius, etiam eccleſiaſticis, vt no. Bal. in l. ſi quis curialis C. de Epiſc. & cler. cum ſim. ſuprà allegatis. Sed tamen reſponderi poteſt, quòd illa

illa verba in ſucceſſione non admittantur; ita indefinitè prolata etiam à ſucceſſione iuris communis vidētur excludere; vnde talis excluſio non intelligitur habere locum in eccleſiaſticis, quibus ſtatutum laicorum præiudicare non poteſt, & ſic illa verba, in ſucceſſione non admittantur, non benè adaptātur in eccleſiaſticis, qui abſolutè à ſucceſſione repelli nō poſſunt: & cum verba ſtatuti non conueniant, non habet locum diſpoſitio ſtatuti. l. ita tamen in prin. ff de admi. tut. l. 4. §. toties ff. de dam. infect. c. indemnitatibus §. pe. de elec. in 6. Secundò etiam reſpondetur, vt ſuprà dictū eſt, quòd cum perſona, quæ pro mortua ciuiliter reputatur, à ſucceſſione repellatur, debet prohiberi tempore ſucceſſionis; quia qualitas adiuncta verbo, ſecundùm tempus verbi intelligitur. l. ſi Titius, vbi Bar. ff. de teſt. mil. in delictis, §. ſi extraneus, de noxa. & quod nota. Barto. in conſ. 31. Quidam deceſſit, in fi. Paul. de Caſtr. in conſ. 108. Super eo. Bal. in l. ſi plures verſ. inxta prædicta C. de cond. inſert. Roma. in conſ. 442. cum ſim. Et ideo cum in caſu noſtro Titius tempore ſucceſſionis habilitatus reperiatur, in eo ſtatutū locum habere nō poteſt.

Celeberrimi, ac Egregij V. I. Conſulti CAMILLI BORELLI OLIVETANI V. I. Conſilium, & Reſponſum Deciſiuum.

Et eſt 74. in ordine in prima centuria ſuorum conſiliorum.

EPITOME

Perſonæ Eccleſiaſticæ pro quibuſcunq; eorum bonis, etiam de nouo acquiſitis, ac quicunq; Eccleſiaſticorum bonorum cultores, de iure Diuino, & Humano ex communiori, & vniuerſaliori Doctorum ſententia, nullo modo tenen-

nentur laicalibus legibus ad hoſpitationem militum, nec ad collectas, ſeu onera extraordinaria pro illis, nec pro tota, & integra ruſticali portione, nec pro illa, quæ reſtat colonis ex opere ſuo ſoluto domino, & deductis expenſis maſſaritij, tanquam habens rationem mercimonij, more cæterorum negotiatorum.

COMPENDIVM.

1 *Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ à collectis, & tributis, cum ſæcularibus de iure Diuinò ſunt immunes.*

2 *Artaxerſis Perſarum Regis immunitas ſacerdotibus conceſſa.*

3 *Clerici ſunt immunes à collectis cum ſæcularibus Iure Pontificio, Ciuili, & Regni, & num. 4. 5.*

6 *Clerici immunes ſunt à collectis, ac tributis cum ſæcularibus, opinione Canoniſtarum, & Ciuiliſtarum, & nu. 7.*

8 *Clerici quando pro bonis emptis, & donatis collectas cum ſæcularibus ſoluere teneantur, & num. 17. 40. 41. 42.*

9 *Extirpandum eſt quod ratione caret.*

10 *Clerici laicis non ſubijciuntur, & num. 15.*

11 *Lex à Rege illam faciente vires aſſumit.*

12 *Rex ſuper clericos, & Eccleſiaſticas perſonas ius non habet.*

13 *Rex ſine Papæ auctoritate expreſſam legem contra perſonas eccleſiaſticas condere non poteſt.*

14 *Princeps ſæcularis, quòd clerici collectas ſoluant facere non poteſt. & num. 16.*

15 *Eccleſiaſtici Regibus, & eorum legibus non ſubijciuntur.*

18 *Capitulum Regis Robertaincipit. Priuilegia intellectus.*

19 *Intellectus, &c. Item ſtatuimus, quod clerici.*

20 *Quod lex non dicit ſub intelligendum non poteſt.*

21 *Argumentum à contrario ſenſu inualidum eſt, quando eſt contra caſum legis.*

22 *Argumentum à contrario ſenſu non capitur, vbi reſultat prauus intellectus.*

23 *Argumentum à contrario ſenſu non capitur, vbi in ſenſu directo lex operatur eius effectum.*

24 Ne-

24 *Negotiatio, quæ fit proprijs manibus, clericis licita eſt.*
25 *Negotiatio clericis, cum mercatura quando licita ſit, & numero 26.*
27 *Acquiſita per Clericum præſumuntur, vel ex patrimonialibus, vel ab Eccleſia.*
28 *Acquiſita per Clericum ex beneficiorum redditibus ſunt Eccleſiæ.*
29 *De quæſitis ex beneficijs Eccleſiaſticis non ſoluitur collecta.*
30 *Quæſita ex redditibus beneficiorũ æquiparantur bonis Eccleſiaſticis*
31 *Quæſita ex redditibus beneficialibus, æquiparantur bonis patrimonialibus.*
32 *Clerici quando ex neceſſitate bellorum teneantur Regi ad collectas, cum laicis, & num. 33.*
34 *Super indictum, quod eſt, & num. 35.*
36 *Intellectus c. non minus de immun. Eccleſ.*
37 *Philippi Regis catholici potentia, & diuitiæ.*
38 *Veriſimile, quod eſt, apertiſſimis oppugnari debet probationibus.*
39 *Neceſſitas in Rege non præſumitur, niſi ſuis litteris demonſtretur.*
43 *Collectæ imponuntur perſonis pro rebus.*
44 *Clerici an teneantur ad collectas cum ſecularibus pro refectione viarum, pontium, murorum, ac pro cuſtodia ciuitatis, & numeri 45. 46.*
47 *Intellectus d. ad inſtructiones C. de ſacroſan. Eccleſ.*
48 *Clerici in caſibus, quibus ad collectas cum ſæcularibus tenentur, non poſſunt cogi per Principes ſæculares.*
49 *Clerici non ſoluunt in caſibus, in quibus ſæculares ſunt immunes.*
50 *Clerici non tenentur ad collectas, quæ modò creſcunt, modò decreſcunt ob defformitatem ſolutionum.*
51 *Clerici contra fiſcum annis quadraginta præſcribunt, quin immo annis triginta, & num. 52.*
53 *Clerici libertate non ſoluendi collectas præſcriptione immemorabili tuti ſunt.*
54 *Alexandri opinio declaratur.*
55 *Teſtes de vniuerſitate ad proprium commodum deponentes, repelluntur, & seducti ſunt nullius efficaciæ.*
56 *Deciſio Regij Concilij collateralis, quò ad immunitatem collectarum clericis permiſſam.*

POſtquam Magiſtratus, ſeu Laici, &c. adhuc pertinaciter inſtant cōtra clericos, & eccleſiaſticos, quod cōtribuant cum ſæcularibus in ſoluendis Regijs Tallijs, Collectis, & functionibus, non obſtantibus, nec ſufficientibus quæ aliàs ſcripſeram currenti calamo, nunc reaſumendo factum, & iura aliàs tacta ſummis digitis diluere eorum intentionem conabor, & quantùm potero pro temporum anguſtia eorundem clericorum, & eccleſiaſticorum rationes inducam, quantum pro victoria ſufficere congruum videatur.

Primò iure Diuino clerici, & eccleſiaſticæ perſonæ à ſæcularium collectis, & tributorū ſolutionibus ſunt immunes.
1 Habetur Geneſis cap. 47. vbi Aegyptij omnes terras Pharaonis colentes ex decreto Ioſeph, quintam frugum partē Regi ſoluunt, ſola portio ſacerdotalis libera, & exempta remanſit, cuius rei etiam meminit Flau. Ioſeph. Antiquit. Iudaicar. lib. 2. cap. 4. dum ait. Cumq; ad hunc modum omnes eorum poſſeſſiones in ius Regis deueniſſent, alius alio migrabant, quò certius eſſet Regium dominium, ſoli ſacerdotes immunitatem, & agros retinuerunt. Et iterum Eſdræ, ſiuè Nehomiæ lib. 1. cap. 7. dicit Artaxerſes Perſarum Rex, vobis quoq; notum facimus de vniuerſis Sacerdotibus, & Leuitis, & Cantoribus, & Ianitoribus, Nathinæis, & miniſtris Domus Dei huius, vt vectigal, & tributum, & annonas, non habeatis po-
2 teſtatem imponendi ſuper eos: quod de Xerſe refert idem Ioſephus Antiquit. Iudaicar. lib. 11. c. 5. dicens; vobis quoq; magiſtratibus præcipio, vt à nemine Sacerdotum, Leuitarū, Sacrorum Cantorum, Iannitorum, Sacrorum Seruorum, quicquam exigatis, neuè vlla onera eis imponatis.

Secundò, etiam iure Pontificio Sacrorum Romanorum, Pontificum, & Conciliorum decretis idem firmatum extitit; vt Eccleſiæ, clerici, & aliæ Eccleſiaſticæ perſonæ à collecta-
3 rum oneribus, & ſolutionibus ſint immunes tex. in c. nō mi-

nus,

nus, extr. de immunit. Eccleſ. c. quamquam, de cenſib. in 6. c. generaliter §. nouarum, & §. placet 16. q. 1. & in Clem. 1. de immunit. Eccleſ. quæ omnia confirmat Concil. Trident. de reformat. ſeſſ. 25. cap. 20. cupiens, vbi confirmantur omnes conſtitutiones hactenus à Summis Pontificibus, & Concilijs emanatæ in fauorem immunitatis, & priuilegiorum clericorum, & eccleſiaſticarum perſonarum.

4 Tertiò, de Iure Ciuili eadem eis immunitas conceditur l. placet C. de ſacroſ. Eccleſ. l. omnis, & authen. itē nulla communitas C. de Epiſcop. & Clericis.

5 Quartò, iure huius Regni clerici ab oneribus dictarum functionum redduntur immunes, vt fuit ſtatutum à Rege Carolo Secundo in regni c. item ſtatuimus quòd clerici, qui clericaliter, &c.

6 Quintò, Canoniſtarum eſt communis opinio, clericos eſſe à ſæcularibus collectis, gabellis, ac ſolutionibus immunes. Gloſſ. in dicto cap. quamquam, vbi Franci. Aretin. Abb. Panor. in c. fi. notab. 3. num. 12. de vit. & honeſt. cleric. & ante eum ibidem Io. de Lignan. Ant. de Butr. & Imol. n. 16. idem Panor. in conſ. 53. ſuccintè vol. 1. Felin. in c. Eccleſ. S. Mariæ, num. 11. de conſt. Archidiac. & alij in c. 1. de immun. Eccleſ. in 6. vbi etiam, Philipp. Franc. Dominic. de Sanct. Gemin. in c. 1. §. in cæteris de Cleric. coniug. in 6. Ant. de Butr. & Imol. in cap. 1. extra de confirc. Philipp. Deci. in dicto c. Eccleſ. S. Mariæ, col. 10. verſ. & ſicut, Ioan. Lopez in tracta. de liber. Eccleſ. q. 2. Didac. Couarr. variar. reſolu. lib. 2. c. 20. in princip. & pract. quæſt. cap. 31. circa finem, Cardin. Zabarell. in dicto c. non minus, col. fin. & in Cleme. 1. q. 18. de vita, & honeſt. Cleric. Alphonſ. Suarez in Theſau. Chriſtianæ Religionis c. 35. nu. 1. 7. 23. Ioa. And. inter. Alleg. Lapi. Alleg. fi. Thema ſuper quo, nu. 4.

Sextò, auctoritate Doctorum in Iure Ciuili comprobatur hoc idem, clericos ad collectas, gabellas, ſolutioneſq; ſæcula-
7 rium non aſtringi, Gloſſ. in dicta l. placet. & in l. 2. c. vectigal. noua inſti. nō poſſ. ſpecul. in titul. de cleric. coniugat. in princip. verſ. ad hoc generaliter, vbi etiam Bald. in Apoſtil. voluit

etiam

etiam Bartol. in l. 1. num. 32. c. de mulier. & in quo loc. lib. 10. in dicta l. Placet num. 35. in dicta Authen. Item nulla communitas, & in l. de his, c. de Epiſcop. & Cleric. & in l. 1. §. hic titulus, num. 6. vbi Alexander in Apoſtill. ff. de publican. & vectigal. in l. reſcripto §. ſciendum, num. 48. ff. de muner. & honor. & in l. qui immunitatem, ca. de muner. patri. lib. 10. Bald. in titul. de conſtant. §. nos Romanorum, in ver. munitionibus, verſ. qui de collectis, Dynus in conſ. 52 quæſt. talis eſt ſuper eo. Alexandr. in conſ. 68. viſo. col. 1. volum. 2. Calderin. in conſ. 2. ſub ti. de cenſ. Deci. in conſ. 285. nu. 4. vol. 2. Curt. iunior. in conſ. 43. num. 2. & Laurent. Calcan in cõſ. 7. col. 5. num. 12. Hieronym. Grat. in conſ. 205. nu. 4. vol. 1. Ioa. de Amic. in conſ. 146. per totum, Nicolaus Euerard. in conſ. 42. per totum, Ioa. Baptiſt. Ferret. in conſ. 145. Quæritur vtrum num. 4. & 5. vol. 1. M. Anton. Natta, in conſ. 203. Iniuſtè, per totum, vol. 1. & in conſ. 280. de iure, per totum. vol. 2. Carol. Ruin. in conſ. 3. col. 4. vol. 5. Roland. à Valle in conſ. 32. Primò quidem, numer. 7. vol. 1. Ripa Reſponſo 20. lib. 2. Iacob. Mandel. in conſ. 8. pro reſolutione num. 1. & in terminis noſtris Chriſtoph. de Caſtillion. in conſ. 32. In facto propouitur, per totum. Math. de Afflict. in cap. 1. nume. 32. quæ ſint regalia. Franciſc. Burſ. in conſ. 42. per totum, vol. 1. Thom. Grammat. in deciſ. Neap. 29. Magnificus, num. 14. & poſt deciſiones in conſil. primo num. 32. Franciſc. de Platea in tracta. de excommunic. §. 36. Petrus Antiboli in tractatu de munerib. §. 4. num. 26. Guido Papa in deciſ. Gratia. 372. Ioa. Beſtian. in conſuetud. aluei. cap. 25. articul. 8. verſ. & pro ſexto, Nicol. de Neapol. in dicto cap. regni; Item ſtatuimus, vbi Ioa. Anto. de Nigris, & poſt eum Petrus Foller. idem Niger. in extrauagan. Clem. 7. in verb. Priuileg. num. 48. verſ. vigeſima ſecunda, de vita & honeſt. Cleric. Petr. Duen. in regul. 100. num. 1. Bened. Capr. in regul. 96. num. 57. 73. Bartol. de Caſſen. in conſuet. Burgund. tit. des iuſtices, rub. 1. §. 5. num. 4. & rub. 5. §. 4. num. 17. Michael. Graſſ. com. opin. lib. 1. cap. 18. q. 1. & q. 2. & alij nonnulli, quos omitto; vnde cum clerici Iure Diuino, Pontificio, Imperiali, Regni, Canoniſta-

rum, & Legiſtarum opinionibus ſæculariũ collectis ſint immunes; ſequitur, euacuanda eſſe quædam fundamenta, quæ in oppoſitum referuntur.

Fundamentum principale aduerſariorum, quò magis ini-
8 titur eſt, quod clerici ad collectas ſæcularium tenentur pro bonis emptis, & donatis, arg. notatorum per Lucam de Penna in l. hi, qui. C. de præd. & alijs rebus. Herricul. lib. 10. & per Math. de Afflict. in conſt. ſtatuimus num. 16. & iterum in Conſti. Hac edictali. lit. 2. nu. 3. & ex prouiſionibus Regiæ Cameræ hoc idem ordinantibus.

Quibus tantum de iure breuiter reſpondeo (ſaluo ſemper placito Regiorum Magiſtratuũ, quibus, vti Regalis ſubditus, me ſubijcio) pluribus modis ex diſpoſitione Iuris Vtriuſq; & Doctorum ſcribentium, meam nõ erubeſcens afferre ſententiam, aliorum; qui ante nos ſcripſerunt, dicta referendo. Primò, in hoc ratio dicti non aſſignatur, & quod ratione ca-
9 ret, extirpandum eſt c. cor. Epiſc. 68. diſtin. refert Sebaſt. Medices, in tracta. de legib. & ſtatut. par. 3. q. 9. num. 3. Secundò, quatenus iſtud diſponeretur per aliquam legẽ Regiã (quam huc vſq; non vidi) eſſet in præiudicium Clericorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum, cõtraq; ipſorum libertatem iure Diuino, Pontificum, Ciuili, & Regni firmatam; quia collecta imponitur perſonis ſubditis, ergo non clericis, qui laicis,
10 non ſubijciuntur, Barth. in d. l. vnica num. 32. C. de mulier. & in quo loco lib. 10. vbi etiam Ioa. Maurit. in rep. fol. 51. lex
11 enim vires ſumit à Rege eam faciente l. fi. ff. de iuriſd. omn. iud. c. à nobis, de ſent. excom. c. vt animarum de conſt. in 6. Rex enim non habet poteſtatem ſuper Clericos, & ſuper Ec-
12 cleſiaſticas perſonas, c. cum ad verum, & c. ſi Imperator 96. diſt. (omitto quoſdam caſus, & in quibuſdam locis enumerare aduerſum, & particulariter in Rege noſtro Catholico, in loco opportuniori) expreſſam enim legem pragmaticam, aut conſtitutionem contra clericos, & Eccleſiaſticas perſo-
13 nas condere, Regi nõ permittitur, niſi à Papa approbetur, vt concludunt Doctores in c. fi. ext. de ſalut. quam rationem, quod Princeps ob illud nõ poſſit, ſi ſæcularis fuerit, facere vt

cleri-

14 clerici collectas ſoluant, ſingularem dicit Gemin. poſt Io. de Imol. in c. 1. de immũ. Eccleſ. in 6. aliam demum ſimilem inducit Bart. in conſ. 180. ſi aliqua poſſeſſio, quas refert; & ſequitur Natta in conſ. 203. num. 1. volu. 1. non enim ſubſunt clerici Regibus, & ſæcularibus Principibus, nec eorum legi-
15 bus. Card. in c. perpendimus col. 4. de ſent. excom. Oldr. in conſ. 83. col. pen. quam communem dicit Marti. Nauar. in c. nouit. not. 6. num. 6. de iud. & Cornel. Benincaſ. de Conſt. in proloquio nu. 31. diceretur q; fieri legem contra libertatem Eccleſiaſticam, ſi in ſpecie fieret, quòd Clerici tenerentur ad tallias, collectas, vel gabellas ſæcularium, quia eſſet cõtra ius,
16 & priuilegium, ex ſpeciali iure, perſonis Eccleſiaſticis competens, vt voluit in ſpecie Abb. Panor. in d. cap. non minus, & in c. ex litteris de vit. & honeſt. Cler. & in c. 1. col. fi. de cenſib. Io. de Firmo in tract. de gabell. q. 7. princ. nu. 9. Deci. in cõſ. 496. in princ. & ante hos, Bar. in l. 1. §. quæ onerandæ ſ. quarum rer. act. nõ det. Fely. in d. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 69. Deci. ibid. col. 1. idẽ Fely. in c. nouerint, de sẽt. exc. Mand. in d. conſ. 8. pro reſolutione, n. 3. Natta in d. cõſ. 280. vol. 2. Ferd. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 10. nu. 448. par. 1. Niger in d. c. regni. Item ſtatuimus, quòd Clerici in fi. Bar. in d. §. ſciendum nu. 4. Maximè cum non appareat aliqua lex,
17 quæ loquatur ſpecialiter, quòd pro bonis emptis, & donatis, Clerici cum ſæcularibus contribuant, & dum Regia Camera expediuit prouiſiones, cenſetur ſe conformare cum diſpoſitione iurium prædictorum, ne reſultet aliqua repugnantia.

Quatenus demum opponitur c. Regis Roberti incip. Priui-
18 legia, miror quomodo ad hoc propoſitũ allegetur, quia trahere illud ad hũc effectum, eſt ſomnium vigilantium, cum de hac materia minimè loquatur, ſed tantũ de oblatis, qui vxores habentes habitum religionis aſſumunt, ſe, & ſua hoſpitalibus, Eccleſijs, Religionibus viuentes, vſumfructum, vel proprietatem ſibi reſeruantes, & dicitur quod ſoluant collectas, & ſic intelligenda ſunt allegata per Luc. de Penna, & Math. de Affli. vbi ſup. cum allegent notata in d. cap. priuilegia,

 quo-

quorum dicta sanè intelligenda ſunt ſecundùm legem, & iura, quæ allegant, & poſito, quòd diceret (vt iidem Doctores dicunt) adhuc eius diſpoſitio per ſupradicta clericis non officeret.

Allegant poſtmodum notata in d. Regni c. item ſtatuimus,
19 quod clerici cuius diſpoſitio cum ſit, quòd clerici clericaliter viuentes nõ teneantur contribuere cum ſæcularibus ad collectas pro bonis eccleſiaſticis, & patrimonialibus, dicunt per argumentum à contrario ſenſu, pro bonis emptis, & donatis collectarum ſolutionem fieri debere, quia non eſt dicendum, quòd per argumentum à ſenſu contrario ſint ſubuertenda omnia clericorum, & eccleſiaſticorũ perſonarum priuilegia; Reſpondetur namq; pluribus modis: Primò, quia non conſtat explicitè quæ bona ſint iſta empta, & donata, pro quibus prætendant fieri debere ſolutionem, quibus non probatis non poterit Iudex diuinare; & quæ erunt bona empta, & quæ donata; quæ eccleſiaſtica, & quæ patronalia, reduciturq; dubius animus Domini iudicare debentis; vnde inſurgit diſpoſitio l. qui accuſare C. de eden. & recurrendũ eſt ad iura ſpetialia, & fauores, & priuilegia Clericorum, per canones, & leges ciuiles conceſſa, quæ pro eis ſemper loquuntur l. Arrianus c. de hæret. Secundò ſi legislator voluiſſet hoc dicere in illo capitulo expreſſiſſet, ſed quia non expreſſit, noluit, quia legi de aliquo non loquenti non debet ſubintel-
20 ligi, c. inter corporalia ext. de tranſlat. prælat. l. quod conſtitutum, ff. de teſtam. milit. l. ſi ſeruum §. non dixit Prætor ff. de acquiren. hæred. ſequitur Bald. in conſil. 2. verba ſtatuti col. 1. vol. 1. Andr. Barb. in conſ. 81. præclarè col. 2. volu. 4. Corn. in conſ. 287. in hac, vol. 1. Hinc Cicero. de inuẽtion. lib. 2. ait, cum ſcriptum eſt apertè, tum iudicem legi parere, non interpretari legem oporteret. Inde etiam Fabius Quintilianus declamat. 246. manifeſtũ eſt (inquit) nihil poſſe calumniæ admittere verba legis aſcripta, nũc peritiſſimi litium homines ad interpretationem nos iuris adducunt, non eſſe hanc legis voluntatem, quæ verbis oſtenditur, quorum ego prudentiam miror, tantùm vicerunt illos maiores noſtros,

illos

illos conditores iuris, illos, qui eãdem ciuitatem legibus, ac iure formarunt, in hoc approbare conãtur defuiſſe his ſermonem, defuiſſe conſilium, &c. & paulo poſt. Hoc dico, Iudices, pernicioſiſſimam eſſe ciuitati hãc legum interpretationem; Nam ſi apud Iudices hoc ſemper quæri de legibus oportet, quid in his iuſtum, quid æquum, quid conueniens ciuitati, ſuperuacuum fuit omnino leges ſcribere. Hæc ille.

Tertiò, argumentum à contrario ſenſu inualidum eſt,
21 quotieſcunq; eſt contra legis caſum, vt concluſum eſt in primo fundamento. voluit, Glo. in cap. cupientes §. quod ſi per viginti, in ver. commodè de elect. in 6. glo. in c. 1. in verb. promittimus, de ætat. & qualit. in 6. Bal. in l. ſi quis colu. 2. verſ. ex hoc nota. c. de furt. Nec etiam quando reſultat prauus intellectus, aut aliquod abſurdum, tale argumẽtum pro-
22 cedit, præſertim quando alibi diſponitur contrarium, vt ſupra oſtendimus l. cum patrem, vbi Bart. & Bal. C. de cond. inſert. Bald. in l. Marcel. in princ. col. 4. ff. ad Trebell. Card. in cle. 1. de Iudæis, in Clem. 1. §. 1. q. 21. de ſent. excom. Et quando argumentum à cõtrario ſenſu in ſenſu directo in le-
23 gibus, vel ſtatutis operatur eius effectum, non capitur, vt in caſu noſtro, Bal. in l. conuenticulam, col. 1. verſ. ſuper hac materia C. de Epiſc. & Cleric. & ſequitur alios referens, nouiſſimè Feder. Scot. in conſ. 30. videretur, num. 6. num. 36. lib. 3. tom. 2. Nec obſtat ex alijs infra dicendis idem capitulum.

Non obſtat, quod dicti Clerici ſint negotiatores, vendentes & ementes, & propterea teneantur. Primò, quia nõ conſtat de identitate rerum emptarum, & venditarum, adhoc vt valeat rectè diſcerni. Nec eſt totaliter vera illorum opinio, qui interdictam penitus clericis adminiſtrationẽ, & negotiationem aſſeuerant, licita eſt enim eis omnis negotiatio, quæ co-
24 rum fit manibus, & opera, vt patet per Federic. de Senis in conſ. 207. Nos Biſſollus, vbi dicit; Fratres Ordinis Ciſterciẽſis non teneri ſoluere pedagium, ſeu gabellam de vena ferrea, quam exportari faciebant lucri cauſa de loco ad locum animo negotiandi, quod ſequuntur Petr. de Anchar. & Innoc.

in cap. fin. de vit. & honeſt. cler. illud trahentes ad clericos,
25 quod poſſint licitè exercere negotium cũ mercantia, quando non ſit fraudulenter, quæ fraus non præſumitur l. merito. ff. pro ſoc. cum ſimilib. quæ tanto minus præſumenda eſt in clerico, quòd nouiſſimè ſequitur dicens iſtud veriſſimum, & pro hoc ad collectas non teneri, Io. Bap. Ferret. in conſ. 145. quæritur nu. 3. & 4. vol. 1. quod comprobat Burſat. in conſ. 42. traditum nu. 9. vol. 1. Nec in caſu, de quo agitur clerici negotiari dicentur, vel collectis obnoxij, ſi fortè, quod emiſſent, eodem etiam prætio vendidiſſent, quo emptum eſſet, quia ad hoc vt teneantur tãquam negotiatores ſoluere de re negotiata, debet vendi carius id, quod emptum eſt, nulla rei
26 forma mutata Cardin. in Clem. fi. de immun. Eccl. Anchar. in c. quamquam. num. 5. de cenſib. in 6. Panor. in conſ. 6. in fin. vol. 1. Franc. Mar. in deciſ. Delphin. 286. num. 3. volu. 1. Duen. regul. 100. nu. 12. Natta in conſ. 13. nu. 4. vol. 1. & Burſat. in dicto conſ. 42. num. 9. quorum nullum deductum, vel probatum eſt ab aduerſarijs, vel probabitur ab aduerſarijs Eccleſiaſticorum, ſi cõtingat aliquos teſtes dicere aliquos ex eccleſiaſticis augmẽtum aliquorum bonorum feciſſe, & non appareret illos emiſſe ex aliqua pecunia negotiationis, ſed aut ex introitibus Eccleſiæ, aut ex patrimonialibus ſufficiendo illos loco demortuorum in cultura terrę illos deſtinando
27 & ſic ſunt ſubrogati loco aliorum patrimonialium ex pecunia itidem patrimoniali, & idcircò ſubrogatum ſapit naturam ſubrogati iuribus vulg. maximè cum omnes teſtes dicerent, & atteſtarentur eccleſiaſticos remanſiſſe cum bonis patrimonialibus, quin etiam, & ab Eccleſijs habere redditus opulentos, vnde omnia ex earum Eccleſiarum redditibus, & ex patrimonio videbuntur acquiſita, vt in proprijs terminis caſus à nobis allati concludit Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. quæſt. lib. 2. centur. 2. caſu. 195. per totum, & præſertim nu. 8. in fin. vbi alios allegat, quos ex propoſitò non referam, & vltra ipſum voluit Vaſquius, Controuerſ. Illuſtr. lib. 3. cap. 105. nu. 6. cum pluribus ſeq. & nouiſſimè Aſcan. Clemen in tract. de patria poteſta. effectu 2. num. 46. afferam ego aliam

Digitized by Google

28 rationem, quòd quæſita per clericum, ſeu Eccleſiaſticum ex redditibus beneficiorum, ſunt Eccleſiæ, vt cõcludit Frãc. Sarmientus Rotæ Romanæ Auditor de reddit. Eccleſiaſt. p. 3. cap. 2. per totum; ob quod cum ſtatim Eccleſiæ acquirantur, non poteſt nec debet de eis collecta perſolui Innocent.
29 in cap. quia nos de reſt. & eadem bona exequat bonis Eccle-
30 ſiaſticis, & idem etiã dicit in cap. quoniam extra ne Prælat.
31 Vic. ſuas, vel exequat eas patrimonialibus, vt voluit Mart. Nauarrus de reddit. benefic. eccleſiaſticor. q. 2. nu. 7. & vtroq; caſu reſpectiuè illorum naturam ſortiuntur, & cum de illis, ſiue Eccleſiaſticis, ſiue patrimonialibus ſint immunes, ſemper & vbiq; in omni caſu erunt indubiè.

Nec me moueret ſi contingeret, quod pro parte aduerſa allegaretur Eccleſiaſticos teneri ad dictam collectam, & contributionem cum laicis, & ſecularibus ob belli turbines, quibus poſſet Inuictiſſimo Regi noſtro Catholico, & Potentiſſimo ſuccurri; tum quia quatenus ſic neceſſitas bellorum vrgeret, illud ipſemet litteris ſpontaneis, & non mendicatis exponeret, ſi inquam, eſſet adeo vrgens præciſa neceſſitas, puta qđ nõ poſſet aliter Regijs ſeruitijs ſuccurri niſi Eccleſiaſtici in ſolutionib. cõtribuere cogerentur, quia tunc Eccleſiaſtici ſi nihil rationabile, cũ cauſæ cognitione, opponerẽt, ad ſolu-
32 tionem aſtringerentur, Aretin. in l. ſi ex toto, ff. de leg. & Ioa. Neuiz. in conſ. 66. nu. 14. & poſt eos D. meus Ioan. Bolognettus in conſ. 1. cauſa de qua agitur num. 137. maximèq. tunc aſtringerentur, & cogi poſſent Eccleſiaſtici, quando cauſa belli non potuiſſet cogitari tempore conceſſionis priuilegiorum Iure, Regni, Ciuili, Canonico, vel Diuino conceſſorum
33 vt declarat Marian. nepos in dicta l. ſi ex toto conclu. 3. Roland. à Valle in conſ. 1. nu. 158. vol. 1. Alexand. in dicta l. ſi ex toto num. 6. Neuiz. in conſ. 66. nu. 40. Natta in conſ. 68. n. 1. vol. 1. Laurent. Siluan. in conſ. 68. nu. 8. D. meus Bolognettus in dicto conſ. 1. nu. 142. quod autem modò eccleſiaſtici colectentur, & eorum coloni ad onera teneantur pro cauſa belli, & militum hoſpitatione, repugnat tex. not. in c. reprehenſibile 23. q. 8. & probatur etiam in dicta l. placet, c. de ſacroſ.

Eccleſ..vbi dicitur Eccleſiam non teneri ad ſuperindictum
(quod ſuperindictum nemini eſt dubium eſſe illud, quod ex
34 ſuperueniente belli neceſſitate Princeps imponit, vt per glo.
& Bartol. in rubr. C. de ſuperindict. lib. 10. Franciſc. Marc. in
decis. Delph. 458. num. 23. parte 1. & ego dico ad Bellug in
ſpecul. princ. rub. 46. §. ſunt, & alia in verbo ſuperindi.) quod
35 & voluit Alex. in d. l. ſi ex toto col. 1. verſ. Item inducitur, qui
ita ponderat tex. in d. l. placet, & ibidem Iaſon. in 2. notab. vo-
luit etiam Natta in d. conſ. 203. num. 2. vol. 1. & in conſ. 280.
nu. 6. circa medium vol. 2. vbi ipſe ad hoc nouiter ponderat
36 tex. in allegato c. non minus, ponderando illa verba (expedi-
tiones) quæ exponuntur per Gloſſ. & Ioan. Andr. ibi, id eſt, ca-
ualcatas. Tum quia minus credendum eſt, Potentiſſimũ, ac
37 Inuictiſſimum Philippum Catholicum Regem noſtrum, cui
ſemper benedicat Deus, nũc tãta obſtringi neceſſitate, quod
egeat ſubſidio à pauperculis, in ſpecie, Eccleſiaſticis ſuis, ne-
dum ciuitatum, verum, & oppidorũ fame conſumptorum,
cum ipſe ſit potentia, & diuitijs præſtans, non modò Regum
omnium nunc viuentium, ſed aliorum forte à mundi exor-
dio, cum ſubegerit nouiſſimè orbis noui Orientales Indias,
è quibus ad nos maximam auri, & diuitiarum copiam tranſ-
mittit, ita vt nullus Regum ſit ei æquiparandus, quem Deus,
& Dominus noſter diutiſſimo tempore ſeruet incolumẽ, &
pro Chriſtiani gregis cuſtodia, & pro S. Catholicæ Romanæ
Eccleſiæ tutela, pro quibus cum videamus totum virium, &
diuitiarum excutere horreum ſic futurũ ſperamus ſub eius
Imperio maximam orbis partem reducturam. Pereat, pe-
reat, qui eius theſauros opulentiſſimos tãtæ neceſſitatis cre-
dit, & diffamat obnoxios, vt miſerrimorũ Eccleſiaſticorum,
Mendicantium maximè obolo egeat, quod tantæ ſuæ, haud
credibili, neceſſitati aliunde occurrere non prætendat, nec
38 poſſit. veriſſimile itaq; cum non ſit apertiſſimis doceri op-
porteret probationibus c. quia veriſſimile ext. de præſumpt.
l. non eſt veriſſimile ff. quod met. cauſ. & cũ Regi, & Prin-
cipi placere nõ præſumatur, niſi quod verum, & iuſtum fue-
rit, non præſumitur hanc ineuitabilem neceſſitatem Regi

ſubeſſe

39 ſubeſſe niſi docentibus eius litteris ſpontaneis,& non emendicatis, & ſiniſtrè ſuaſis appareat, Abb. Panor. in c.intimante, qui Cler. vel Monac. Dom. meus in d. conſil. 1. numer. 207.

Quo verò ad illud oppoſitum, quod dici ſolet vid. quòd eccleſiaſtici tenentur ad ſupradictas collectas pro bonis emptis,& donatis,vt quæ per priùs fuerunt laicorum ſint etiam apud ipſos eiſdem oneribus ſubnixa, quo ſic iuxta conſtit.
40 bona tranſeant cum onere ſuo, vt videtur voluiſſe ſpecul. in titulo Cleric. coniug. num. 11. Primò, quia ſpeculator, & ſequaces loquuntur quando conſtat, quæ bona ſint empta, & donata, & demum quæ antea fuerant poſtea in æſtimo, ſiue cataſtro, vt alios allegans voluit Duen. regul. 100. fallent. 2. Secundò, etiam quòd per priùs fuiſſent in æſtimo, quod non teneantur contra ſupradictam opinionem ad collectas
41 per plures cauſas concludit Remigius de Gony. in tracta. de caritatiuo ſubſid. pagina 147. cum plurib. ſeqq.& tenuerunt Archidiac. Geminian. & alij in c. 1. de immun. Eccleſ. in 6. Bart. in d. conſ. 180. Angel. in conſ. 24. Eccleſia. Fely. in d.c. Eccleſia Sanctæ Mariæ nu. 85. de conſtit. Laurent. Calcan. in conſ. 7. nu. 12. & quòd pro bonis emptis minimè teneantur
42 vltra præallegatos tenuit Laurent. Siluan. in conſ. 32. in fin. quam communem opinionem dicit Abb. Panor. in conſ. 53. in princ. vol. 1 & in conſ. 13. ſuccintè vol. 2. Proſper. Caranit. in Ritu Neap. 239. nu. 3. ſequitur Burſat. in conſil. 42. nu. 19. vol. 1. & ante eos Nicol. de Neapol. in d. c. Regni. Item ſtatuimus, quod Clerici. Et in promptu ratio aſſignatur, quia cum collecta imponatur perſonis pro rebus, vulgat d. l. ſeſcri-
43 pto §. ſciendum ff. de munerib. & honorib. Vnde cum veniunt ad Eccleſiam, & ad Eccleſiaſticos mutata perſona eximuntur à collectis, ita ſentiunt omnes ſupra citati Docto. & Cardin. in d. c. perpendimus in rep. col. 20. verſic. venio. ad tertium de ſent. excommunic. Fely. in c. verum nu. 19. ext. de. for. compet Bened. Canophylus de priuileg. Eccl. ti. de immun. Eccleſ. priuilegio 14. & de priuileg Eccleſiaſtic. perſonarum, eod. tit. priuileg. 9. & ſententia aduerſantium erit,

Qq & ten-

& tendet ad vniformem, & determinatam præſtationem.

Nec illud obſtabit, quod Eccleſiaſtici teneantur, & debeăt contribuere pro refectione viarum, pontium, murorum, pro
44 cuſtodia ciuitatum, vel oppidorum arg. l. ad inſtructionem C. de ſacroſ. Eccleſ. Lucas de Pen. in l.fi. in fine C. de exact. tribut. lib. 10. latiſſimè Aegid. Bellemer. in conſ.45. Conſules Ciuitatis Aluiniæ; quia pro nunc omitto diſcutere, an diſpoſitio d. l. ad inſtructiones, procedat ſic indiſtinctè, tamẽ quòd
45 Eccleſiaſtici nec etiam prænarratis caſibus teneantur voluit Abb. Panor. in conſ.3. & in d.c. non minus colu.5. vbi etiam Zabarel. q.6. Euerard. in d. cõſ.42. per totum Alphõſ. Aluarez. in Specul. Rom. Pontif. cap.36. nu.31.33. Ioa. Lopez de Immunit. Eccleſ. q.4. nu.3. in fi. Burſat. in dicto conſ.42. nu. 11. vol. 1. Canophyl. de priuileg. Eccleſiarum tit. quo ſuprà priuileg. 11. Secundò d. l. ad inſtructiones eſt hodie correcta.
46 per tex. in auth. item nulla communitas, vt voluit Paul. de Caſtro in conſ.423. ex puncto, vol.2. Maximè quando clerici, ſeu Eccleſiaſtici directò cogerentur ad ſolutionem, quia
47 fortè ſecus via indirecta, vt videtur referre Nic. Feſt. in tra. de æſtimo par.4. q.1. num.33. & iſto caſu nunquam Eccleſiaſti-
48 cos per Principem ſæcularem cogi poſſe voluit, Feſtaſ. ibi n. 43. maximè cum dictæ ciuitates, ſeu oppida non habuerint, ſiue non ſint habitura veram, & realem neceſſitatem, & occaſionem dictarum refectionum.

Si verò contingeret, quòd opponeretur, boues, & alia armenta Eccleſiaſticorum paſci in territorijs dictarum ciuitatum, aut oppidorum, & quòd propterea teneantur ad dictarum collectarum onera, quia fortè litteræ Regiæ Cameręe dicent, quod pro animalibus emptis, & donatis peſculantibus in paſcuis, in quibus ſoluunt alij ciues, ipſi Eccleſiaſtici cogantur; præcipuè ſi contingat verum eſſe, quod communitates dictorum locorum cõduxerint paſcua aliena, & herbagia, tunc vel deſiſtent, vel ad ſoluendum cogentur à foro Eccleſiaſtico, & nunquam à laico, cum Princeps laicus, vt ſuprà latè dictum eſt, nullum habeat dominium in perſonas Eccle-
49 ſiaſticas, cęterum cum in primo caſu ſæculares non ſoluant

pro

pro dictis paſcuis, &c. nec minus ſoluere debent eccleſiaſtici, vt voluit Panormit. in conſ.6. vol.1. vbi etiam eum ſequitur referendo Feſtaſ. vbi ſupra nu.49.& ante eos Iaſo.in dicta l. placet, in prima, & ſecunda lectura, in fi. & Ioa. Anton. Niger in d. extrauagant. Clem.7. in verbo, Priuilegio nu. 106. limit.5. de vit. & honeſt. cleric.

Septimò, principaliter ſolutis iam omnibus in aduerſum oppoſitis, dato, & non conceſſo, quod Eccleſiaſtici ad aliqua onera tenerentur, illud ſolum procederet in prædijs, & bonis emptis, & donatis à laicis, quæ erant prius oneri ſubnixa, pro quibus ſemper ſolui ſolitum fuerit vniformiter, & nō diuerſimodè, quod non eſt in ſolutionibus, ad quæ in dies cogūtur eccleſiaſtici, ſiue eorum bona, & coloni, quæ in dies creſcūt, & decreſcunt pro modo neceſſitatis, & arbitrio ſuperiorum & ob hoc dicūtur extraordinaria, cum in illis ſit defformitas, & diuerſitas, ad eorum ſolutionem nullo modo tenentur ec-
50 cleſiaſtici, Gl. in d.c.1. in verb. bonorum de immunit. Eccleſ. in 6 Bart. in d.l. placet, in lectu. in princ. & in rep. n. 59. vbi etiam Iaſ. nu.17. idem Bart. in d. cōſ.180. Bal. in authē. item nulla communitas, Anchar. in cōſ.217. Panor. in c.1. de cenſib. in c.fi. col. pen. de vit. & honeſt. cler. & in conſ. 3. col.2. in fi. & in conſ.9. vol.1. & in conſ.13. vol.2. Ang. in conſ.24. Eccleſ. Mand. in conſ.9. col.2. verſ. ſecunda concluſio nu. 2. Niger in d. extra. Clem.7. in verb. priuileg. nu. 101. 102. Feſtaſ. in d. tract. de æſtimo. par.4. q.2. n.16. Canoph. de priuileg. Eccleſ. tit. de immunit. Eccleſ. priuileg.2.

Octauò, non ſolùm antiquiſſima, ſed immemorabili ſunt Eccleſiaſtici præſcriptione tuti, cum nunquam fuerint coacti ad dictarum collectarum ſolutionem, qua præſcriptione tuti redduntur, quia contra fiſcum ſpatio annorum quadra-
51 ginta præſcribitur Ang. Imol. & Caſtr. poſt Bart. in l. licitatio §. earum ff. de public. & vectig. & ſpecialiter. in collectis teſtatur Cor. in conſ. 199. nu. 10. vol.1. in conſ.142. nu.2. vol.3. & in conſ.268. nu.21. vol.4. Idem Caſtrenſis in conſ. 363. circa primum nu.3. verſic. vltimo vol.1. Iaſon. in conſ. 25. col. 2. vol.3. in conſ.101. col. fi. vol.4. Curt. in conſ.42. colum. fi.

Qui-

Digitized by Google

Quinimò libertas præſumitur iuribus vulgatis, & dicto tempore immemorabili Eccleſiaſtici ſunt tuti in gabellis, & colle-
52 ctis, ac libertate non ſoluendi, vt voluit Bartol. in cõſ. 59. nu. 7. Ripa reſponſ. 18. lib. 1. Io. Cæphal. in conſ. 176. condomini nu. 26. vol. 2. Corn. in conſ. 22. vol. 3. Rom. in cõſ. 252. pro deciſione, & magis in ſpecie, & contra fiſcum ſufficere ſpa-
53 cium triginta annorum voluit idem Cæphal. in cõſ. 129. præſuppoſito, per totum vol. 1. Mar. Anton. Natta in conſ. 649. Reddidi alias, num. 3. vol. 4. dum dicit; quod vbi quis nõ ſoluit onera, ſoluentibus alijs dicto temporis curriculo, nõ ſoluendi libertatem preſcribit, & ſcientia, & patientia quorumcumq; aduerſantium iſto caſu traditionem operabitur. Nec
54 huic opinioni obſtat opinatio Alex. in cõſ. 6. vol. 1. qui aſſeruit contra Fiſcum requiri ſpacium centum annorũ; etenim iam ſupra centum annos, & vltra eſt, vt in primis verbis diximus, quòd Eccleſia in ſuę immunitatis pacifica poſſeſſione exiſtit, & quietiùs quàm his temporibus; præterquamquod dici poteſt, quòd non contra fiſcum, ſed contra communitates dirigimus præſcriptionem, quæ ſoluunt ſiſco, eſto quod eccleſiaſtici ſint, vel non ſint ſoluentes, vnde ipſe de ſe onerantur ſolutionibus impoſitis; idq; tantò minus officit dictum Alex. quod ipſe in ſpecie cõſulit in ſuo dicto. Aymo. Crauet. in cõſ. 111. vol. 1. Guid. Papa in cõſ. 65. col. 6. verſ. præterea hoc probatur; nouiſſimè poſt eos Feſtaſ. in d. 4. par. cap. 4. col. 1. & ſeq. & eſt de mente Bart. Caſtren. Cæph. Nattæ, & aliorum ſupra allegatorum, &c.

Reliqua per pauca pertinentia ad numeros 55. & 56. in Summario enunciatos, de quibuſdam teſtibus examinatis, ac alijs ad præſens negotium Eccleſiaſticæ Immunitatis nõ ſic neceſſariò facientibus omittuntur, quæ quiſq; volens, pro ſui libito videre poterit in Codice præallegati reſcripti apud Auctorem.

Camillus Borellus.

Ce-

Celeberrimi, ac Præſtantiſs. V.I. Conſulti
PAVLI DE CASTRO NEAPOLITANI.
V.I. Conſilium, & Reſponſum Deciſiuum.

Et eſt 423. in ordine in conſiliorum ſuorum libro ſecundo.

EPITOME

Clerici non poſſunt per laicos, quin nec per ſimplicem Epiſcopum ad inſtãtiam laicorum aſtringi ad contribuẽdum in collectis, quę imponuntur pro militum hoſpitatione, nec ad alias collectas, quæ alijs de cauſis imponuntur; & hoc nõ ſolũ pro bonis Eccleſiaſticis, verùm nec etiam pro proprijs, & patrimonialibus eis aduenientibus ex ſucceſſione propinquorum, quamuis ſint in æſtimo laicorum allibrata; quantum ſil. ad collectas impoſitas poſtquam peruenerint ad manus Clericorum, & ad Eccleſiam, & hoc per iura communia, & vulgaria, nedum de iure canonico, verum etiam de iure ciuili; ac etiam ex aſſerto Bartoli.

SVMMARIVM.

Aduertendum tamen, quòd & ſi Auctor conſultationem ſuam ad tria dubia reducẽdo pro vtraq; parte in illis ſcribat, pro parte tamen Epitomi in omnibus concludit, & reſcribit, vt in fonte videre eſt.

1 *Datia ſi laici recipiant à clericis ſponte ſoluentibus, an incurrant cenſuras eccleſiaſticas.*

2 *Praeſcribi an poſſit aduerſùs clericos, vt ſoluant datia aliàs prohibita.*

3 *Sta-*

3 *Statuta generalia quando includant clericos, & ſtatutũ excluſiuum fœminarum an excludat monialem.*

4 *Collectas quas teneantur ſoluere dicti clerici, & de quibus bonis.*

IN CHRISTI NOMINE.

1 EX puncto tranſmiſſo colliguntur tria dubia.

Primum eſt, an ſit verum, quòd communitas laicorum ex receptione dicti datij facta à clericis incurrat ſentẽtiam interdicti, & rectores eiuſdem ſententiam excommunicationis, prout quidam Religioſi dicuntur aſſerere per c. non minus, & cap. aduerſus de imm. Eccl. ti. c. 1. lib. 6. & c. quamquam de cenſi. & C. de ſa. ſan. Eccl. l. placet, in verbo acrimoniam, maximè quia nõ interuenit auctoritas Summi Põtificis, prout mandat capitulum aduersùs. Et ad hoc videtur ſine dubio dicendum, quod non, etiam ſi d. clerici nec de iure communi, nec ratione dictæ cõſuetudinis, cuius initij memoria non exiſtit, tenerẽtur ſoluere d. datium in futurum, & ſic hucuſquè de facto, & volũtate ſoluiſſet, nõ ex neceſſitate, quia dictæ pœnæ imponũtur per illa iura ſi bene inſpiciantur, quando laici exigerẽt à clericis inuitis, quia tunc grauantur clerici, & tales pœnæ imponũtur propter grauamina illata clericis, ſed hic nõ apparet, quòd ab inuitis exegerint, nec præſumitur, ſed potius, quòd ſponte ſoluerunt. Poſt quam nũquam contradixerũt, nec reſiſtẽtiam fecerunt, vt aſſeritur ff. de iud. l. 2. in prin. ibi autem ſi cum reſtitiſſet &c. ff. de mino. l. ait prætor. §. permittitur, ibi aut ſi alle. &c. & quod no. Bald. C. de hær. ac l. ſub prætextu de teſti. l. parentes, vnde nõ videntur fuiſſe grauati iux. illud. Portatur leuiter, quod portat quiſque libẽter. Nec aliqua fuit illata iniuria volentibus l. 1. §. vſque adeo ff. de iniur.

Nec obſt. quòd etiam cum ſponte ſoluunt, requiritur auctoritas Summi Pontificis, vt d. c. aduerſus, quia illud propter imperitiam quorundam clericorum forte nõ contentien-

tientium, vbi erat conſentiendum ſubſiſtente iuſta cauſa, ve neceſſitate, vt ibi patet, nō autem vt euitetur excommunicatio, vel ſententia interdicti, quæ nō imponūtur quando à ſponte ſoluentibus recipitur, hoc fallebat olim in caſu c. clericis laicos. eo. ti lib.6. quod eſt correctum per cle. eo. ti. Vidētur.n.donaſſe ſpōtè ſoluēdo, ſi ſoluere nō tenebātur l. cuius per errorem de reg. iur. Nec prohibētur clerici de ſuis redditibus donare laicis, nec laic. prohibētur ab eis recipere, & ſic nō poſſunt ſoluta repetere l.1. ff. de cond.indeb.in fi.& quod no. in l.1. C. de fidei. in gl. ſic nō ob. tex. in l. illicitas in fi. de pace iur. fir. & auth. nulla communitas, C.de ſtatu cōt. liber. Eccle. & ita volūt exacta indebitè debere reſtitui, cum pœna, quia loquuntur in exactis ab inuitis. Item c.nō minus in fi. requirit monitionem fiendam laicis,vt deſiſtāt,& abſtineāt in nō deſiſtendo, ad hoc vt incurrāt tales ſententiā cenſuræ, quæ monitio hic facta fuiſſe nō proponitur, ergo &c. capitulum verò, quamquam, de cenſib. lib. 6. in fi. vult eos incurrere ipſo facto, & ſine monitione. Sed vt dixi tam illud quàm etiam c.1.de immu. Eccle.à cuius cōfirmatione venit, loquuntur in exigētibus ab inuitis, & in vexantibus clericos, quod in caſu noſtro non eſt, nec præſumitur.

2 Secundum dubium eſt, an d. clerici teneātur, & cogi poſſint per eorum ſuperiores perſeuerare in ſolutione d. datij cōſueta, conſiderato quòd tanto tempore dicūtur ſine contradictione ſoluiſſe, cuius initij nō eſt memoria. Et videtur quod nō, licèt ſponte ſoluerint, quia præiudicauerūt ſibi pro tempore præterito, nō pro futuro C.de execu.tu.l.voluntariè. Nam actus noſtri volūtarij eatenus nos obligāt,& præiudiciū faciūt, quatenus geruntur, & nō vltra. C. quādo vxor ꝓ marito. l.fi. ff.de leg.2. l.Lucius §.teſtator. Nec tempus fuit modus inducēdi obligationem in illis qui nō erāt obligati,ſi non apparet,vel nō allegatur originalis cauſa obligatoria ad cuius probationem diuturna ſolutio inducatur l. obligationum ferè §. placet. ff. de act. & ob. & quod plenè legitur,& no.in l. ſi certis annis C. de pac. ff. de vſur. cum de in rem verſo. Hic nō allegatur ſufficiēs cauſa obligatoria,putà auctoritas Sūmi

Pon-

3 *Statuta generalia quando includant clericos, & ſtatutū excluſiuum fœminarum an excludat monialem.*

4 *Collectas quas teneantur ſoluere dicti clerici, & de quibus bonis.*

IN CHRISTI NOMINE.

1 EX puncto tranſmiſſo colliguntur tria dubia.

Primum eſt, an ſit verum, quòd communitas laicorum ex receptione dicti datij facta à clericis incurrat ſentētiam interdicti, & rectores eiuſdem ſententiam excommunicationis, prout quidam Religioſi dicuntur aſſerere per c. non minus, & cap. aduerſus de imm. Eccl. ti. c. 1. lib. 6. & c. quamquam de cenſi. & C. de ſa. ſan. Eccl. l. placet, in verbo acrimoniam, maximè quia nō interuenit auctoritas Summi Pōtificis, prout mandat capitulum aduerſùs. Et ad hoc videtur ſine dubio dicendum, quod non, etiam ſi d. clerici nec de iure communi, nec ratione dictæ cōſuetudinis, cuius initij memoria non exiſtit, tenerētur ſoluere d. datium in futurum, & ſic hucuſquè de facto, & volūtate ſoluiſſet, nō ex neceſſitate, quia dictæ pœnæ imponūtur per illa iura ſi bene inſpiciantur, quando laici exigerēt à clericis inuitis, quia tunc grauantur clerici, & tales pœnæ imponūtur propter grauamina illata clericis, ſed hic nō apparet, quòd ab inuitis exegerint, nec præſumitur, ſed potius, quòd ſponte ſoluerunt. Poſt quam nūquam contradixerūt, nec reſiſtētiam fecerunt, vt aſſeritur ff. de iud. l. 2. in prin. ibi autem ſi cum reſtitiſſet &c. ff. de mino. l. ait prætor. §. permittitur, ibi aut ſi alle. &c. & quod no. Bald. C. de hær. ac l. ſub prætextu de teſti. l. parentes, vnde nō videntur fuiſſe grauati iux. illud. Portatur leuiter, quod portat quiſque libēter. Nec aliqua fuit illata iniuria volentibus l. 1. §. vſque adeo ff. de iniur.

Nec obſt. quòd etiam cum ſponte ſoluunt, requiritur auctoritas Summi Pontificis, vt d. c. aduerſus, quia illud propter imperitiam quorundam clericorum fortè nō conſentien-

tientium, vbi erat conſentiendum ſubſiſtente iuſta cauſa, vt neceſſitate, vt ibi patet, nō autem vt euitetur excommunicatio, vel ſententia interdicti, quæ nō imponūtur quando à ſponte ſoluentibus recipitur, hoc fallebat olim in caſu c. clericis laicos. eo. ti lib. 6. quod eſt correctum per cle. eo. ti. Vidētur.n.donaſſe ſpōtè ſoluēdo, ſi ſoluere nō tenebātur l. cuius per errorem de reg. iur. Nec prohibētur clerici de ſuis redditibus donare laicis, nec laic. prohibētur ab eis recipere, & ſic nō poſſunt ſoluta repetere l. 1. ff. de cond. indeb. in fi. & quod no. in l. 1. C. de fidei. in gl. ſic nō ob. tex. in l. illicitas in fi. de pace iur. fir. & auth. nulla communitas, C. de ſtatu cōt. liber. Eccle. & ita volūt exacta indebitè debere reſtitui, cum pœna, quia loquuntur in exactis ab inuitis. Item c. nō minus in fi. requirit monitionem fiendam laicis, vt deſiſtāt, & abſtineāt in nō deſiſtendo, ad hoc vt incurrāt tales ſententiā cenſuræ, quæ monitio hic facta fuiſſe nō proponitur, ergo &c. capitulum verò, quamquam, de cenſib. lib. 6. in fi. vult eos incurrere ipſo facto, & ſine monitione. Sed vt dixi tam illud quàm etiam c. 1. de immu. Eccle. à cuius cōfirmatione venit, loquuntur in exigētibus ab inuitis, & in vexantibus clericos, quod in caſu noſtro non eſt, nec preſumitur.

2 Secundum dubium eſt, an d. clerici teneātur, & cogi poſſint per eorum ſuperiores perſeuerare in ſolutione d. datij cōſueta, conſiderato quòd tanto tempore dicūtur ſine contradictione ſoluiſſe, cuius initij nō eſt memoria. Et videtur quod nō, licèt ſponte ſoluerint, quia præiudicauerūt ſibi pro tempore præterito, nō pro futuro C. de execu. tu. l. voluntariè. Nam actus noſtri volūtarij eatenus nos obligāt, & præiudiciū faciūt, quatenus geruntur, & nō vltra. C. quādo vxor ꝓ marito. l. fi. ff. de leg. 2. l. Lucius §. teſtator. Nec tempus fuit modus inducēdi obligationem in illis qui nō erāt obligati, ſi non apparet, vel nō allegatur originalis cauſa obligatoria ad cuius probationem diuturna ſolutio inducatur l. obligationum ferè §. placet. ff. de act. & ob. & quod plenè legitur, & no. in l. ſi certis annis C. de pac. ff. de vſur. cum de in rem verſo. Hic nō allegatur ſufficiēs cauſa obligatoria, putà auctoritas Sūmi

Pon-

Pōtificis,quę ſi allegaretur per ſolutionem diuturnam etiam minoris, probaretur d. l.cum de in rem verſo. & de cenſi. c. peruenit nec potuerūt preteriti clerici ſoluentes preiudicare ſucceſſoribus eorum, nec Eccleſijs etiam expreſſe renūciando priuilegio clericali c. ſi diligenti. de fo. comp.

In contrarium facit conſuetudo tanti temporis, quæ habet vim cōceſſionis principis,etiam ſi nō allegetur l.hoc iure §. ductus aquæ. ff.de aqua.quoti. & æſti. & in c.ſuper quibuſdam §. præterea de verbo. ſigni. Nec ob. c. quamquam. de cenſi. lib. 5. quod improbat omnem conſuetudinē tāquam corruptelam,quia contra libertatem eccleſiaſticam,nec tex. in auth. vt nulli iud. §. 1. ibi. malè enim adinuenta, &c. & de pace iura. fir. §.illicitas,& de cōſue.c.1. quia loquūtur quando conſtaret de iniuſto, & illicito, & ſic quando contra voluntatem clericorum fuiſſet facta exactio,hic verò nō cōſtat de malo, & vitioſo initio, nec præſumitur,ſed potius bonum .ſ. quod ſpōtè, & propter communes vtilitates, & neceſſitates clericorum,& laicorum de quibus in pūcto,propter quas permittitur eis à iure ſpontè, & charitatiuè cōtribuere, cum auctoritate Summi Pōtificis,vt d.c.nō minus, & c.aduerſus, quæ authoritas præſumitur interueniſſe propter curſum dicti temporis.Nec obſt. rationes factæ in cōtrarium,quia non tempus, vel diuturna præſtatio, vel eorum factum obligat ſucceſſores, ſed ius commune tā ciuile, quàm canonicum quod eſt potēs ad eos in futurum obligādum,quod ius commune reſultat ex ſolutione facta per tantum tempus.

Breuiter aduertendum, quòd quædam de iſtis impēſis, in quas conuertitur iſtud datium, pertinent ad ipſos clericos ſine dubitatione quacūque vt cuſtodire fructus ſuarum poſſeſſionum à ſturnis, ſunt .n. onera fructuum l. ſi à domino §. fi. ff. de peti. hære. ff. fami. er. l.fundus poſt prin. Item potare animalia propria. laici. .n. nō tenētur facere clericis tales impēſas, ſed ipſi clerici de fructibus quos percipiant,& ſimiliter cuſtodire ipſorum clericorum animalia à lupis, & ſimiliter ſoluere medicos qui ipſis clericis medētur. Item cuſtodia portarum, ſicut & murorum pro rata quæ eos cōtingit,

etiam

etiam de iure cano. c. peruenit. de imm.Eccl.& ad iſtas cum teneantur de iure communi tam ciuili,quam canoni.tenētur etiam propter eas cōferre in hoc datio, quod in eas cōuertitur, etiam circumſcripta omni cōſuetudinę, quoniam ex eis ſpeciale commodum, & vtilitatem ſentiunt, de re.iu.l.ſecundùm naturam, & in Spec. de cenſi. verſ. item pone,quędam victima.

Quædam aliæ ex prædictis expēſis nō pertinerēt ad clericos ratione alicuius particularis intereſſe, ſed ad communitatem, vt inſtauratio viarum, murorum, vel pontium, quia ſunt opera publica. ff. & C. de op. pub. per totum, & ad iſtas de iure ciu. ſimiliter olim tenebātur clerici. l.ad inſtructionē C. de ſacroſ. Eccleſ. & in auth. de Eccl.tit.§.ad hoc ſācimus, quia ſunt piæ, licèt extraordinariæ. Sed hodie etiam de iure ciuili nō poteſt eis imponi collecta propter eas,per auth.item nulla communitas C.de Epiſc. & Cler. ſecūdum Bar.in d.l.ad inſtructionem, quod etiam tenet gl. 16. q. 1. in c. nouarum, & Hoſt. in ſum. de imm. Eccl. in 3. col. Sed Inno.in c.nō minus de imm. Eccl. tenet antè ſi. d.l. ad inſtructionem,cum ſi. nō eſſe correctā,licèt ad tales impēſas nō poſſint clerici compelli per ſæcularem poteſtatem,ſed per iudicem eccleſiaſticum ſecūdùm eum, & idem ſentit Bald. in d.l. ad inſtructionem, & Alb. de Ro. de Pergamo magnus practicus,qui dicit ſe vidiſſe hoc communiter obſeruari, tamen iſta diuerſitas procederet ſi clerici de directo,& pręcisè compellerētur puta per impoſitionem collectæ, quæ fieret per deſcriptionem capitum, vel bonorum, quo caſu tenēda eſt pars ſecurior, vt hodie per talem modum nō poſſint præcisè compelli, nō ſolùm de iure cānō. ſed ciui. per d.auth. item nulla.ſed ſi nō directò nec præcisè,ſed per indirectum & cauſatiuè inducātur clerici ad ſoluēdum tale datium.ſ. ſi volūt vti prouiſione facta à communitate circa vēditionem carnium, & piſcium,vt emētes ſoluant tātum pro pōdere, vt conuertatur in dictas cauſas, videtur quòd de iure communi tam ciuili, quam canonico nō ſit prohibitum,& ſic teneātur circumſcripta omni conſuetudine ne teneātur laici vendere eis aliter, vel alio

modo, quàm laicis tali ratione. Nam cura circa dictas venditiones pertinet ad ipſam communitatem, vt fiat iuſto pretio l. 1. §. cura carnis, ff. de of. præfe. vrb. & l. munerũ §. item epiſcopi ff. de mu. & ho. & quòd ſit iuſtum pretium pertinet ad d. communitatem declarare, iuxta no. in l. 1. C. de Epiſco. aud. per gl. & doc. Ipſa verò communitas ordinauit, quòd tãtum plus detur, vt cõuertatur in publicas vtilitates, & ſic illud plus, quod datur pro datio, cenſetur eſſe pars pretij, arg. ff. de cõtrahen. emp. l. fundi pars, & hoc nõ ſtatuit principaliter in grauamen clericorũ, ſed generaliter in grauamẽ omnium propter publicas neceſſitates; C. de ope. pub. l. omnes. la 3. Clerici ergo ſi volũt vti commoditate dictæ prouiſionis factæ vt vẽdant ad minutum, debẽt ea vti cum ſua cauſa, ſuoque onere iniuncto ab initio: l. Pomponius, §. cum quis ff. de ac. poſ. nec debẽt in hoc vti priuilegio ipſorũ, arg. ff. de reb. eo. l. 2. ff. de pac. l. ſin autem domini eam, quia daretur materia fraudãdi datium per eorum manus, ar. ff. nau. cau. ſtab. l. 2. in prin. nec poſſunt conqueri, cum in eorum grauamen principaliter nõ fuit hoc introductum, ſed ob neceſſitates publicas, quæ legem nõ habent l. quia potuerunt ff. de manu.
3 teſt. iũcta. l. Fulcinius. §. quod ſi aduerſus ff. qui. ex cau. in poſ. ea. & quod no. Bald. in l. cũctos pop. C. de ſum. Tri. in q. illa, an clerici comprehendãtur in verbis ſtatutorum cõprehẽſione onerosa in fi. vbi vult quod ſic, quando prouiſio eſt generalis, & facta principaliter ob bonum publicum, vt quod maſculus excludat ſequentes, nam etiam ſi ſint clerici, excludẽtur, & no. Car. Flo. in c. perpendimus, de ſen. exc. in 9. q. ponẽdo plures alios caſus ſimiles, & alleg. ca. cum veniſſent de eo, qui mit. in poſſ. & Bar. in d. l. cunctos pop. in 5. q. principali.

Nec ob. c. quamquam de cẽſib. lib. 6. vbi nõ comprehenduntur in ſtatutis generalibus de ſoluẽdis pedagijs, tamẽ imponuntur propter publicas neceſſitates, quia ibi quãdo inuitè coguntur, hic nõ, ſed ita demum ſi volunt emere ad minutum, à qua emptione poſſent abſtinere ſi vellent, & alio modo ſibi prouidere, vnde ſicut nõ poſſet conqueri, ſi ceſſaret

pro-

Digitized by Google

prouiſio de vendendo ad minutum, ita nec nunc, quia ſicut communitas poſſet prouiſionem illam in totum tollere, ita & eam limitare abſque querela clericorum, argum.l. videamus §. pe. & l. in actionibus ff. in litem iur. faciunt ad prædicta no. per Bald. C. de teſtam. l. teſtamenta, & de contrahend. emp. l. 1. de ſtatuto de ſoluendo gabellam cõtractuum, an liget clericos contrahentes, vt aliàs contractus non valeat ſecundùm formam ſtatuti, niſi ſoluant, & tenet quòd ſic, ſi volunt vti beneficio ſtatuti, quia debent vti cum ſua cauſa, & onere, nec propter hoc dicetur ſtatutum contra eccleſiaſticam libertatem ſecundum eum.

Ex quibus patet, quòd etiam de iure communi, & circunſcripta omni cõſuetudine, dicti clerici ſi volũt emere carnes, & piſces ad minutũ debent ſoluere dictum datium, ſicut, & laici. Sed & ſi hoc nõ eſſet, ſaltem ex conſuetudine tempore, cuius contrarij memoria nõ exiſtit, tenentur per c. ſuper quibuſdam §. præterea. de verborum ſignificationibus, & c. 1. in fi. de præſcrip. libro 6. ff. de aqua quoti. l. hoc iure §. ductus aquæ, quia nõ eſt grauoſa Eccleſijs, nec bonis eccleſiaſticis, ſed nec burſæ clericorum, qui viuũt de fructibus eorum, ſed tollerabilis, & ſic non obſt. c. 1. de conſue. & hoc expreſsè determinat Hoſt. in ſum. de immu. Eccl. §. 1. in 3. col. verſ. Item hoc intelligas, niſi cõſue. ſit tibi patientia tanti temporis cuius contrarij, &c.

4 Tertium dubium eſt, an clerici teneantur contribuere in collectis, quæ imponuntur pro ſtipendijs gẽtium armorum, quas tempore guerræ oportet retinere pro defenſione ciuitatis, & comitatus bonorum ibidem exiſtẽtium; Et ad partem affirmatiuam allegatur quoddam dictum Bar. in l. nullus, C. de curſu publi. lib. 12. quod dictum parum facit, quia loquitur de collecta, quæ imponeretur pro dando hoſtibus, vt recedant à territorio ad quod venerãt cauſa deprædandi tam laicos quàm clericos, & eorum bona, & etiam ſe redimendi ab eis, iuxta no. per Petr. de Ancha. in c. quamquam de cẽſi. lib. 6. vbi præfatum dictũ Bar. ad hoc inducit. præfati namq; deprædatores non ſolùm veniunt propter laicos, & eorum

 bona

bona,ſed etiam propter clericos, quia habent reſpectũ principaliter ad prædam,quæ cadit circa vtroſq; pariter. Nos loquimur de collectis, quæ imponuntur pro ſoluendis ſtipendiarijs proprijs conductis à communitate,nõ vt recedãt,ſed vt inſiſtant quòd defendant ab inimicis faciẽtibus guerram, nõ propter prædam habendam, nec propter clericos, ſed propter laicos, & propter ipſorum adhærentiam, quoniam adhærent vni ex duobus contẽdentibus de regno.Si.n.adhærerent alteri cõtendẽti nõ facerent illi ciuitati guerram. Præfata verò adhærentia nõ prouenit à clericis, qui nõ gubernãt rẽpub. ſed à laicis qui gubernant, & interſunt conſilijs, ergo iuſtum eſt,quòd dicti laici de ſuis proprijs bonis defendãt dictam eorum adhærẽtiam nõ de bonis clericorum, vel Eccleſiarum, arg. l. ſi merces §. culpæ ff. loca. in prin.Sufficere.n. debet laicis, quòd clericis ſequuntur eos in d. adhærentia, & quòd eis miniſtrãt ſpiritualia propter quod bona ipſorum,& Eccleſiarum debent eſſe exempta ab oneribus laicorum in recompenſationem, maximè quando facto ipſorum laicorum abſque interuentu clericorum hoc accidit. Item allegatur quoddam conſilium Bal. quod incip. In Chriſti nomine Amen. Reſpondeo ſaluo conſilio ſaniori &c.vbi tenet clericos nõ eſſe immunes à collectis quæ imponuntur pro ſalario ſtipendiatorum per c. peruenit. de imm.Eccl. vbi dicitur,quòd clerici nõ excuſantur à murorum vigilijs. Sed nec dictum c. nec determinatio ſua facit ad propoſitum, quia poſſet procedere de ſtipendiarijs, qui cõducerentur per communitatem ſolùm. ad hoc vt cuſtodirent muros de nocte, & portas de die. Cum.n. clerici etiam perſonaliter tempore neceſſitatis debeant in talibus intereſſe, ſi volunt redimere perſonam à vexatione debent contribuere in expenſa, quæ fieret in ſtipendiarijs ad hoc conductis,& ſic ſeruire Reipu. ſuis expenſis. ar. ff de ope. libe. l ſuo ſumptu. C.de epiſc.& cler. l. ad ſimilitudinem de decu. l.neminẽ lib.10.Nos loquimur de quibuſcunq;alijs ſtipendiarijs deputatis ad alia miniſteria quàm ad cuſtodiam murorum,& ſic d.c. peruenit, nõ facit,nec ꝓpter ipſũ debuit Bald. ita generaliter determinare.ſ. clericos

non eſſe immunes à collectis, quæ imponũtur pro ſalario ſtipendiariorum. Cuſtodia namq; murorum nocturna eſt magis neceſſaria pro ſalute ciuitatis, quia neglectus eius eſt maioris periculi, ideo aliquid ſpeciale plus in ea ſtatuitur contra clericos, ff. ad Carbol. l. 1. §. ſed & ſi quis.

Dicendum eſt, ergo per iura communia, & vulgaria, clericos non poſſe per laicos, vel per epiſcopum ad inſtantiã laicorum aſtringi ad cõtribuẽdum in talibus collectis, quæ imponuntur pro ſtipendiarijs tempore guerræ, ſicut nec in illis quæ imponũtur propter alias cauſas de quibus idẽ Bald. in d. d. cõſi. non dubitat, & non ſolùm de iu. cano. per c. nõ minus & c. aduerſus de imm. Eccl. eo. ti. ca. 1. Sed nec de iure ciuili per auth. item nulla communitas C. de epiſc. & cler. Et nõ ſolùm pro bonis eccleſiaſticis, ſed nec etiam pro bonis proprijs, & patrimonialibus obuenientibus ei ex ſucceſſione propinquorum, etiam ſi erant in æſtimo laicorum quantũ ad collectas, quæ imponerentur poſtquam perueniſſent ad manus clericorum, vel ad Eccleſiam per ea quæ no. Spe. in ti. de cle. coniu. ver, ad huiuſmodi autem, & Io. An. poſt Arch. in c. 1. de immu. Eccle. lib. 6. in nouel. cir. fi. Quod etiam expreſsè conſuluit Bar. per plures rationes in quodam conſilio ſuo incipit, punctus quæſtionis talis eſt. Si aliqua poſſeſſio æſtimata, & allibrata &c. quod infra ſubijcitur de verbo ad verbum. Nec ob. ea quæ dicta ſunt in præcedenti artic. quoniã in iſtis collectis non ſunt illæ rationes quæ ſunt in illo datio, vt patet cuilibet intuenti, nec præſupponitur conſuetudo tanti temporis &c. & ſic comprehenduntur dictæ collectæ appel. nouarum collationum, à quibus etiam de iure ciuili tam clerici quàm eorum bona ſint exempti. C. de epiſc. & cler. l. 1. 16. q. 1. c. nouatum. Conſilium verò Bar. de quo ſupra tale eſt de verbo ad verbum.

HOC Conſilium Bartoli, de quo hic loquitur Paulus de Caſtro, poſitum eſt ſupra folio 347. nec hic fruſtra repeti debet, ideo ibi videatur.

Celeberrimi, ac Egregij V. I. Conſulti FABRITII ZVMALLI LAVDENSIS.

V. I. Conſilium, & Reſponſum Deciſiuum.

Et eſt pro Eccleſiaſtica immunitate per illuſtre, & notatu dignum.

EPITOME

Eccleſiaſtici, eorumq; coloni nullo modo tenentur ad collectas, ſeù onera extraordinaria, quæcunq; fuerint illa, neq; etiam reſpectu eorum bonorum, quæ in dies in Eccleſiam perueniunt, iam cataſtrata, & in publico æſtimo allibrata, & deſcripta, aut ab ipſa quoquo modo aliter acquiſita; nonobſtante conſtitutione noua Mediolani tit. de oneribus §. collegijs, &c. & hoc nedum pro tota ruſticali parte, verùm neq; etiam pro illa portione, quæ reſtat colonis, & c. tanquam quid laicale, quod more cæterorum negotiatorum collectandum cenſeatur.

SVMMARIVM.

Ecleſia ſemper fuit immunis pro bonis ſuis à collectis, & oneribus extraordinarijs ſic ſtatuentibus primitùs Magiſtratibus, ac Excellentiſſimo Mediolani Senatu.

2 *Non eſt verum, quòd bona in æſtimo deſcripta, & cataſtrata tranſeant ad Eccleſiam cum onere; ſicut fuit ſtatutum in Senatu*

3 *Gallico, Pedemontano, imò in ipſomet Senatu Mediolanenſi.*

4 *Anno 1549. bona peruenta in Eccleſias fuerunt de facto excluſa ab æſtimo, licèt quoquo modo acquiſita ſic ſancientibus Mediolanenſibus Magiſtratibus, ac tandem ipſo Excellentiſſimo Senatu die 23. Martij 1564. idq; experientia, ac litteris Regijs cõprobatur.*

5 Sta-

5 *Statutum Mediolan. de oneribus factum in fraudem Eccleſiaſticorum, & cautela Bartoli de efficiendis bonis tributarijs, per ſtatutum, refelluntur.*

6 *Statutum de oneribus, quòd bona tranſeant cum ſuo onere, nō poteſt afficere Eccleſiaſticos.*

7 *Onus menſuale, eſt extraordinarium, idq; decretis comprobatur.*

8 *Collectæ qualitas diiudicatur ſecundum tempus impoſitionis factæ ſuper æſtimo.*

9 *Cuius incommodo vertere debeat portio, quæ debet ſolui pro bonis in Eccleſiam tranſlatis, ex litteris Magiſtralibus oſtenditur.*

QVÆ nunc vidi deducta in hoc articulo, An bona, quæ per laicum poſſidebantur, & collectis ſuppoſita erant, etiam præuia deſcriptione in æſtimo alicuius communis, ſi tranſlata ſint in aliquam Eccleſiam, aliquoduè Monaſterium, vel per vltimam voluntatem, vel per contractum inter viuos, poſſint adhuc collectari pro onere menſualis, alijſq; oneribus, quæ ad eandem ratam diſtribuuntur, & exiguntur pro rata æſtimi, quæ vulgò appellantur, & cenſentur extraordinaria, licèt ea omnia eſſent prius impoſita ex ordine Principis, ſæpè ego deduxi, dum eſſem Orator Ciuitatis Laudæ, per
1 quamplures annos ante an. 1570. & vidi ab alijs Oratoribus deduci; nec tamen vnquam obtinere potui, nec obtentū vidi contra Eccleſiam quantacunq; inſtantia fieret, tàm apud Excellentiſs. Senatum, quàm apud Illuſt. Magiſtratum ord. ſed ſemper vidi obſeruari litteras ab Ill. Magiſtratu dari ſolitas ad Eccleſiæ fauorem iam ab antiquo tempore, quarum extant exempla, & quæ contra nos Laudenſes, præſertim erant datæ pro Monialib. S. Pauli conuerſi, & prò Monialib. S. Redegundæ, & hoc, quia pro abſoluto ſemper, & habitum fuit, & vſu receptum, quicquid aliqui reclament, quòd Eccleſia pro bonis ſuis ſit immunis à collectis, & omnibus oneribus ex-

traordinarijs, vt probant c. non minus, verſ. Siue quidem, & verſ. Quo circa, & c. aduerſus. in princ. ext. de immu. Eccle. confirmata in c. 1. de immu. Eccle. in Clemen. & omnino ti. loquens de bonis, tàm nouiter acquiſitis, quàm in poſterum acquirendis, in c. 1. quia nonnulli, verſ. Sanè, & verſ. volētes, de immu. Eccleſ. in §. l. placet, ibi nil extraordinarium ab hinc ſuperindictumuè flagitetur, C. de Epiſc. & cler. §. adhęc ſancimus, ibi neque ſordidas functiones, neque extraordinarias deſcriptiones ſuſtinere, in Auth. de Eccleſ. tit. Bartol. in l. reſcripto, §. ſciendum, verſ. collectæ verò, num. 4. de mū. & hono. qui tamen licèt loquatur in clericis, tamen l. apparet eum ſemper parificare bona Eccleſiarum, & clericorum, vt & factum erat in d. Auth. item nulla; nam & ij de iure Codicis ab omni extraordinario erant immunes, vt in l. 2. verſic. Itaque extraordinariorum, C. de ſacroſ. Eccl. & rurſus, ac pleniùs Bart. in conſ. 180. incip. Si aliqua poſſeſſio æſtimata, & allibrata, ſeu appretiata in libro communis, nunc deueniat in aliquem clericorum, lib. 1. num. 3. & 4. & per to. in l. placet, in prima lect. num. 3. & in ſecunda lect. nu. 1. & nu. 35. verſ. Sed poſtquam, & num. 37. verſ. Ego ſuper, C. de ſacroſ. Eccl. & Bald. in vulgato conſ. 246. Antiqua querela laicorum, li. 3. & Gemin. conſ. 116. col. 2. verſ. Quoad ſecundum, & Abb. in d. c. non minus. col. 5. verſ. Ad alia autem onera, & verſ. Tertium fuit, & Iaſon. in d. l. placet, in 1. lect. in 2. not. num. 13. & nu. 18. in 2. lect. num. 7. verſ. Ideo no. & num. 10. & 13. & ſub nu. 20. & Abb. & conſ. 8. num. 1. & omnino Salyc. idem tradens de oneribus impoſitis perſonæ pro rebus, vt quilibet ſoluat tantum pro libra æſtimationis bonorum, ſiue ſapiant naturam ordinariorum, puta ſi ſingulis menſibus ſolueretur certum quid ſine temporis præfinitione, ſiue ſint merè extraordinaria, putà ſi ex caſu repentino imponatur collecta, in in d. l. placet, col. 2. in fine, ſub ver. Aut propriè nō ſunt realia, Ruin. cōſ. 117. num. 3. lib. 4. vbi etiam num. 4. de dicta parificatione clericorum, & Eccleſiæ, & Feltaſ. in tract. de collect. p. 4. c. 5. vbi & dicit hanc opinionem ab omnibus recipi, & ideo de ea non eſſe hæſitandum, & alij alibi, & præſertim

infra

infra citandi in reſponſione ad contraria, vbi etiam demonſtrabitur ita fuiſſe iudicatum,& obſeruatum etiam in fortioribus terminis.

2 Neque obſtat primò, quòd dicatur, bona ſemel in æſtimo deſcripta trāſire in Eccleſiam cum onere ſoluendi collectas, prout antea ſoluebant, ex allegatis per Feſtaſ. in tract. de collect. p.4. c.1. nu.50. 51. & c.2. nu.28. in fine,& 29. quia quicquid dicant contradicentes magis vera,& communis, ac vſu recepta concluſio eſt, vt etiam de bonis acquiſitis per ciues à ruralibus tradit Plot. in l. ſi quando, n.26. C. vnde vi, vt etiam ſi bona priùs forent regiſtrata, Eccleſia, per eis poſtea acquiſitis præſeruetur in ſua exceptione ab extraordinarijs,& collectis, vel ab ipſo æſtimo pœnitus eximātur, cum alioqui eius exemptio ei foret inutilis, attento quòd niſi bona priùs forēt occulta, vel pœnitus inculta, ac deſerta, vel alicuius exempli nō ſit ferè dare caſum quò bona prius non forent æſtimata, & regiſtrata dum eſſent penes laicum cum vbiq; ſemper fuerint regiſtrata, vt indicat t.ff. de cenſib.& C. ſine cenſu, vel de reliquis,& in tribus lib. C. in tit. de cenſibus,& cenſitoribus,& in tit. de agricolis, & cenſitis, & probant ſcripta Doctorum antiquorum, præſertim infra relatorum,& Luc. de Pen. in l. ff. col.2. verſ. Huius gratia, & col.3. verſ. Nunc autem, C. de exact. trib. nu 10. Et ferè impoſſibile ſit onera cum aliqua æqualitate exigere pro bonis, niſi medio alicuius deſcriptionis, æſtimationis, ac regiſtrationis corū, vt & ſenſit Boſſ. de princ. ſub nu.105. poſt medium, ibi, quia cum imponitur collecta, ſemper videtur imponi, ſecūdum æſtimum, vt volūt omnes, nec de alijs, quam de prius regiſtratis poſſit rationabiliter intelligi. t. in c.1. de imm. Eccl. in 6. quatenus loquitur de acquiſitis, pro quibus Eccleſia moleſtabatur, & multo magis quatenus etiam loquitur de acquirēdis indiſtinctè, prout illum t. de bonis regiſtratis loqui intelligitur Guid. Pap. idem tenēs in q.381. & ſimiliter t. in d.l. placet, & in d. Auth. itē nulla communitas, dum indiſtinctè prohibent Eccleſias moleſtari pro aliquibus extraordinarijs oneribus, vnde & generaliter tradit Alban. in tract. de immu. Eccleſ. nu.45.48. bona omnia, quæ

à Prin-

à Principe quoquò modo grauantur, eſſe æſtimanda; & ita docere experientiam. Quare & Bart. pro Eccleſia determinans apertè loquitur de æſtimatis, quæ tranſierunt in Eccleſiam, in d.conſ.180. lib.1. & poſt eum, ac Felynum, ac Parpal. Bellonus, conſ.40. num.3. & Bald.in d.l.placet,ſub verſ. Quero iuxta hoc ibi, ego dico poſt gloſ.vni. in fine,in l. incola. 11. ad municip. quem ibi ſequitur Aret. ſub nu. 3. & poſt eam gloſ. & clarè Caſtren. in d.l. placet, in fi. num.8. (aduertendo tamen, quòd errore impreſſoris poſitum eſt ℣. Vendicationem, pro ℣. Impoſitionem, vt colligitur ex d.gloſ.dũ monet,℣. Deſtinatus intelligẽdum eſſe per impoſitionem,vt & Bar. ibi nu.4. in fine, & num.5. in princ.) & rurſus Bald. in Auth. ſed, & periculum, verſ. ita no. Bart. C. ſine cenſu, vel reli. & in cõſ.132.caſus, lib.3. & Abb. in c.fi. col.fi. verſ. Tertia opinio, & verior, de vita, & honeſt. cleric. & Roma. in l.ſi publicanus, §.1. ſub nu.6. verſ. Aut quæritur,de collectis,de publican. & cẽſit.Calcan. loquens de clerico ſuccedente laico in bonis Cremonẽſibus,conſ.7.Quia à me, col.5.verſ.Qđ autem clerici, vbi etiam citat Bart. in d.conſ.180. lib.1.quem etiã ſequitur Gemin.poſt Archid.in d.c.1.in fine, & ibi etiam Franc. col.1. verſ. Quid autem, ſi ad Eccleſiam, de immun. Eccleſ. in 6.& Ruin. conſ.111.num. 9. lib.5. & plenè probat Brun. cõſ.94. nu.2. verſ. Non obſtat regiſtrum, & nu.3. quia inquit, regiſtratio eius, qui vendidit, nõ facit præiudciũ tributarium, ſed obligat ipſum regiſtrantem tãquam ex pacto, & promiſſione,nec Eccleſia tenetur virtute obligationis,quę ſurgit ex regiſtro, quam rationem etiam repetit in conſ.103. nu.6. & approbat etiam Alciat. cõſ.8. cõcluſ. num.6. 7. 8. & 9. lib.3. & Natt. cõſ.1. ſub nu. 9. vbi etiam refert, & ſequitur Bart. in d.cõſ.180. lib.1. vt & facit in cõſ.328. nu.2. in princ. cuius opinionem etiam communiter receptam, imò etiam receptiſſimam, pluribus adductis, dicit Oſaſc. deciſ.136.nu. 2. Et hãc opinionem vti communem cõſtanter affirmat, & tuetur Sylua. conſil. 32. per tot. & præſertim num.7.8.12.13. 14. 15.& num.19. & 20.& ſimiliter Remig. de Gonni. alios plures addẽs in tract. de charit. ſubſit.q.61. à nũm. 45. vſque

52.

3 52. incluſiuè, in volu. 15. Tr. nou. p. 2. fol. 185. & nouiſſimè Theſaur. in deciſ. 234. nu. 2. in princ. & nu. 4. & 7. vbi refert ita iudicaſſe Senatum Pedem. in cauſa per eum relata, & alias ſæpius, ſicut & iudicatum fuiſſe à parlamẽto Delphin. & eſſe de mente trium ſtatuum, refert Guid. Pap. d. q. 381. & apud nos iudicatũ fuit ab Excell. Senatu Mediolani de anno 1543. die 17. Decembris, ad relationem Illuſtris Raynoldi in cauſa æſtimi Laudæ, cum ſuborta foret ſimilis quæſtio cõtra Religioſos S. Dominici, & S. Bartholomęi, qui emerãt bona iã ante regiſtrata, & inſtabãt ne amplius in æſtimo deſcriberẽtur cõtra allegantibus Laudenſibus viin regiſtri præcedentis, & ſtatuti 340. in fol. 58. diſponentis, quod bona eorum, qui de iure tenẽtur ad onera Communis Laudæ, perpetuò ſint obligata, & obnoxia ta Communi Laudæ, & oneribus Communis Laudę, ac decreti antiqui, qđ bona trãſirẽt in acquirentem cum onere ſuo, nam Senatus Excellentiſſimus ſanxit in hunc modum.

Quo verò ad bona Fratrum Religioſorum S. Bartholomęi & S. Dominici, ordinat tantùm ea eſſe regiſtranda, quæ tempore acquiſitionis iã erãt oneribus obnoxia, & ad effectum, vt perſeuerent in ſolutionę onerum ordinariorum, quæ iam impoſita fuerunt.

Ex qua ordinatione patet nihil amplius tributum fuiſſe Communitati ob regiſtrationem antecedentem, quã quod, & ſine illa competijſſet, nempè quod tantùm tenerentur ad ordinaria onera iam impoſita, ſic expreſsè præſupponendo, quòd ad extraordinaria, ſeu ad collectas nullo modo compelli poſſent.

4 Hinc eſt, quòd ab æſtimo generali cæpto de anno 1549. excluſa fuerũt omnia bona Eccleſiaſtica, & ſimiliter ab omnibus reformationibus taxarum equorum factis in Prouincijs, in quibus maſſa eccleſiaſticorũ nõ taxatur nulla vuquam habita diſtinctione, an bona perueniſſent in Eccleſiam à perſona prius deſcripta, & ſoluente onera necnè; ſed tãtum habita diſtinctione: An bona forent acquiſita per perſonam eccleſiaſticam ſub nomine proprio, an verò nomine Eccle-

ſiæ;

ſiæ: præſupponendo, quòd acquiſita nomine Eccleſiæ nō forent denuncianda, & taxanda, vt præſertim videre eſt in informatione data per Ill. Magiſtratum Alexandro Craſſo pro reformatione compartiti, taxarum agri Papienſis die 4. Auguſti 1541. c. 8. ad cuius exemplum etiam cæteræ informationes concipi conſueuerunt. Idem obſeruari conſueuit in confectione, ſeu reformatione æſtimorum particularium locorum, vt præſertim videre eſt in capitulis æſtimi Cremonenſis compilatis ſub Ill. Senatore Montio ad illius cōfectionem delegato, & confirmatis per Senatum Excellentiſs. ſub die 23. Martij 1564. cap. 4. vbi nulla vſquam impoſita neceſſitate denunciandi bona per Eccleſiam acquiſita decernitur ab ęſtimo laicorum detrahenda eſſe liuella Eccleſiaſtica tam iuſtificata ad æſtimum generale, quàm poſtea, & etiam ſi poſtea de nouo facta fuerint, & ſic poſt iam cenſita bona, ſuper quibus poſtea fuerint conſtituta: & in ordinatione facta per eundem Illuſt. Senatorem Montium ſuper ſtabilimento æſtimi Melegnano, ſub die 12. Februarij 1573 facto verbo in Senatu Excellentiſs. & de eius mente in verſ. Reliqua verò bona in dicto Territorio ſita, demptis Eccleſiaſticis, ibidem cenſenda eſſe, & teneri ſoluere onera, vt infra. Et quotidie videmus obſeruari per Mag. Communitatem Mediolani in exactione taxarum domus, & perticatuum, à qua ſemper eximuntur bona, quæ docentur in Eccleſiam tranſiuiſſe, licèt priùs fuerint taxata, & deſcripta, cum alijs ſoluere debentibus, & ita etiam ſanxit Illuſtriſs. tunc Mediolani Gubernator, Dux Sueſſæ, dum in ſuis litteris diei 22. Martij 1559 mādauit ad ſolutionem impoſitionis ſcutorum quinque centum millium, omnes teneri nemine excepto ſub quouis titulo exemptionis, præterquam eccleſiaſticos, & loca pia, & immunes, ob 12 liberos, & ex titulo oneroſo. Et ſic nulla facta diſtinctione, an bona illa eccleſiaſticorum, & locorum piorum forent priùs æſtimata, necne, & idem ante apertiùs ordinauit Illuſtriſs. Don Ioannes Figueroa, vt teſtatur Ill. Magiſtratus ordinarius in eius litteris, datis die 14. Decembris 1558. pro Vener. Patribus S. Bartholomæi de Cauacurta Laudenſi, quæ

ſunt

ſunt antiquiores, quas hactenus reperire potui, & ad quarum exemplum cetere omnes poſteriores datæ videntur eiuſdem effectus, quod ipſis Religioſis ſoluentibus, tam pro bonis eorum antiquis, quàm pro nouiter in eos peruētis, & ab eis poſſeſſis, onera ordinaria non moleſtarentur pro aliquo onere extraordinario, ſpectante eorum æſtimo, quoniam ita vult iuſtitia, vt etiam ordinatum fuiſſe pro Reuer. Monialibus S. Dominici Ordinis S. Claræ Nouariæ, die 23. Septembris 1558. refert Plot. iun in addi. ad vltimum conſil. Martini Garr. nu. 13. & ita vidi reſcriptum pro quampluribus alijs, & præſertim pro Reuer. Don Siluano de Laude, & conſortibus ad Prætorem Caſalis Maioris, ſub die 24. Ianuarij 1567. & rurſus ad eundem Prætorem, ſub die 11. Iulij 1567. & cum declaratione onerum ordinariorū, & extraordinariorum, & ante pro bonis translatis à Com. Guaſtalla prius æſtimata in Eccleſiam S. Pauli Conuerſi, in contradictorio cum Regio Fiſco, & Communitate, ac Comitatu Laudę, ſub die 20. Aprilis 1564. à quibus litteris cum appellaſſet Dom. Modignanus, tūc Orator Laudæ, & citatæ etiam fuiſſent Moniales ad dandum ſuſpectum; & factæ hincinde reſponſiones, & omnia fuiſſent tranſmiſſa ad Illuſt. Senatorem Filiodonum, legenda in Senatu, fuit per Illuſt. Filiodonum ſcriptum huiuſmodi decretum, vt videre eſt in originali, pœnes me exiſtente. Inter Fiſcum, & priuatum nō appellatur, Moniales autem nō fuerant in iudicio prioris inſtantiæ, propterea quò ad eas nō militat appellatio, ideò nulla fiat prouiſio ſuper precibus Ciuitatis, ſubſcript. Filiodonus, & memini, quod cōtigit mihi, qui tunc ſucceſſi in locum D. Modignani laborare pro Ciuitate, & allegare pro ea modò coram Illuſt. Picenardo; & modò coram Illuſt. Filiodono, præſertim exhibendo Thomatum in loco relato, & ferè irridebantur eius dicta, tanquam notoriè inania, & contra communes doctrinas, & præſertim dū facit vim in obligatione cōtracta, virtute regiſtri, in qua ipſemet dicit cōſiſtere vim illius quæſtionis in fol. 54. cum tamen nullo iure probetur inde contrahi aliquam hypothecam perpetuò rei adhærentem, & trāſeuntem in quoslibet ſucceſſores,

res, & imò allegata per eũ probēt tãtum de obligatione perſonali, & præſertim Bald. in l. ſi negotium, C. de neg. geſt. dum dicit æſtimum haberi loco promiſſionis, quia nihil dicit de hypoteca bonorum ſuorum, vnde Bald. alibi quando egit de obligatione tranſitoria ad ſucceſſores, poſuit caſum, quo quis non ſolùm ſe obligauit, ſed etiam obligauit hæredes, & ſucceſſores ſuos, vt in conſ. 280. ante med. verſ. Nec obſtat, Auth. lib. 2. & in cõſ. 246. lib. 3. & poſt eum, & alios Theſ. deciſ. 234. n. 9. & ſignanter Fr. Lucanus in tract. de Fiſco, & priuil. eius, in 3. par. princ. num. 81. vel expreſsè obligauit bona ſua pro ſolutione collectarum, vt refert Crauett. conſil. 217. nu. 3. verſ. Similiter poteſt. Quare benè Natt. conſ. 1. ſub nu. 9. & conſ. 328. nu. 2. dixit aſcriptionem in regiſtro non obligare, niſi perſonam regiſtrantem, vt & Iac. Brun. d. conſ. 94. num. 2. 3. & d. conſ. 103. nu. 6. & Alcia. d. conſ. 8. num. 6. 7. 8. 9. lib. 3. & Rimin iun. cõſ. 25. ſub nu. 23. & Bald. in d. cõſ. 434. nu. 2. in princ. lib. 3. dicit tantùm, quòd facientes æſtimum in loco videntur profiteri ſe ſoluturos collectas, & Aretin. in d. l. placet, ſub numer. 3. verſic. Breuiter dicit, inquit, non reperire cautũ, quòd deſcriptio in æſtimo afficiat rē in onere reali: quem ibi probat Alcia. nu. 8. dicens, ſimplici ſcriptura profeſſionis non probari hypothecam.

Hinc eſt, quòd cum rurſus incidiſſet quęſtio pro bonis per Conſtantium Viſtarinum alienatis, præfatis Monialibus Sancti Pauli, & factæ fuiſſent hincinde mutuæ reſponſiones coram Illuſt. Magiſtratu inter Ciuitatem Laudæ, & Camillum Viſtarinum hæredem dicti Conſtantij, idem Ill. Magiſtratus noluit apponere manum ad iam ordinata pro Monialibus, ſed tantùm prouidit, vt Ciuitas præſeruaretur indemnis ab hæredibus venditoris, iuxta ordines allegatos à Ciuitate, vbi forent in viridi obſeruantia, vt in eius litteris datis ad Referendarium Laudæ, die 12. Iulij 1568. Et poſtremò cùm adhuc incidiſſet eadem quæſtio pro bonis emptis per RR. PP. S. Ioannis in Cõca Mediolani, in loco Mozanichę Cremonenſis datæ fuerunt aliæ litteræ ad Commiſſarium Falchetum Cremonæ, ſub die 26. Februarij 1579. vt idem pro eis ſeruaretur,

retur, quod iam pro aliјs fuerat ordinatum ſub dicta die 11. Iulij 1567. Et cum Communitas Mozanichæ appellaſſet, & nihilominus executionem fieri feciſſet, reportatæ fuerũt litteræ ab Excellentiſs. Senatu ad Prætorem Mozanichæ, ſub die 16. Ianuarij 1579. vt litteras Magiſtrales exequeretur, & pignora derrobata reſtituerũt: & cum adhuc non pareretur, reportatæ fuerunt aliæ litteræ Magiſtrales, idem mandantes: & adhuc Communitas foret renitẽs, ſub prætextu, quòd non foret expreſsè derogatum appellationi, reportatæ fuerũt aliæ litteræ à Senatu Excellentiſs. mandantes, vt dicta appellatione non attenta ordinatio Magiſtratus omnino executioni mandaretur per omnia promptiora iuris remedia, & etiam per perſonalem detentionem contumacium, ſeu renitẽtium vel contradicentium, & ita fuit executioni miſſum. Ex quibus, & alijs pluribus, quæ facilè reperiri poſſent, ſi diligentiùs inueſtigaretur, probatur, quod hæc opinio eximendi bona per Eccleſiam acquiſita, non obſtante, quòd priùs eſſent ſub nomine laici, præcedentis poſſeſſoris regiſtrata, ſemper fuit obſeruata, quotieſcunque eius obſeruatio fuit requiſita. Et ita per eiuſmodi obſeruantiam confirmata fuit, ita vt in dubijs præualere debeat, prout dicitur de opi. controuerſis, etiã quod contraria opinio prætendatur communis, vel verior, vel contra Eccleſiam, vt pulchrè tradit Dec. in c. at ſi clerici, in princ. col. 19. ante num. 26. à verſ. Et iſta communis, ext. de iud. Corn. in l. 2. verſ. Sed licet, C. de bonis, quæ lib. Neuiz. conſ. 66. ſub nu. 22. Rot. Rom. in dec. 574. nu. 3. 4. p. 1. in nouiſſ. Pute. deciſ. 241. lib. 3. & omnino Remig. de Gon. in d. tra. de charit. ſubſid. q. 61. num. 37. 38. 39. 40. 41. fol. 184. To. 15. p. 2. tr. nou.

Et prædicta multò magis confirmantur ex argumentis plenè traditis per Alban. in d. eius tract. de immu. Eccleſ. per tot. & in addit. ad Bar. in l. hæres abſens, in prin. nu. 3. & ſeq. de iud. ad probandum bona translata in Eccleſiam, etiam eximi debere ab oneribus ordinarijs priùs impoſitis, licèt nunc de eis non ſit quæſtio.

BE-

Memini etiam, quòd circa annum 1570. cum Communitas Treuilij conqueſta fuiſſet apud Excellentiſs. Regiũ Locumtenentem, quòd impedita foret in exigenda ſolita onera ſuper bonis translatis in Eccleſias à perſonis regiſtratis, & Sua Excellentia remiſiſſet negotium Excellentiſs. Senatui, vt nos ſimul cum alijs colligiſſemus, quæ dici poterant, & conſueuerant contra Eccleſias ſuper ſingulis oneribus, & præſertim ſuper menſuali, noluit vnquam Senatus manum apponere, ſed voluit conſulere Suam Maieſtatem, facta ad eum plena omnium relatione, vt dictum fuit: ſed poſtea nunquam aliquid reſponſum, vel reſolutum audiui, ſed immò perſeueratum in præſeruando Eccleſias ab extraordinarijs, vt ſupra.

Secundò, non obſtat ſtatutum nou. incip. Omnes domus, ſub Rub. Quòd bona cuiuslibet ſint obligata pro fodris, taleis & oneribus, lib. 1. fol. 18. iuncto alio ſtatuto incip. Item, quòd prædicta, ſub eo tit. Ex quibus habetur, quòd ſi bona aliquorum ſubditorum perueniant in dominium ſubditorum iuriſdictioni communis. Non ſint, & intelligantur adeò obnoxiata communi Nouariæ, quod ſuper eis poſſit exigi tàm fodrum, quàm alia ſpecialis præſtatio, ſicut ſi onus eſſet merè reale, & impoſitum rei tantùm, & non perſonæ pro rebus quorum virtute prætenditur, bona omnia fuiſſe effecta tributaria; ideò locum habere cautelam à Bart. traditam contra Eccleſias, in d. l. reſcripto, §. fin. de muner. & hono. Quia in primis aduertendum eſt, differre, quòd bona fiant tributaria, vt conſuluit Bart. & quod tantum decernantur obligata, vt hic, vt monet Caſtren. in l. placet, nu. 7. in fin. verſ. Si autem ſtatutum, C. de ſacroſ. Eccleſ. & Natta conſ. 1. num. 8. & quia licet Caſtr. ibi admittat fieri poſſe per ſtatutum, quòd prædicta intelligantur obligata, & quòd dicantur onera realia, vt etiam viſus eſt probare Ancha. conſ. 304. alias 305. Hoc ſtatutum communis Piſtorij, tamẽ adhuc Caſtr. admittit, quòd poſtquam res peruenit ad Eccleſiam, dicatur id ſtatutum in frau-

fraudem, vt antè dictum fuerat de prędijs effectis tributarijs,
poſt Bald. ibi in verſ. Quartò no. & quod ideò non teneatur
Eccleſia, niſi pro præteritis, vt & ſanxit Senatus in d. eius or-
dine, diei 27. Decemb. 1543. non obſtãte, quòd etiam Lau-
dæ adeſſet ſimile ſtatutum in fol. 58. quo etiam ſtatuto nõ
obſtãte, emanarunt ſupra relatæ litteræ Magiſtrales, à Senatu
approbatæ. Nam verò quatenus ſtatutum nititur de mixtis
oneribus facere merè realia, eſt oppoſitum in obiecto, vt poſt
Bald. monet Caſtren. in l. 2. ſub num. 6. verſ. Sed Bald. C. ſine
cenſu, vel reliquis. Quatenus verò obligat bona etiam pro
futuris oneribus, conſtat, omnem eiuſmodi conatum fieri ad
illaqueãdam Eccleſiam, in quam poſtea bona transfuerint, &
in eius fraudem, vt & fatetur Caſtr. ſe cũ alijs electis ad con-
dendum ſtatuta Florentiæ operam dediſſe in eis ſtatutis con- 2
dendis, in d. l. 2. ſub d. num. 6. verſ. Sed poteſt dici. Cuius
5 etiam fraudis vitandæ cauſa, communiter reprobata eſt di-
cta cautela Bar. de efficiendis bonis tributarijs per ſtatutum,
vt per Bal. in d. l. placet, verſ. Quartò no. & ibi Caſtr. ſub nu.
7. verſ. Vide, per Bal. & Iaſ. in 1. lect. num. 17. verſ. Secundus
caſus, & ſub n. 18. & in 2. lect. nu. 21. & 22. & poſt eum Philip.
nu. 77. & Bald. conſ. 112. col. 3. lib. 2. & Abb. in c. fi. de vita, &
hon. cleric. Rom. in l. ſi publicanus, § 1. de rebus ſub n. 7. vbi
etiam reprobat dictam aliam cautelam obligandi bona pro
futuris collectis de publica, Card. in repet. cap. perpendimus,
col. 30. verſ. Venio ad tertium, de ſent. excom. Fely. in c. Ec-
cleſia S. Mariæ, de cõſtit. col. 28. in 5. quæſt. ſub nu. 49. verſ.
Sed contra dicta, vbi etiam in fine dicit retinendã hãc opi-
nionẽ pro veriori, & ſuſtentabiliori, & admittit Dec. ibidem
col. 27. in princ. ante num. 53. verſ. & iſta opinio, quando hoc
eſſet ſtatutum in fraudem clericorum; quod tamẽ præſumi-
tur, vt in ſupra relatis locis, & præſertim per Fely. dicto loco,
& amplius Salic. in Auth. item nulla, in 1. quæſt. in fi. Cod. de
Epiſc. & Cler. & Aret. in d. l. placet, nu. 1. verſ. Sed aduerte,
Io. de Plat. in l. fi. C. de exact. trib. lib. 10. nu. 3. & omnino Syl-
ua d. conſ. 32. nu. 11. & Purpur. conſ. 483. nu. 6. in fine, & ſeq.
& Ruin. cõſ. 117. nu. 3. in fine, verſ. Et vbi per ſtatutum, lib. 4.

& nu.8.& Alba. nu.8.cõſ.4. 5.6.7. & Theſau. deciſ.134.nu. 5.verſ. Sed aduerte, & Natta cõſ.1.nu. 7. in fine, & Brun.in tract.de conſti.Decretis, & ſtatu.verſ. Tributum,& Capr.regu.96. nu.43. Et in terminis ſtatuti Nouarieñ ſis, & non. cõſt. Mediolani in tit, de oneribus, in princ. Plot.iun.in dicta addi. ad vlt. cõſ. Martini Garrati nu. 13. præſertim attenta obſeruantia, tàm Senatus,quàm Illuſt.Magiſtratus ord. de qua obſeruantia attenta etiam ſuccedunt ea, quæ dicta ſunt ſupra, de amplectẽda illa opinione, in opin. controuerſis,quam obſeruãtia comprobauit, vt etiam in terminis contra ſtatutum faciẽs bona tributaria,ſtãte cõſuetudine contraria pro eccleſiaſticis, tradit Corn. conſ. 205. col. fi. verſ. Ideo dicta dubitatio, lib. 1.

6 Tertiò, nõ obſtat cõſtitutio Mediolani iñ tit. de oneribus, in princ. diſponens, quod acquirẽtes etiam ſi exempti eſsẽt, teneantur ad ſolutionem omnium onerum iis modo, & forma, prout tenebatur ille, cuius erant bona, & in eo loco, vbi ſolui conſuetum fuerat,quia vult bona cum onere ſuo tranſire debere. Nam iam pluries declaratum fuit d. cõſtit. cum ſimilibus ſtatutis vti verè cõditam propter ſolos laicos,vt per Boſſi.de princ.nu. 106. & num. 110. verſ. Et fuit factum prędictum Decretum,nõ afficere Eccleſias de nouõ acquirẽtes, nec in eas trãſire, niſi onera ordinaria iam impoſita,vt ſupra fuit relatum,& ſimiliter etiam declaratum fuit per Senatum pro exemptis ob 12. lib. ſimilem habẽtibus exemptionem ab extraordinariis, vt ea immunitate fruantur etiam pro bonis poſtea acquiſitis,& regiſtratis,non obſtãte decreto, quod bona trãſeant cum onere ſuo,vt in eius litteris diei 2.Iunij 1571. ad Prætorem Cremonę pro Fratribus de Paterno, & rurſus etiam pro Fratribus Confalonerijs contra Communitatem Candiæ, ac Principatum Papiæ, ſub die prima Septembris 1584. rẽferẽte Illuſt. Senat. Boſſio, vt in ordinatione,exiſtente pœnes Secretarium Petranigram,& adhuc in ordinatione pro Minoja pariter exempto, ob 12. lib. ſub die 7. Iunij 1589. allegata pro parte Ciuitatis Nouariæ, & comprobatur à fortiori, ex quamplurimis traditis per Alba in d.tract.de immu.

Eccl.

Eccl. præſertim nu.28.& ſeq.& num.56.& ſeq.& repetitis in dicta addit. ad Bar. in l.hæres abſens, in princ. de iud. prout etiam paſſim indicant Doctor.dum tunc tantum dicũt bona transire in Eccleſiam cum onere ſuo, quando agitur de oneribus merè realibus, ſeu ordinarijs iam impoſitis, vt gloſ. in c.1. verſ. Bonorum, de immu. Eccl.in 6.& in c.1.in verbo vllo ſeruitio, verſ. Alia autem, de cenſib.Bart. in d. conſil.185. col.2. verſ. Ad illud, lib.1. Franc. Luca. in tract. de Fiſco, & priu. eius, in 3.p. princ. num.31. Abb. in d.c.nō minus,col.4. verſ. Aduerte licèt,& verſ.Sed ego diſtinguẽdo, extra de immun. Eccl. Calder. in conſ.7. de conſt.per tot. & conſ.18. de regular. iur.ad fi. verſ.Nec obſtat ſi dicatur,& conſ.2.de cẽſi. col.penul.verſ.Quædam ſunt munera merè realia,& col.ſeq. & poſt eum Socin. conſ.12.nu.1. & ſeq. lib.4. & etiam Curt. Iun. conſ.68. nu.4. Fely.qui plures refert in d.cap. Eccleſia S. Mariæ, in 5.quæſt. in princ. nu. 47. de conſtit. Alba. conſ.8. nu.2. Brun. conſ.44. nu.3. Bero. conſ.150.nu.19.in princ.lib. 3. Alban. in tract. de iure immun. nu.82. poſt t.in l.1.C.de indiction. lib.10. Alcia. conſ.8. nu.9. lib.3.& hac de cauſa laborauit Luc.de Pen. in l.ſi. col.2. verſ. Huius gratia,& ſeq. vſque in fi.C. de exact.trib. lib.10. in oſtendendo, quòd præſtatio illa annua appellata collecta S.Mariæ in certa ſumma quotannis fieri ſolita Baroni, aſſumpſerat naturam tributi,& muneris ordinarij, & ideò tranſire debebat cum bonis ad eam obligatis in Eccleſiam.

Quod onus menſualis ſit extraordinarium.

7 Nec dicatur onus menſualis iam eſſe effectũ ordinarium, cum quotannis, & in quantitate certa, & perpetua imponatur, vt ſatis temerè dicebat, Plot. in conſ.41. nu. 2. & num.39 verſ.Secundò etiam reprobatus à Rauden. in tract. de Analo. lib.1. c.40. in princ. & ſub num.31. & nu.35.& ſeq. vſq; ad nu.58.& nu.93.94.98.99.104.105.106.107.& 108. quia imò ſemper tam à Principe, quàm ab eius Officialibus habitum fuit, & tentum pro extraordinario, vt patet ex Cæſareis litteris ſuæ indictionis, die 10. Septemb. 1547. ex quibus habetur

illud de quo indictum fuiſſe ex præciſa neceſſitate tūc ſub-
orta, licet illas fuiſſet etiam impoſitum, & poſtea ſublatum,
& quantitatē fuiſſe commiſſā arbitrio Cæſarei Locūtenentis,
cui initio cōuenit, qđ de ſuper indicto impoſito ex neceſſitate
belli tradit Iaſ. in d. l. placet, in 1. lect. n. 7. verſ. Super indictū, &
nu. 64. in 2. lect. ſub n. 8. verſ. Super indictū, & nu. 5. l. 4. C. de
ſacroſ. Eccl. Rhaiuder in dicta l. 1. de Annal. c. 15. n. 46. 47. 48.
49, & patet etiā ex eo, quod accepit nomē ſubſidij menſualis,
& ſingulis annis ſemper directæ fuerunt litteræ ad ſingulas Ci-
uitates de perſeuerando etiā pro illo anno in eius ſolutione,
quia aliter prouideri nō poterat præſentib. neceſſitatibus, vt
& refert Raud. d. c. 45. de Annal. nu. 54. in fine, & nunquā fa-
cta fuit lex generalis, quod eſſet onus perpetuum, & limi-ta-
tum, vt aduertit Rauid. d. c. 45. de Annal. nu. 56. Sed immò
conquerentib. populis ſemper data fuerunt bona verba de il-
lud tollendo, vel limitando, ſi vnquam poſſet aliter ſuppleri
neceſſitatibus Status, contrà verò, quando emerſerunt nouæ
maiores neceſſitates, quandoq; duplicatum fuit, quandoque
auctum in ſeptima parte, & quandoq; etiam vltra illud exa-
cta multò maior quantitas; & ſemper in omnibus ſcripturis
appellatum fuit onus extraordinarium, & commiſſum cu-
ræ rationatoris in rebus extraordinarijs, qui tunc erat Augu-
ſtinus Puteobonellus, & retentum pro forma exactionis illo-
rum extraordinariorum, & quando actum fuit de reuocan-
dis exemptionibus, titulo gratuito conceſſis, ſub prætextu,
quòd onera extraordinaria impoſita ex cauſa belli, & cōſer-
uationis Status in tantum creuiſſent, vt eorum ſolutioni, nec
ærarium Principis, nec facultates non exemptorum ſuffice-
re poſſent, in primis actum fuit de onere menſualis, etiam in
executione litterarum Regiarum, datarum die 13. Octobris
1560. in quibus inſeritur relatio, ſeu calculus impoſitionum
extraordinariarum, à quibus Rex iuſſit nullum præſeruari,
niſi qui de iuſtitia deberet, & inter alia ponūtur reſidua men-
ſualis, & taxi equitatus ſemper ſub illa appellatione extraor-
dinariarum impoſitionum; & ſubſequitur ordinatio Sena-
tus diei 23. Ianuarij 1561. decernens, qui ſoluere tenerētur
præ-

prædicta,& alia onera extraordinaria,expreſsè etiam ſe referens ad dictas litteras Regias, prout etiã fuit executioni miſſum, & replicatum in pluribus ordinationibus editis ſuper diuerſis particularibus priuilegijs, & comprobatur ex quotidiana obſeruantia exemptionis conceſſæ ob 12.lib.quæ cum ſit conceſſa ab omnibus oneribus extraordinarijs,vt in cõſiſ. de immu. & iure 12. lib. & per Raud.de Analo. lib.1.cap.22. num.137. ex communi conſenſu totius Status Mediolani, & in ſpecie etiam Ciuitatis Nouariæ, abſque vlla controuerſia, obſeruatur etiam pro menſuali, taxo equitatus, quattuordecim regalibus taxatis pro vtenſilibus hoſpitum, & pro ipſis hoſpitationibus, & æqualantijs earum cauſſa factis, & alijs quibuslibet collectis ſuper æſtimo exigi ſolitis,vt etiam declarauit Senatus in dicta ordinatione 23. Ianuar. 1561. & in alia diei 27.Ianuar.1554.pœnes Secretarium Rochatũ,& Ill.Magiſtratus in litteris, datis pro Alexandro Viſtarino ad Commiſſarium taxarũm equorum in Laudenſi, ſub die 12. Iunij 1569. & in ordinatione facta pro Fratribus Ribrochis in cõtradictorio cum Communitate Pontiſcuroni ſuper mutuis precibus, & reſponſis trãſmiſſis per Prætorem dicti loci, ſub die 10.Februarij 1588. etiam viſis alijs diuerſis ordinationibus per eundem Illuſt. Magiſtratũ factis in materia ſimilium exemptorum, & audito Mich. Angelo Caballo Procuratore generali cõmitatuum,vt fieret ordinatio exemplaris, & ſemel obtruncarentur ſimiles cõtrouerſiæ, vbi declarat exemptionem ob 12.liberos comprehendere exemptionem à mẽſuali, taxo equitatus, expenſis allogiamentorum, cõtributionibus præſidiorum, & quattuordecim regalibus,& quo ad mẽſuale trad. Raud. de Analo. lib.1. cap.40. ſub nu.31. & in terminis exemptionis Eccleſiæ ab extraordinarijs idem Illu. Magiſtratus in relatis litteris diei 11. Iulij 1577. pro Eccleſiaſticis Caſalis maioris,in quibus expreſsè declarauit onera extraordinaria, à quibus bona in Eccleſiam translata eſſẽt pſeruanda, eſſe menſuale, taxas equitatus, duplicationem taxarum, & alia augumẽta, ſalarium Prætoris,Medici,Magiſtri ſcholarum. Idem etiam reperitur obſeruatum in executione pri-

uilegij immunitatis conceſſi Hoſpitali Magno Mediolani pro eius colonis, & fictabilibus ab omnib. extraordinariis, ſub die 1. Iulij 1559. Quibus quò ad menſuale accedit Plot. iun. ad d.conſ. vlt. Martini Garra. num. 13. Quibus ſtantibus, ſuperfluum eſt vlteriùs quærere, quid dicatur extraordinarium, ſecũdùm traditionem Doct. & licèt id ad probandum menſuale eſſe extraordinarium exactè præſtiterit Raud. d. lib. 1. de Analo. c. 40. à num. 35. vſque in finem capituli, cum ſufficiat ex mente Principis, & eius Miniſtrorum, ac Iudicum, & ex communi cõſuetudine, & obſeruantia talia haberi pro extraordinarijs, cum ad Principem ſpectet indicere onus vti ordinarium, vel vti extraordinarium, & de extraordinario facere ordinariũ, l. 1. C. de indict. lib. 10. & plenè probat Calderin. dum tuetur opinionem Bartol. quòd prædicta poſſint per ſtatutum fieri tributaria, in conſ. 2. de cenſib. col. penul. verſ. No. etiam, & ſeqq. & pleniùs in conſ. 7. per totum, de conſti. vbi etiam col. fin. ſub verſ. Doct. Peruſini, dicit idem fieri poſſe per conſuetudinem, quod fieri poteſt per legem, vt & per Alex. conſ. 52. num. 7. lib. 5. & in materia onerum conſuetudo, & communis obſeruantia præcipuè ſit attendenda, Alex. d. conſ. 52. in fine, lib. 5. nu. 4. 5. Soci. iun. conſ. 49. n. 16. lib. 1. & conſ. 75. nu. 16. lib. 4. Oſaſc. decif. 83. in fine, in qua conſuetudine etiam illud eſt obſeruandum, quod licèt menſuale impoſitum fuerit ex ordine Principis, & in certa limitata quantitate, quò ad totum dominium, & repartitum ſuper ſingulis Ciuitatibus, & Terris Dominij: tamen ipſę Ciuitates, & Terræ illud repartitę ſunt ſuper æſtimo ſimul cum alijs extraordinarijs, & impoſitionibus, ſeu taleis ipſarummet Ciuitatum, & Terrarum, tanquam de omnibus idem foret iudicium, omniaq; eiuſmodi onera exigenda forent, tanquã collectæ, & mixtæ onera impoſita perſonæ pro rebus, & modò in vna quantitate, & modò in alia, ſecundũ caſuum exigentiam, quo caſu talis deſcriptio, & exactio facta ſuper æſtimo pro ſolido, & libra ſemper facit, vt dicatur agi de mixtis extraordinarijs impoſitis perſonæ pro rebus, vt per Domin. de S. Geminiano poſt Archidiac. & Io. Andre. in Nouel. in d. c. 1.

circa finem verſ. Tamen ſubdebat, lib. 6. & ibi etiam Franc. colu. 1. verſ. Quid autem ſi ad Eccleſiam, & poſt eos Remig. dicto tract. de charitate ſubſidiaria q. 61. nu. 45. 46. & Salyc. in d. l. placet, col. 2. in fine, verſ. Aut propriè non ſunt realia, C. de ſacroſ. Eccleſ. & omnes relati per Theſ. dicta deciſ. 234. nu. 7. & vt ſimiliter adiudicandum collectam temporalem, & variabilem, ſecundùm quantitatem æſtimi repertam quolibet anno tempore impoſitionis de taxa impoſita antiquitùs Vniuerſitati in certa ſumma annua: & poſtea repartita ſuper æſtimo ſingulorum, cōſiderat Corn. in conſ. 24. col. antepen. verſ. His tamen non obſtantibus, lib. 3. Benefacit Bald ſuper fæud. in ti. de pace cōſtan. col. 5. verſ. Ex his apparet, dum dicit, quod collecta, quandoq; eſt munus merè patrimoniale, vt quando eſt perpetua, certa, & ordinaria; quandoq; eſt munus mixtum, vt quādo non eſt ordinaria, ſed ſecundū emergentes caſus imponitur perſonis pro rebus, quo caſu non tenetur Eccleſia, quia non eſt ſubiecta Communitatibus; vel Dominis temporalibus, ſicut non tenetur ad ſuperindictum,

8 vt C. de ſacroſ. Eccl. l. placet. Et ſic ſemper qualitas collectę iudicatur, ſecundùm tempus impoſitionis factæ ſuper æſtimo, quæ cum quotannis varietur, facit vt de omnibus ſuper æſtimo impoſitis idem ſit iudiciū, & ſemper dicatur agi de munere mixto, nō attento, quod quota Ciuitatis, quò ad Cameram, & alias Ciuitates pro aliquo onere puta menſualis, ſit certa; quia non propterea habet legem perpetuam, nec eſt certa quo ad ſingulares perſonas, cum pro varietate exemptorum, & inhabilium, & ſimilium, ſingulis annis varietur impoſitio, & exactio.

9 Cuius verò damnō cedere habeat portio aliàs ſoluendi pro bonis in Eccleſiam translatis, nō eſt præſentis quæſtionis: ſed ex litteris per Ill. Magiſtratum dari ſolitis ſupra relatis, cōſtat cedere debere damno cęterorum in loco ęſtimatorum, vt & defendit Alba dicto cōſ. 8. præſertim n. 14. & ſeqq. vbi etiam Vincentius Annibal plura addit in ver. ſtatutum diſponens, & ver. libertatem Eccleſiaſticam, quicquid in contrariū niti voluerit Natt. conſ. 280. & conſ. 515. quem in ſpecie repro-

bat Theſau. dicta deciſ.234. nu.3. dicens etiã nunquã vidiſſe eiuſmodi opinionē in practica ſeruari, prout & videre eſt ex ordinationibus, & litteris ſupra relatis, quicquid præſuppònatur in allegata ordinatione Senatus cõtra eum, qui vendiderat Minoiæ exempto ob 12.lib. ſiue ea proceſſerit re non benè defenſa pro venditore, ſiue ex aliquo eius dolo in vendendo, ſiue ex vi regulæ æſtimi Laudæ nimis in hoc vrgentis inter vendentes, & ementes laicos, licet communiter quo ad Eccleſiam non obſeruatæ, vt ſupra, vt verè iniquitatem præferentis, vt per Theſ. dicto loco, & in decreto anni 1491. ex quo translata eſt dicta conſtitutio in tl. de oner. in princ. nec expreſsè loquentis de translatis in Eccleſiam, ſeu in eccleſiaſticas perſonas nomine ipſius Eccleſiæ, nec admittendæ eo caſu vti contra libertatem eccleſiaſticam, vt per Alba dicto loco, & in ſimili Abb. in conſ.26. verſ. Tertio iuxta, & ſeqq. lib.1. nec vnquam admiſſæ per Epiſcopum loci: cũ in legante, vel donante Eccleſiæ eſſet eum de bono opere lapidare, & in vendente ex neceſſitate eſſet afflictionem afflicto addere, &
inopem factum ad maiorem inopiam redigere: & in omni- 8
bus eſſet timidiores eos facere in diſponendo ad fauorem Eccleſiæ, vel cum ea contrahendo. Mediolani 15. Ianuarij 1606.

Celeberrimi, ac Egregij V. I. Conſulti THOMAE GRAMMATICI NEAPOLITANI.

V. I. Conſilium, & Reſponſum Deciſiuum.

Et eſt 102. in ordine inter eius conſilia ciuilia.

EPI-

Statuta quæcunq; laicorum contra Libertatem Eccleſiaſticam, nulla ſunt, in qua Libertate Eccleſiaſtica includuntur coloni, famuli, oblati, ſerui, cuſtodes animalium, & alij quicunq; Eccleſiaſticis deſeruientes.

SVMMARIVM.

1 Statutum ſeu lex, quæ comprimit libertatem eccleſiaſticam, non tenet.

2 Libertas eccleſiaſtica dicitur impediri, dum clerici impediuntur exequi ſibi conceſſa à iure communi.

3 Contra libertatem eccleſiaſticam illa dicuntur, ex quibus clerici timerent, ſiue redderentur timidiores.

4 Clericos audaces eſſe oportet tanquam defenſi ſint à lege Dei dicentis, nolite tangere Chriſtos meos.

5 Libertas eccleſiaſtica dicitur impediri, nedum ſi principaliter, verum etiam ſi ſecundariò quid eſſet contra libertatem ipſius.

6 Seruitores Eccleſiæ gaudent priuilegio Eccleſiæ.

7 Familia clericorum gaudet priuilegio clericali.

8 Perſonæ eccleſiaſticæ dicuntur omnes clerici, omnes de tertio Ordine S. Franciſci, etiam fœminæ, item perpetuò oblati. ibidem.

Oblati gaudent priuilegio clericali, tanquam perpetuò profeſſi. ibidem.

9 Libertas eccleſiaſtica dicitur offenſa, quando fieret aliquid contra priuilegia conceſſa Eccleſiæ, vel eccleſiaſticis perſonis, ſiue à Deo, ſiue à Papa, ſiue à Rege.

10 Cuſtodes animalium Eccleſiæ dantium damna tenentur illa emendare. nu. 11. Et ideo dominus animalium recuperat à cuſtode damnum quod ſoluit damna paſſis. ibidem nu. 12.

11

12

13 Eccleſiæ tenentur ad gabellam plauſtrorum, quæ deſtruunt viam; & etiam ad gabellam portæ.

14 Famulus mercede conductus ab Eccleſia non gaudet priuilegio Eccleſiæ.

15 Seruitores perpetui Eccleſiæ ſunt exempti; & gaudent priuilegio

Eccle-

Eccleſiæ, & non temporales.

16 *Priuilegium conceſſum non extenditur ad ſeruitores mercede conductos.*

Redemptoris gentium ſuffragio repetito. Amen.

REquiſitus à Venerabilibus Patribus Priore,
& Monacis Venerandi Monaſterij S. Nico-
lai, & Cataldi de Ciuitate Licij, ordinis S.
Benedicti; an Ciuitas Licienſis ſuffulta au-
ctoritate Regij priuilegij condendi ſtatuta
inter ſuos ciues, & inibi inhabitantes po-
tuerit ſtatutum condere in fauorem ſuæ baiulationis, quòd
famuli Monaſteriorum, ſeu Eccleſiarum animalia earũdem
Eccleſiarum cuſtodientium, dum damna inferunt ob negli-
gentiã cuſtodię teneantur ad emẽdam ipſius damni necnon
& ad pœnam baiulationis. & prima cõſideratione videbatur
1 dicendum huiuſmodi ſtatutum non tenere: cum eſſet cõpri-
mere libertatem eccleſiaſticam, quod eſt contra tex. in l. pri-
uilegia, & in aut. caſſa. C. de ſacroſan. Eccle. & in c. quæ in
Eccleſiarum, de conſtit. & tenet Cyn. in l. 2. Co. quæ ſit lon.
ſue. Bartol. in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iu. & latè ſcriben.
in d. l. cunctos populos, C. de ſum. tri. & fi. cath. & tantò ma-
gis cum apparet euidẽter derogari iuri, ac libertati eccleſia-
2 ſticæ, ſecundùm Bal. in mar. in ver. Eccleſia, & cum clerici
impediantur exequi ſibi cõceſſa à iure communi præſertim
eo caſu dicitur impediri libertas eccleſiaſtica; ita dixerũt An-
to. de But. & Imo. in d. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, & in c. cum
terra, de elec. Bal. in prædic. l. cunctos populos, & Fulg. in d.
aut. caſſa, & ſubdit Fely. in prædic. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ,
hanc opin. eſſe iuri conſonã, & ideo dixit Bar. & Ang. in l. 1. §.
quæ onerandæ, ff. quarum re. act. non da. quòd illa dicuntur
contra libertatem eccleſiaſticam, & clericorum, ex quibus
3 clerici reddũtur, ſeu euaderẽt timidiores, & idem tenẽt Bar.
& Bal. in d. aut. caſſa, & ſequitur Abb. in c. nouerint de ſen.
excom. Sed ſic eſt, quòd Monaci, & clerici fiunt timidiores,

quod

Digitized by Google

quod deſiſteret, & ſe retraherent ab induſtria animalium, & agriculturę, ex qua etiam vitam ducunt, maximè cum clerici
4 audaces eſſe oporteat, tanquam defenſi ſint à lege Dei, dicentis, nolite tãgere Chriſtos meos, .i. ſacerdotes, vt refert Bal. in d. aut. caſſa allegando gl. in auct. de non alienan. §. vlti. Et videntur præmiſſa procedere, etiam ſi ſtatutum principaliter non diſponeret contra libertatem Eccleſiæ, ſeu perſon arum
5 ipſius, ſcilicet etiam ſi per indirectum, & ſecundariò, prout conſuluit, Pe. de Anch. conſ. 136. & conſ. 185. idẽ tenet. Alex. in addi. ad Bar. 1. d. auc. caſſa. ſubdens aliàs habuiſſe in facto in cauſa Domini Prothonotarij. Et ideo cum ruſtici, ſeu famuli clericorum teneantur pro eo, quod gerunt in eorũ ſeruitio; videtur id in odium clericorum introductum, & ſic per indirectum, vnde videtur dicendum, tale ſtatutum fuiſſe
6 iniquum, & prauum cum non deberent tales pro Domino teneri, vt dicit Bar. in l. ſi pœnes C. de agric. & cenſi. & idem ſequutus eſt Fely. in c. nullus de fo. compe. quod, maximè concedendum eſt, cum aſtricti ſeruitijs Eccleſiæ gaudeant priuilegio Eccleſiæ, per tex. in c. per exemptionem de priui-
7 leg in 6. gl. in cap. clericum 11. q. 1. vbi tenet expreſsè, quod familia clericorum gaudeat priuilegio clericali, ſequitur Barba. in addi. ca. 2. de fo. cõpe. vbi poſt multa aſſignat rationem quòd priuilegium datum clerico, immò datur famulo, qui ſeruit clerico, quod locum habet, ſiue ſeruiat ad tempus, ſiue perpetuò, idem videtur tenere, Bald. in l. 1. & 2. Cod. de Epiſc. & Cler.

Sed premiſſis non obſtantibus contrarium arbitror de iure verius, & præmitto, quod perſonæ eccleſiaſticæ ſunt omnes clerici gl. in c. ſi quis præsbyterorum, de reb. Eccl. nõ alie. quorum appel. veniunt Præsbyteri, Diaconi, Subdiaconi, & alij inferiores, iuxta dicta Spec. in ti. de inſtru. edic. §. nũc verò aliqua, verſ. quod de propoſitis, & nõ. in c. de perſona 12. q. 4. ita Archid. & Io. And. in c. nullus de temp. or. in 6. Imo. in c. nouit. de iud. Item omnes hæremitæ, gl. in c. quod verè, 16. q. 1. & in ca. 2. de for. compe. Item omnes, qui ſunt de Tertio Ordine S. Franciſci, & ſignanter fœminæ, vt per Bar.

in l. 1. ff. de pec. per Bal. in l. officiales, in fi. C. de Epiſc. & Cler. Item Oblati in perpetuum, & dicuntur conuerſi gl. in c. vt lex 27. q. 1. in c. vt priuilegia extra de ſen. excom. & no. Card. in
8 cle. 2. de præben. in 2. q. vbi dicit, oblatos gaudere priuilegijs clericalibus tanquam profeſſos perpetuò deputatos ad vſum piam. Item omnes religioſæ perſonæ profeſſæ, vt ſunt Monaci cuiuſcunq; ordinis approbati. Item Fratres S. Auguſtini, S. Benedicti, S. Frãciſci, gl. in cle. 1. & ibi Card. not. de deci. Abb. in c. cauſa de iudi. vbi dicit, quod Religioſi propriè appellantur Fratres, no. gl. in cle. 1. de relig. do. Item veniunt Monaci, Card. in cle. 2. de præb. in 12. q. & gaudent priuilegijs ipſis clericalibus, vt ſupra. Et ſic cum famuli cuſtodes animalium complecti, aut includi nõ poſſint in prædictis, nõ poteſt allegari ſtatutum aduerſus dictos famulos cuſtodes animalium damnificantes territoria, & ſata aliena cum animalibus
9 Eccleſiæ eſſe contra libertatem eccleſiaſticam, imò daretur materia delinquẽdi vbi animaduerſionem, ſeu mulctam non ſentirẽt, & rectè intuenti illa dicuntur contra libertatem eccleſiaſticam, ſeu perſonas eccleſiaſticas quæ eſſent contra priuilegia conceſſa Eccleſiæ, vel eccleſiaſticis perſonis in priuilegium, ſiue à Deo, ſiue à Papa, ſiue ab Imperatore, ſeu Rege, vt dicit Innoc. in cap. nouerit, de ſen. excom. ſed ſic eſt, quòd cum ſtatutum directè diſponat contra ipſos cuſtodes animalium, & minimè ipſos grauãdo ex factis monachorũ, aut Eccleſiæ, ſ. ex eorum propria culpa, ſeu negligentia, aut malitia in cuſtodiendo animalia, ac permittẽtes ea damnum inferre; nec eadem aliter arcendo, ne damnum inferant; videtur ergo caſu damnum dari per ipſos cuſtodes per l. 1. ff. ſi quadr. pau. feci. dic. & per l. 2. ff. ad legem aquilia Ideo cum cuſtos habeat mercedem ex cuſtodia ipſe debet pariter damnum ex eius mala cuſtodia illatum per animalia teneri; tam ex diſpoſitione Iuris Ceſarei, quàm Pontificij, per l. qui mercedem, & l. ſi de damno, & l. dominus horreorum, ff. locati, per capitulum ſi bos, & capitulum ſi læſerit, & capitu. fin. de iniur. & dam. da. & hoc in tantùm eſt verum, quod emenda-
12 to damno per dominum animalium illud recuperat à cuſto-

de

de ipſorum, quod pro emenda ſoluit, vt inquit Spec. in ti. de
iniur. & dam. da §.2. verſ. in Summa; & ideo dixit Ant. de
Ant. in c. grauem 2. colu. extra de ſen. excom. quod iſti cuſto-
des poſſunt accuſari de dãnis datis in paſcuis prohibitis cum
animalibus Eccleſiæ, & dixit Abb. in ſuo conſ. 6. quod ſi ani-
malia Eccleſiarum perſonarum veniunt ad defenſam laici,
quod tenentur ad fidani, & diffidani; maximè cum Monaci
ipſi negocientur, & mercantur, cum curribus, gualanis, & bo-
bus, nec retinent illos ad vſum proprium tantum; hinc eſt qđ
Eccleſiæ tenentur ad gabellam plauſtrorum quę ſoluitur, qđ
13 plauſtra deſtruunt vias publicas; & ad gabellam portæ, vt per
Bal. in tit. de pa. conſtan. 5. col. §. nos Romanos, & no. in l.
14 placet, C. de ſacroſ. Eccl. maximè cũ famulus mercede con-
ductus ab Eccleſia nõ gaudeat priuilegio, & immunitate Ec-
cleſiæ, & ideo huiuſmodi ſtatutum, de quo quæritur proce-
dit, & tenet, vt not. Archid. in d. ca. 2. 11. q. 1. & in c. Eccleſia-
rum ſeruos, 12. q. 2. Abb. in ca. nullus iudicum, de fo. cõpet.
alias in ca. 2. & facit optimè tex. cum glo. in c. fi. de ſepul. in 6.
vbi priuilegijs religionum non gaudet oblati, niſi ex toto ſint
tranſlati, vt quod religioni ſe, & ſua tradiderint; alias rema-
nent ſub iuriſdictione ordinariorum; ad idem tex. in l. priui-
legia, de priuile. & not. Abb. in c. cum explantare de priuileg.
idem tenet Abb. in c. tuarum 2. col. de priuil.

Et dato abſq; veri præiudicio, quod priuilegium indultum
eidem Monaſterio dum facit dictos Monachos exemptos, in-
cluderet etiam ſeruitores ad intelligendum foret de ſeruito-
15 ribus perpetuis, & non temporalibus; prout ſunt iſti qui ad
tempus ſub certo ſalario inſeruiunt, ita conſuluit Fedc. de ſen.
in ſuo conſ. 6. alias 153. & Io. in. Por. in ſuo conſ. incip. om-
nipotentis Dei poſtulato ſuffragio 4. col. & not. Rom. in ſuis
ſingu. in ver. priuilegium. Bar. in ſuo conſ. 37. quidam Cola
Pauli; vbi in terminis decidit, q. Immò, & plus priuilegium
conceſſum alicui, licèt extendatur ad familiares, ſeu ſeruito-
16 res, non tamen extendetur ad ſeruitores mercede condu-
ctos; ita voluit Archid. in c. clericum 12. q. 2. & Abb. in d. c.
2. de fo. compe. & licet gl. in d. ca. clericum, videatur indi-
ſtinctè

ſtinctè tenere familiarem gaudere priuilegio domini, tamen quia vtitur verbo mancipijs, intelligitur de perpetuis, & non temporalibus, vt benè enucleat Fely. in d. c. 2. de fo. compe. reſpondendo ad l. 1. & 2. de Epiſc. & Cler. alias quod communis opinio videtur in contrariũ non eſſet tenenda per tex. in c. per exemptionem, de priuileg. in 6. vbi in oblatis Eccleſiæ, quorum vita habet aliquid ſpiritualitatis, requiritur qualitas perpetuitatis, quantò magis in famulis ruſticis nihil habentibus ſpiritualitatis requirenda eſt, vt priuilegio gaudeat perpetuitas; quod maximè procedit cum ſtatutum prædictum pœnam imponat cuſtodi, ex proprio delicto, & non ex facto Monachorum; ideo validum & iuſtum eſt; nec militat dictum Bar. in l. ſi pœnes, C. de agri. & cen. lib. 11. dum voluit per indirectum non poſſe ſtatui contra eccleſiaſticam libertatem, quòd coloni pro rebus Eccleſiæ teneantur tributa ſoluere, & licèt dictum illud Bar. in ſe ſit verum tamen nihil ad caſum, cum ibi appareat id ſtatutum in odium clericorum, quod non eſt hic, & idem etiam ſentit Felyn. in d. c. 2. de fo. compe. colum. 2. vel & ſic cum multetur cuſtos ob propriam culpam, vt proprij delicti auctor, ergo, &c. maximè cum cuſtos ipſe nedum teneatur ad pœnam, ſed ad emendam damni, & non dominus animalium per l. qui mercedem, cum l. ſequen. ff. loca. allegata; ideò non poteſt dici derogatum libertati Eccleſiaſticæ; aut priuilegio in aliquo per dicta plenè in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſti. & ibi plenè Felyn. columna vigeſimaſeptima. Ex quibus omnibus concludo meo iudicio, ſtatutum huiuſmodi ſubſiſtere, cum aliquid contra libertatem Eccleſiæ non contineat.

(?)

Thomas Grammaticus.

Ce-

Celeberrimi, ac Præſtantiſs. V. I. Conſulti
IOANNIS BAPTISTAE PLOTI PATRITII NOVARIENSIS.
V. I. Conſilium, & Reſponſum Deciſiuum.

Et eſt 19. in ordine in ſuo conſiliorum libro.

EPITOME.

Conſtitutio dominij Mediolanenſis, tit. de oneribus §. Collegiſs, de non alienando rem immobilem in non ſubditum, niſi data fideiuſſione, &c. locum non habet contra perſonas eccleſiaſticas, nec includit Eccleſiam, Hoſpitalia, loca pia, Collegia Eccleſiaſtica, Monaſteria, &c. nec vllo modo afficere poteſt, nec valet Notarios rogantes inſtrumenta tranſactionum in ſupradictas perſonas Eccleſiaſticas, Collegia, Monaſteria, & alia huiuſmodi.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutionis pœnalis Dominij Mediolanenſis prohibentis bona alienari non ſubdito verba formalia.*

2 *Perſonæ appellatione non venit communitas, nec Eccleſia, nec hoſpitale, neque locus.*

3 *Legare perſonæ aliud eſt, & aliud loco.*

4 *Eccleſia aliud eſt, aliud perſonæ in Eccleſia.*

5 *Argumentum à correlatiuis valet etiam in pœnalibus, & eſt communis.*

Prohibita venditione ſub pœna, ne fiat per Collegium perſonæ non ſubditæ, videtur etiam prohibitum aliud Collegium non ſubditum coire.

6 *Conſtitutio & ſtatutum pœnale loquens in perſonam requirit dolum,*

nec

Digitized by Google

nec ſufficit lata culpa; & infra, num. 106.

7 Verbum, non audeat, quid denotet.

8 Conſtitutio pœnalis Mediolani Dominij, vbi fit alienatio in non ſubditum puniens non ſolùm contrahentes, ſed etiam notarios, intelligitur, vbi ſit dolus malus, adeo quòd lata culpa non ſufficit, & infra, num. 106.

9 Ignorare leges non eſt dolus.

10 Vniuerſitates, & particulares non ſubditi contrahentes, quando excuſentur ob ignorantiam ſtatuti, & infra nu. 79.

11 Eccleſia, & perſonæ eccleſiaſticæ etiam non ſubditæ, impunè poſſunt acquirere, & eſt communis.

12 Statuta laicorum contra libertatem eccleſiaſticam non valent.

13 Eccleſia, & perſonæ eccleſiaſticæ, tam reſpectu rerum Eccleſiæ, quàm patrimonialium impunè alienant non ſubdito.

14 Cardinalis, & Epiſcopus nõ comprehenduntur in diſpoſitione pœnali, niſi in ſpecie nominentur.

15 Cardinales ſunt pars Papæ.

16 Diſpoſitio generalis non comprehendit, quæ ſunt ſpeciali nota digna.

17 Forenſis non ſoluens onera alienãs alteri forenſi, non tenetur ad pœnam, & num. 18.

18 Bona ſemel diſpenſata, vt alienentur forenſi, poſſunt impunè ſemper alienari forenſi.

19 Res inalienabilis inter certas perſonas, ſemel effecta alienabilis, perpetuò durat alienabilis.

20 Hypotheca quando poſſit forenſi impunè conſtitui.

21 Dotis cauſa quando impunè bona poſſint alienari forenſi.

22 Pœna ob alienationem factam forenſi, locum non habet, vbi contractus eſſet aliàs nullus.

23 Ex actu nullo, & fruſtrato non cauſatur pœna.

24 Pœna ob alienationem in forenſem non procedit, vbi alienatio eſt facta ſub conditione, ſi Princeps conſenſerit, & eſt com. opi.

25 Feudatarius & emphyteuta alienando ſub conditione ſi domino placuerit à caducitate excuſantur.

26 Pœna locum non habet in contractu conditionali, vbi nõ venit conditio, vel ſi venit, non ſubditus reperitur tunc ſubditus.

27 *Paria ſunt, nihil fieri, vel fieri ſub conditione, quæ non fuit purificata.*

28 *Bannito poteſt legari, & hæreditas relinqui ſub conditione, ſi habuerit gratiam.*

29 *Pœna an locum habeat, vbi non ſubditus acquirens fit ſubditus ante traditionem.*

30 *Pœna ceſſat, vbi forenſis acquirit vigore ſtatuti, vel edicti.*

31 *Pœna ceſſat, vbi relinquitur forenſi, cum hoc vt vendat ſubdito, & ipſe pretium habeat.*

32 *Pœna ceſſat vbi Princeps diſpenſat, & infra, nu. 43.*

33 *Mulier ſubdita nupta non ſubdito impunè acquirit.*

Mulier non ſubdita nupta ſubdito, impunè acquirit, etiam ſi ſit facta vidua, & poſtea nupta fuerit non ſubdito, & in nu. 116.

34 *Publica vtilitas vbi ſuadet, forenſis acquirit impunè, & nu. 36.*

35 *Publica vtilitas in quacunque diſpoſitione ſemper excepta intelligitur, & nu. 36.*

36 *Forenſis non ſubditus valde diſciplinatus, vel excellens, impunè acquirit.*

Statuta, & leges non ſeruantur ob fauorem hominis excellentis, & num. 23.

37 *Statutum Bononiæ, quòd forenſis non legat de mane, non procedit in forenſi excellenti.*

38 *Statutum Collegij Iuriſconſultorum, & Medicorum, quòd nullus in eo recipiatur, niſi ſit de antiqua parentela; & alias qualitates habeat, non procedit contra excellentem qualitates illas non habentem.*

39 *Subditus ratione originis, vel domicilij aut incolatus impunè acquirit.*

40 *Statutum Bononiæ quod nemo habeat officium niſi ſit Ciuis Bononiæ, habens in ea domicilium, poterit habere dictum officium licèt non ſit originarius.*

41 *Subditus propriè dicitur ratione domicilij.*

42 *Ciuilitas originis, & incolatus, quomodo transeat ad deſcendentes.*

43 *Contractus factus cum non ſubdito, ſi à Principe confirmetur, ceſſat pœna, & quid debeat exprimi in precibus, & ſup. nu. 32.*

44 *Beneficium, aut prælaturam habens ſit ciuis, & impunè acquirit.*
45 *Pœna alienationis prohibitæ in forenſem ceſſat ubi eſt caſus mixtus, id eſt, cum alienatione prohibitâ concurrat alienatio licita.*
Forenſi quando dari poſſint bona in ſolutum.
46 *Caſus mixtus non comprehenditur ſub ſimplici prohibitione.*
47 *Hæres præcepto teſtatoris alienando, quando non puniatur.*
48 *Pœna non habet locum, ubi alienatur forenſi ex neceſſitate.*
49 *Neceſſitas non habet legem.*
50 *Cauſa qualibet & credulitas à pœna, & à dolo excuſat, etiam ſi plenè non probetur.*
51 *Princeps donando, vel alienando non ſubdito, videtur tacitè cum eo diſpenſare.*
52 *Pœna ceſſat in contractu facto ante ſtatutum, vel poſt ſtatutum, ante tamen eius publicationem.*
53 *Forenſis impunè alij poteſt acquirere.*
54 *Forenſis an impunè poſſit acquirere res maiorum ſuorum, & n. 39. 40. & 41.*
55 *Statutum Veronæ prohibens forenſem acquirere, an cenſeatur prohibere acquiſitionem legalem.*
56 *Conſtitutio Mediolani impedit acquiſitionem legalem contra non ſubditum, excuſatur tamen Notarius à pœna, & nu. 57.*
58 *Forenſi quando poſſint bona impunè locari, & nu. 62. & 63.*
59 *Locatio ubi ſit ad decennium vel ultra, transfertur utile dominium.*
60 *Emphyteuta irrequiſito domino non poteſt rem ad longum tempus locare, aliàs cadit à iure ſuo.*
61 *Alienare qui non poteſt, quando poſſit locare ultra decennium.*
62 *Locatio facta forenſi, vel de rebus Eccleſiæ ultra triennium vel decennium, vel cum clauſula de triennio in triennium, an teneat & nu. 63.*
63 *Locatione facta ad decennium cum pacto quòd non transferatur dominium, tunc non transfertur.*
64 *Alienatio momentanea facta forenſi non punitur.*
65 *Carceris priuati pœna non habet locum in carceratione momentanea.*
66 *Momentanea communiter nō puniuntur, nec conſiderãtur, & n. 67.*

67 *Sta-*

67 Statutum pœnale contra portantes vinum, vel bladum in tali loco, non habet locum vbi in eo portantur, vt ad alium transferantur locum.

68 Emphyteuta alienans, & incontinenti redimens non punitur.

69 Alienari prohibita extra familiam: poſſunt alienari cum hoc quòd in continenti reſtituantur familiæ.

70 Subditus origine paterna, puta Mediolanenſis, licet ipſe ſit Bononienſis impunè acquirit.

71 Subditus, vel ciuis ex priuilegio Principis impunè acquirit.

72 Forenſi res immobilis modica impunè alienatur.

73 Statutum volens denuntiari maleficia, non habet locum in leuibus maleficijs.

74 Statutum imponens pœnam comburenti domum, locum non habet in comburente domunculam.

75 Filius non ſubditus filijs ſubditæ impunè acquirit.

76 Filius vel filia in prohibitione alienationis non comprehenditur niſi nominatim de eo dicatur.

77 Statutum, quòd non ſubditus non acquirat, vel quòd nupta extra iuriſdictionem non ſuccedat, quando comprehendat filios, vel filias, & ſupra, nu. 73. & 74.

78 Filius, ac filia debent nominatim, & in ſpecie exhæredari.

79 Forenſes acquirentes quando excuſentur ob ignorantiam ſtatuti, & ſupra, nu. 5.

80 Legatum forenſi impunè, quando fieri poſſit.

81 Forenſis acquirens, vt vendat ſubdito, impunè acquirit.

82 Pœna conſtitutionis, & ſtatuti locum non habet, niſi prius probetur eius qualitas, & ſic quòd acquirens ſit forenſis.

83 Studij fauore impunè dari poſſunt annui redditus non ſubdito.

84 Alimentorum ratione non ſubdito relinqui poteſt.

85 Cauſa alimentorum eſt cauſa pia.

86 Probare an debeat fiſcus, vel alius agens ad pœnam, quòd non ſubditus acquiſiuit abſque Principis diſpenſatione, & nu. 87. 88. & 90.

87 Contractus licèt regulariter ſit prohibitus, in dubio tamen præſumitur validus.

88 Matrimonium vbi non debet fieri ſub pœna ex forma ſtatuti, vel teſtamen-

ſtamenti, niſi cum conſenſu patris, vel agnatorum, ſi reperitur factum & agatur ad pœnam, agens ad pœnam, negatiuam probare debet; aliàs cum conſenſu factum præſumitur.

89 Fundans ſe in lege vel ſtatuto, eius qualitatem probare tenetur.

90 Negatiua quomodo probetur.

91 Notarius matriculatus per libri inſpectionem probatur.

92 Principis diſpenſationes, impoſſibiles, ſeu difficiles præſumuntur.

93 Alienatione facta forenſi non eſt pœna, vbi eſt aliqua iuſta cauſa, vel credulitas etiam fatua; & vide exempla, nu. 98.

94 Credulitas etiam fatua excuſat à dolo, & à pœna. & nu. 191.

Dictum vnius excuſat à dolo, & à pœna, & ab expenſis, & calumnia, & nu. 95. cum ſequentibus.

Teſtis vnius dictum à dolo, & à pœna excuſat, & nu. 95. cum ſeq.

95 Scire pro certo quis dicitur, quando ab vno fide dignò audiuit.

96 Teſtes dicentes ſe ſcire illud quod ab homine bonæ famæ audiuerunt de falſo puniri non poſſunt.

97 Statutum puniens accuſatorem nō procedit, vbi vnū teſtem habuit. Decretum Mediolani puniens in expenſis duplicatis accuſatorem non habet locum, vbi habuit vnum teſtem, vel ſemiplenam probationem, nec vbi eſſet fama, & infra, num. 100.

98 Forenſi impunè alienatur, vbi erat fama, quòd erat diſpenſatus à Principe, vel vbi reputabatur communiter ſubditus, vel ſic fuiſſet fama, quòd eſſet ſubditus, vel vbi eſſet fama, quòd homines terræ forenſis haberent diſpenſationem Principis acquirendi.

99 Fama excuſat à pœna, expenſis, & calumnia, & ſupra, nu. 98.

100 Statutum puniens accuſatores non probantes, non procedit, quādo ſemiplenè probarunt, & ſupra, nu. 93. & 98.

102 Forenſibus toleratis poſſidere, & acquirere, poteſt impunè alienari, & nu. 106.

103 Statutum puniens receptantem bannitum, non comprehendit receptantem bannitum toleratum à Principe.

104 Bannitus à Principe toleratus, non poteſt impunè offendi.

105 Bona fides etiam ex iniuſtis cauſis cauſata excuſat.

107 Dolum malum excuſat qualibet cauſa, etiam beſtialis, & iniuſta.

107 Forenſis impunè acquirit, vbi eſt ſibi damnoſum, & vtile ciuitati.

109 *Forenſis ubi habet ſolam facti poſſeſſionem non tenetur ad pœnam.*

110 *Forenſi alienantur mobilia, & ſe mouentia, & nomina debitorum, & nu. 114.*

111 *Statutum loquens de immobili, videtur excludere mobilia.*

112 *Statutum de immobili loquens, vel hæreditate, vel de immobili, & annuo reddito, intelligitur de hæreditate, quò ad immobilia, tantùm, & de annuo redditu quò ad immobilia tantum.*

113 *Determinatio vna reſpiciens plura determinabilia, debet æqualiter determinare.*

114 *Statuti Brixiæ, & Nouariæ, quod nupta extra territorium non ſuccedat, declaratio, & nu. 115.*

117 *Mulier forenſis origine efficitur de domicilio viri.*

118 *Mulier donec in viduitate perſiſtit viri domicilium retinet.*

119 *Mulier non ſubdita nupta ſubdito effecta vidua, & poſtea nupta non ſubdito, retinet tam per eam acquiſita, dum eſſet ſubdita in loco mariti ſubditi.*

120 *Statutum pœnale vſu non receptum, allegari non poteſt.*

121 *Forenſi ſocio ſubditi, vel ſimul cum ſubdito, an poſſit impunè acquiri.*

122 *Contractus illiciti excuſantur à conſuetudine quò ad pœnam temporalem.*

Conſuetudo etiam mala excuſat contrahentes, & delinquentes homicidas, & falſarios à pœnis temporalibus.

Ieſu Filij Dei Omnipotentis, & eius Sacratiſsimæ Virginis Diuinis nominibus inuocatis.

1 CASVS, ſuper quo petitur conſilium à me Io. Baptiſta Ploto Doctore Vrbis Nouariæ, ſic ſe habet. In Mediolani dominio adſunt nouæ conſtitutiones Cæſareæ editæ à Diuo Carolo Quinto Imperatore, ſub rub. de pœnis §. Collegijs, quibus cauetur in hunc modum. *Collegijs, Vniuerſitatibus, & deniq; omnibus cuiuſuis ſtatus, & conditionis ſint, interdictum eſt, per ſe vel per perſonas interpo-*

ſitas directè, nec per indirectum vendere, nec alienare, nec etiam per quamcumque vltimam voluntatem exp reſſam, aliquam rem immobilem alicuius territorij huius dominij mediatè, vel immediatè nobis ſubditi, nec annuum redditum aut eorum vſumfructum, in perſonam huic dominio nõ ſubditam, ſub pœna amiſſionis rei ſic vendita, vel alienatæ, vel pretij eiuſdem, bonaquæ res, & pretium ipſo iure, & facto in fiſcum perueniant: Contractus, & alienationes non valeant, ſintq; nullius momenti. Notarij contra formam præſentis conſtitutionis inſtrumenta rogare non audeant ſub eadem pœna; quam ſi ſoluendo non erunt, puniantur in perſonam arbitrio Principis, vel Senatus; per hanc tamen ſanctionem non prohibetur quin in contractibus faciẽdis inter ſubditum & non ſubditum hypotheca conſtitui poſſit. Non prohibetur etiam non ſubdito accipere bona debitoris ſui in ſolutum, vel ab eo, vel à Iudice, dummodo intra annum ſubdito vendat, alioqui fiſco applicentur; Si contingat contra vel præter hanc conſtitutionem per Principem, vel Senatum diſpenſari, hæ diſpenſationes intra decem dies apud Quæſtores extraordinarios regiſtrari debent, aliàs nullius ſint momenti. Eo amplius ſancitum eſt, quòd nõ ſubditi huic dominio alicui ſubdito ab inteſtato ſuccedere non poſſint.

Et quia fiſcus Mediolani, ac Nouariæ indies agit ad pœnã, tam contra Notarios rogantes inſtrumenta contra formam dictæ Conſtitutionis, quàm etiam contra nõ ſubditos acquirentes bona contra formam prædictæ conſtitutionis; & pendẽt ſuper hoc plures proceſſus criminaliter facti, rogatus fui à prædictis, vt in ſcriptis ponerem cauſas quibus à prædictis pœnis criminalibus ſe tueri poſſint. Et volens ego Io. Baptiſta Plotus. I.V.D. Nouariæ, eiſdem morem gerere dico in caſibus infraſcriptis dictam conſtitutionem locum non habere, & per conſequens prædictas pœnas non procedere contra Notarios, nec contrahentes.

Primò, ipſa conſtitutio, & eius pœna locum nõ habet vbi
2 alienatur in Eccleſiam, vel Hoſpitale, aut in Pium locum, vel in Collegium Eccleſiaſticũ, ſeu ſæculare, ſeu Monaſterium, ſeu in aliquam Vniuerſitatem, etiam non ſubditam, & ſæcularem; quia illa verba conſtitutionis: in perſonam huic dominio non ſubditam, non comprehendunt pia loca, nec Communi-

munitatem, nec Vniuerſitatem etiam ſæcularem; quia appellatione perſonæ non venit Communitas, nec Vniuerſitas, nec locus. Deci. in l. ſi familia, col. 2. num. 2. verſ. ſed tamen ff. de iur. om. iudic. text. & Doct. in auct. Item nulla Cõmunitas. C. de Epiſc. & Cler. Bal. in rub. Cod. ad Trebel. Rom. in conſ. 195. in caſu, & conſ. 400. quæritur, ſic & ſtatutũ Pontiſterij, ſiue Ponteſtinerò Comitatus Burgundiæ, volens ſub pœna non alienari in perſonam non ſubditam, nec in perſonam, quæ non ſoluat onera, nec poſſe ei legari, non comprehendit Eccleſiam, nec Hoſpitale, nec loca ſimilia, quę non veniunt appellatione perſonæ, & ita conſuluit Bald. conſ. 132.
3 caſus, quidam vocatus, col. 2. verſi. primo quia, vol. 3. Aliud enim eſt legare perſonæ, aliud loco, l. annua à Titio ff. de annui. leg. l. metum, §. animaduertendum, ff. quod met. cauſ. & not. in c. 1. de ſepultu. & in clemen dudum §. verum, de ſepul. Perſona enim dicitur eo, quod per ſe ſonet, & ſic eſt res animata, & perſona eſt animata ſubſtantia; locus verò, & Communitas non eſt res animata, & Communitas non dicitur habere animam: vnde propriè loquendo vacãte ſede non deeſt Eccleſia, ſed perſona; ſic & mulier dicitur vacans, quæ eſt ſine marito, tamen in ſe proprium eſſe habet, l. qui cætu.
4 §. qui vacantem, ff. ad legem Iul. de vi. & aliud eſt Eccleſia, aliud perſona in Eccleſia, capi. requiſiuiſti, de teſtam. l. ſicut
5 §. fi. ff. quod quiſque vni. no. Et licèt credam de iure ſtante dicta conſtitutione Dominij Mediolani, prohibente Collegijs, & Vniuerſitatibus ne alienent in perſonam nõ ſubditam comprehendi etiam Collègia, & Vniuerſitates, & Communitates ſæculares nõ ſubditas, vt eis nõ poſſit alienari, nõ quia veniant appellatione perſonæ, ſed ratione correlationis; quia prohibitis Collegijs, & Vniuerſitatibus ne alienent, videntur etiam prohibita Collegia, & Vniuerſitates ſæculares nõ ſubditæ ne acquirant; & hoc propter naturam correlatiuorum; quia militat eadem ratio cõſtitutionis fauoris publici, ne bona eant in nõ ſubditos Bar. Io. de Platea, & alij Doctores in l. 1. C. de cupreſ. lib. 11. & hæc eſt communis opinio, licèt de emptore nõ fiat mentio; quòd prohibito collegio vendente,

vel alio venditore, quòd cenſetur prohibitum collegiũ emẽs, & alius emptor, licèt de eo non fiat mentio; Do. Nicola. Eueraldus in loco 76. ibi locus à correlatiuis: Abbas Panor. c. quia clerici, de iur. patro. Fabia de Monte S. Sabini, in tracta. de empt. & vendi. in q. 2. princi. Iaſ. & Docto. in l. fi. na. C. de indicta vidu. tollen. Bal. in l. conuenticula, C. de Epiſc. & Cler. tex. & Doct. in l. fi. C. de acceptil. & dixi latè in repet. l. ſi quan-
6 do, num. 203. verſ. & ſicuti, C. vnde vi, tamen adhuc dico, quòd licèt contractus factus, cum Vniuerſitate non ſubdita, & loco non ſubdito, in quam & in quem fiat alienatio, non valeat, ſtante dicta conſtitutione ex argumento correlatiuorum, quòd nihilominus Notarij rogantes dicta inſtrumenta, & dictæ vniuerſitates excuſantur à pœnis predictis: quia dicta conſtitutio loquitur per verbum: Notarij contra formã præ-
7 ſentis conſtitutionis inſtrumenta rogare non audeant. Et verbum, audeant, denotat dolum malum, & contemptum, Innoc. & Doctor. in cap. cum medicinalis, de ſenten. excommunic. Doctor. in l. ſi quis in tantam furoris audaciam, C. vnde vi. Ioan. Bertahl. in repe. in verb. audeat.

8 Item dicta conſtitutio loquitur in perſonam dũ dicit: Notarij contra formam præſentis conſtitutionis inſtrumẽta rogare nõ audeant; quo caſu lex vel ſtatutum loquens in perſonam ponendo pœnam, intelligitur vbi fit dolo malo, adeo quod non ſufficit lata culpa. Bar. l. 1. §. nõ autem, col. 2. nu. 2. verſ. iuxta hoc quæro, & verſ. ideo putarem, ff. ſi quis teſta. lib. eſſe ius fue. Ioa. Pet. de Ferra. in formalib. pro turba poſſ. in Glo. verſ. & in ea nititur, num. 2. verſi. pone quod ſtatuto Bar. & Docto. in l. ſed & ſi lege, §. ſcire, ff. de peti. hæred. & in l. cum lex, ff. & fideiuſſo. & in capi. cum contingat, de iureiurand. & dixi in d. l. ſi quando, numero 331. verſ. & pro prædicta, C. vnde vi. Ergo Notarij Dominij Mediolani rogantes inſtrumenta alienationum factarum per ſubditos Dominij Mediolani, vniuerſitatibus, & communitatibus, & locis non ſubditis Dominij Mediolani, excuſantur à prædictis pœnis: ex quo dum decretum, & conſtitutio prohibet alienationes in perſonam non ſubditam, potuerunt probabiliter credere,

quòd

quòd appellatione perſonæ non comprehenderetur cõmunitas,& Vniuerſitas, Dec.in d.l.ſi familia, numero 2.verſ.ſed tamen, ff. de iuriſd. omnium iudi. & dixi ſuprà latè; Et licèt Notarij ignorauerint dictum argumentum à correlatiuis; excuſantur; quia per hoc non dicuntur fuiſſe in dolo, nec feciſſe, nec rogaſſe in contemptum; cùm non ſit dolus ignorare argumentum prædictum à correlatiuis, maximè cùm ſu-
6 per eo diſputent Doctores, quia ignorare leges nõ eſt dolus. Alciat.præceptor meus in tracta; præſumptio. in 3.reg. prin. præſumptio.in præſump.31. num.6. verſ. & an ignorans Iac. But.Bar. & Bal.in l.leges ſacratiſſimæ, C.de legi. Docto.in l.lata culpa, ff.de verb.ſignific. & dixi in d.l.ſi quando, nu. 257. verſic.& licèt, C.vnde vi. Hoc tamen vltimum cenſeo limitandum iuxta per me tradita in l.ſi quando nu. 258. verſ. pri-
10 mò quotieſcunque ignoratur,&c.cũ ſeq. Dictæ autem vniuerſitates,vel cõmunitates nõ ſubditæ acquirẽtes excuſãtur etiam à prædictis pœnis,ex quo cum ſint foreſes præſumuntur ignoraſſe dictas conſtitutiones, & de eis habere probabilem ignorantiam, Cur.Sen. conſ.27. Magnificus nu. 18. verſ. reſtat. ibi, ſecundo præmitto, Roman. conſ. 228. pro plena, col.7.num.2. verſ. primo quia, & conſ. 251. clariſſimè, nu.3. verſ. ſolius, Dec. conſ.19. & pro tenui, col. 2. ibi licèt in delictis Bart.l.cunctos populos, colum.7. num.21. verſ. Secundò quæro, in fi. ibi, aut non eſt ita generaliter, & ibi not. Iaſ. nu. 67. verſ.ſecunda principalis C.de ſumma trin.tex. in l.fi.C.de decre.ab ord.facien.& dixi latè in d.l.ſi quando,nu.332.verſ. hinc infertur, C.vnde vi.

11 Secundò,dicta conſtitutio,& eius pœna locum non habet ſi alienetur in Eccleſiam,vel in perſonam eccleſiaſticã,etiam non ſubditam,vel in Hoſpitale,vel in locum Pium,etiam non ſubditũ: quia Eccleſia, & perſonæ Eccleſiaſticæ poſſunt acquirere non obſtante dicta conſtitutione,& non obſtãte quo-
12 libet alio ſtatuto:ex quo Eccleſia, & clerici,& perſonæ eccleſiaſticæ eis non ſubiacent nec eis ligantur; & eſſent ſtatuta, & conſtitutiones contra libertatem eccleſiaſticam, quæ nõ valerent,& eſt communis opinio,tex.in c.Eccleſia S.Mariæ, vbi

Fel.

Fel.num.88. verſ.nonò quæro,& ibi alij Docto.& in c.quæ in Eccleſiarum,de conſtitution. l.filiusfamilias,§.diui,vbi Ripa nu.81.& 83. & ibi alij Doct.ff.de leg.1.Bal.d. conſ.132. caſus vol.3. Ioan. Andr.in cap. fi.& ibi Domi. & alij Docto. de immu.Eccleſia in 6.Bar.d.§.diui,colum.3. verſ.ſecundum punctum, & ibi Ang.& Imo.per Bar.in l.fi.prope fin. verſ.ex hoc concludit. C.de ſacroſ. Eccl.& in l.dudum, C. de contrahen. empt.& in l.fi.C.de exact.lib.10. Abb. Pan.in c. relatum, el. 1. nu.5. de teſta.Ang.in conſ.48. quidam Franciſcus, Abb.Pan. conſ.26. quidam officiales, col.2. Federi.conſ.45. ſtatuto D. Ant.in c.tua nuper, per illud tex. de decim. D.Abb.in c.à nobis, el.1.de ſen.excom.& hæc eſt communis opin.vt dicit Fel. in d.c.Eccleſia Sanctæ Mariæ, num.88. verſ.nono quæro, de conſtit. Dec.conſ.114. diuino, & col. pen.

13 Tertiò: dicta conſtitutio, & eius pœna locum non habet, vbi clericus Dominij Mediolani,vel Eccleſia alienaret nõ ſubdito, ſiue decretum, & conſtitutio loquatur in rem, ſiue in perſonam;quia ſtatuta laicorum nõ ligāt clericos ex defectu auctoritatis, & poteſtatis; nõ enim datum eſt ius recuperādi illis, quos obſequendi manet neceſſitas c.bene quidẽ,96.diſt. c.cum laicis, de reb.Eccl. nõ alie.c.Eccleſia S.Mariæ,de conſtitutio. & iſtud dicit in terminis Ripa lib.1. reſponſo.ſub rubri.de legi.& long.conſuetu. in 2.reſp. c.2.incip.clerici;col.13 in fi. ibi præmiſſis, & Soc. conſ.56. Dominus labia, &c. viſo decreto, vol.1. Et hoc procedit etiam in clerico primæ tonſuræ, & non ſolùm in bonis Eccleſiarum, ſed etiam in bonis patrimonialibus, Iaſ. conſ.121. Dominus Petrus de Canibus nu.1.& 2.vol.1. Ripa dicto reſp.2.num.6. verſ.quinto, quòd ſtatuta, cum ſeq.Alex.in l.cunctos populos, in 5.q. Bar. C.de ſum.Trin.Ripa in d.§.Diui, numero 83. in fin.& in tracta. de peſte,in titu.de præſer.remed.contra peſtem in parte quæ incі: deuenio nunc ad modum, num.122. in 14.q. dixi in d.l. ſi quando, num.189. verſ. è conuerſo venditor.C.vnde vi facit d.c.Eccleſia Sanctæ Mariæ, & c.quæ in Eccleſiarum,de conſti.& tot.tit.extra de immuni.Eccle.& tot.tit.extra de fo.com.

14 & illud ſacræ ſcripturæ Nolite tangere Chriſtos meos, & iſta

maxi-

maximè procedunt in clerico Cardinali alienante, quia non cenſetur comprehenſus in d.conſtitutione nec ſtatuto prohibente alienationem in nõ ſubditum; & ſic ipſe poterit alie-
15 nare non ſubdito, Ripa in d.reſpon.2.num.3. verſ. ſecundo quia. Sunt enim Cardinales pars Papæ, tex.in c.felicis, de pœ-
16 nis, in 6. & ibi Archid. Et quæ ſunt ſpeciali nota digna nunquàm comprehẽduntur in generali diſpoſitione l. item apud §.hoc edictum, ff.de iniur. & eſt deciſum in c. quia periculoſum, de ſenten. excommunicat. in 6. Et pari ratione, etiam non cenſetur comprehenſus Epiſcopus, Ripa d.ver.ſecundo, quia tex. d.c.quia periculoſum,& demum dico, quòd etiam clericus ſimplicis tonſuræ, etiam reſpectu bonorum patrimonialium non cenſetur comprehenſus, ſiue in rem, ſiue in perſonam loquatur conſtitutio, & ſtatutum etiam, quod dicat cuiuſuis ſtatus, &c. Ripa d.reſpon.2.incip.clerici in 1.lib. de leg.& longa con.

17 Quartò: dicta conſtitutio, & eius pœna locum non habet in forenſe, & non ſubdito non ſuſtinente onera, alienantem in alium non ſubditum, & forenſem, quia tunc ceſſat ratio conſtitutionis, & ſtatuti, & publicæ vtilitatis, cui tunc nõ videtur derogatum Ripa. d.reſpon.2. incip.clerici nu.11. verſ. ſed ijs, in 1.lib. reſponſo.de legi. & lõg. conſue. ſtatutũ enim prohibens forenſes emere bona immobilia, exiſtentia in territorio non intelligitur prohibere forenſi vendere; quia ceſſat ratio ſtatuti, & conſtitutionis. ita inquit Bar. in l.multum, ff. de verb.oblig. ſi tamen forenſis, & nõ ſubditus habuiſſet bona inſolutum à ſubdito vel iudice tenetur infra annum ſubdito vendere ad formam dictæ cõſtitutionis, quæ eſt ſeruanda l.cunctos populos, Et ibi Doctor. C.de ſum. trin.

18 Quintò, dicta conſtitutio, & eius pœna locum non habet in bonis immobilibus; ad quæ acquirenda fuiſſet habilitatus, & diſpenſatus forenſis, & non ſubditus; quia reſpectu dictorum bonorum omnes perſonę eiuſdem generis,& ſic omnes forenſes, & non ſubditi, ad illa acquirenda habilitati, & diſpenſati cenſentur, Ripa. d.reſpon.2.incip.clerici nu.13.verſ.
19 quod res inalienabilis, in lib.1. de legib. & long.conſue. Res

enim

enim inalienabilis maximè inter certas perſonas, ſi ſemel effecta ſit alienabilis durat perpetuò alienabilis l.pater filium,§. quindecim ff.de leg.3.& ibi tex. & not.Bar.Iaſ.l.filiusfamilias §.diui, col.7. ff.de leg.1. D.Bar. Caſſane.in conſue. Burgũdiæ in rub.9. Des mainſmortes, rubr.9. L hom̃.e de mainmorte num.47. verſ. ſeptimò limita.faciunt no. per Dec.in conſ.88. col.pen. & finali.

20 Sextò dicta conſtitutio, & eius pœna locum non habet, vt ipſamet expreſsè excipit, vbi tantùm conſtitueretur hypoteca non ſubdito in bonis,& idem de iure comuni,quia per hypothecam nõ dicitur res alienari, tot.ti. ff.de pigno. & hypothe.Iaſ.l.cum dubitatur, nu.83. C. de iure emphyteu. Fallit tamen,vbi conſtitueretur hypotheca,pro tanto quantum valent bona, quia tunc non poteſt non ſubdito conſtitui dicta hypotheca in bonis; & tunc eſt locus dictæ conſtitutioni, & eius pœnæ; cùm non ſit ſpes luitionis, l.qui habebat, vbi Bar. & Nicola. de Neap. per illum tex.ff.de lega.3. Iacobin. de S. Georgi.in tracta.de roidis ſiue operis num.60.verſ.item ſubditi, & num.61. verſ. & Nicolaus Bar. l.rem legatam, ff.de adimen. & transf. leg.& in l.legáta, §. fi. ff. de ſupel. leg. Bald. l. voluntas, C.de fideicom. & in l.fi.C.de reb. alie.non alien. & in l.manumiſſiones, ff.de iuſtit.& iur. Iaſ. latè in l. ſciendum, §.poſſeſſor, num.4. & 5.ff.qui ſatiſd. cog. Bar.in l.in quorum ff. de pignor. Iaſ.d.l.cum dubitatur, nu.83.

21 Septimò dicta conſtitutio, & eius pena locum non habet, vbi fieret alienatio in nõ ſubditum ex cauſa dotis;ex quo non prohibet expreſsè alienationem etiam ex cauſa dotis, prohibita alienatione in forenſem, vel non ſubditum, non videtur prohibita vbi fit ex cauſa dotis, niſi expreſsè prohiberetur etiam ex cauſa dotis. Ripa in d.l.filiusfami.§.Diui, nu.71. vbi alij Moder.& ibi D.Opizon. nu.93.ff.de leg.1. Iaſ.in l.1.in 3.no. & ibi alij Moder. ff.ſolu.mat. Afflict. deciſio 111. verſi. fuit dubitatum, latè ſequitur Cur. Sen. conſ. 26. magnificus, nu.8. ver.capio. & nu.11.verſ. verùm iſtis,cum ſeq.vſque ad fin. Anton.de Butr.conſ.35. viſa forma, D.Hiero. Tortus inter conſi.Curt. Iunior. conſ.28.licet, & ita ſeruatur in Domi-

nio

nio Mediolani, & eſt etiam ita de iure. Cotta Memora verſ. forenſis prohibitus, Caſſan. in conſue. Burgun. in rub. 9. num. 49. verſic. pro complemento fol. 314. ſi tamen ſtatutū prohiberet etiam ex cauſa dotis alienationem, prout facit ſtatutum Nouariæ: poſſent non ſubdito, vbi non ſint alia bona in ſubſidium immobilia dari in dotem, Cur. ſen. d. conſ. 27. magnificus, arg. auct. res quæ, C. com. de leg.

22 Octauò dicta conſtitutio, & eius pena locum non habet vbi aliàs contractus factus, cum non ſubdito ex alia cauſa eſſet nullus; etiam ſi ex dicto contractu nullo facta fuiſſet traditio nō ſubdito Ripa c. 2. incip. clerici, nu. 22. verſ. & ex actu

23 in 1. lib. reſponſo, ſub rub. de leg. & longa conſuetu. ex actu enim nullo, & fruſtratorio non cauſatur pena, Bar. in l. vbi pactum C. de tranſac. tex. in l. filium, §. ſi quis contra tabulas, & ibi not. Bar. ff. de leg. præſtand. Bal. in l. ea quidem, per illum tex. C. ſi manc. ita fue. alie. faciunt notata per me in l. ſi quando, nu. 718. verſ. falſus, C. vnde vi.

24 Nonò dicta conſtitutio, & eius poena locum nō habet, vbi alienatur nō ſubdito ſub cōditione, ſi Princeps conſenſerit, & ratificauerit derogando dictæ conſtitutioni, & non aliter, nec alio modo; tunc enim etiam ſi nō ſubdito bonorū fuiſſet facta traditio, nō eſt locus dictæ pœnæ; ſiue Princeps cōſentiat, ſiue nō conſentiat, dummodo bona ipſa nō eſſent difficilis recuperationis, puta caſtrum munitum foſſa, & aggeri-

25 mus. Nam & emphyteuta, & fæudatarius, alienans modo & conditione prædictis rem emphyteuticam, vel fœudalem, etiam ſi ſequeretur traditio excuſatur ab omni pœna caducitatis, vbi res nō eſt difficilis recuperationis, & eſt communis opin. ita inquit Curt. Sen. conſ. 8. viſo, Ripa. c. cum M. Ferrarienſis, nu. 80. verſ. tertiò ex iſta, de conſtitu. Bal. in c. Cumana, ver. & prædicta extra de electio. & in c. 1. §. hoc quoq; verſ. ſed pone, in ti. de ſucceſſ. fæu. Abb. Pan. cap. ſi. verſ. hic quæro, extra de fæu. & quòd vbi nō ſubdito fit alienatio ſub prædicta conditione, quòd non ſit locus pœnæ tenet Ripa d. c. 2. nu. 23. verſ. nec ſtatutum.

26 Decimò dicta conſtitutio, & eius pœna locum non habet, vbi

vbi fieret alienatio non ſubdito ſub conditione; puta ſi fieret ſubditus, vel ſub alia quauis conditione; nam ſi interim pendente conditione fiat ſubditus nō eſt locus alicui pœnæ Rip. d.c.2. inci. clerici, nu.24. verſ.nec ſtatutum, l.cætera.in prin. & ibi D.Iaſ. in 7.no. ff.de leg.1. & facit tex. in l. ſi rem meam, ff.de verb. obl.

27 Paria enim ſunt nihil fieri, vel fieri ſub conditione, quæ nō fuit purificata l.pecuniam, ff.ſi cert.pet. vnde ſi alieno forenſi ſi Gaudentius, vel Titius, ratificabit, eo nō ratificante nō eſt locus dictæ pœnæ. Ripa d. cap.2. nume.23. verſ.cum paria.

28 Nam, & bannito poteſt legari, & hæreditas relinqui ſub conditione, ſi habuerit gratiam. Cæphal. cant.75. Cotta Memora.verſ. teſtamentum in quo.

29 Vndecimò dicta conſtitutio; & eius pœna locum nō habet, vbi nō ſubditus, & forenſis, qui acquiſiuit, efficiatur ante traditionem ciuis, & ſubditus, nam etiam in præiudicium communis, & fiſci cui bona deberēt cōfiſcari cōualidabitur cōtractus per l.1. in fi.ff.de bonor.poſ. ex teſta.mil. Ripa in d.c. 2. incip. clerici, nu.25. vert. ſed fortius per tex. in l.ſiue patronus, ff.de iure patron. Reſtitutus enim recuperat bona etiam tertio acquiſita ex ſolo banno, & delicto; ſecus ſi ex cōtractu principis l.Gallus, §.& quid ſi tātùm, vbi Cy.Ang. Alex. Aret. & Doctor.ff de lib.& poſthu. Abb.cōſ. 192. in quæſtione hæredum. Sed hoc nō habet locum in Dominio Mediolani ex quo ipſo iure, & facto publicātur bona vendita nō ſubdito. Tiraquel. in tract. de retractu. in Gl.2.nu.50.verſ.& hæc, Bar. in l.multum, & ibi Mod.ff. de verb.oblig.

30 Duodecimò dicta cōſtitutio, & eius pœna locum nō habet, vbi alia conſtitutio daret præmium bonorum immobilium alicui, puta delatori bonorum ſpectātium ad fiſcum, vel vellet maritum ob adulterium vxoris lucrari bona, vbi mulier commiſit adulterium in loco cōſtitutionis, vel ſtatuti prohibentis bona alienari in forēſem, nam tūc forenſis nō cēſetur prohibitus; & ita in caſu ſtatuti Tarniſij cōſuluit Alex. in cōſ. 123. inci. ſcripſit, col.3. num. 22. ver. & ponit etiam volu. 4.

Pet.

Pet. de Anch.in cap.ſtatutum,§.cum autem,de reſcrip.in 6. quia ſpecies derogat generi. l.ſanctio legum, ff.de pœnis.Sed tu cōſidera, quòd forenſis nō poteſt gaudere beneficio dicti ſtatuti, Paulus de Caſt.in l.omnes populi, in fin.ff.de iuſtit.& iure. credo tamen forēſem, & Notarium excuſari à pœnis, etiam quòd forēſis nō poſſet habere eo in caſu dicta bona, ex quo ex auctoritate Alex. & Anch. videntur habuiſſe iuſtam cauſam credendi ſe nō teneri ad pœnam, & ſe poſſe facere ipſum cōtractum per l.1.§.fi.& ibi Glo.ff.de abige.& per l.igitur, §.fi.de lib.cau.

31 Tertiodecimò, dicta cōſtitutio, & eius pœna locū nō habet, vbi nō ſubditis, vel forēſibus nō relinquūtur, nec alienātur, nec donātur eis ſimpliciter bona; ſed eis relinquūtur, vel donātur, aut alienātur, & ipſi nō ſubditi, & forēſes habeāt pretium. Nam, & Fratribus minoribus nō poteſt relinqui aliquid de immobilibus, & tamē eis poſſunt relinqui, vt ea vendant, & habeant pretium. Decius in conſ.569.in caſu,col.2. nu.4. Bal.l.cum quæſtio, in fine, verſ.& ſcias, C.de leg.Glo.in c.1. verſic. domum,de relig.domi.in 6.Facit,quod voluit Albe. de Roſa in 2.par. ſtat.quæſtio 2.& Bar.in l.filiusfamilias, §.diui, de leg.1.Barbac.cōſ.43. prælarè, nu.24.verſic.& ideo dicitur,vol.1.Caſſan.in cōſuc.Burgun.in rub.9.num.27.fol. 313. Fallit vbi ſtatutum, prout eſt ſtatutum Ferrariæ, nollet forenſi acquiri etiam æſtimationem, quia tunc tale ſtatutum debet ſeruari, Barb.d.conſ.43.verſ.& ideo dicit.

32 Quartodecimò dicta cōſtitutio, & eius pœna locum non habet, vbi nō ſubditus finiſſet factus ciuis,vel vicinus,aut terrerius à communi loci, & iſtud à Principe cōfirmatum fuiſſet. Bal.cōſ.310.ad euidētiam, col.1.nu.2. verſ.ſed hic occurrit,vol.3.per l.ſed ſi accepto ff.de iure fiſci.

33 Quintodecimò dicta cōſtitutio, & eius pœna locum non habet in muliere ſubdita,puta Mediolanenſi nupta nō ſubdito, puta Florentino, aut Bononiēſi,vel Vercellenſi, quia dicitur etiam ſubdita, & Mediolanēſis Bald.conſ.319.ad euidentiam, col.fi.num.7. verſ.item dicitur, quòd Domina Agnes, col.3. Cur.Sen.cōſ.27. magnificus, num.25. cum ſequ. Bar.l.

Impe-

Imperatores, §.item reſcripſerunt, nu.5. ff.ad municip. Pau. de Caſt.conſ.340. videtur quòd dicta ſententia, col. fi. Bald. conſ.226. in Chriſti. vol.5. quia quo ad bona mulier retinet propriam originem, l.1. C.de mulier. & in quo loco.
34 Sextodecimò dicta conſtitutio, & dicta pœna locum non habet, vbi fauor publicus ſuaderet fieri contrarium, & ideo præpoſito edicto, quòd quicunque cœperit tale caſtrum occupatum ab inimicis, vel bannitum, habeat tale præmium, etiam nō ſubditus habebit ipſum præmium, quia fauore publico inhabilis cenſetur habilis. Bal. in l. ſi quis in graui, §. hij quoque, per illum tex. ff.ad Sylla. Barbac.conſ.20.illud num.
35 27. verſ.vnde dixit, volu.2. Salyc. in l. 2. C. de noxa. In quacunque enim diſpoſitione ſemper intelligitur excepta publica vtilitas l.iubemus C.de ſacroſ.Eccle.& l.iubemus, C.de nauib. non excuſa. lib.11. & l.nullus, Cod.de cur.pub. lib.12.l.ſi venditor, §.conſtat, ff. commu. prædio.c.nō minus, de imm. Eccl.l.in prouinciali, §.fi. cum l.ſeq.ff.de ope.no.nunc.Barba. d.conſ.20. nu.27.
36 Decimoſeptimò dicta cōſtitutio, & eius pœna locum non habet ſi alienetur, vel relinquatur non ſubdito valdè diſciplinato, vel excellentiſſimo: quia propter hominis excellentiam receditur ab omni iure, & ab omnibus Statutis, & Decretis, ac Conſtitutionibus l.ſed, & reprobari, ibi, valde diſciplinatos. & ibi not.Bal.per illum tex. ff.de excuſatio.tutor. Iaſ. in l. iubemus, col.3. num.5. verſ.decimo facit, C. de iudi.Roma. Alex. & alij in l. cum quid, ff.ſi cer.pe. Cotta Memora. incip. ſtatuto cauetur in multis ciuitatibus.
37 Sic, & Bononiæ, licèt extet ſtatutum, quòd nullus forenſis poſſit legere de mane, tamen dictum ſtatutum nō habuit locum in Ioanne de Imola; quia fuit eminentis ſcientiæ, quia legit Bononiæ de mane, Gomeſi. in §.fuerat, nu.2. in fi. verſ. vel quòd hoc factum fuerit.Inſtitu.de actio.Barb.in c.cum vigeſimum, col.7. de off.deleg. & in proœ. cle. in 9.& 10. fol.& in tracta.de præſtan.Car. 1. q.1. par.col.15. facit, l.ad beſtias,
38 ff.de pœn.& l.1. C.vbi ſena. vel clariſſi. Sic, & ſtatutum Collegij noſtri Dominorum Iudicum, & Iuriſperitorū Ciuitatis
Noua-

Nouariæ, ac etiam ſtatutum Collegij Artium, & Medicinæ Doctorum Ciuitatis Nouariæ factum ſub magnifico, & Excellentiſſimo Artium, & Medicinæ Doctore Domino Nicolao de Plotis Fratre Magnifici Domini Benedicti de Plotis, Abaui mei Prothomedico Ducis Mediolani tūc Priore dicti Collegij Anno Chriſti M. CCCC LXXXI. & ſtatuta aliarum Ciuitatū, quibus cauetur, quòd nemo admittatur ad dictum Collegium, niſi ſit oriundus; & de antiqua, & nobili parentela vrbis Nouariæ, prout eſt familia Torniellorum, Catiorum, Bruſatorum, Plotorum, qui vulgari lingua Piotti dicuntur, Cattaneorum, Nibiorum, Aduocatorum, qui Aduogadri lingua vernacula appellātur, & ſimilium; non habet locum in valde diſciplinato, vel excellenti, qui nō obſtante dicto ſtatuto debet admitti etiam ſi non habeat qualitates ſtatuti, Corta memora verſ. ſtatuto, cauetur in multis ciuitatibus in fine, Fel. c. 1. col. 18. verſ. fallit ſeptimo, de conſtit. & in rub. de maioritate, & obedi. col. 2. verſ. ſcholaris, & in c. clerici; col. pen. de iudi. Alex. l. quid ergo, §. pœna grauior, in addit. ff. de ijs, qui not. infam. Iaſ. in auct. iubemus, col. 2. & ſeq. C. de iudic. Alc. & Rom. l. cū quid col. 2. ff. ſi cer. peta. facit, c. niſi eſſent, vbi tex. Glo. & Docto. extra de preben. & faciunt per me ſuperius notata ſuper verſ. 13. dicta conſtitutio.

39 Decimo octauo dicta conſtitutio, & eius pæna, non habet locum, vbi alienatur non ſubdito ratione originis, puta Mediolanenſi originario, etiam ſi habitaret in loco non ſubdito, puta Romæ, aut Venetijs, & item dicta cōſtitutio, & eius pœna locum nō habet, vbi alienatur habenti domicilium, aut incolatum in loco cōſtitutionis ſtatuti, & bonorum, etiā ſi non ſit originarius, adeo, quòd habens domicilium in dominio Mediolani, licet ex eius origine ſit Romanus, Hiſpanus, Venetus, Ianuenſis, Germanus, aut Gallus, poterit acquirere; quia ratione domicilij dicitur ſubditus, & ciuis, vel vicinus, ſiue terrerius, & non forenſis, Alex. conſ. 16. domini redemptoris, col. 2. in fi. verſ. nec adhæc obſtat, & col. 3. in prin. nu. 6. verſ. præterea etiam dictum, vol. 5. tex. in c. ſtatutū, §. cum vero, in verſ. eiuſdē ciuitatis, deſcrip. in 6. & ibi no. Dō. Gemi.

40 Vbi infert, quod licèt ſit ſtatutum Bononiæ, quòd nemo poſſit habere officium, niſi ſit ciuis Bononiæ; quod habens domicilium licèt aliunde traxerit originem, poterit habere dictum officium, niſi ſtatutum exprimat de qua ciuilitate intelligat, Alex. d.conſ. 16. domini redemptoris, col. 3. num.6. ver. præterea etiam dicitur, vol. 1. Anch. in c. canonum ſtatuta, in 14.q. verſ. ſed pone, quòd aliquis eſt factus ciuis, de
41 conſti.vbi allegat Bald.ita ſoluiſſe.Subditus enim etiam propriè loquendo dicitur, qui ratione ſolius domicilij eſt ſubditus,cle.1. §.eiſdem etiam Epiſcopis, vbi Glo. ver. ſubditos,de foro compe. & ibi Docto. not.l.1. vbi Caccialupus, numerò
42 116. Iaſ. nu 12. C.de ſum trin. Ciuilitas tamen contracta ratione domicilij, ſeu incolatus facti per patrem non tranſit ad filios, nec deſcendentes, niſi perſeuerent in dicto eodem domicilio, & incolatu, Alex. d. conſ. 16. domini redemptoris, nu.8. verſ. talis, vol.5. l.aſſumptio, §.1. & l libertus, §. patris. ff. ad municip. Ciuilitas etiam contracta ratione originis, licèt tranſeat ad filios, non tamen tranſit ad eius nepotes, qui non perſeuerant in eodem originis paterne loco, Alex. d.cõſ. 16. redemptoris,nu.5 .verſ. tamen illa ciuilitas originis,vol.5. & de materia per Soc.Iun. conſilio, 7.vol.2.

43 Decimononò dicta cõſtitutio, & eius pœna locum nõ habet,vbi Princeps confirmaſſet contractum factum non ſubdito, non valet tamen talis confirmatio niſi in precibus ſtatuta, & decreta, & ipſa conſtitutio, & omnes qualitates nullitatis exprimantur, & talis confirmatio dicitur contra bonum publicum, Barbac. conſ.43. præclarè, nu.31. verſ. & ſi quiſpiam dixerit, quòd poſito, &c. cum ſequen. & num.34.verſ. & eſt etiam aduertendum, vol.1. Bal. l.eam quam, col.12. C. de fideícom. & vbi eſſet quæſitum ius tertio,talis cõfirmatio non valeret, latè Barb. d. conſ.43. num.35. verſ.præterea faciat, in volumine primò.

44 Vigeſimò dicta conſtitutio,& eius pœna non procedit vbi forenſis, & nõ ſubditus haberet in dominio beneficium, vel prælaturam;quia efficitur per illud, vel illam ciuis, & commitatiuus, capi. nullus de tempo. ordin. in 6. Ange. conſ. 24.

nulla

nulla perſona, in ſi. ergo. dato caſu, & non conceſſo, quòd perſona forenſis, & nõ ſubdita eccleſiaſtica, puta Romanus, non poſſet acquirere, tamen tunc poterit acquirere,quia per illud beneficium, aut prælaturam dicitur ciuis. Ang. d. conſ. 24. nulla.

45 Vigeſimoprimò dicta conſtitutio, & eius pœna locũ non habet, vt ipſa dicit, vbi per ſubditum,vel iudicem dantur bona in ſolutum non ſubdito,quia tunc ſupra plus pretium bonorum, poteſt donari, vel vendi non ſubdito,cum hoc quod
46 infra annum vendat ſubdito, quia talis caſus dicitur caſus mixtus, qui non comprehenditur ſub ſimplici prohibitione venditionis, vel donationis. Alber. de Roſa. in 2. par ſtatu. q. 178. Io. And. in addi. Spe. in rub. de rerum permuta. Ioa. de Imo. in l.ſi fundum, in princip.ff.ad l.Falcid. Roman.in l.ſi ſibi,in prin. ff.ſi cer. pet.Ioa. de Imo. & Alex in l. ſi dignum, ff. ad l. Fal. Do. Andreas Alcia. præceptor meus, in l. 2. in prin. nu.12. & ibi Moder. ff.de verb. oblig. Barb.in rub.de reb. Eccle. non alie. Mod. in l.filiusfami. §.diui, vbi Ioa. Crot. nu.82. ff. de leg.1. D.Hipp. Riminal. inſt.de don.in prin. nu. 596. in verſ. quartò mouetur, & nu.606. verſ. ad quartum, & num.
47 607. ver. præterea, cum ſequen. Vbi per hoc inferunt Doctores prædicti, quod vbi ſtatutum ſolùm prohibet alienari forenſi, inter viuos, quòd ſi hæres ex præcepto teſtatoris forenſi vendat, quod excuſatur,& valet venditio,non obſtante dicto ſtatuto; quia quamuis concurrat cauſa vẽditionis,quæ eſt prohibita per ſtatutum, tamen concurrit etiam cauſa vltimæ voluntatis, quæ eſt permiſſa;ideo ſufficit alteram ex dictis cauſis ſubeſſe, §. affinitatis, inſti. de nup. & ita dicũt Docto. ſuperiùs relati. maximè,quia caſus mixtus non comprehenditur ſub ſimplici. Doct. d.l.2. ff. de verbo. oblig.

48 Vigeſimo ſecundò dicta conſtitutio, & eius pœna locum non haberet, vbi quis venderet forenſi,& non ſubdito ex cauſa magnæ neceſſitatis. Do. Hippo. Riminal. inſti. quibus. alie.
49 lic. vel non. nu. 166. cum ſeq. nu. 16. & nu. 157. Moder. in l. filiusfa. §.diui, & leg.1. Nam ſolet vulgò dici, neceſſitas non habet legem. Alber. de Roſa. in 2.par. ſtat. q.2. nu.2.Iaſ.l.cæ-

 tera,

tera, §.ſed ſi parauerit, nu.12. de leg.1. Mod.d.§. diui. Tu tamen tene, quòd etiam ex cauſa magne neceſſitatis,nõ poteſt alienari non ſubdito. ex quo dicta cõſtitutio prohibet, ne fiat alienatio directè, nec per indirectum non ſubdito, ſicuti ſtatutum dicens, quòd forenſi non poſſit alienari,quomodo intelligitur velle,quòd etiam ex cauſa neceſſitatis alienatio fieri non poſſit; arg. tex,in l.quidam in teſtamento, iuncta Gl.ff. de fideicom.lib. Barbac. in rub.de reb. Eccleſ. non alie. n.62. Doct. Ambro. de Opizo. in d.l. filiusfa. §.diui,nu.37. in 61.limit. ff.de leg.1. credo tamen notarium, & partes excuſari à pœna, vbi alienatio facta fuit ex magna neceſſitate in nõ ſubditum, etiam ſi non valeret alienatio, ex quo habuerunt iuſtam cauſam credendi eam poſſe fieri ob neceſſitatem, cum
50 vulgò dicatur quod neceſſitas non habeat legem, & quælibet cauſa, & credulitas etiam fatua excuſat à dolo, & à pœna. l. 1. §.fi. & ibi Gl. & Doct. ff. de abige. l.igitur, §.1. ff.de lib. cau. & hæc eſt communis opin. Cur. Iun. conſ. 34. ſacratiſſimæ, col.fi. num.9. verſ. ſed dato, cum ſeq. in pri. par. iuſta enim cauſa credendi excuſat à pœna etiam ſi plenè non probaretur Alex. in conſ. 115. viſo themate, col. pen. volu. 1. Cur. d. verſ. ſed dato, & hoc procedit etiam in ijs, quæ ſunt de genere prohibitorum. Cur. d. verſ. ſed dato, Angel. in l. plagij. C. de plagiari. Glo. in l. 1. in fi. Gl. magnæ, & ibi Iaſ. ff. ſi quis ius dicen. non obtemperaue.

51 Vigeſimo tertiò dicta conſtitutio, & eius pœna locũ non habet, vbi à Principe donatur vel alienatur forenſi, vel non ſubdito, quia cenſetur tacitè cum eo Princeps diſpenſare, ita, quòd etiam inſinuatio, vel regiſtratio apud quæſtores fieri non debeat de ipſa diſpenſatione, nec alienatione, & ita in in Bernabone Vicecomite Viro Illuſtriſſimo Vicario Imperiali, & Mediolani Domino conſuluit Bal. conſ. 456. recolo, vol.5. facit l.omnium, & ibi Docto. C. de teſtam. & l. Sancimus, §.exceptis, & ibi Glo. verſ. propriam maieſtatem, C.de donatio. Tiraquel. tract. de retract. in Glo. 13. de retract. lignagier. §. 1. iachepteur, nu. 38. ver. poſtremo illud, Gardin. Floren conſ. 11. circa ſtatutũ Fel. c. 1. col. 1c. ver. quarta declaratio, de conſt.

Vige-

52 Vigeſimo quartò, conſtitutio prædicta, & eius pœna non trahitur ad præterita, & ſic ad coutractus factos ante prohibitionem alienationis in non ſubditum, etiam ſi conſtitutio, vel ſtatutum iſtud diceret. Curt. Sen. d. conſ. 27. Magnificus, numero 18. cum ſequen. Ange. in conſ. 135. viſis, nec ad contractum factum poſt ſtatutū, ante tamen publicationem eius; vt dixi, in l. ſi quando, numero 858. C. vnde vi. Alex. conſ. 73. in cauſa, vol. 4.

53 Vigeſimo quintò, dicta conſtitutio, & eius pœna locū non habet, vbi foreſis, & non ſubditus nō acquirit ſibi ſed alij: quia licet nō poſſit ſibi acquirere, tamen poteſt alij acquirere, & promittere: Cur. ſen. d. conſ. 27. magnificus, numero 27. conſil. 28. Bar. & Docto. in l. multum intereſt, ff. de verb. oblig.

54 Vigeſimo ſextò, dicta conſtitutio, & eius pœna locum non habet, vbi alienatur forenſi, vel nō ſubdito res, quæ fuit eius maiorum per tex. in l. qui officij, ff. de cōtrahen. emp. Fabia. de Monte S. Sabini in tract. emptio. & venditio in 3 1. q. 1. par. princi. Iaſ. l. principalibus, ver. quintò limita. ff. ſi cert. peta. Glo. in l. 1. C. quib. ad conduct. præd. fiſci, ac non lic. lib. 11. D. Stephan. de Federicis de Brixia in tract. de legum interpreta. in par. 2. verſ. item quæritur. Tiraquel. vir diuini ingenij, in trac. de retract. in Gl. 9. de retraict. lignagier. §. 1. nu. 164.

55 verſ. Et facit. Nam, & ſtatutum Veronæ prohibēs extraneos acquirere non impedit acquiſitionem legalem, Raph. Fulg.

56 conſ. 111. præſumptio, colu. fi. Tu tamen tene dictam conſtitutionem impedire etiam acquiſitionē legalem, & acquiſitionem rerum maiorum ſuorum, ex quo vult, non ſubditum nō poſſe ſuccedere ex teſtamento, nec ab inteſtato, iuxta notata in l. filius familias, §. diui, & ibi Domi. Ferdi. Loacius nu. 157. verſ. ſecundo ſingulariter limitatur, ff. de le. 1. Iaſ. l. ſi ita quis promiſerit, §. ea lege, col. fin. verſ. limita deciſionem, ff. de ver. obl. Bar. in l. ventre, ver. tertius caſus, & ibi Ang. ff. de acquir. hæred. & ibi Franc. Aret. colum. 10. verſic. circa tertiam.

57 Teneo tamen, quod Notarius, & non ſubditus, & cum ce-

contrahens; excuſentur à prædictis pœnis, vbi res erant maioris non ſubditi; etiam ſi acquiſitio non valeret, per d.l.1. §.fi. vbi glo. fi. ff.de abige. & l.igitur, §.1. ff.de lib.cau. & dixi ſupra verſ. vigeſimo ſecundo, dicta conſtitutio, in fi.

58 Vigeſimonono, dicta conſtitutio, & eius pœna locũ non habet vbi foreñſi, vel non ſubdito non alienantur, ſed locantur bona; quia non dicuntur alienari ex quo conductor non habet dominium, nec poſſeſſionem, nec dicitur poſſidere cl. malè agitur, C.de præſcr. 30. vel 40. anno. cum ibi not. per Doct. tex. & Gl.in l.cõdicillis, §.inſtituto, ff.de leg.2.& ibi not. Bar.& ita expreſsè inquit Caſſan.in conſuetu. Burgun.in rub.

59 9.num.35. fol.313. Fallit, vbi locatio fit ad longum tempus, idest, ad decennium, quia per locationem ad decenniũ transfertur vtile dominium,& talis locatio facta non ſubdito cenſetur prohibita, & eſt communis opinio. Barba c. rub. de reb. Eccle. nõ alienan. Ioan.Bertachi.in tract.de Gabel.in 3.nieb. 8.par.prin. de Gabellis contractuum inci. videndo, numer. 6. ver. nec omitto. Alex. conſ. 1. volu.4. Bald.auct. ei, qui C.de bon. auctori. iud.poſ. Card. cle. 1. §.fi. de reb.Eccle.nõ alie.& & eſt communis opinio; Barb. in rub. de reb. Eccle. non alie.

60 nu.31. Nam & emphyteuta cum non poſſit rem vendere irrequiſito domino aliàs cadit, ſic etiam eo irrequiſito nõ poterit rem ad longum tempus locare; aliàs cadit in pœnam caducitatis. Alex. conſ. 119. viſis, col.pen. in fin. vol.3. & Io. de Imo. c.potuit, in Glo.3. & ibi alij Doct. extra loca Spec. titul. loca. §.nunc aliqua, verſ.123. Alex. latè d. conſ. 119. Caſſan. in conſuetudine. Burgundiæ in rub. 9. num. 35. fol. 313. Et

61 quod prohibita venditione, vel alienatione cenſeatur etiam prohibita locatio ad longum tempus,& ſic ad decennium, latè docet Tiraq. in tractã. de retractu in Glo. 14. in §. 1. de retraict. lignagier. §. 1. ou, equippollent à vente. nu. 81. verſ. & ita quidem vbi allegat multa, & maximè Gl.in l.fi. & ibi Bald. & alios, C.de pact.pig. & Glo.in cle. 1. verſ. locationes, & ibi Card. verſ. vlti. de reb. Eccleſ. non alienand. Dyn. Bar. Bald. Imo. & omnes in l.pen.§.inſtituto, contra Glo.ibi, ff. de leg.2. Bald.in c.1.in prin. col.4. verſ. & an nomine, in ti.qui feu.da-

re poſ.

re poſ. & in c. 1. §. at ſi libellario, in fi. tit. quibus mod. fæud. amitta. & conſ. 357. reuerendus, vol. 1. Alex. latè in l. ſi filio, §. ſi vir in quinquennium, col. fi. & ibi alij Doct. ff. ſol. mat. & in l. ſi domus, §. ſi fundus, col. fi. ff. de leg. 1. Barbac. in rep. rub. de reb. Eccleſ. nõ alien. colum. 30. verſi. vbi autem fieret, de conſtit. Dec. cõ. 162. an, & quando alienatio, colum. 2. verſi.
62 ſed prædictis. Fallit in caſu, l. fi. C. de præd. lib. 10. Et amplia, quòd locatio facta nõ ſubdito ad decẽnium, erit nulla etiam reſpectu primi, & ſecundi anni, & aliorum annorum ſequentium. Sicuti etiam locatio rerum Eccleſiæ facta vltra triennium nõ valet, etiam reſpectu triennij, ex quo facta fuit contra formam iuris, & ſic contra extrauagantem Pauli II. Pontificis Maximi in rubr. de reb. Eccle. nõ alienan. Bal. in l. quicunque, C. de bonis quæ liber. Rip. l. 1. §. ſi quis ita nu. 32. de ver. obl. Alex. conſ. 503. viſo inſtrumento locationis, volu. 2. Iaſ. in l. certi condictio, §. quoniam, col. 4. ff. ſi cer. pet. D. Io.
63 de Arnono cautel. 43. incip. in ſingularibus. Fallit vbi locatio fieret in nõ ſubditum vltra decennium, cum clauſula, qđ per talem locationem nõ intelligatur eſſe translatum dominium vtile; tunc enim valet ipſa locatio; nec eſt locus pœnæ: Io. de Arn. d. cautel. 43. incip. in ſingularibus, & in ſing. 72. incip. quia ſupra, Bal. c. quæ in Eccleſiarum, de conſtitu. Inno. c. audientiam, de rebus Eccle. nõ alie. Fely. d. c. quæ in Eccleſiarum, col. 30. ibi, ſexta declaratio, ſed videtur hoc nõ procedere, vbi alienatio eſſet ita longa, quod eius finis eſſet nimis longus, puta ad annos 20. vel 30. argum. eorum, quæ dixi ſuperius in verſ. 6. dicta conſtitutio. Nec valeret locatio facta nõ ſubdito de nouẽnio ad aliud nouẽnium: ſicuti nec valet locatio rei eccleſiaſticæ de triẽnio ad triẽnium, ex quo præſumitur factum in fraudem; & eadem ratione teneo nõ poſſe nõ ſubdito locari bona vltra nouẽnium etiam cum clauſula, quòd nõ cenſeatur translatum dominium, quia hæc videtur facta in fraudem, Cardi. Zabarel. cle. 1. §. fi. in pen. q. de reb. Eccl. non alienã. Moder. l. manumiſſiones, ff. de iuſti. & iur. Fely. d. cap. quæ in Eccleſiarum, col. 30. in prin. Io. de Arno. ſing. 66. vulgata eſt.

64 Trigeſimò dicta conſtitutio,& pœna locum non habet vbi alienatio facta ſubdito fuit momentanea, puta, quia nõ ſubditus ſtatim alienauit ſubdito, Calca. conſil. 126. In Chriſti nomine, col.fi. Fely. cap. cum in præſentia, nu. 51. de probat.
65 ſicuti pœna iuris communis,& priuati carceris nõ procedit, vbi incluſio fuit momentanea, Hipp. de Marſi. cõſ. 136. cõſu-
66 lui, num. 7. verſ. item etiam alia ratione, quia communiter momentanea nõ puniuntur, nec ſunt in conſideratione Glo. vbi Bal. in cap. 1. §. quia etiam, in tit. Epiſco. vel Abb. Iaſ. in l. inter ſtipulantem, §. ſacram, colum. 9. ff. de verb. obli. per tex. in l. ſi quis ita legauerit, dum vxor, ff. de cond. & demon. & in l. fi. §. fi. C. de bonis quæ liber. Bald. in l. 1. §. in nouiſſimo, C. de cadu. tollẽ. & in l. ſi pater, q. 8. Cod. de inſti. & ſubſti. Momẽtaneum enim dominium nõ infringit regulam mendicantium Bald. in c. cum cauſa, de re iudic. Hipp. d. cõſ. 136. cõſului, num. 10. verſ. & facit.

67 Sic & ſtatutum diſponens, quòd ad talem locum ſub pœna nõ poſſit conduci vinum, bladum, nec ſal; non procedit, vbi conducuntur ad illum locum, vt ad alium locum transferantur, Gl. Cy. in l. ſi quis poſt hac, C. de ædifi. priua. Io. And. in addi. Spec. ti. in tit. de conſtitu. §. 1. in addi. incip. Guidò de Suza. Bart. & Ang. in l. cætera, §. ſed ſi quis, ff. de leg. 1. Ang.
68 & Imo. in c. 1. de cleri. nõ reſiden. Alex. cõſ. 86. viſa, volu. 4. Sic, & emphyteuta licèt redimẽdo rem alienatam abſq; domini conſenſu nõ euitet pœnam, Doct. l. 3. C. de iure emphy. Hipp. d. conſ. 136. conſului, nu. 17. verſ. confirmatur; tamen vbi emphyteuta alienauit cum pacto quòd incõtinenti retro ſibi venderetur ſeu incõtinenti deberet ſibi reſtitui euitat pœnam, Hippoly. d. ver. cõfirmatur Ange. & Roma. l. ſequitur, § item Labeo, ff. de vſucap. D. Ant. c. potuit, col. 1. in fi. loca-
69 ri. Sic, & prohibitus alienare extra familiam poteſt alienare cum pacto quòd incontinenti debeat reſtitui familiæ, Ange. l. voluntas, in fi. C. de fideicom. Hipp. l. fi. nu. 144. ff. de iur. om. iudi. facit l. qui ſic, ff. de ſolutio.

70 Trigeſimo primò, dicta cõſtitutio, & eius pœna locum nõ habet in ſubdito origine paterna, puta Mediolanenſi, licèt ip-

ſe ſit

Digitized by Google

ſe ſit Bononienſis, quia talis dicitur ſubditus, & poteſt acqui-
rere. Bulgar. de Bulgari. in repet. l. cum, nu. 26. ff. ſolut. matri.
per not. in l. aſſumptio. ff. ad municipal.
71 Trigeſimo ſecundò dicta conſtitutio, & pœna locum non
habet in non ſubdito effecto ſubdito, vel ciue ex priuilegio
Principis, Pau. de Caſt. conſ. 424. ad primum quæſitum re-
ſpondetur, quòd ſtatutum; col. fi. nu. 2. ver. circa tertiũ, vol.
2. Faciunt not. per Doctò. in l. 1. ff. de leg. 1. & in l. 1. ff. ad
municip.
72 Trigeſimo tertiò, dicta conſtitutio, & pœna non habet lo-
cum, vbi forenſi, vel nõ ſubdito alienatur res modica, puta tu-
gurium, vel domuncula, aut prædiolum; ſiue ortus paruus;
ſiue capãna; ſiue modicus redditus, Ro. cõſ. 331. hodie quiſ-
dam, Hippoly. ſing. 276. paruum, & nihil æquiparantur, text.
in l. Senatus, § Marcellus, vbi etiam Ange. & Imo. ff. de legat.
1. Iaſ. l. ſciendum, col. 3. nu. 10. verſ. tertiò facit, ff. qui ſatiſd.
cogan. Bal. c. ſi duo fratres, de duob. fratrib. de nouo bene.
inueſt. Barba. rub. de reb. Eccle. non alie.
73 Sic & ſtatutum volens denuntiari maleficia, ſeu vulnera,
nõ comprehendit vulnuſculum, ſiue paruum maleficium,
quia illud nõ debet denuntiari, Iaſ. d. l. ſciendum, col. 4. n. 13.
74 ver. ſexto facit, ff. qui ſatiſd. cog. Sic & ſtatutum imponens
pœnam comburẽti domum nõ habet locum cõtra combu-
rẽtem domunculam, Bald. l. 1. § de exercitoria, per illum tex.
ff. naut. caup. ſtabu. Iaſ. l. Senatus, § Marcellus, & ibi Ange.
ff. ad Treb. Iaſ. in c. 1. in princ. col. 7. qui feud. dar. poſ. Iaſo.
in d. l. ſciendum.
75 Trigeſimo quartò dicta cõſtitutio, & eius pœna, & omnis
diſpoſitio, & omne ſtatutum diſponẽs, quod nõ alienetur nõ
ſubdito, & eidem nihil poſſit relinqui, & quòd nõ ſubditus
tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato ſuccedere nõ poſſit; &
quòd mulier nupta extra dominium, & iuriſdictionem non
ſuccedat; prout eſt Nouariæ ſimile ſtatutum; nõ habebit lo-
cum præmiſſa cõtra filium, vel filiam ſubditi, ſeu ſubditæ,
etiam ſi filius, vel filia nõ eſſent ſubditi. Sicuti nec habẽt lo-
cum ſi relinquãtur Eccleſiæ, Bald. conſil. 253. caſus talis eſt,
quidam

Digitized by Google

quidam de Ciuitate Lucana colu. fi. verſ. de eo autem, quod
76 relinquitur, quia in prohibitione alienationis non comprehenditur filius nec filia, niſi nominatim de eo dicatur, l. 1. C. de impo. lucra. deſcrip. lib. 10. Bal. d. col. fi. Sic, & ſtatutum
77 ſimpliciter dicens prout dicit ſtatutum Nouariæ, quod mulier nupta extra iuriſdictionem Principis Nouariæ, nõ ſuccedat ex teſtamento, nec ab inteſtato; nõ procedit cõtra filiam etiam nuptam extra ipſam iuriſdictionem; quæ non videtur excluſa ab hæreditate eius patris, & matris, etiam ſibi delata poſt nuptias ipſas, ex quo de ea in ſpecie nõ fit mentio in ſta-
78 tuto: cum filius ac filia debeant nominatim, ſeu in ſpecie exhæredari Io. de Imo. in l. ſi ita quis, §. ea lege, ff. de verb. obli. Bertach. in reper. verſ. forenſis prohibitus acquirere, ibi, forẽſis etiã filia, & licèt Iacob. de Nigris teneat hoc caſu etiam filium, & filiam cõprehẽdi vt per eum in l. 1. nu. 15. ff. ſi cert. pet. eſt tamen clarum, quòd Notarius, & contrahentes, puta matres alienantes filio non ſubdito nato ex marito nõ ſubdito, quòd excuſantur à dictis pœnis conſtitutionis, l. 1. §. fin. & ibi Glo. ff. de abigeis.
79 Trigeſimoquintò, dicta conſtitutio, & eius pœna locum non habet contra forenſem, & nõ ſubditum; nec cõtra Notarium forenſem, & nõ ſubditum: ex quo præſumũtur ignorare ſtatutum, & conſtitutionem, ſecus ſi ſciebant; vel erant in craſſa ignorantia. Calcan. cõſ. 126. in Chriſti nomine amen, quantum, col. fi. nu. 5. verſ. ſed poſito, & nu. 6. verſ. & licet, tex. & Glo. in c. cognoſcentes, de cõſtitu. & in c. vt animarum, de conſtitu. & in l. fi. ff. de decret. ab ordi. faciẽ. & ibi not. Bar. & idem Bar. in l. cunctos populos, nu. 21. & ibi Iaſ. nu. 27. C. de ſum. trinit. vbi alij Doctor. omnes. per Cur. Sen. in terminis, conſ. 27. magnificus, nu. 18. verſ. ſecundò præmitto, Roma. in cõſ. 228. pro plena col. 7. nu. 2. ver. primò quia, & cõſ. 251. clariſſimè, nu. 3. ver. ſolus, Dec. cõſ. 19. & pro tenui, col. 2. ibi, licèt in delictis, & dixi in d. l. ſi quando, nu. 332. verſic. hinc infertur, Cod. vnde vi. vbi dixi nõ parci forenſi diu verſato in dominio, quia non poteſt allegare ignorantiam conſtitutionis.

Tri-

80 Trigeſimo ſextò, dicta conſtitutio, & eius pœna locum non habet, vbi legatur res immobilis non ſubdito, cum hoc, quod teneatur vendere ſubdito, & habeat pretium pro ſe Glo. c. 1. verſ. domum, & ibi Doct. de relig. domi. in 6. Fel. d. c. in præſentia, numer. 51. de probat. & Dec. conſil. 559. in caſu, numer. 4. Cald. conſil. 6. an bona, Bal. l. cum quæſtio, C. de leg.

81 Trigeſimo ſeptimò, locum non habet dicta conſtitutio, & pœna, vbi non ſubditus acquirit, vt vendat ſubdito, & ita vendit, incōtinenti vel paruum poſt, Calcha. di. conſ. 126. in Chriſti nomine amen, quantum, facit l. qui ſic, ff. de ſol. Gl. d. c. 1. verſ. domum, & ibi Doct. de relig. domi. in 6. nec habet locum quando dono, vel lego non ſubdito, vt vendat ſubdito, & habeat pretium, Caſſan. in conſuetu. Burgū. rub. 9. §. 10. nu. 27. Bal. l. cum quæſtio, C. de leg.

82 Trigeſimo octauò conſtitutio, & pœna locū nō habet, niſi prius probetur qualitas conſtitutionis, & ſtatuti, putà, quod acquirens ſit non ſubditus, vel ſit forenſis, Dec. conſ. 66. in caſu, col. 1. num. 4. verſ. eſt ergo videndum, Bart. in l. 1. §. ait prætor, ff. ne quid in flu. publi. Io. And. in c. 1. de homi. in 6. Corne. conſ. 8. volu. 3. & dixi latè in l. ſi quando, num. 335. verſ. pro iſta, C. vnde vi. Facit tex. in l. cum is ſtatus §. pœnitentia, ff. de don. inter vir. & vx. Eques Albanus conſil. 8. numer. 14.

83 Trigeſimo nono, conſtitutio, & pœna locum non habet, vbi datur annuus reditus, vel vſusfructus immobilium non ſubdito in ſubſidium ſtudij, Abb. Pan. in conſil. 65. quædam domina, Fel. c. cum dilecta, col. 27. in 6. fallen. de reſcrip. Feder. de Petrucijs de Senis cōl. 12 fratres Ioannes de Arnono

84 ſoldoquib 6. incip. fratres. Ratione etiam alimentorum non ſubdito impunè poteſt relinqui. Cardin. Zaba. conſ. 66. in fi. 2. col. 4. Nam cauſa alimentorum, eſt cauſa pia, Bald. cōſil. l. viſo, in vltimo lib. Cotta memor. in verſic. alimentorum.

86 Quadrageſimò dicta cōſtitutio, & pœna locum nō habet, niſi fiſcus vel alius agēs ad pœnam probauerit ſine principis licentia, & ſine diſpenſatione principis factam fuiſſe aliena-

tio-

quidam de Ciuitate Lucana colu. fi. verſ. de eo autem, quod
76 relinquitur, quia in prohibitione alienationis non compre-
henditur filius nec filia, niſi nominatim de eo dicatur, l. 1. C.
de impo. lucra. deſcrip. lib. 10. Bal. d. col. fi. Sic, & ſtatutum
77 ſimpliciter dicens prout dicit ſtatutum Nouariæ, quod mu-
lier nupta extra iuriſdictionem Principis Nouariæ, nõ ſucce-
dat ex teſtamento, nec ab inteſtato; nõ procedit cõtra filiam
etiam nuptam extra ipſam iuriſdictionem, quæ non videtur
excluſa ab hæreditate eius patris, & matris, etiam ſibi delata
poſt nuptias ipſas, ex quo de ea in ſpecie nõ fit mentio in ſta-
78 tuto: cum filius ac filia debeant nominatim, ſeu in ſpecie ex-
hæredari Io. de Imo. in l. ſi ita quis, §. ea lege, ff. de verb. obli.
Bertach. in reper. verſ. forenſis prohibitus acquirere, ibi, fo-
rẽſis etiã filia, & licèt Iacob. de Nigris teneat hoc caſu etiam
filium, & filiam comprehẽdi vt per eum in l. 1. nu. 15. ff. ſi cer.
pet. eſt tamen clarum, quòd Notarius, & contrahentes, puta
matres alienantes filio non ſubdito nato ex marito nõ ſubdi-
to, quòd excuſantur à dictis pœnis conſtitutionis, l. 1. §. fin. &
ibi Glo. ff. de abigeis.
79 Trigeſimo quintò, dicta conſtitutio, & eius pœna locum
non habet contra forenſem, & nõ ſubditum; nec cõtra No-
tarium forenſem, & nõ ſubditum: ex quo præſumũtur igno-
rare ſtatutum, & conſtitutionem, ſecus ſi ſciebant, vel erant
in craſſa ignorantia. Calcan. cõſ. 126. in Chriſti nomine amen.
quantum, col. fi. nu. 5. verſ. ſed poſito, & nu. 6. verſ. & licet,
tex. & Glo. in c. cognoſcentes, de cõſtitu. & in c. vt animarum,
de conſtitu. & in l. fi. ff. de decret. ab ordi. faciẽ. & ibi not. Bar.
& idem Bar. in l. cunctos populos, nu. 21. & ibi Iaſ. nu. 27. C.
de ſum. trinit. vbi alij Doctor. omnes. per Cur. Sen. in termi-
nis, conſ. 27. magnificus, nu. 18. verſ. ſecundò præmitto, Ro-
ma. in cõſ. 228. pro plena col. 7. nu. 2. ver. primò quia, & cõſ.
251. clariſſimè, nu. 3. ver. ſolus, Dec. cõſ. 19. & pro tenui, col.
2. ibi, licèt in delictis, & dixi in d. l. ſi quando, nu. 332. verſic.
hinc infertur, Cod. vnde vi. vbi dixi nõ parci forenſi diu ver-
ſato in dominio, quia non poteſt allegare ignorantiam con-
ſtitutionis.

Tri-

80 Trigeſimo ſextò, dicta conſtitutio, & eius pœna locum non habet, vbi legatur res immobilis non ſubdito, cum hoc, quod teneatur vendere ſubdito, & habeat pretium pro ſe, Glo. c. 1. verſ. domum, & ibi Doct. de relig. domi. in 6. Fel. d. c. in præſentia, numer. 51. de probat. & Dec. conſil. 559. in caſu, numer. 4. Cald. conſil. 16. an bona, Bal. l. cum quæſtio, C. de leg.

81 Trigeſimo ſeptimò, locum non habet dicta conſtitutio, & pœna, vbi non ſubditus acquirit, vt vendat ſubdito, & ita vendit, in cõtinenti vel paulo poſt, Calcha. in conſ. 16. in Chriſti nomine amen; quantum, facit l. qui ſic, ff. de ſol. Gl. d. c. 1. verſ. domum, & ibi Doct. de relig. domi. in 6. nec habet locum quando dono, vel lego non ſubdito, vt vendat ſubdito, & habeat pretium, Caſſan. in conſuetu. Burgũ. in rub. 9. §. 10. nu. 27. Bal. l. cum quæſtio, C. de leg.

82 Trigeſimo octauò conſtitutio, & pœna locũ nõ habet, niſi prius probetur qualitas conſtitutionis, & ſtatuti, putà, quod acquirens ſit non ſubditus, vel ſit forenſis, Dec. conſ. 66. in caſu, col. 1. num. 4. verſ. eſt ergo videndum, Bart. in l. 1. §. ait prætor, ff. ne quid in flu. publi. fo. And. in c. 1. de homi. in 6. Corne. conſ. 8. volu. 1. & dixi latè in l. ſi quando, num. 33. verſ. pro iſta, C. vnde vi. Facit tex. in l. cum is ſtatus §. pœnitentia, ff. de don. inter vir. & vx. Eques Albanus conſil. 8. numer. 14.

83 Trigeſimo nonò, conſtitutio, & pœna locum non habet, vbi datur annuus reditus, vel vſusfructus immobilium non ſubdito in ſubſidium ſtudij, Abb. Pan. in conſil. 65. quædam domina, Fel. c. cum dilecta, col. 27. in 6. fallen. de reſcrip. Feder. de Petrucijs de Senis cõſ. 12. fratres Ioannes de Arnono

84 ſolidoquio 6. incip. fratres. Ratione etiam alimentorum non ſubdito impunè poteſt relinqui. Cardin. Zaba. conſ. 66. in fi. 2. col. 4. Nam cauſa alimentorum, eſt cauſa pia, Bald. cõſil. l. viſo, in vltimo lib. Cotta memor. in verſic. alimentorum.

86 Quadrageſimò dicta cõſtitutio, & pœna locum nõ habet, niſi fiſcus vel alius agẽs ad pœnam probauerit ſine principis licentia, & ſine diſpenſatione principis factam fuiſſe alienatio-

tio-

87 tionem nō ſubdito, quia in dubio ſi editio licet dicatur facta
forenſi, & non ſubdito, tamen in dubio debet declarari valida, ſicuti donatio inter virum, & vxorem tex. in l. cum is ſtatus, §. pęnitentiam, ff. de dona. inter virum, & vxorem, & ita in pulchro caſu in ſimili conſuluit Illuſtris Iuriſconſultus, & eques D. Io. Hieronymus Albanus patritius Bergomi, & Sereniſſimi Dominij Venetiarum Collateralis generalis digniſſimus in conſ. 8. incipien. Deo Optimo Maximo inuocato. doleo quòd cauſa, numer. 14. verſ. poſtremò etiam. Sic, &
88 ſtante conſtitutione Mediolani, ac etiam ſtante diſpoſitione teſtatoris, quòd matrimonium ſub poena fieri non poſſit abſque cōſenſu, & licentia patris, & matris; & in eorum defectum duorum agnatorum, vel abſq; conſenſu Titij: ſi reperitur factum matrimonium pręſumitur factum cum conſēſu, & licentia premiſſorum, niſi fiſcus vel alius agens ad poenam probauerit negatiuam, quòd factum fuerit ſine pręmiſſorū conſenſu, ac licentia. D. Aymo. Crauc. conſ. 1. Gulielmeta. nu. 7. ver. venio ad tertia Corn. conſ. 250. viſo, in fi. in vol. 1. & conſ. 11. pro deciſione col. pen. verſ. item aliàs, & cōſ. 42. in hac nu. 11. col. 2. & conſ. 79. viſo, col. 4. ad fin. verſ. quod & tertio, vol. 3. & cōſ. 145. in ſupraſcripto, col. fi. verſ. item regula. volu. 4. & conſ. 42. viſis, vol. 1. tex. in l. ab ea parte, ff. de probat. Grat. conſ. 42. viſis nu. 15. & 16. vol. 1. & dixi latè in l. quando, nu. 354. verſ. perpetuò notabis, & nu. 355. verſ. pro iſta, C. vnde vi. & faciunt per me dicta ſupra verſ. trigeſimo
89 octauo. Fundans enim ſe lege, vel ſtatuto, ſeu conſtitutione debet probare eius qualitatem, l. 1. §. ait praetor, vbi Bart. ff. ne quid in loco publico, & dixi latè ind. verſic. pro iſta. Nega-
90 tiua autem ipſa, quòd non ſit diſpenſatio, nec licentia Principis probatur eo ipſo, quòd non reperiatur regiſtrata apud quaeſtores, vt requirit dicta conſtitutio, vel eo ipſo, quòd non reperitur originale apud ſecretarium Principis, vel Senatus, vel eo ipſo, quòd nō reperitur regiſtrata apud ipſum Notarium, in inſtrumento alienationis, vbi conſuetudo loci erat regiſtrandi dictam diſpenſationem, & licentiam Principis in
91 dicto inſtrumento. Nam, & quòd Notarius vel alius non ſit

Oii3 matri-

matriculatus probatur per inſpectionem libri in quo alij deſcribuntur Bar. l.Titiæ textores, in princip. ff.de leg. 1. Bart. Iaſ.Ripa,& Doct.in l.in illa,ff.de verb.obli.Bar.in l.ab ea parte,
92 ff. de probatio. Sed quia ea quæ dependent ex principis voluntate, & ſic diſpenſationes præſumuntur de iure impoſſibiles,ſeu difficiles iuxta not. per Bar. & Doctor. in l.apud Iulianum, §. fina. per illum tex. ff.de leg. 1. teneo forenſem, & notarium teneri probare Principis licentiam,& diſpenſationem ſi non plenè,ſaltem ſemiplenè ad hoc vt poſſit excuſari à dolo, & à pœna, Alex. conſ. 15. viſo themate vol. Curt. Iun. conſ.34. ſacratiſſimæ, col.fi.num. 9.verſ. ſed dato. Ex poſſeſſione tamen decennij pacificè facta per nõ ſubditum præſumitur, quòd habuerit diſpenſationem,& licentiam à Principe acquirendi, Barbac. conſ. 26. num. 12. volum. 2.Iaſon. l. qui in aliena, num.4. ff.de acquiren. hær.Doct.in l.ſciẽdum ff. de verb. obl.

93 Quadrageſimo primò, dicta conſtitutio, & eius pœna locum non habet, vbicunque ſub eſſet aliqua iuſta cauſa, vel credulitas etiam fatua,excuſandi Notarium,& contrahẽtes, puta ſi vnus ex cõtrahentibus, vel alius dixiſſet notario adeſſe Principis licentiam, & diſpenſationem; quod non ſubditus poſſit acquirere, vel ſi non ſubditus vel alius dixiſſet ſubdito adeſſe dictam licentiam, vel ſi aliquis dixit ſubdito, facta fuit tibi licentia, & diſpenſatio, quæ etiam fuit regiſtrata. Nam etiam quòd diligenter non inueſtigaſſet de ea,ſed ſimpliciter credidiſſet, excuſatur à dicta pœna, licèt contractus nõ va-
94 leat,non conſtito de diſpenſatione,quia credulitas etiam fatua excuſat à dolo, & à mulcta, & à pœna; maximè quando ille videbatur fide dignus, Glo. l.Titio fundus, & ibi Bar.ff.de cond. & demon. l.1. & ibi Iaſ. latè, col.3.nu.17.& nu.18.cum ſeq. ff.de eo per quem fact. erit,Bal.l.non ſolum, §.morte,circa col.16. ff.de ope. no.nun. Albe.Bal. Rom.& alij in d. l.1. ff. de eo per quem fact. erit, Facit tex. in l.1. §. fi. & ibi Gl. ff. de
95 abige. & in l.igitur, §. ff. de liber. cau. Nam quis dicitur pro certo ſcire, quando eſt certificatus ab vno fide digno,& pro-
96 bo, ſeu qui videbatur probus; adeo quòd teſtes non poſſunt puni-

Digitized by Google

puniri de falſo, qui dixerunt ſe ſcire illud quòd ab homine bonæ famæ audiuerunt, Iaſ. d.l. 1. nu. 20. ver. item diligenter nota, ff. de eo per quem fact. erit, Ancha. conſ. 23. viſa inquiſitione, col. pen. D. Gem. in c. de capitulis, per illum text 10.
97 diſtin. Hippol. ſing. 47. in ore Sic etiam accuſator excuſatur à pœna talionis, & à pœna calũniæ, & ab expenſis iuris communis, & conſtitutionum Mediolani ſub rub. de accuſatio. §. ſi quis quempiam, quibùs cauetur, quód calumniator puniatur in duplicatis expenſis, vbi ipſe accuſator habuit vnum teſtem in eius fauorem, quia tunc non debet condemnari, ſed abſolui, ex quo nõ dicitur in dolo, nec in culpa, nec in calũnia, Hippoly. de Marſil. ſing. 47. in c. in ore, Tho. Gram cõſ. 54. colum. 3. verſ. in primis dico, Abb. Pan. in c. ſi. colu. pe. verſ. Item, Fallit, extra de calumniato, & ibi Ioa. de Ana. colum. 4. num. 10. verſ. Bald. verò, ibi ad excuſandum accuſatorem à calumnia, & à pœnis, & ab expenſis volunt ſufficere vnum teſtem, vel aliam ſemiplenam probationem.
98 Quadrageſimo ſecundò, dicta conſtitutio, & pena locum non habet, vbi erat fama, quòd non ſubditus eſſet à Principe diſpenſatus vt poſſet acquirere; vel eſſet fama, quod nõ ſubditus eſſet ſubditus; vel vbi communiter reputabatur ꝓ ſubdito; vel vbi homines alicuius ciuitatis ex fama publica reputantur habere licentiam Principis acquirendi, prout ſunt ciues Vercellenſes in Nouarienſi: qui communi opinione exiſtimantur habere licentiam, & diſpenſationem acquirẽdi in Ciuitate, & diſtrictu Nouarienſi. Nam talis fama publica li-
99 cèt eſſet falſa, & erronea excuſat notarium, & contrahentes à prædictis pœnis, licèt contractus non valeat, quia fama publica excuſat eum, qui fuit credulus tex. in l. cum quidam, §.
100 quòd dicitur, ff. de acquiren. hære. Et per illum text. dicit Bart. ibidem quòd ſi ego accuſaui aliquem de maleficio, vel denũciaui iudici de delicto, de quo erat publica fama; quòd non poſſum puniri pena, quæ imponitur proponenti falſam accuſationem. Et eadem ratione dico ego, quòd accuſator qui probauit famam eſſe, quòd perſona per eum accuſata, vel denunciata deliquerit, quòd excuſatur à pœnis duplicatarum

tarum expenſarum, quę ponuntur contra calumnioſè accu-
ſantes, vel denunciantes; ex forma nouarũ conſtitutionum, ſub rub. de accuſatio. ſub §. ſi quiſquempiam, &c. & hoc per doctrinam Bar. in d. §. quod dicitur, & per tex. in l. fi. & ibi not. Bar. & Doct. ff. de hæred. inſtit. & per not. per Iaſ. in d. l. 1. col. 3. nume. 23. verſ. quintò limita, ff. de eo per quem factũ erit, Bar. in l. fi. C. ſi ſer. aut lib. 10. & in l. miles, §. miles, ff. de adul-
101 terijs. Credulitas enim etiam fatua excuſat à dolo, Iaſ. d. l. 1. nu. 14. ff. de eo. per quẽ fact. erit, Hoc tamen limitant Bart. & Doctor. in d. l. fi. C. ſi ſer. aut lib. & fama etiam ſi plenè non probetur excuſat, Cur. Iun. conſ. 34. col. 51.

102 Quadrageſimo tertiò, dicta conſtitutio, & pęna locum non habet, vbicunque illi non ſubditi, & forenſes fuiſſent tolerati poſſidere immobilia in loco ſubdito conſtitutioni, & ſtatuto prohibitiuo, per aliquod tẽpus à Principe, vel ab alijs, quia tunc alienans dictis non ſubditis, & Notarius rogans inſtrumenta non tenetur ad pęnam, prout nobiles Vercellẽſes tolerãtur in dies poſſidere, & acquirere immobilia in oppidis Bulgari, ac Villatæ, & Caſalis Voloni, quæ ſunt oppida diſtrictus Nouariæ; Nam pęna ſtatutorum Nouariæ, & penæ dictę conſtitutionis locum non habent cõtra dictos ciues Vercellenſes toleratos, etiam ſi acquirant de nouo, nec contra Notarios rogantes inſtrumenta, licèt ipſa inſtrumenta tanquam facta in fauorem non ſubditorum non valeant. Et hoc exem-
103 plo eius quod dicitur, quòd ſtatutum puniens receptãtem bannitum, locum non habeat, vbi talis bannitus fuiſſet toleratus à Principe, vel officialibus habentibus merum, & mixtum
104 imperium, qui etiam non poteſt impunè offendi. Nellus tracta. bannito. Nam & ille communis error tolerantiæ, excuſat præmiſſos omnes l. fi. vbi Doctor. per illum tex. ff. de hęredi. inſti. & ex ipſa tollerantia, quòd per Vercellẽſes acquirunt, & per eos acquiſita poſſident pacificè, cauſatur ſaltem bona fides, quò ad Notarium, & quò ad alienantem Vercel-
105 lenſi non ſubdito, cum bona fides cauſetur etiam ex iniuſtis cauſis, Bal. poſt Gl. in l. 1. C. vbi cau. ſtatus, Alexan. conſ. 127. col. 3. vol. 4. Cur. Iun. conſi. 34. ſacratiſſimæ, col. fina. verſi.

ſed

Digitized by Google

ſed dato, tex. in l. 1. §.fi. & ibi Gl.ff. de abige. & in l.igitur,§. 1.
106 ff. de lib. cau. Adeo quòd Notarius, & ſubditus contrahēs cùm nō ſubdito tolerato poſſidere bona immobilia, nō obſtante ſtatuto, & nō obſtante cōſtitutione, & etiam ipſe non ſubditus toleratus, dicitur carere dolo malo, & ſic nō poteſt cōdemnari ad penam aliquam; ex quo cōſtitutio loquitur in perſonam dicendo, Collegijs, Vniuerſitatibus, & deniq; omnibus cuiuſuis ſtatus, &c. interdictum eſt, &c. alienare, &c. in perſonam huic dominio nō ſubditam. Notarij contra formam præſentis cōſtitutionis inſtrumenta nō audeāt rogare, &c. quo caſu vbi lex, ſtatutum, decretum, aut cōſtitutio loquitur in perſonam ponēdo pœnam, ſiue pecuniariam, ſiue corporalem; nō habet locum dicta pœna niſi cōtrafaciētes ſint in dolo malo; adeo quòd non ſufficit lata culpa; & quæ-
107 libet cauſa excuſat à dolo malo, etiam ſi eſſet cauſa iniuſta, & beſtialis, & fatua, Bart. l. 1. §. nō autem, col. 2. nu, 2. verſic. iuxta hoc quæro, & verſ. ideo putarem, ff. ſi quis teſta. lib. eſſe ius ſue. Io. Petr. de Ferra. in forma libelli pro turba. poſſeſſio. in Glo. verſ. & in ea nititur, nu. 2. ver. pone quod ſtatuto, & dixi in d.l. ſi quando, nu. 33 1. verſ. & pro prædicta, C. vnde vi, & dixi ſuperius verſi. primo ipſa.
108 Quadrageſimo quartò, dicta conſtitutio, & pœna locum nō habet, vbi illa acquiſitio eſſet inutilis, & damnoſa ſubdito, Barbac. rubri. de rebus Eccleſ. nō alienād. col. 3. num, 15. ver. ſecundò limita, per l. ſi exhæredatus, §. ſub cliuo, ff. ad Syllania. & per tex. in l. actione, §. item ſi ſocietatem, ff. pro ſocio, Et item locum nō haberet pena, nec cōſtitutio vbi acquiſitio rei immobilis, facta forenſi reſultaret ad commodum ciuitatis, Barbac. d. rubr. de reb. Eccl. nō alienād. col. 3, verſ. tertio limita, per tex. in l. ſi quis in graui, §. hi quoque, ff. ad Sylla.
109 Et item ceſſat pena vbi nō venditur, nec alienatur res immobilis, nec vſusfructus, nec annuus redditus, ſed ſolùm transfertur nuda tenuta, vel nuda poſſeſſio facti Barbac. rubr. de reb. Eccleſ. nō alienād. colu. 2. verſic. & limita. Bal. in l. 2. ff. de iur. omnium iud. per tex. in l. 1. §. ſi vir vxori, ff. de acquir. poſſeſſ. ſi tamē forēſis remaneret in longa poſſeſſione facti, præſu-

præſumeretur fraus, l. non dubium, C. de legi. l. oratio, ff. de ſponſalibus.

110 Quadrageſimo quintò, dicta conſtitutio, & eius pœna locum non habet reſpectu bonorum mobilium: & hoc patet: quia expreſsè prohibet alienari rem immobilem non ſubdito, & annuum redditum, aut eorum vſumfructum; ergo vi-
111 detur cōcedere; quod res mobilis poſſit alienari nō ſubdito, quia negādo immobilia alienari, videtur cōcedere, poſſe mobilia alienari, l. cum prætor, ff. de iudi. Cur. Iun. in conſi. 105. ſacratiſſimæ, numer. 7. verſ. quinimo indubitanter in ſecunda par. & dum ipſa conſtitutio prohibet rem immobilem alienari non ſubdito, per illud verbum immobilem, videtur concedere poſſe alienari rem mobilem, & ab ipſa prohibitione videtur excludere rem mobilem. Ita etiam, & pa-
112 riformiter, dum ipſa conſtitutio interdicit alienari nō ſubdito rem immobilem, & annuū redditum, aut eorum vſumfructum, intelligitur de annuo reditu immobiliū, & de vſufructu immobilium, maximè ſtante dicto verbo eorum; quia quemadmodum ex illo verbo rem immobilē excluditur ab ipſa prohibitione res mobilis, ita etiam dum conſtitutio loquitur de annuo redditu, & vſufructu, intelligitur prohibere tātùm quo ad annuum redditum immobilium, & quo ad vſumfructum immobilium, non autem quo ad mobilium,
113 quia vna determinatio reſpiciens plura determinabilia debet æqualiter determinare, l. nam hoc iure, ff. de vul. & pupil. ſub. & ita inquit Curt. Iun. conſ. 105. ſacratiſſimæ, num. 7.
114 verſic. quinimo indubitanter, in 2. par. vbi vult, quod Statutum Brixiæ, volens quod mulier nupta extra iuriſdictionem Communis Brixiæ, nō poſſit transferre bona immobilia, nec hæreditatem, nec eorum pretium, ſed talia bona remaneant penes illos, qui primam cauſam ſucceſſionis tenent, &c. qđ dictum ſtatutum intelligatur ſolùm de immobilibus, & quod illud verbum, hæreditatem, reſtringatur quò ad immobilia tantùm, & non habeat locum, quò ad mobilia; ob illud verbum præcedens bona immobilia, vt per Curt. Iun. d. verſic. quinimo indubitanter, ergò reſpectu bonorū mobilium, &

ſe mouētium, & nominum debitorum,& nummorum,non ſubditus poterit impunè contrahere, & cum eo poterit impunè per ſubditum contrahi, & etiam nō ſubdito bona mobilia, & ſe mouentia, & nomina debitorum poterunt per vltimam voluntatem relinqui per ſubditum; & in hoc impunè fieri inſtrumenta per Notarios poterunt, vt inquit Curt. Iun. d.cōſ.105.ſacratiſs.n.7. verſ.quinimo indubitāter,in 2.p.per d.l.nā hoc iur.ff.de vulg.& l.quāuis,C.de impub.& ali. ſubſti.

115 Quadrageſimo ſextò, in omnem caſum dicta conſtitutio, & eius pœna locum non habet, ſi mater ſubdita relinquat legitimam filiæ non ſubditæ,natæ ex marito non ſubdito,quia reſpectu dictæ legitimæ,tam ex teſtamento,quàm ab inteſtato ipſa filia ſuccedet matri, & poterunt impunè, tam in vltima voluntate, quàm ex contractu inter viuos fieri, & rogari inſtrumenta per Notarios, & per ſubditos in fauorem dictæ filiæ non ſubditæ, etiam de immobilibus,ex quo ipſa conſtitutio non loquitur expreſsè de legitima; nam & ſtatutū Brixiæ, Nouariæ, ac Laudæ, quòd mulier nupta extra iuriſdictionem non ſuccedat; non procedit contra filiam nuptam extra iuriſdictionem, quin poſſit ſuccedere ſaltem in legitima eius parentibus, ex quo expreſsè ſtatuta non loquuntur de legitima, Cur.Iun. d.conſ.105. ſacratiſſimæ, nu. 8. verſi. poſtremò, quandoq; Rapha. de Raymundis Comenſis conſi. 126. viſa copia teſtamenti, in fi. & conſ.188. ſpectabilis Oldr. de Ponte Laudenſ. conſ. 167.

116 Quadrageſimo ſeptimò, ſi ſit mulier non ſubdita, puta Romana, ſeu Veneta, quæ ſit nupta ſubdito; putà Mediolanenſi, aut Nouarienſi; etiam ſi ſit effecta vidua, dicitur effecta ſubdita loci mariti, & illi poteſt impunè, & validè ex vltima voluntate, & ex contractu relinqui, & alienari, Soc. conſ.

117 81. incip. non eſt dubium; volu. 3. Nam mulier licèt ſit foranſis origine,tamen efficitur de domicilio viri Gl. eſt ſingularis in l.origine,C.de munici.& origi.lib. 10. Barto.& Docto.

118 in l.cum quædam puella,ff.de iuriſd.om.iud. & donec perſiſtit in viduitate retinet domicilium viri,l.filij, §.vidua, ff.ad municipal. & ita tenet Bar.in § idem reſcripſerunt,ff.ad municip.

Et

119 Et amplia, quòd ſi talis mulier non ſubdita nupta ſubdito efficiatur vidua, & poſtea nubat non ſubdito, quod retinet iam per eam acquiſita, dum eſſet ſubdita in loco mariti ſubditi, & dicta conſtitutio eidem non obſtat; Quia qualitas inhabilitatis ſuperueniens, non tollit ius antea quæſitum ipſi mulieri forenſi dum eſſet habilis, & ſic nupta ſubdito, licet poſtea efficiatur inhabilis, & ſic ſit nupta ſecundo loco non ſubdito, Soc. in d. conſ. 81. non eſt dubium, vol. 3. per tex. in l. ſciendum, §. fin. ff. qui ſatiſda. cogan. & ibi not. Ange. & in l. eum qui, in fi. & ibi Ang. ff. de publi. iud. l. 2. §. non ſolùm, in 6. quæſtio. ff. de excuſa. tuto. Bald. in l. ſi viua matre, C. de ſuis, & legiti.

120 Quadrageſimo octauò dicta cõſtitutio, & eius pœna locum non habet, quotieſcunque in loco contractus, & bonorum ipſa conſtitutio vſu non fuiſſet recepta, & ſic nõ fuit in obſeruantia moribus vtentium approbata, quia lex vſu non recepta, & ſtatutum vſu non receptum non poteſt allegari, Iaſ. in terminis in conſ. 112. redemptoris, &c. viſo, col. 3. ver. item cum tale ſtatutum, vol. 4. cap. 1. vbi Glo. & Doct. de tregua, & pa. Bar. l. fi. §. ſed cum antiquitas, Cod. de cur. fur. D. Ant. & Abb. in c. quia circa, de conſangui. & affini. Iaſ. l. rem non nouam, col. fi. num. 5. ver. facit optimè, C. de iud. & dixi in l. ſi quando, num. 321. verſ. primo, quotieſcunque lex, C. vnde vi.

121 Quadrageſimo nonò, dicta conſtitutio, & eius pæna locum non habet, vbi relinquitur, vel alienatur ſubdito, & non ſubdito; quia in tali relicto, vel acquiſitione dicuntur ſocij, l. 2. ff. commu. diui. Iaſ. d. conſ. 112. col. 3. verſ. item illud ſtatutum Callij, volu. 4. vnde propter ſocium ſubditum, forẽſis, & non ſubditus etiam redditur capax dicti relicti, & acquiſitionis per tex. in l. ſi is qui duos, & ibi Bar. in fi. ff. de lib. leg. facit tex. in l. ſi communem, ff. quemadm. ſeruit. amittat, & in l. 1. C. ſi vnus ex pluri. appel. & ita in ſpecie inquit Iaſ. in d. verſ. item illud ſtatutum Callij. Ego tamen teneo non ſubditum nõ eſſe capacem immobiliũ, nec annui redditus eorum nec ipſorum vſusfructus; ex quo dicta cõſtitutio dicit, quod

non ſubdito non poſſit alienari directè, nec per indirectum, ergo nec per ſocium ſubditum, c. cùm quid vna via, vbi tex. Gl. & Doct. de reg. iur. in 6.

122 Quinquageſimo & vltimò, dicta conſtitutio, & eius pœna locum non habet, vbicunque eſſet conſuetudo, quòd non ſubditi acquirerēt, quia ſi conſuetudo etiam mala, & iniqua, puta ludendi ad lapides, excuſat homicidam à pœna temporali, ſi ludendo ad lapides homo occidatur, quantò magis ſi ſit conſuetudo, quòd non ſubditi acquirant, debent non ſubditi, & ſubditus ſimul contrahentes, & Notarius excuſari à prædictis pœnis, Bart. l. quis ſit fugitiuus, §. apud Labeonem, per illum textum, & ibi Alex. & Mod. in apoſtil. ff. de ædili. edic. Dec. conſ. 170. viſo, col. pen. verſi. & dato, & conſ. 175. in cauſa, col. 6. verſ. tertiò hoc idem, Alex. conſ. 70. viſo, & conſi. 132. viſa, volu. 1. Iaſ. l. de quibus, colu. 2. num. 9. verſi. confirmo, ff. de legibus, Franciſcus Cremenſis ſing. 149. mos. Roma. ſing. 19. an conſuetu. Glo. & Doctor. in cap. cum venerabilis, de conſuetudi. ſic, & conſuetudo etiam mala excuſat notarios à pœna falſi, Iaſ. d. verſiculo, confirmo. Decius conſilio 175. in cauſa colu. 7. verſ. tertiò hoc idem Iaſ. d. l, ſingularia, col. pen. ff. ſi certum pet. Alex. conſ. 70. viſo, & conſ. 132. viſa, vol. primo, & contractus, qui ſunt illiciti, tamen communiter, & de conſuetudine reputantur liciti, & fiunt tamquam liciti, licèt in veritate ſint illiciti, nulli, & doloſi, excuſant tamen à pœna criminali ordinaria, & extraordinaria huius ſæculi, Dec. cōſ. 176. Viſo, col. penultima ver. & dato. & conſ. 175. in cauſa, colu. 7. verſ. tertio, hoc idem Bart. d. l. quis ſit fugitiuus, §. apud Labeonem, ff. de edil. edic. & dixi latiſſimè in d. l. ſi quando, num. 324. verſ. 4. quotieſcunque contractus, Cod. vnde vi. & licèt conſuetudo plenè non probetur tamen excuſat à pœnis Curt. Iun. d. conſi. 34. ſacratiſſimæ, colum. fin. num. 9. verſ. & dato.

Et hęc ſunt, quæ conſului in fauorem Notariorum, & non ſubditorum, & cum eis contrahentium, ad requiſitionē Dominorum Notariorum Mediolani, ac Nouariæ. Laus Deo.

Ioannes Baptiſta de Plotis I. V. D.

Cc-

Digitized by Google

Celeberrimi, ac Egregij V. I. Conſulti
LANCELLOTTI GALLIAE ALEXANDRINI
V. I. Conſilium, & Reſponſum Deciſiuum.

Et eſt in ordine 59. in ſuo conſiliorum libro.

ARGVMENTVM.

Munerum ſpecies variæ referuntur; & an Eccleſia, vel eius coloni onerum grauamine teneantur, & quatenus laicorum ſtatuta contra libertatem Eccleſiæ non ſubſiſtunt. Circa quod declaratur conſtitutio Mediolani, tit. de oneribus.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia, ſeu perſona eccleſiaſtica, an, & ad quæ onera teneatur, & num. 3. 8. 10. 12. 13. 18. 20. 21. 22. 24. 25. 26. 28. 29. 37. 39. & per totum latè.*

2 *Munerum quædam perſonalia, quædam merè realia, quædam verò mixta reperiuntur.*

4 *Salarium Prætorum, Medicorum, ac cæterorum Officialium munus perſonale dicitur, à quo ſunt immunes perſonæ Eccleſiaſticæ, ideo ad illud Eccleſiaſt. non tenentur.*

5 *Onus guaſtatorum, perſonale eſt.*

6 *Munera merè realia, quæ dicantur.*

7 *Prædia quæcũq; præter Italica, Romanorũ tẽpore, tributo ſubiacebãt.*

9 *Cenſus, & imbotatus, qui ſingulo anno Domino præſtatur, munus merè reale dicitur, & nu. 32.*

11 *Munera mixta, quæ dicantur.*

14 *Res priuati, ſtatim quod tranſit ad Eccleſiam, à regiſtro an exima-*

 tur,

tur, & nu.38. 77. & fiat immunis.

15 *Laici collectā à Clericis recipientes, duobus concurrentibus pœnam excommunicationis incurrunt.*

16 *Munerum ordinariorum, & extraordinariorum diſtinctio, quoad ſolutionem ab Eccleſia fiendam, ſublata eſt.*

17 *Eccleſia, quòd ad onera ordinaria teneatur, indiſtinctè verum non eſt, & num. ſeq.*

23 *Munus ordinarium ex quo dignoſcatur.*

27 *Tributa, quæ dicantur, & quando ad ea teneatur, & non teneatur Eccleſia.*

30 *Munus merè reale, an deſcriptio rei in æſtimo cum diſtributione per æs, & libram conſtituat. & nu.34. 36. 40. 41.*

31 *Munus merè reale ex quo diſcernatur, & nu.35.*

33 *Munus merè reale triplex eſt.*

42 *Sermones circa vniuerſalia faciliores, circa particularia autem veriores ſunt.*

43 *Quæ generaliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur, quaſi neglecta videntur.*

44 *Onera Vniuerſitatis Boſchi ad ſex ſpecies reduci poſſunt, & quæ illorum ad Eccleſiam, ſeu Eccleſiaſticas perſonas tranſeāt, vel non, & nu. 45.46.48.51.56.59.63.65.66.68.70.71.77.78.87. 111.112. & 118.*

47 *Onus ſalis, perſonale dicitur.*

49 *Coloni Eccleſiæ, & eccleſiaſticarum perſonarum, quamuis partiarij ab oneribus perſonalibus ſunt immunes, niſi, vt numer. ſequen.*

52 *Eccleſia an ad onera publicam vtilitatem, ſeu imminentem neceſſitatem, ac promiſcuam laicorum, & eccleſiaſticorum vtilitatem reſpicientia teneatur, & nu.53.54.55.*

57 *Onus taxarum equorum an ſit ordinarium, vel extraordinarium, iuncto nu.64.*

58 *Onus taxarum equorum, mixtum eſt.*

60 *Onus taxarum equorum, primæua cauſa inſpecta, ex militum hoſpitatione prouenit.*

61 *Munus quale ſit, primæua cauſa non autem præſens ſtatus inſpici debet.*

62 *Mu-*

62 *Munus ſubrogatum, ſecundum naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, regulatur, & ſequentib.*

67 *Onus menſualis an ſit ordinarium, vel extraordinarium, & nu. 68. & ſeq.*

72 *Onus hoſpitandi milites inter extraordinaria, & mixta connumeratur, & nu. ſeq.*

74 *Eccleſia, ſeu eccleſiaſticæ perſonæ hoſpitari non tenentur, ampl. vt nu. 75. & 76. & ſeq.*

79 *Bona ad hoc vt ſint tributaria, expreſſio legis decretiuè requiritur.*

80 *Conſtitutio Mediolani, ſub titulo, de oneribus, in princ. ad bona eccleſiaſtica non trahitur, & nu. 88.*

81 *Diſpoſitio generalis ad ea non refertur, quæ ſpecialiter non veniunt.*

82 *Immunitati Eccleſiaſticæ in corpore iuris inſertæ per quodcunq; ſtatutum, ſeu Principis decretum, derogatum non cenſetur, quantumcunq; generalis ſit derogatio.*

83 *Derogatio quantumcunq; generalis, de priuilegio clauſo in corpore iuris, nunquam intelligitur.*

84 *Legislator aliquid in præiudicium libertatis eccleſiaſticæ, condere non poteſt, & nu. 91.*

85 *Statuta, ſeu conſuetudines contra libertatem eccleſiaſticam, quænam eſſe dicantur.*

86 *Statuta contra libertatem eccleſiaſticam ſeruari facientes, ſunt excommunicati.*

88 *Decretum Mediolani prohibens non ſubditum poſſe immobilia acquirere, Eccleſiam, ac perſonas eccleſiaſticas non comprehendit.*

89 *Quæ ſuperabundant, nocere non habent.*

90 *Literæ Senatus indefinitè loquentes de oneribus, de his, quæ ad Eccleſiam tranſeunt, non autem alijs intelligi debent.*

92 *Intentio Principis, ſeu Senatus Mediolani in conceſſione facta Eccleſiæ, quò ad acquiſitionem rei, ita vt res tranſeat cum oneribus ſuis, ex quibus arguatur, indiſtinctè Eccleſiam quoad quæcunq; onera comprehendere nolle, & num. 94. vſque ad num. 105.*

93 *Iure aliquo vtens, cum omnibus ſuis qualitatibus, & circunſtantijs vtitur.*

94 *Legi loquenti de eo, quod gerit, quis ſe aſtringit, vera declaratio, & ſenſus conſtitut. de oneribus.*

95 *Diſpoſitio qualibet interpretationem ſemper recipit ab eo, quod ſolitum eſt ſeruari, & in communi obſeruantia habetur.*

96 *Conſuetum fieri quis velle præſumitur, non è contra.*

97 *Conceſſio Summi Pontificis facta non præſumitur, nec de eius mente eſt, niſi prout conſuetum eſt reſcribere.*

98 *Conceſſio rei in emphyteuſim à Prælato ſimpliciter facta, in tertiam generationem intelligitur, vbi obſeruantia loci ita ſe habeat.*

99 *Conceſſio à Principe facta ad teſtandum, ſecūdùm quod eſt in loco conſuetum, intelligitur.*

100 *Mens Superioris in gratia, ſeu conceſſione per eū facta, ex eo quod ipſe conſuetus eſt facere, vel obſeruare, arguitur.*

101 *Verba, ſecundùm conditionem eius, ad quem diſpoſitio confertur, intelligi debent.*

102 *Subiecta materia intellectum rei præſtat.*

103 *Verba, ſubiectæ materiæ ſeruiunt.*

104 *Diſpoſitio alicuius, in humaniorem, & benigniorem partem interpretanda venit.*

105 *Principis voluntas, iuri conſonans eſſe debet.*

106 *Factum adminiſtratoris Eccleſiæ collegiatæ ſine conſenſu Capituli, vel Collegij Eccleſiæ, ſeu eius ſucceſſori, etiam in iure quærendo non præiudicat.*

107 *Dominus rei ſuæ onus, quod ſibi placet, adijcere poteſt.*

108 *Teſtator legato conditiones, & onera, quæ vult, adijcere poteſt.*

109 *Eccleſia aduerſus præiudicium, quod ad quæcunque onera teneatur, reſtitui poteſt. Ampl. num. ſeq. Nec ſubit onera extraordinaria.*

113 *Conſuetudo, ſeu obſeruantia contra Eccleſiam non valet, & numer. ſeq.*

114 *Obſeruantia ſemel reprobata, de nouo induci non poteſt. Ampl. num. ſeq.*

117 *Obſeruantia ab aliquibus Religioſis tollerata, alijs, qui non conſen-* *ſerunt*

ferunt abeſſe non debet.

119 *Opinio in conflictu opinionum, ea tenenda eſt, quam loci, ſeu Prouinciæ conſuetudo, obſeruantiauè ſequitur.*

Poterat Communitas Boſchi cõtentari, quòd Reuerendi Monachi Cartuſiæ Genuæ ordinaria onera, quæ Regiæ, & Duc. Cameræ debentur, ſoluerent pro bonis nuper acquiſitis à Franciſco Bottaccio, prout in dominio Mediolani, vt plurimum ſeruatur, quam ſolutionem citra vllam controuerſiam facere nunquam retractarunt, & ſi in ea ipſi Reuerendi Monachi de iure potius grauati, quàm exonerati reperirentur. Verum poſtea quàm Communitas rem ad iudicialem cognitionem preducere curauit, forſan talis ſui progreſſus pœnitebit, longe minus poſtulata, quàm aliàs conſequuta fuiſſet.

Rem itaque per iuris tramites diſcutiendo, etſi illam vnica

1 ca propoſitione nixa veritati diſſoluere poſſem, dicendo, vt cum Eccleſia pro bonis ſuis, tam acquiſitis, quàm acquirendis laicorum oneribus grauari quouis modo non poſſit, ſed omnino immunis, & exempta præſeruari debeat, cuiuſcunq; generis ſint, etiam quòd tributi nomine ſoluãtur, & per quãcunq; ſæcularem authoritatem imponantur, vt de iure Diuino, Canonico, & Ciuili, per manifeſta fundamenta, ac ſolidiſſimas rationes, omnibus oppoſitis reſolutis, demonſtrat, & firmat Cardin. Alban. in tract. de immu. Eccleſ. quem ſuper hoc articulo fecit, inſertum in princi. ſuorum conſi. quidquid alij ſcripſerint, & inter ſe cõtrouertant: Nihilominus; quia hæc vniuerſalis reſolutio, quamuis iuridica, nimis dura, & aliorũ traditionibus inter nos forſan magis receptis non correſpõdens videri poterit, neque à communibus noſtrorum traditionibus deuiando. ij Reuerendi Monachi ſaltem eo modo, quo inſtar cæterorum laicorum præſupponitur, grauari nequaquam poſſunt.

2 Ad cuius reſolutionem conſiderandum puto, quòd munerum quædam ſunt perſonalia, quædam merè realia, quædam

dam verò mixta, vt l. reſcripto, §. ſciendum, l. fi. ff. de mune. & hono. & habetur per Bar. Iaſ. & alios in l. placet, C. de ſacroſ. Eccleſ.

3 Et quoad perſonalia, dubium non eſt, quòd ij Reuerendi Monachi ad illa aſtringi nō poſſunt, cum ab huiuſmodi perſonalibus muneribus Eccleſia, & perſonæ eccleſiaſticæ pœnitus immunes, & exemptæ reperiantur, cap. 2. de immunit. Eccleſ. d. l. placet, & ibi Iaſ. ante numer. 4. Capra reg. 96. num. 15. & ſeq. Natta conſ. 280. nu. 5. Burſat. conſil. 42.
4 col. 1. & ſeq. & proinde, cum prouiſio ſalarij Prætoris, Medici, & cæterorū Officialium munus perſonale reſpiciat; ſicq; illius diſtributio per capita fieri debeat, pro tali onere Reuerendi Monachi grauari non poſſunt, cum exempti reperiantur, Bar. l. 1. num. 23. C. de mulie. & in quo loco lib. 10. Alex. conſ. 68. num. 3. lib. 2. Ruin. conſ. 111. ante numer. 12. lib. 5. Bello. conſil. 12. numer. 8. Ludo. Catt. conſ. 740. num. 12. inter conſ. Rimin. ſen. lib. 4. Burſ. conſ. 16. num. 17. 27. & 31.
5 vbi idem dicit pro onere, vt vulgo dicitur, Guaſtatorum, neque ad talia munera, puto Communitatem vllo modo aſpirare [illegible]

6 Merè realia ſunt, quę principaliter rei incumbunt, & iſtud eſt propriè tributum, ſeu cenſus, quod, vel qui, Principi, ſeu
7 Domino ſingulis annis præſtatur; Nam Romanorum tempore in ſingulis Prouincijs omnia prædia deſcripta erant, vt ex quocunque prædio tantum ſingulo anno Imperio præſtaretur, præterquam ex prædiis Italicis, quæ tributo nō ſubiacebant, vt præ cæteris tradit Iaſ. in l. placet, num. 5. in prima
8 lectu. & in 2. num. 6. C. de ſacroſ. Eccleſ. & id onus ad Eccleſiam quidem tranſit, & per eam agnoſci debet, d. l. placet, & ibi Iaſ. in prima lectu. num. 17. & in ſecunda, num. 20. vbi ait in hoc neminem diſcrepare, quod onus prædiale dicitur, l. indictiones, C. de ann. & trib. lib. 10. Capra alleg. reg. 96. nu. 40. Bello. conſ. 40. num. 1. Burſ. conſ. 42. num. 7. & licèt ſint, qui velint, vt de huiuſmodi muneribus merè realibus tractādum non ſit, tum quia de iure Italica prædia nō ſunt tributaria, tum quia talia tributorum onera ceſſarunt, Romano Imperio

perio ceſſante, & quæ ſuperuenerunt noua onera ſunt, licèt ad ſimilitudinem iſtorum inuenta ſint, vt docet Caſtrē. in d. l. placèt, num. 4. ad finem, cum ſeq. Abb. c. non minus, n. 5. de immunit. Eccleſ. Alex. conſ. 68. nu. 2. lib. 2. Io. de Amic. conſ. 146. num. 5. Ruin. conſ. 117. nu. 3. lib. 4. conſ. 3. ante nū.
9 7. lib. 5. Nihilominus iſtud exemplificari poteſt in cenſu, ſeu imbotatu, qui ſingulo anno Domino præſtatur, & ſeruatur (vt audio) in Oppido Boſchi, vt non obſcurè tradit Calder. conſ. 18. in fine, de regular. Iaſ. d. l. placet, 2. lect. nu. 6. Alex. alleg. conſ. 68. nu. 2. Necnon reperitur in refectione itineris ante domū; item in purgatione putei, qui eſt in vicinia, Abb. d. c. non minus, num. 5. & in conſ. 3. col. fin. lib. 1. vbi inquit,
10 quòd communis theorica Docto. vtriuſq; iuris vult, quòd bona Eccleſiarum non tenentur ad aliqua onera mundana, niſi prius facta fuiſſent tributaria, ſeu cenſualia, antequam ad Eccleſiam veniſſent: ita quòd ſoluiſsēt certum tributum, vel cenſum; aliter non tenentur, quamquam priores poſſeſſores priùs ſoluiſſent, Ludou. Catt. conſ. 740. nu. 12. verſ. Aliquod quod ſit, inter conſ. Rim. Senioris. Verùm Reuerendi Monachi cenſum, qui Domino debetur, ſoluere nunquā recuſarunt: igitur Communitas Boſchi non habet, de quo circa hanc ſpeciem numerum conqueratur.
11 Mixta verò munera ſunt, quæ partem capiunt à reali, par-
12 tem à perſonali, & cum hæc imponatur perſonis, pro rebus, Eccleſiæ ab eis ſunt immunes, cum iſtæ, & earum perſonæ laicorum iuriſdictioni non ſubiaceant, vt hoc idem explicat Iaſ. d. l. placet, num. 4. & ſeq. in 1. lect. & nu. 20. in 2. Alex. alleg. conſ. 68. num. 2. Capr. d. reg. 96. nu. 13. & ſeqq. Burſat. conſ. 42. num. 7. Bello. conſ. 40. num. 3. vbi inquit, quòd Ec-
13 cleſia non tenetur ad aliquod onus mixtum, quia cum imponatur perſonæ pro rebus, & perſona ſit priuilegiata, ei im-
14 poni non poteſt, ſubijciens, quòd ſi res priuati, quæ ſolita erat collectari, tranſeat ad Eccleſiā, efficitur immunis. Hinc Remig. tract. de charit. ſubſid. q. 66. ad ſi ex Antib. inquit, qđ hodie expeditum eſt de iure, quòd Eccleſia, & eccleſiaſticæ perſonæ ad collectas, & exactiones etiam pro bonis, nouiter

acqui-

acquiſitis, non tenentur, Ludou. Catt. alleg. conſ.740. num. 12. quò ſtatim quo res tranſit ad Eccleſiam, à regiſtro eximitur, Feſtas tract. collect. 4. part. c. 1. num. 3. & ſeq. ac num. 50. & ſeq. etſi ſint, qui contrarium velint; ſed (vt ipſe ait) ita tranſeunt Canoniſtæ, & Iuriſtæ. In idem Natta conſ. 280. nu. 5. & clariùs cæteris Ruin. alleg. conſ. 117. nu. 3. & ſeq. lib. 4. conſ. 111. num. 9. lib. 5. Rip. in 1. reſponſ. num. 1. & 2. de muner. & honor. Alba. conſ. 8. num. 1. & 6. Bero. conſ. 31. ad fin. lib. 1. & Euer. quoq; conſ. 42. num. 25. & ſeq. vbi inquit, quòd licèt olim laici recipientes collectam à clericis, etiam voluntariè ſoluentibus, pœnam excommunicationis incurrerent,
15 hodie tamen non incurrunt, niſi duobus concurrentibus .ſ. quod ab inuitis petantur, & extorqueantur collectæ, & moniti, vt deſiſtant, non obtemperent; ſubijcit tamen, vnicam monitionem ſufficere. extorqueriq; eo ipſo, quòd præcedit laicorum petitio, & ſubſequitur ſolutio Clericorum.

Et ſub hac tertia ſpecie omnia ferè onera cõtinentur, quæ in Oppido Boſchi occurrunt, poſteaquam dempto cenſu, qui Domino ſoluitur, aliqua non exiſtunt, quæ in vim tributi ſoluantur; & ſic quæ merè realia ſint. Et ſi dicatur, quod onera repetiantur, quæ perpetuam, & vniformem preſtationem habent, & quæ à Principe dependent, vtpotè, onera taxarum equorum, menſualis cum earum duplicatione, quæ ab antiquo inter ordinaria aſcripta videntur, nécnon onus præſidiorum militum, quod ordinarium factum videtur, ad quæ per conſequens Eccleſia cenſetur obligata, d. l. placet, & ibi Bar. Cod. de ſacroſ. Eccleſ. Capra alleg. reg. 96. nu. 40. & ſeq. Burſat. alijs relatis conſ. 42. nu. 7.

16 Animaduertẽdum puto, quòd primo loco diſtinctio hęc quæ fit de ordinarijs, & extraordinarijs, ſublata reperitur per tex. in Authen. item nulla Communitas, C. de Epiſc. & Cler. vt poſt Bart. & alios animaduerterit Iaſ. in d. l. placet, nu. 17. in prima lect. & in 2. nu. 20. atteſtans de communi Legiſtarum, & Canoniſtarum.

17 Item propoſitio illa, quæ fit, quòd Eccleſia ad ea onera ordinaria teneatur, quæ Principis authoritate indicta ſunt, ac

per-

perpetuam, & vniformem præſtationem habent, quaſi talia onera ex hoc rei ſint annexa, vt in eam tranſeant, ita generaliter concepta, non eſt bona, nec recipienda, niſi ſint onera
18 merè realia, veluti cenſus, & tributum, quæ ſola ad Eccleſiam tranſeunt; ita ſanè tradit Euerar. in alleg. conſ. 42. ante finem, vers. Ad ſecundum verò, vbi huiuſmodi aſſumptum aduersùs Eccleſiam factum, vt illa ſolùm ab extraordinarijs muneribus ſit exempta. non ab ordinarijs, quæ Principis auctoritate indicta ſunt, ac perpetuam, & vniformem præſta-
19 tionem habeant, Reſpondet, falſum eſſe aſſumptum, quòd Eccleſia ab extraordinarijs tantùm ſit exempta, non ab ordinarijs; cum etiam ordinaria ſint munera, à quibus Eccleſia reperitur exempta, vt ab angarijs, & perangarijs, & ab alijs, vt ipſe probat, ſubijciens, vehementer errare, qui illam vniuerſalem ſuſtinent, quòd Eccleſia ad omnia ordinaria obli-
20 gata reperiatur, cum ſolùm aſtricta ſit ad tributa, & cenſum quæ merè realia ſunt, & ab ipſis rebus, ac nullo modo à perſonis debita: ad alia autem onera nequaquam reperitur obligata, niſi in ſubſidium: Et proinde vult ipſe Euerar. quòd Doct. in c. non minus, de immunit. Eccleſ. & alibi hanc qui-
21 dem vniuerſalem ſteram ponunt, quòd Eccleſiæ, & earum Clerici ab omnibus oneribus ſunt exempti, demptis caſibus in iure expreſſis, & ab eo ibidem annotatis. In idem conuenit Abb. in cõſ. 3. col. fin. in prin. lib. 1. vbi inquit, quòd com-
22 munis theorica Doct. vtriuſq; iuris vult, quòd bona Eccleſiarum non tenentur ad aliqua onera mundana, niſi priùs facta fuiſſent tributaria, ſeu cenſualia, antequam ad Eccleſiam veniſſent, quia ſoluiſſent certum tributum, vel cenſum: aliter nõ tenetur, licèt priores poſſeſſores ſoluiſſent. Hoc idem ſentit Capr. alleg. reg. 96. numc. 37. & ſeq; vſq; ad 50. exemplificando in tributis quæ ſingulis annis indicuntur, ac in decimis prædialibus, quæ onera prædialia dicuntur; ſubiungẽs id procedere, vbi talia onera à lege, vel à Principe impoſita eſſent. Ecce, quomodo Capra, vltra quòd ſint ordinaria,
23 (quæ ex eo fiunt, quod à lege, vel à Principe veniunt, Bart. l. 1. C. de vacat. mun. pub. l. vnic. nu. 40. C. de mulier. & in quo

loco,

24 loco, lib. 10. & in l. ſi qui, nũmer. 5. ff. de iure immunit.) vult requiri, quòd ſint merè realia, ſicq; tributaria, vel cenſualia, ad hoc, vt ad illa teneatur Eccleſia. Hoc quoq; ſentit Vaſc.
25 de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 10. nu. 652. & ſeq. vbi poſteaquam firmauit, Eccleſiam, & Clericos pro eorum bonis ab omni munere eſſe immunes, ſubiungit, id intelligendum eſſe, niſi onus rei annexũ eſſet, adeo quod, & ipſe de onere merè reali loquutus eſt; ſic etiam de onere merè reali ordinario iam impoſito, antequam prædium ad Eccleſiam tranſiret, loquitur Burſat. qui nonnullos ex præalleg. citat conſ. 47. nu. 7. ſed
26 ante eos, vt ad onera merè realia, & tributaria Eccleſia tantùm teneatur, explicitè de re iam deſcripta in cataſtro, loquitur Bart. in conſ. 180. ad finem, vbi omnia contraria, per quæ videtur, vt Eccleſia teneatur, vult reſolui, vt loquantur in prædijs tributarijs, & oneribus merè realibus. Hoc idem non obſcurè prodit Bald. in l. fi. numero 2. C. ſine cenſi. vel reli. dum loquendo de ordinarijs, dicit, eſſe penſitationes,
27 quę prędijs imponuntur, quæ propriè tributa dicuntur: animaduertens, non omnia quoque dici tributa, niſi quæ præſtantur ex re, propter rem; quæ verò præſtantur à perſona propter perſonam, vel à perſona propter rem, licèt ex generali ordinatione, quandoque venianr, ſicut ordinaria, non tamen ſunt tributa, ſed vel perſonalia, cum à perſona ꝓpter perſonam, debentur, vel mixta, cum debẽtur à perſona propter rem: Ecce quomodo ſunt onera ordinaria pręter merè realia, vt ſunt tributa, veluti mixta, & perſonalia, ad quæ
28 Eccleſia non tenetur, vt ſupra diximus. Hoc itidem, vt Eccleſia teneatur, debeat onus ordinarium eſſe merè, ſeu totaliter reale, tradit, & obſeruat Parpal. in alleg. l. placet, n. 102. & ſeqq. vbi etſi dicat, ordinarium eſſe, quod à ſuperiore venit, & eſt vniforme, & perpetuum, ad illudq; Eccleſiam tenetur, vult tamen illud de merè realibus eſſe, atque vocari tributum. Iſtud idem vult Alba conſ. 8. num. 2. quatenus concluſionem firmando, Eccleſiam teneri ad tributa, & ad omnia onera perpetua, & vniformia, quæ affixa ſint rei, contentus nõ fuit, vt ad onera perpetua, & vniformia (quæ ordina-

Digitized by Google

tia dicuntur, vt Parpal. vbi ſupra animaduertit) Eccleſiá te-
29 neatur; ſed adiunxit, quæ affixa ſint rei, quæ merè realia ſunt. Demum, quòd non ſufficiat, vt munus certam, & perpetuam præſtationē habeat, ad hoc vt tranſeat in Eccleſiam, ſed oporteat, quod ſit ordinarium, & merè reale, ſicut tributum, quale in prædijs Italicis nō reperitur, nō obſtante, quòd onus ſit perpetuum, & vniforme, & res aſcripta in æſtimo, & cōſueta collectari pro ſolido, & libra; etiam ſtante ſtatuto, quòd omnia bona ſint tributaria, vel pro oneribus obligata, nec nō ſubſiſtente cōſuetudine, vt bona poſita in æſtimo ad Eccleſiam, ſeu eius Clericos, cum onere tranſeant, vt in pleno conſ. tradit Ruin. 117. lib. 4. vbi hæc omnia reſoluit, cuius dicta tranſcribere non expedit, cum apud eum videri poſſint, vt illa in effectu repetit conſilio 4. nnmer. 9. 12. & ſeqq. lib. 5.

Et ſi dicatur, vt omni occurratur difficultati, quod ex eo, quod bona, de quibus agitur, antequam ad Eccleſiam peruenirent, antiquitus allibrata; & deſcripta reperiebantur in perpetuō æſtimo Communitatis Boſchi, ſecundum quod per æs, & libram fit munerum diſtributio, tanquam affecta, & hypothecata hiſce oneribus vti merè realibus tranſire debeant; ad quemcunque vadant, vt conſequentiam hanc feciſſe videtur Beto. conſ. 150. numer. 29. & ſeq. lib. 3. Re-
30 ſpon. (vt etiam ex ſupra relatis conſtat) quòd onus verè reale, quod ad Eccleſiam tranſit cum aliud nō cōcedatur poſſe tranſire) non dignoſcitur ex ſimplici deſcriptione in æſtimo,
31 ſeu caraſtro, & ex illius diſtributione per æs, & libram, ſed ex
32 eo quidē diſcernitur, quòd ipſis reb. principaliter indictum ſit, ſicut eſt tributum; ſeu cenſus, vel quid aliud ſimile, vbi reperiatur, quod præſtetur ex eo, quod percipitur ex ipſa re, veluti eſt imbotatus, vt magiſtraliter declarat Barr. in l. 1. nu. 37. Cod. de mulic. & in quo loc. lib. 10. vbi ait, illud tripliciter
33 contingere; Quia quandoque inducitur ipſi rei de eo, quod faciendum eſt in ipſa re, ſeu de re ipſa, vt quòd nauis, vel ſeruus, aut equus in Reipubl. ſeruitium vadat, hoc .n. fit de re ipſa.

Necnon

Necnon quòd milites hoſpitētur in domo, hoc enim fit in ipſa re. Quandoque munus imponitur ſuper eo, quòd ex re percipitur, vt quod detur tertia pars fructuum. Quandoque imponitur ipſi rei de eo, quod non fit ex ipſa re, nec in re nec de eo, quod percipitur in re, ſed eſt omnino extra rem. vt quando certa penſio pecuniæ annuatim præſtatur, & cum hac Bar. Doctrina omnes tranſeunt, in d.l. placet, Cō. de ſacroſ. Eccleſ. Abb. & alij in c. nō minus, col. 4. de immun. Eccleſ. Sic in ſpecie Bart. in repet. d.l. placet, n. 29. quærēs quomodo merum à mixto cognoſcatur, reſpōd. ex qualitate muneris, cum munus eſt intrinſecum ipſius rei, non à re. In idē Bald. in l. fi. numer. 2. C. de cenſib. cuius ſupra meminimus, Ruin. d. conſ. 3. nu. 7. lib. 5. Silua. conſ. 32. nu. 13. & licèt materialiter onera realia ſint, cum pro modo facultatum imponuntur, formaliter tamen ſunt onera perſonarum, Natta conſ. 149. nu. 4.

34 Vnde vera nequaquam eſt cōcluſio illa, quòd deſcriptio rei in æſtimo onus merè reale cōſtituat, quod rem ſequitur, cum ad Eccleſiam tranſit, quod demonſtratur ex Bart. in alleg. repet. l. placet, num. 29. vbi in dignoſcēdo merū à mixto, vult, ex forma iuriſdictionis tūc cognoſci mixtū eſſe, quādo ſtatutum diceret, vt omnes Comitatini ſoluant decem, pro ſuo æſtimo, cum ex ſui forma nō niſi ſubditis ſit indictum, & ſic Bart. permittit munus eſſe mixtum, nō obſtante, quod ad

35 æſtimum diſtributio fiat. Immò, vt ſubijcit, ex muneris qualitate dignoſcitur merum, quando eſt munus intrinſecum

36 ipſius rei, nō autem ex re, igitur nō eſt vera concluſio, quòd deſcriptio in perpetuo æſtimo, vnà cum diſtributione per æs, & libram faciat onus merè reale. In idem magis explicitè,

37 Barb. conſ. 180. vbi in ſpecie loquens de prædio in æſtimo deſcripto, ſeu allibrato, determinat, quòd eo ad Eccleſiam translato, illa non tenetur, niſi ad onus merè reale, vt eſt tributum, ad reliqua onera nequaquam: Vnde Bart. ſuper deſcriptione vim nō facit, vt res cum onere ad Eccleſiam tranſeat, ſed tantū, quòd onus ſit merè reale, Bald. d. l. placet,

38 numer. 5. Immò ſunt, qui referendo Bart. dicunt, quòd eo

ipſo,

ipſo, quo res æſtimata tranſit ad Eccleſiam, ab æſtimo communis eximitur, Fely. c. Eccleſ. S. Mariæ, num. 77. de conſt. Bello. conſ.40. num.3. Feſtaſ. tract. collect. 4.par.c.1. n.5.52. & 53.referēs,ita à patribus vtriuſq;iuris eſſe receptum, Balb. in conſ. inſerto poſt deciſ.68. Cacher. nu. 24. D. Surd. conſ.
39 262. nu.35. Sic etiam, quòd res deſcripta in æſtimo, pro ſolido, & libra, ad Eccleſiam cum onere ſuo non tranſeat,poſt antiquos obſeruat Capra alleg. reg.96. nu.60.& ſeq.vbi vult, id quoq; procedere, etiam quod ſtatutum dicat, vt pro collectis bona remaneant obligata, quia Eccleſia adhuc non tenetur,niſi pro præteritis nōdum ſolutis,quod venit ex vi ſtatuti, & deſcriptionis, alioquin etiam pro præteritis Eccleſia non teneretur. In idem Siluan. loquens de re æſtimo deſcripta, vt ex eo ſolo Eccleſia nō teneatur, conſ.32. col.1.3.& 5. necnon Natta conſ.149.num.4.quatenus ex Bald. refert,etſi collectæ,quæ pro modo ſubſtantiæ imponuntur,& vulgares appellant, per ſolidum, & libram, materialiter ſint realia: sūt tamē formaliter onera perſonarum ſubiectarū, ſicq; mixta. Ita etiam, quòd res deſcripta in æſtimo, & cōſueta dari pro ſolido,& libra ad collectas, in Eccleſiam nō trāſeat,niſi cum onere tributi merè reali, etiā quòd onus collectarum ſit perpetuum, & vniforme, explicitè tradit, & obſeruat Ruin.aliàs relatus alleg.conſ.117. ferè per totum,lib.4.& nō nihil etiam conſilio tertio, numer. 8. & ſeq. lib.5. vbi nonnulla oppoſita tollit, & in ſpecie vim ſtatuti tacitè, vel expreſsè diſponentis, quòd bona pro oneribus cenſeantur obligata, & conſil. 117. nu.8. circa medium, aſſerit, pro tempore, quo res apud Eccleſiam reperitur, contra eam non habere locum hypothecam, cum ſtatutum videatur factum in fraudem: licèt ſint, qui contrarium velint, ſed communis opinio ſic ſe habet,&
40 ita etiam ex Ruin. & alijs deſcriptio, ſeu regiſtratio bona onere reali non afficiat, ita vt ad Eccleſiam cum onere illo ambulent, obſeruat Crauet. conſ.642. num.4. Theſſaur. deciſ. 134. nu. 5.

Ex quibus conſtat, non curandum de illo generali dicto Beroi conſ.150.numer.29. & ſeq. lib.3. dum voluit bona de-

ſcripta in æſtimo adeo affecta, & hypothecata eſſe; quòd cum annexo onere, quando eſt perpetuum, & ordinarium, ad quemcunque tranſeant, etiam quòd ſit Eccleſia, vt ſuprà dixit, n. 19. Quia Bero. in hoc incōſideratè (pace eius dixerim) loquutus eſt, vt ex traditis per Rui. cum alijs ſuperiùs adductis eſt videre. Vltra quòd Bero. loquitur in caſu oneris merè realis, & rei affectæ tributariæ ex ſtatuto, vel ordine Principis, cuiuſcemodi caſus noſter non extat, cū nullus ordo, nullumue decretum hic adſit, quo res facta reperiatur tributaria, quæ expreſsè facta eſſe debet, Alba. conſil. 8. numer. 5. etſi talis expreſſio nullū quoque præiudicium Eccleſiæ afferret, vt ibi etiam docet Alba, & Sylua. conſil. 32. numer. 11. prout nec ordinem habemus, qui hypothecam indicat, quæ & ipſa expreſſa eſſe debet, vt tradit Crauet. conſ. 872. num. 4.

41 Sed quicquid ſit in laicis, de quibus conſuluit Bero. in Eccleſia, & perſonis ei ſeruientibus, deſcriptio, & diſtributio oneris, etiam perpetui, & ordinarij rem non afficit, vt cum onere tranſeat, niſi ſit merè reale eo modo, quem iam retulimus, vt ex Bar. Rui. & al. ſ tradidimus, vt caſum laicorum, ab Eccleſia diſtinxit ipſemet Bero. vbi ſupra, num. 38. & ita etiam in caſu ciuium laicorum loquitur Feſtaſ. de collect. 42 par. c. 3. numer. 26. & ſeq. cum in Eccleſia, & eius perſonis, idem Feſtaſ. in præced. c. num. 50. & ſeq. iam firmaſſet; ſecundum Canoniſtas, & Legiſtas communiter, bona deſcripta nō ita oneribus affecta, vt cum eis ad Eccleſiam trāſeant, & ita etiam contra Eccleſiam nō audet firmare Natta conſ. 515. vt monet etiam Theſau. decis. 234. num. 15. qui & cum hac opinione vti communiori, & tutiori tranſit, dicēs etiam trāſiuiſſe Senatum, & rationem diuerſitatis inter Eccleſiam ſeu eius Clericos, & laicos, aſſignat Euerar. cōſ. 42. nu. 56. & ſeq. quia in laicos, etiam quòd ſint forenſes, ratione bonorum, Domini temporales iuriſdictionem poſſunt habere, declarandi, & ordinandi talia onera fore ordinaria, & rei affecta, ad quemcunque trāſeant: at ſecus in Eccleſiam, ſeu eius Clericos, aduerſus quos nullam habent iuriſdictionem. Eaſdem

dem quoque rationem tradit Bero. d. conſ. 150. num. 58. & quidem magis explicitè Card. Alban. allegat. tract. de imm. Eccl. nu. 82. & ſeqq. & num. 91. & ità etiam ipſemet Bero. de magis communi pro Eccleſia ſupra atteſtatus eſt, num. 5. vt verè ſe habet, prout ex ſupra relatis eſt videre, & prout idem quoque Bero. alibi voluit conſ. 31. num. 10. & 29. lib. 1. quatenus hic non contentatur, vt onus ratione rerũ impoſitum eſſet, antequam ad Eccleſiam peruenisſet, ſed requirit, quod merè ſit reale, impoſitum rebus pro ipſis rebus, iuxta allegatam doctrinam Bart. in d. l. vnic. &c.

Adeoquod cum dempto cenſu, qui Domino ſoluitur, nõ appareat, quòd onera, quæ per Communitatem Boſchi pretenduntur, merè ſint realia, ad modum per Bart. relatum, Eccleſia Cartuſiæ Genuæ, ſeu eius Reueren. Monachi pro bonis nunc acquiſitis grauari non poſſunt, ſed immunes præſeruari debent. Immò bona ab æſtimo, quo deſcripta reperiuntur, leuari debent, & benè facient Boſchenſes, ita acquieſcere, vt mulctam tripli, & damnum Imperiale, quibus ſubijciuntur, euadant, Auth. item nulla Communitas, C. de Epiſc. & Cler. & obſeruat Feſta. de collect. 42. par. c. 1. in princ.

42 Sed magis ad indiuidua deſcendendo, cum ſermones (vt inquit Philoſ. apud Arct. cõſil. 13. in princ.) circa vniuerſalia ſint faciliores, circa particularia autem veriores. Immò vt ait I C. in l. item apud Labeonem, §. hoc edictũ, ff. de iniur.

43 quæ generaliter fiunt; niſi ſpecialiter notentur, quaſi negle-

44 cta videntur; omnes præſtationes, quas Boſchenſes ſibi deberi prætendere poſſunt, ad ſex, ni fallor, ſpecies reduci poſſunt.

Aut enim illæ ex ſoluendo ſalario Prætoris, & aliorum ſeruientium proueniunt.

Aut pro fuccis, ſeu capitationibus diſtribuuntur.

Aut ad occurrendum contingenti Reip. neceſſitati indicuntur, quæ nullam certam, perpetuamq; formam habeat, ſed quandoque plus, quandoque minus, vt imminens neceſſitas fert, exiſtunt.

ſcripta in æſtimo adeo affecta, & hypothecata eſſe, quòd cum annexo onere, quando eſt perpetuum, & ordinarium, ad quemcunque tranſeant, etiam quòd ſit Eccleſia, vt ſupra dixit, n. 19. Quia Bero. in hoc incōſideratè (pace eius dixerim) locutus eſt, vt ex traditis per Rui. cum alijs ſuperiùs adductis eſt videre. Vltra quòd Bero. loquitur in caſu oneris merè realis, & rei affectæ tributariæ ex ſtatuto, vel ordine Principis, cuiuſcemodi caſus noſter non extat, cū nullus ordo, nullumue decretum hic adſit, quo res facta reperiatur tributaria, quæ expreſsè facta eſſe debet, Alba. conſil. 8. numer. 5. etſi talis expreſſio nullū quoque præiudicium Eccleſiæ afferret, vt ibi etiam docet Alba, & Sylua. conſil. 32. numer. 11. prout nec ordinem habemus, qui hypothecam indicat, quæ & ipſa expreſſa eſſe debet, vt tradit Crauet. conſ. 872. num. 4.

41 Sed quicquid ſit in laicis, de quibus conſuluit Bero. in Eccleſia, & perſonis ei ſeruientibus, deſcriptio, & diſtributio oneris, etiam perpetui, & ordinarij rem non afficit, vt cum onere tranſeat, niſi ſit merè reale eo modo, quem iam retulimus, vt ex Bar. Rui. & alijs tradidimus, vt caſum laicorum, ab Eccleſia diſtinxit ipſemet Bero. vbi ſupra, num. 38. & ita etiam in caſu ciuium laicorum loquitur Feſtaſ. de collect. 4. par. c. 3. numer. 26. & ſeq. cum in Eccleſia, & eius perſonis, idem Feſtaſ. in præced. c. num. 50. & ſeq. iam firmaſſet, ſecundum Canoniſtas, & Legiſtas communiter, bona deſcripta nō ita oneribus affecta, vt cum eis ad Eccleſiam trāſeant, & ita etiam contra Eccleſiam nō audet firmare Natta conſ. 515. vt monet etiam Theſau. deciſ. 234. num. 15. qui & cum hac opinione vti communiori, & tutiori tranſit, dicēs etiam trāſiuiſſe Senatum, & rationem diuerſitatis inter Eccleſiam ſeu eius Clericos, & laicos, aſſignat Euerar. cōſ. 42. nu. 56. & ſeq. quia in laicos, etiam quòd ſint forenſes, ratione bonorum, Domini temporales iuriſdictionem poſſunt habere, declarandi, & ordinandi talia onera fore ordinaria, & rei affecta, ad quemcunque trāſeant: at ſecus in Eccleſiam, ſeu eius Clericos, aduerſus quos nullam habent iuriſdictionem. Eandem

.1 .T dein

dem quoque rationem tradit Bero. d. conſ. 150. num. 58. & quidem magis explicitè Card. Alban. allegat. tract. de imm. Eccl. nu. 82. & ſeqq. & num. 91. & ita etiam ipſemet Bero. de magis communi pro Eccleſia ſupra atteſtatus eſt, num. 5. vt verè ſe habet, prout ex ſupra relatis eſt videre, & prout idem quoque Bero. alibi voluit conſ. 31. num. 10. & 29. lib. 1. quatenus hic non contentatur, vt onus ratione rerũ impoſitum eſſet, antequam ad Eccleſiam perueniſſet: ſed requirit, quod merè ſit reale, impoſitum rebus pro ipſis rebus, iuxta allegatam doctrinam Bart. in d. l. vnic. &c.

Adeoquod cum dempto cenſu, qui Domino ſoluitur, nõ appareat, quòd onera, quæ per Communitatem Boſchi prętenduntur, merè ſint realia; ad modum per Bart. relatum, Eccleſia Cartuſiæ Genuæ, ſeu eius Reueren. Monachi pro bonis nunc acquiſitis grauari non poſſunt; ſed immunes præſeruari debent: Immò bona ab æſtimo, quo deſcripta reperiuntur, leuari debent, & benè facient Boſchenſes, ita acquieſcere, vt mulctam tripli, & damnum Imperiale, quibus ſubijciuntur, euadant, Auth. item nulla Communitas, C. de Epiſc. & Cler. & obſeruat Feſta. de collect. 4. par. c. 1. in princ.

42 Sed magis ad indiuidua deſcendendo, cum ſermones (vt inquit Philoſ. apud Aret. cõſil. 13. in princ.) circa vniuerſalia ſint faciliores, circa particularia autem veriores: Immò vt ait I. C. in l. item apud Labeonem, §. hoc edictũ, ff. de iniur.
43 quæ generaliter fiunt; niſi ſpecialiter notentur, quaſi negle-
44 cta videntur; omnes præſtationes, quas Boſchenſes ſibi deberi prætendere poſſunt, ad ſex, ni fallor, ſpecies reduci poſſunt.

Aut enim illæ ex ſoluendo ſalario Prætoris, & aliorum ſeruientium proueniunt.

Aut pro buccis, ſeu capitationibus diſtribuuntur.

Aut ad occurrendum contingenti Reip. neceſſitati indicuntur, quæ nullam certam, perpetuamq; formam habeat, ſed quandoque plus, quandoque minus, vt imminens neceſſitas fert, exiſtunt.

Aut pro onere taxarum equorum.

Aut pro Menſuali.

Aut pro militum hoſpitatione, eorumuè impedimentis, vulgò, *Baga'ys*, conducendis prouenire poſſunt.

45 Primam ſpeciem capiendo, iam ſupra ab initio diximus, verſ. Et quo ad perſonalia. cum huiuſmodi onus ſit perſonale, à quo Eccleſia, & eccleſiaſticę perſonę omnino ſunt immunes: nam cum illius diſtributio per capita fieri debeat, Communitas hac de cauſa à Reuerendis Monachis nihil prætendere poteſt, Bar. d. l. vnica, numer. 23. C. de mulier. & in quo loc. lib. 10. Alex. conſi. 68. num. 3. lib. 2. cum alijs ſupra deductis.

46 Eodem iure, & regula continetur ſecunda ſpecies oneris
47 buccarum, ſeu capitationis, quale extat onus ſalis, quod pro qualibet bucca, ſeu capite perſonarum, aut animalium diſtribuitur, vt dicit Boſſ. tit. de Principe, ante numer. 101. vt
48 cum tale munus ſit perſonale, nō ſubijciatur ei Eccleſia, nec eius perſonæ, quæ liberæ ſunt, l. ſacroſ. Eccl. Cald. cōſ. 2. col. 2. de cenſib. Burſat. conſ. 42. num. 5. & 6. Remig. de charit. ſubſid. q. 61. Ab hac ſpecie oneris liberi quoque, & exempti
49 remanent coloni. quamuis partiarij, cum non minus, quàm eorum domini. ſ. Eccleſia, & eccleſiaſticæ perſonæ ab oneribus perſonalib. ſint exempti, Burſat. conſ. 25. col. 1. & ſeq. & conſ. 42. num. 14. 16. & ſeq. Alba conſ. 441. num. 14. Pariſ. conſ. 25. num. 10. lib. 1. Eugen. conſ. 96. Decia. conſ. 51. nu. 42. lib. 3. Caroc. de locat. & cond. 4. par. tit. de collect nu. 40. Io. Botta conſ. 87. nu. 2. 24. 25. & ſeq. inter conſ. Rimin. Sen. lib. 4. & Lud. Catt. conſ. 74. num. 5. & ſeq. & clarius, nu. 12.
50 & 13. inter ead. Rim. conſilia. Præterquam in aduentu Principis, vbi angarias, & perangarias ſubire debent, & non vltra, Abb. poſt Innoc. & Butr. in c. non minus, nu. 14. de immunit. Eccleſ. cum quo tranſit Natta conſ. 409. nu. 8. Remig. de
51 charit. ſubſid. q. 59. nu. 26. vero. Quo ad tertiam ſpeciem eorum, quæ pro imminenti neceſſitate, ſecundùm caſum contingentes, imponuntur, quæ extraordinaria dicuntur, ad hæc quoque dubio procul Reuerēdi Monachi nō tenentur,

quæ propriè collectæ appellantur, quia cum cauſa iſtorum onerum eueniat tempore, quo res facta Eccleſiæ, à iuriſdictione imponentis libera reperiatur, grauari non poteſt, Bar. l. reſcripto, §. ſciendum, nu. 4. ff. de mun. & honor. cōſ. 180. per totum, lib. 1. Abb. d. c. nō minus, num. 16. de immunit. Eccleſ. conſ. 53. in 1. dub. lib. 1. conſil. 13. col. 2. lib. 2. Cald. conſ. 18. ad fin. de regular. Ang. conſ. 24. Fel. in c Eccleſia S. Mariæ, num. 77. de conſt. Iaſ. d. l. placet, in 2. lect. nu. 5. Alex. conſ. 68. col. 1. lib. 2. Io. de Amic. conſ. 146. Pariſ. conſ. 25. n. 5. lib. 1. Bello. cōſ. 40. n. 3. vbi atteſtatur de communi. Nicol. Euer. conſ. 30. in 4. dub. & conſ. 42. per totum, Siluan. in pleno conſ. 32. Alba conſ. 8. col. 1. Feſt. tract. collect. 4. par. c. 1. in princ. & circa finem, & c. 2. nū. 87. & ſeq. vbi inquit, quòd cum hæc opinio ab omnibus ſit recepta, de ea hæſitandum non eſt; Ruin. alleg. ſæpè conſ. 117. per totum, lib. 4 cōſ. 111. nu. 8. & ſeq. lib. 5. Natta conſ. 280. nu. 5. ab his quoq; nō diſſentit Bero. alleg. conſ. 150. ante nu. 20. 31. 44. & ſeq. lib. 3. & magis apertè conſ. 31. num. 15. & ſeqq. lib. 1. & vix reperitur, qui ab hac concluſione diſſentiat. Sub qua quidem ſpecie comprehenditur onus, ſeu collecta, quæ imponitur pro mittēdis operarijs, vulgò, Guaſtatoribus dictis, ad exercitum ſeu ad Ciuitatis foſſas reficiendas, Burſ. conſ. 16. nu. 17. & 27. & ſupra etiam diximus.

51 Et licet inter hæc onera, aliqua forſan occurrere poſſent, ad quæ Eccleſia, ſeu Reuerendi Monachi prætendi poſſent obligari, vtpotè impoſita, ſeu imponenda ob publicam vtilitatem, ſeu vrgentem neceſſitatem, quæ cum promiſcuam vtilitatem concernant, tàm perſonarum Eccleſiaſticarum, quàm laicarum, ad illa omnes tenentur, tàm Eccleſiaſtici, quàm ſæculares; veluti eſſe poſſunt, quæ vt plurimum fiunt in excauatione, & purgatione foſſarum Ciuitatis Alexādriæ, & in reſtauratione pontium, & viarum, & in purgādis aquęductibus, vt l. ad inſtructionem C. de ſacroſ. Eccleſ. l. ad reparationem, C. de aquæduct. lib. 11. Alex. conſ. 68. nu. 13. vbi atteſtatur de magis communi, lib. 2. Rip. tract. de peſte, tit. de muner. & honó. in 2. dub. vbi poſteaquam retulit, Eccle-

ſiam teneri ad impenſam, quę in reſtaurationem murorum, pontium, viarum, ſimilium ſit; concluſionem generalē ponit, quòd vbicunque de vtilitate Clericorum, & laicorum ſimul, & æquè principaliter tractatur, Eccleſia, & eius Clerici contribuere tenentur. Idem alijs relatis firmat Feſtas alleg. c. 1. 4. par. num. 15. cum aliquot ſeqq. vſque ad 46. Cacher. re ad partes diſcuſſa, deciſ. 68. in 1. artic. Remig. de charit. ſubſid. q. 62. nu. 36. cum infinitis ſeqq. vbi nu. 119. dicit, hanc communiorem, & æquiorem.

53 Nihilò magis Eccleſia, & eius Reuerendi Monachi, ad huiuſmodi impenſas grauari poſſunt: quoniā in primis Eccleſia, & eius Sacerdotes de iure ciuili, & magis de iure Canonico ad huiuſmodi impenſas reſtaurationis murorū, pōtium, viarum, & ſimilium aſtringi non poſſunt. c. nō minus, loquēs in ſpecie de foſſatis, de immun. Eccl. cum alleg. l. ad inſtructionem, remaneat correcta per Authen. item nulla Cōmunitas, C. eod. de ſacroſ. Eccleſ. vt ibi obſeruant, glo. & Bart. & in pleno conſ. tradit Abb. 3. lib. 1. vbi firmata concluſione iuribus, & authoritatibus, ſubijcit, quis ergo auderet oppoſitum conſulere, contra Religionem, cum nō modica ſit ratio, quæ pro Religione facit? Caſtr. conſ. 423. col. 2. verſ. Quædam aliæ, lib. 2. vbi ait, hanc partem ſecuriorem, Ruin. conſ. 11. numer. 16. lib. 5. Euer. conſ. 30. quæſt. 4. poſt princ. & conſ. 42. num. 41. & ſeq. Burſat. conſ. 42. num. 11. vbi refert in practica, tutum nō eſſe ab hac opinione recedere, maximè contra Religionem, cum non ſit parua ratio, quæ pro Religione facit.

54 Et vbi etiam cōtrariam opinionem ſequi velimus, illa non ita indiſtinctè locum habet, ſed tunc demum, quando huiuſmodi omnino neceſſaria eſſent, & ex facultatibus laicorum huic neceſſitati commodè ſuccurri non poſſet: & hoc etiam in caſu non propria laicorum authoritate, ſed conſulto Romano Pontifice fieri deberent, vt difficultatem reſoluendo tradit Euer. d. conſ. 30. ad fin. & conſ. 42. in reſp. ad primum obiectum, verſ. Et ſuppoſita veritate: ſubijciens, ab

55 hac opinione non eſſe recedendum: In idem conuenit Bur-

ſat.

ſat. conſ.42. num.3. & plenè conſuluit Bero. conſ. 31. lib. 1. vbi nu. 13. & ſeq. vult, plura concurrere debere, ad hoc, vt Eccleſia, ſeu Eccleſiaſtici ad reſtaurationem murorum, pontium, viarum, & ſimilium teneantur. Primum, quòd adſit, magna neceſſitas; ſecundum, communis vtilitas, vel ſaltem pietas; Tertium, quod ad huiuſmodi onus laici nõ ſufficiãt; Quartum, quòd ad hoc onus imponẽdum totus Clerus vocetur, vt conſentiat; Quintum, quòd imponatur Summo Pontifice conſulto; Sextum, quòd Eccleſia, ſeu Clerici ad onus ſoluendum à ſolo Epiſcopo, aut ab alio ſuo Eccleſiaſtico ſuperiore cogantur. In idem concurrit Cap. reg. 96. nũ. 76. & ſeq. licèt ad quattuor ſe tantum reſtringat, & Alb. cõſ. 8. num. 22. Rip. vbi ſup. nu. 236. Quin etiam nec omnis neceſſitas ſufficit, ſed eſſe debet euidens, præciſa, & imminens, & talis, vt non aliter Status conſeruationi, atque diſcrimini prouideri, & occurri valeat, Burſ. conſ. 16. num. 76. & ſeqq. cui adiungi poteſt Grauet. conſ. 603. nu. 2. & latiùs cõſ. 702. nu. 23. & ſeq. vbi vult, de hoc aliter, quàm Principis teſtimonio conſtare debere, & Ludo. Catt. conſ. 740. num. 7. & ſeq. & 10. 11. inter conſ. Rim. Sen. lib. 4. prout etiam in caſu extremæ, & imminentis neceſſitatis, & vbi aliunde citra Reipub. diſcrimen. prouideri nõ poſſit, neque laicorum facultates ſuppetant, vt loquitur Cachera. alleg. deciſ. 68. & ibi ſæpè commemoratio habetur, & in conſil. ſeqq. in 2. & 7. artic.

56 Quo verò ad quartam ſpeciem oneris .ſ. taxarũ equorum,
57 etſi illud inter munera ordinaria aſcribi poſſe videatur, ſitq; patrimoniale, perpetuumq; & vniforme, ac Principis autho-
58 ritate indictũ nihilominus cũ merè reale nõ ſit, ſed mixtum perſonæ indictum pro rebus, vt nuncupatim obſeruat Bello. conſ. 12. num. 3. 9. 10. & 15. ad fin. & mixtum quoque appellat Grauett. conſ. 972. ante num. 7. Reuerendi Monachi
59 huic mixto muneri ſubijci nõ poſſunt, à quo Eccleſia, & eius Clerici omnino ſunt immunes, præterquam à merè reali, vt ſupra, circa hanc eandem munerum mixtorum ſpeciem diximus, verſ. Mixta verò.

60 Quod adduc clarius demonſtratur: nam onus taxarum equorum illius primæua cauſa inſpecta, ex militum hoſpitatione prouenit: cum .n. olim per loca Status Mediolani diſtributi eſſent equi, & milites, vt inde alimenta, & fortè etiam ſtipendia acciperent, idq; moleſtum eſſet incolis, tranſactum fuit, vt tantum pecuniæ erogaretur, atque omnia ſibi ipſis ſubminiſtrarent, vt prodit Bello. conſ. 12. nu. 3. & Plot. cum eo in l. ſi quando, nu. 27. C. vnde vi. vt ex cauſa etiam militum, & equorum tollendorum, hoc onus profitetur, Crau. conſ. 972. nu. 7. quod & apud omnes paſſim receptum eſt. Sed ſi prima huius muneris origo, & cauſa, ex militum
61 hoſpitatione prouenit, quæ eſt illa, quæ inſpici debet ad cognoſcendum quale ſit munus, non autem præſens Status, in
62 tantum, quod illud regulatur, ſecundum naturam eius, in cuius locum ſubrogatum fuit, Bart. l. vnica, num. 30. C. de mulie. & in quo loc. lib. 10. l. 4. §. actor, ff. de re iud. Bald. l. etiam, ad fin. C. de execut. rel. iud. conſ. 408. ad fin. lib. 5. & communem Doct. Theoricam dicit Bello. d. conſ. 12. nu. 4. ita vt ad illud teneantur omnes ij, qui eo onere, in cuius locū ſucceſſit, grauari poterant, Rip. in 1. reſp. tit. de muner. & honor. nu. 3. & 4. & d. l. 4. in princ. num. 30. 31. ff. de re iud. & è conuerſo, qui grauari non poterant, nō etiam teneantur, Rip. vbi ſup. Boſſ. tit. de Princip. & eius priuil. nu. 101. Plot. in Indice ad d. l. ſi quando, ſuper Decreto, de onerib. ad fin. In idem explicitè Bero. conſ. 150. num. 50. lib. 3. Burſat. conſ. 16. num. 75. & ante iſtos Neuiz. conſ. 66. numer. 33. vbi ex Bald. & alijs inquit, quòd ad hoc, vt cognoſcamus, vtrùm poſſimus imponere collectam aliquibus, debemus inſpicere cauſam, propter quam imponitur: Adeo quòd in facultate imponentium non eſt, illam ad eorum libitum imponere. Eccleſia autem cum ab onere hoſpitādi milites ſit immunis, l. 1. C. de Epiſc. & Cler. c. 1. de immunit. Eccleſ. Rip. alleg. 1. reſp. num. 3. & infra etiam circa vltimam ſpeciem dicemus,
63 non debet Eccleſia, vel eius clerici hoc onere taxarū equorum loco muneris, milites, & equites hoſpitandi ſubrogari, grauari, prout ad milites, & equites recipiendos, hoſpitan-

dosuè

doſuè Eccleſia, & clerici grauari non poterant, neq; poſſunt. A quo principali onere hoſpitandi milites, ſi Eccleſia exempta eſt, ab eius quoque augumento præſeruanda venit, l. ſi ex toto, vbi Bar. Iaſ. & Rip. de leg. 1. & Plot. vbi ſupra, Alba conſ. 62. nu. 28. & Io. Botta conſ. 87. nu. 50. ſeq.

Quinimò ex eo, quod hoc munus auctum, & duplicatum fuit, & ſperatur deficientibus oneribus illud minuendũ fore,
64 potiùs extraordinarium, quàm ordinarium cenſeri debet,
65 ad quod Eccleſia citra difficultatem non tenetur, vt Euera. reſoluit, alleg. conſi. 42. ad finem, verſic. Secundò ſuppoſi-
66 to. Quod adhuc comprobatur, quia cum huiuſmodi augumentum ex neceſſitate, qua tunc Status Mediola. ſæuiente bello præmebatur, prouenerit, dicitur ſuperindictum, à quo, vt ab onere extraordinario, Eccleſia, & perſonæ eccleſiaſticæ ſunt immunes, Bald. l. fin. nu. 4. C. ſine cenſi. vel rel. Roy. c. non minus, col. fin. de immunit. Eccleſ. Abb. conſ. 13. col. 2. lib. 2. Iaſ. in repet. l. placet, num. 9. C. de ſacroſ. Eccleſ. Euer. d. conſi. 42. num. 15. Bero. conſ. 31. num. 15. lib. 1. cum alijs ſupra adductis ad tertiam ſpeciem, & in ſequenti, quoq; dicemus.

67 Circa autem quintam ſpeciem oneris, ſcilicet, menſualis, cum ſit extraordinarium, & ita inter extraordinaria computandum eſſe, iam declaratum fertur per Quæſtores Ordin. redd. teſte Franc. Mar. Plot. in Schol. js ad Marti. Garr. Laud. conſi. 63. numer. 13. nulla ſubeſt difficultas, quin Reuerendi
68 Monachi eo nequaquam grauari valeant, cum Eccleſia extraordinarijs muneribus non grauetur, vt iura ſunt manifeſta, & conueniunt Scrib. in l. placet, C. de ſacroſ. Eccleſ. c. non minus, de immu. Eccleſ. c. clericis laicos, eod. in 6. Clem. 1. eod. & vtrobiq; ſcrib. Bart. conſ. 180. nu. 3. lib. 1. Abb. conſ. 53. vbi atteſtatur de communi vtriuſque iuris, lib. 1. & conſ. 13. col. 2. lib. 2. Ruin. conſ. 117. num. 3. & ſeq. lib. 4. Alba cõl. 8. num. 1. Feſta. tract. collect. 4. par. c. 1. num. 52. Euer. alleg. conſ. 42. ferè per totum, Bero. d. conſ. 31. numer. 15. lib. 1. Natta conſ. 203. num. 1. conſ. 280. num. 5. atque ita in ſpecie
69 obſeruat Franc. Mar. Plot. vbi ſupra. Et vbi etiam velimus,

hoc

hoc onus naturam ordinariorum ſapere, ob certam, & perpetuam præſtationem, quæ in eo eſſe videtur, adhuc Eccleſia ab eo immunis præſeruari debet, Salic. d.l.placet, num. 5. Ruin. cum eo, d.conſ. 117. nu.4. & conſ. 111. n.9. circa medium, lib. 5. & quia eſto, quod id munus naturam ordinariorum ſortitum dici poſſit, ex aſſumptione tituli perpetuę prętationis, quem accepiſſe videtur; non tamen naturam merè realis conſequutum eſt, vt requiritur adhoc, vt Eccleſia teneatur, vt ſupra abundè probatum fuit. Minuſq; illius naturam conſequi potuiſſe dici poteſt, attenta primæua cauſa p̄ſtationis illius, quæ fuit pro manutenēdo exercitu extra Statum, ſicq; temporalis, & ex militum hoſpitatione proueniēs, à quo onere Eccleſia præſeruari debet immunis, vt ſupra ad quartam ſpeciem diximus. Neque etiam illius natura, in prę iudiciū Eccleſiæ mutata dici poteſt, Bald. l. fin. num. 8. Cod. ſine cenſ. vel reliq. Tantò magis, cum rebus pacatis, cauſa huiuſmodi muneris ceſſauerit, vt argumentum ita diſſoluunt Crau. conſ. 631. ante num. 8. & Burſat. conſ. 16. numero 76. quod enim atrocitas, ſeu calamitas belli introduxit, pacis lenitas ſubire debet, l. vnic. in princ. Cod. de ead. tollend.

70 De ſexta ſpecie oneris, videlicet hoſpitationis militū, nulla fieri controuerſia debet, quin Reuerendi Monachi, pro eo moleſtari non debeant, ſed in pace dimitti, cum de hoc tex. ſit apertus in l. 1. Co. de Epiſc. & Cler, vbique glo. in 3. ſolut. cum qua vti vltima, omnes tranſeūt. Bart. & Plat. in l. qui immunitatem, C. de munc. patrimo. lib. 10. quæ lex, cum difficultatem facere videretur, d.l. 1. C. de Epiſc. & Cler. ij reſoluendo aiūt, quòd etſi quis aliàs immunis ab onere recipiendi milites vti patrimoniali excuſatus non ſit, Eccleſia tamen, & eius perſonæ præſeruandæ ſunt exemptæ: ex quo eis ſpecialiter conceſſum reperitur, ne hoſpites recipere teneantur d.l. 1. dicens Bar. id ſæpè de facto occurrere, quando ſuperueniūt milites, & multitudo equitum, & peditum in Ciuitate. Cum quo tranſit Marc. deciſ. 458. num. 10. par. 1. Ad idem Iaſ. d.l. placet, vtraque lect. 2. notab. ponderando tex.

illum

Digitized by Google

illum, dum vult, Eccleſiam non teneri ad ſupradictum, quod eſt illud, quod à Principe imponitur propter ſuperueniẽtem belli neceſſitatem, tex. quoq; iuris Pontificij non obſcurus habetur in alleg. ſæpè c. non minus. de immun. Eccleſ. quatenus ibi prohibetur, foſſata, & expeditiones fieri ex collatione Eccleſiarum; ponderando tum verbum illud, Expeditiones, vt Ioan. Andr. facit, ideſt caualcatas: tum etiã verbum, Foſſata, quæ non niſi ad Ciuitatis cuſtodiam contra hoſtes fiunt, ad quæ cũ ex diſpoſitione illius Canonis, Eccleſia non teneatur, manifeſtè conſtat, illam ad onera bellica non teneri; quem tex. ita expendit Natta conſ. 203. nu. 2. conſ. 88. col. pen. verſ. Quò verò ad hoſpitationem, quam expoſitionem ante eum habuit Corn. conſ. 72. nu. 16. lib. 4. & hoc veriſſimum dicit Rip. in alleg. 1. reſpon. num. 3. de munc. & hono. Euer. conſ. 42. ad fi. in reſpon. 5. dub. n. 61. & ſeq. Lud. Catt. conſ. 740. nu. 12. inter conſ. Rim. Iun.

Et ſi quis diceret, quòd licèt Eccleſia, & eius clerici, à militum hoſpitatione pro nuda habitatione ſint immunes, non tamen ab alijs ſumptibus, qui pro militibus plerumq; fiunt, & ſubminiſtrare neceſſe eſt, exempti præſeruandi ſunt. Re-
71 ſpond. quòd neque ad hos ſumptus Eccleſia, & eius clerici aſtringi poſſunt; quia cum ab oneribus belli ſint immunes, vt iam probatum fuit, nedũ à nuda militum hoſpitatione præſeruandi ſunt, ſed etiam à quibuſcũque ſumptibus ipſis militibus ſubminiſtrandis, vt quo ad hoſpitationem, & ad militum cibaria, & ſtipendia in ſpecie loquitur, Natta alleg. conſ. 280. col. fin. verſ. Quo verò, & reſpectu collectæ, quæ pro ſtipendijs militum in Ciuitate retentorum pro eius defenſioſione imponitur, loquitur Caſtr. conſ. 423. col. fin. lib. 2. & ita etiam nedum de nuda hoſpitatione, ſed de militum expẽſis ac de alijs ex cauſa eorum impoſitis in eandem ſententiam concurrens, loquitur Burſ. conſ. 16. nu. 27. iuncto 6. Et ratio eſt manifeſta, quia cũ ad huiuſmodi militum ſumptus, contributionesuè deueniatur, non de iure, ſed occaſionaliter, ſeu (vt plurimum) caſu inopinato, per vim, aut in defectum ſtipendij Principipis, iuxta l. 1. C. de ſalg. hoſpit. nõ præſt. lib. 12.

Cotta

Cotta in Memo. verb. militibus, Plot. l. ſi quando, num. 27. C. vnde vi, quod ſuperindictum dicitur, per conſequens extra-
72 ordinarium, vt in ſpecie obſeruat Iaſ. in d. l. placet; 2. not. & ibi quoque ſentit Parpal. num. 105. ad fin. & Natta vbi ſupra non debent, neq; poſſunt Reuerendi Monachi, qui à quocunq; onere extraordinario ſunt immunes, grauari ex ſupra
73. deductis. Facit, quia militum hoſpitatio, & omnis earũ alimonia inter opera mixta connumerantur, vt alibi in ſpecie obſeruat Natta conſ. 409. num. 3. ſed cum ab hiſce oneribus Eccleſia, & eius clerici ſint immunes, vt ſupra diximus; verſ. Mixta verò, pro ſumptibus, quæ militibus præſtantur grauari non poſſunt.
74 Et quod diximus, vt Eccleſia, & eius clerici à militum ho-
75 ſpitatione ſint immunes, idem intelligi debet, vt pro eorum Bobus, aliiſuè animalibus, & plauſtris, ad conducendũ militum impedimenta, vulgò, *Bagaglia* dicta, ſeu ad alia opera complenda grauari non debeant, etiam in aduentu Principis, Abb. d. c. non minus, num. 14. ad finem, niſi mixta vtilitas verſetur, tàm Eccleſiæ, quàm laicorum, Remig. de cha-
76 rit. ſubſid. q. 64. num. 5. & 6. Ludo. Catt. loco infra alleg. & in hiſce quoque grauari non poſſunt eorum coloni, præterquam in aduentu Principis, Abb. d. c. non minus, nu. 14. ad fin. Natta conſ. 409. nu. 8. cum coloni non minus, quàm eorum domini præſeruandi ſint immunes, Eugen. conſ. 96. Decian. conſ. 51. num. 42. lib. 3. Vbert. Zuch. conſ. 739. num. 6. & ſeq. inter conſ. Rimin. Sen. lib. 4. Ludo. Catt. conſ. 740. nu. 5. & ſeqq. nu. 12. & 13. inter ead. conſ. Rim. Ioan. Botta cõſ. 87. n. 2. 24. & ſeqq. qui in ſpecie loquitur de Bobus, plauſtris, & iumentis, præterquam in aduentu Principis, & ſupra diximus circa ſecundam ſpeciem. Quod expedit Eccleſiæ, vt faciliùs, commodiùs, & melioribus conditionibus inueniat, qui ſua prædia colant, vt per ſe patet; & quia Eccleſia multum pateretur, vbi eius coloni in eorum Bobus, & plauſtris ad huiuſmodi expedienda grauarentur, nimium ſe demantes à colẽdis bonis, & plerumque cũ perditione Bouum, vt fieri videmus; & in effectu per indirectum grauata remaneret

neret

neret Eccleſia, & eius exẽptio diminuta; quod permitti non debet, vt Auth. caſſa. C.de ſacroſ. Eccleſ. Felyn. c. Eccleſ.S. Mariæ, num.69. de conſtit. Alba. conſ.8.nu.3. facit Dec.cõſ. 48.num.5. Port. Iun. conſ.184. num.10 Burſat.conſ.25.nu. 1.& 4. & conſ.42. nu.16. & ſeq. Caroc. de locat.& cond. 4. par. de collect nu.34. & 45. Io.Botta conſ. d.87. nu.3. & 26. Vbert.Zuch.vbi ſup. nu.8. ad fin.cum ſequen. & eſt tex. in l. ſemper, §.coloni, ff.iu.immun. ibi, vt idoneiores prædijs fiſcalibus habeantur.

Et licèt ex prædictis ſatis, ſuperque in contrarium excitatis pateat reſponſum; nihilominus ad maiorem claritatem adhuc ſpecialius reſpondetur. Et dum primò dicitur, Reuerendos Monachos teneri ad ſolutionem onerũ cum Boſchi Communitate, ex eo, quòd bona erant laicorum, & in æſtimo deſcripta, atque effecta tributaria, & ſic tamquam obnoxia muneribus, ad Eccleſiam tranſire debent cum onere ſuo, Bart. l.deſcripto, §.fin. ff. de muner. & honor. de quo etiam extra Conſtitutio in tit.de onerib. in princ. diſponens, quòd acquirentes bona quocumque titulo, teneantur ad ſolutionem onerum, his modo, & forma, prout tenebatur ille, cuius erant bona, & in loco, vbi ſolui conſuetum fuerat, etiam quòd acquirentes ſint immunes, & exempti, &c. Reſpon-
77 detur, eſto qđ bona eſſent laicorũ, & in eorũ ęſtimo deſcripta non proinde facto tranſitu ad Eccleſiam ad onera teneri debent, neque cum eis translata cenſeri, præterquã cum onere merè reali: ad reliqua autẽ munera Eccleſia nequaquam tenetur. eſto quòd aliàs laicorum eſſent, & in eorum æſtimo
78 deſcripta reperirentur, cum ſtatim, quò facta ſunt Eccleſiæ, ab æſtimo leuari debeant; ſecundùm magis receptam ſententiam, vt ſupra abundè probauimus, poſt princip. neque curandum eſt de dicto Bart. in allegã.l. reſcripto, §. fin. cum
79 eius ſectatoribus, tum quia nulla lex, nullumuè decretum extat, quo bona facta ſint tributaria, vt expreſsè requiritur, ſecundùm quòd docent Alba conſ.8. nu.5.& Crau. conſ.872. num. 4. tum etiam, quia vbi ita expreſsè cautum eſſet, talis diſpoſitio nullum adhuc Eccleſiæ præiuditium afferret, vt

impro-

Digitized by Google

improbata ſimili cautela ſtatuti, facientis prædia tributaria,
quæ fuit Bart. vbi ſup. tradit Abb. in c. vlt. ad fin. de vita, &
honeſt. cleric. Bald. Auth. itē nulla, C. de Epiſc. & Cler. Ang.
conſ. 24. Iaſ. in repet. d. l. placet, num. 21. vbi inquit, dictum
Bart. falſum, & damnatum per omnes, & ibi etiam Parpal.
num. 77. qui hanc veriorem, & communem dicit, Felyn. c.
Eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 76. de conſtit. Capra regula 96.
nu. 42. & ſeqq. & tutiorem fore alibi dixit Bal. conſ. 280. ad
fin. lib. 2. cum (vt is ait) periculoſum ſit in iſtis loqui contra
Eccleſiam, & clericos, Alba d. conſ. 8. num. 4. & 5. vbi inquit
omnes reprobare opi. Bart. contrarium tenentis, Silua. atte-
ſtans pariter de communi, conſ. 32. nu. 11. Ruin. dicens, &
ipſe communem conſ. 117. num. 8. lib. 4. & conſ. 111. ante
num. 15. lib. 5. Theſſaur. decif. 234. num. 5. atteſtans, & ipſe
de magis communi: & propterea durum eſſe, in iudicando
ab ea recedere propter etiam periculum excommunicatio-
nis indictæ in c. 1. de immun. Eccl. in 6.
80 Nec conſtituenda eſt vis ſuper conſt. de onerib. Quoniam
conſtitutio vti generalis ad bona Eccleſiaſtica non trahitur;
81 cum ſimplex, & generalis diſpoſitio, nunquam referatur ad
ea, quæ ſpecialiter non veniunt, l. obligatione generali, ff. de
pigno. Crauet. conſ. 106. num. 6. Ripa. Iun. conſ. 10. ad fin.
& in ſpecie obſeruant Ang. conſ. 24. ad fin. Dec. conſ. 496.
num. 11. Ruin. alleg. conſ. 117. nu. 8. Euerar. conſ. 42. nu. 54.
82 Alba conſ. 8. nu. 18. Tantò magis, cum immunitas, quam
habet Eccleſia, inſerta reperiatur in corpore iuris cōmunis,
vt ſupra probatum fuit, vnde ei per quodcunque Principis
decretum, ſeu ſtatutum derogatum nō cenſetur, quantum-
cunque generalis ſit derogatio, cum talis derogatio nūquam
83 intelligatur de priuilegio clauſo in corpore iuris communis;
niſi expreſſè ſit dictum, Iaſ. l. fin. nu. 6. C. de inoffic. teſta. l. 1.
nu. 16. ff. de conſt. Princ. & in materia obſeruat Alba conſ. 8.
nu. 22. in fin. cum ſeq. Idem pulchrè Ludo. Catt. conſ. 740.
nu. 14. int. conſ. Romi. Sen. & in ſimilibus terminis cōſtat, tra-
dit Ploſ. in Indice ad l. ſi quando, C. vnde vi, ſuper conſtit. de
immunit. & iure duodecim liber. Quin etiam vbi conſtitutio

hæc

hæc in ſui generalitate, vel ſpecialitate de bonis Eccleſiæ ſen-
84 tiret; adhuc nõ ſubſiſteret, ex quo Imperat. vel quilibet alius legiſlator authoritatem non habet aliquid condendi in præiudicium libertatis Eccleſiaſticæ, Auth. caſſa, & irrita, C. de ſacroſa. Eccleſ. Auth. item nulla, C. de Epiſc. & Cler. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtit. vbi Scrib. & illa ſtatuta, ſeu cõ-
85 ſuetudines dicuntur eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam, quæ veniunt cõtra priuilegium conceſſum Eccleſiæ vniuerſali à Deo, vel à Papa, ſeu ab Imperatore, Clar. atteſtan. de communi in praxi crimin. in §. fin. q. 77. col. penul. verſ. Fa-
86 cientes, vbi inquit, quòd facientes talia ſtatuta ſeruari, ſunt excommunicati, ex c. nouerit, de ſentẽ. excom. ac not. in ſpecie Euchard. d. conſ. 42. ante num. 54. Ruin. d. conſ. 117. nu. 8. Alba d. conſ. 8. n. 4. 5. & 6. concluſ. vbi, & nume. 12. rationi eorum occurrit, qui æquiſſimũ eſſe dicunt, Eccleſiam ſimili decreto remanere comprehenſam, ne ſcilicet contingat laicos nimium grauari ad onera ſuſtinẽda, vbi facultates
87 eorum diminuantur; & in terminis huius noſtræ conſtit. de oneribus, vt illa non noceat Eccleſię, nec clericis bona acquirẽtibus, nec eorum Eccleſiaſticę libertati, ex quo Imperator, & ſtatuentes auctoritatem non habent aliquid condendi in præiudicium libertatis Eccleſiaſticæ, ex quo immunitas hæc, à iure Diuino, Canonico, ac Ciuili prouenit, obſeruat Franc. Mar. Plot. in Scholijs ad conſil. Martini Garr. Laud. 63. numer. 10. & 12. & non longè quoque Decian. conſi. 51. numer. 41. lib. 3.

Quid de litteris Senatus circa immobilia.

Neq; nobis negotium faciunt litteræ patentes Senatus Excellentiſſimi, Reuerendis Monachis conceſſæ, cum clauſula illa conſueta, vt bona tranſeant cũ ſuis oneribus, & ſine præiudicio iurium tertij: quoniam in primis hæ litteræ patentes diſpenſantes, quòd Reuerendi Monachi, vti forenſes in dominio iſto acquirere poſſent, abundanter obtentæ fuerunt, cum abſque illis tutò acquirere potuiſſent, nõ obſtãte decre-
88 to prohibente, non ſubditum poſſe immobilia acquirere, attento quòd decretum non comprehẽdit Eccleſiam, nec per-

ſonas

ſonas Eccleſiaſticas, & quatenus reſultat in earum præiudicium non valet, ſecundùm receptam ſententiam firmatam per Fely. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 89. de conſtit. Plot. conſ. 19. num. 11. & 12. Clar. in praxi crim. quæſt. 82. ad 5. ſta-
89 tutum, verſ. Sed quæro, Quare tanquam litteræ ſuperabundantes Reuerendis Monachis nocere non debent, ex vulg. regul. quæ ſuperabundant, non nocent, l. teſtamentum, C. de teſtam. l. quæ dubitationis, ff. de reg. iur.
90 Inſuper hæ litteræ indefinitè loquuntur, cum ſuis oneribus, & ideò vbi indefinitè, vel generaliter, de his oneribus tantùm intelligi debent, quæ ad Eccleſiã tranſeunt, & ad quę
91 Eccleſia de iure tenetur, non autem generaliter de omnibus, ſtante, quòd concedens facultatem aliter diſponendi nõ habet, præcipuè in derogationem priuilegij cõceſſi à iure communi, vt mox dicebamus ad euadendam difficultatem conſtit. de oneribus. Argumentum hoc inualeſcit, nam ſi Prin-
92 ceps, ſeu Excellentiſs. Senatus (quod & aduerſa aduocatio pro ſe auocat) in ſua conceſſione his verbis concepta; Ita vt res tranſeat cum ſuis oneribus; diſpoſitionem conſtitutionis ſequi voluit, atque in illius obſeruationem, conditionẽ hanc appoſuit: conſtitutio autem ipſa, vt mox diximus, Eccleſiam nõ comprehendit, neque eam in aliquo afficit, præterquam in caſibus, quibus à iure communi remanet aſtricta, luce clariùs deprehenditur, quòd mens, & intentio Principis, ſeu Sanatus, ſub his verbis.

Senſus conſtit. de immobilibus.

Et res cum oneribus ſuis tranſeat: non fuit, velle afficere Eccleſiam ad quęcunque onera, ſed ad ea dumtaxat, ad quę eam afficere poteſt, & ipſa tenetur, & nõ vlteriùs, quàm conſtitutio, cuius obſeruationem ſequutus eſt, diſponat, & va-
93 leat. Nam iure aliquo vtens, cum omnibus ſuis qualitatibus, & circunſtantijs vtitur, l. fin. §. & ſi præfatam, & §. ſin autem
94 hoc, C. de iure delib. & qui aliquid gerit, legi ſe aſtringit de illo loquenti, Bald. Caſtr. & alij in l. ſi duo, ff. de acquir. hæred. Quinimmò ſi mens, atque etiam virtus conſtitutionis hiſce amplis, & generalibus verbis conceptæ; Vt acquirentes bona quo-

quocunque titulo, etiam quòd immunes, & excepti eſſent, ad ſolutionem omnium onerum teneantur, his modis, & formis, prout tenebatur ille, cuius erant bona; quia bona tranſire debent cum onere ſuo; non fuit, neque eſt indiſtinctè comprehendere Eccleſiam, neque affatim ad illã ſe protrahere: Multò minus id concedere debemus in hac diſpenſatione concepta verbis ſimplicibus, atque indefinitis, vt bona tranſeant cum oneribus ſuis.

Lege, & bene nota.

Idque adhuc apertiùs demonſtratur; nam ſi in Dominio Mediolani ſeruatur, quòd Eccleſia tantùm pro ordinarijs oneribus tenetur, pro extraordinariis autem etiam reſpectu bonorum nouiter acquiſitorum non ſolet grauari: & ita tam Excell. Senatus, quàm Illuſtr. Magiſtratus ordinarius, & extraordinarius ſolent ordinare, declarando, quod ad extraornaria Eccleſia, & eius eccleſiaſticæ perſonæ non teneantur, vt de huiuſmodi obſeruãtia, & declaratione atteſtatur Frãc. Plot. ad alleg. conſ. Mart. Garr. 63. nu. 13. & 14. vbi id tanquam iuſtè factum ſummè laudat dignum Excellẽtiſs. Senatu, in quo ſedent tot viri Illuſt. & Catholici, zelatores, & obſeruatores Fidei Chriſtianæ, & Eccleſiarum defenſores, fide, ſapientia, & integritate clariſſimi. ſecundùm hanc communem obſeruantiam, communemq́; declarationem, & Senatus, & aliorum ſupremorum tribunalium, hæc ipſiuſmet Senatus conceſſio ſub illis verbis; cum ſuis oneribus, intelligi,
95 & declarari debet. Cum in iure concluſionem habeamus, quamcumque diſpoſitionem recipere ſemper interpretationem ab eo, quod ſolitum eſt ſeruari, & in communi obſeruantia habetur, l. quod ſi nolit, §. qui aſſidua, ff. de edil. edict. c. cum M. de conſt. vbi præ cæteris Dec. 5. not. id generaliter
96 ad quamcumq; diſpoſitionem trahit: quia, vt inquit Bald. in l. fideicommiſſa. §. ſi ſeruo, de leg. 3. non præſumitur quis velle id, quod non eſt conſuetum fieri, licèt ſint poſſibile, ſed quidem, quod eſt conſuetum, videtur quis velle. Vnde in-
97 fert, quòd conceſſio Summi Pontificis, etiam motu ꝓprio facta, non præſumitur, nec de eius mente eſt, niſi prout con-

ſuetum eſt reſcribere, cuius dicti meminit Felyn.in d. c.cum
98 M. notab. poſt prin. Sic etiam ſi Prælatus concedat ſimpliciter rem in emphyteuſim, intelligitur concedere in tertiam generationem, vbi obſeruantia loci ita ſe habeat. Idem Felyn paulo infra, vbi etiam infert, quòd conceſſio à Principe
99 facta ad ſtandum, intelligitur ſecundùm quod eſt cõſuetum in loco: & alia ſimilia adducit ad idem Aret. conſi. 11. ante
100 num. 6. Dec. conſ. 65. num. 3. ad fin. Et magis propè, quòd mens ſuperioris in gratia, ſeu conceſſione per eum facta, ex eo, quòd ipſe conſuetus eſt facere, vel obſeruare, arguatur, notat Alex. conſ. 75. num. 15. lib. 5. & meminit Crauet. conſ. 543. nu. 4. conſ. 702. num. 49. prout ab obſeruantia, ſeu conſuetudine nolle Senatum ipſum recedere, demonſtrant verba illa in conceſſione adiecta, quibus derogare nõ ſolemus. Idem quoq; ſenſus dignoſcitur inſpecta cõditione Eccleſiæ, quæ talis eſt, quòd ad ordinaria tantùm onera aſtringi poteſt
101 & ſuppoſita reperitur, cum habeamus, quòd verba intelligi debent, ſecundùm conditionem eius, ad quem diſpoſitio confertur, l. plenum, §. equitij, ff. de vſu. & habit. quod & in conceſſione gratioſa procedit, l. ex militari, vbi Bald. ff. de milit. teſtam. Felyn. c. cauſam quæ, num. 17. in 5. declar. de reſcript. Iaſ. Auth. ingreſſi, num. 35. & 36. C. de ſacroſ. Eccleſ. Crauet. conſ. 465. numer. 4. quod & ſubiecta materia, agendo .ſ. de oneribus transferendis Eccleſiæ ſuadet, cum &
102 ſubiecta materia præſtet rei intellectum, Felyn. vbi ſupra,
103 verſ. Sic etiam rei, quia verba ſubiectæ materiæ ſeruiunt, Barbac. conſil. 33. numer. 6. lib. 1. qui dicitur intellectus rei aptior, Dec. in l. quoties idem ſermo, in princ. ff. de regul. iur.
104 Demùm, ſi verum eſt, quòd in interpretãda diſpoſitione alicuius, ſemper in humaniorem, & benigniorem partem interpretari debemus, l. ſi vno, ff. locat. & probat Soci. Sen. conſ. 22. num. 18. lib. 1. cui dubium, quin humanior, & benignior ſit interpretatio, vt conceſſo iſta non omnibus oneribus, ſed tantùm de his, ad quæ Eccleſia tenetur, & cogi ſo-
105 let, intelligere, & ſentire voluerit: cum & id iuri ſit conſonans,

nans, qualis voluntas Principis eſſe debet, l. ex facto, vbi Bal. & alij ff. de vulg. Crauet. conſi. 411. num. 40. alioquin eſſet Senatum iniuſtitiæ, & improbitatis incuſare, quod nefas eſt, l. vnica, ff. de offic. Præfect. Præto. ac not. Crauet. conſ. 355. num. 6.

Sic etiam, & non aliter, fuiſſe intentionem impetrantis, & nomine Eccleſiæ acceptantis, deprehenditur, quòd in precibus nulla de oneribus habetur mentio, neque veriſimile eſt, quòd diſpenſationem acceptans tam grauiter voluerit Eccleſiam onerare, ſed duntaxat prout, & quemadmodum de iure tenetur, & ex obſeruantia dominij onerari ſolet, ſumpto argumento ab eo, quod ſolet, vt mox dicebamus. Stante etiam, quòd Imperator, à ſe ipſo aliter efficere non poteſt, niſi cum conſenſu Summi Pontificis, vel ſaltem Generalis ipſius Religionis, ſeu ad minus Capituli D. Bartholomęi, cuius Eccleſiæ nomine acquiſitio facta fuit, vt per Euerar. conſ. 42. nu. 59. ad fin. & nu. 64. cum quo ſentit Burſat conſ. 25. num. 17.

Neque ponenda eſt difficultas, quòd cum acquiſitio ſub hac conditione facta fuerit, debeat ab Eccleſia, cum tali onere appoſito acceptari, per ea, quæ not. Tiraqu. de retract. conuent. ad fin. numer. 1. & ſeq. iuncto 14. quoniam primum negatur, quod acquiſitio ſub vniuerſali onere, ſed duntaxat ſubordinario facta fuerit, vt ſupra abundè demonſtratum fuit.

Prætera, quicquid ſit in minore, & in alijs priuatis, qui per adminiſtratores gubernantur, vt in acquirendis poſſit eis præiudicari, ita vt geſtis per eorum adminiſtratores cũ pactis, & conditionibus in eis inſertis, ſtandum ſit, vt ex relatis
106 per Tiraquel. eſt videre; Nihilominus quoties ſumus in Eccleſia, quæ habet Capitulum (vt hic) factum Prælati in alio conſiſtens, quàm in negligentia, ſine conſenſu Capituli, ſeu Collegij, non præiudicat Eccleſiæ, vel eius ſucceſſori, etiam in iure quærendo, Alex. conſ. 5 nu. 15. iuncto 19. lib. 5. cuius opinionem communem dicit, & tenendam in praxi Iaſ. in l. 2. nu. 130. C. de iur. emp. Cæpol. conſ. ciuil. 46. n. 3. Dec. conſ.

329. nu. 3. Bero. loquens in Eccleſia regulari, vt ſic Sindicus, & eius Prælatus Eccleſiæ non præiudicet, conſ. 102. num. 57. lib. 1. & Burſa. loquens, & ipſe de Monaſterio Capitulum habente, conſ. 26. num. 23. lib. 1. quia, vt is inquit, in arduis ſemper Capituli conſenſus requiritur, licèt in leuiorib. conſilium.

Cum itaq; neque Principis, vel Senatus concedentis, neque acceptantis conſenſus, ſimulq; nec poteſtas interuenerint, vt ad extraordinaria onera Eccleſia teneretur, reſultat, non obſtare deciſionem Felyn. poſt Ancha. in c. cum Eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 77. de conſtit. cum alijs ex aduerſo relatis; cum Felyn. & cæteri omnes loquantur in caſu, quo manifeſtè, & expreſsè conuentum erat, vt Eccleſia ad onera teneretur, vt primo loco Anchar. & Felyn. loquuntur, cum quis teſtando legat Eccleſiæ fundũ, expreſſa cõditione adiecta, quòd ſoluat onera, & collectas: nam teſtator hoc modo diſponendo enixam voluntatem demonſtrat, vt Eccleſia ad onera omnino teneatur; & proinde non mirum, ſi Eccleſia vult acceptare legatum, quod debet ad onera concurrere, impoſita ab eo, qui cum liberæ voluntatis eſſet, & rei ſuæ ar-
107 biter, & moderator, vti Domino licuit rei ſuæ onus adijcere, quod ſibi placuit. Ita argumentum ſumit Anch. cõſ. 217. adeò quod eo in caſu nedum expreſſa volũtas ita relinquentis, ſed etiam poteſtas ſic diſponendi concurrunt; quorum vtrumq; in caſu noſtro deeſt. Inſuper deciſio Anchar. fun-
108 data eſt in eo, quòd legatum ſit quędam donatio, cui donans, adijcere poteſt conditiones, & onera, quæ ipſe vult, & Eccleſia tenetur illa ſeruare, c. verum, de cõdit. appoſ. at nos ſumus in caſu non lucratiuo, ſed oneroſo; & certum eſt, ab vno ad alium vti diuerſo non dari illationem, l. Papinianus exuli, ff. de mino. cum ſimilibus. Vltra quòd deciſio Anchar. admodum tuta non reperitur, vt eam in ſpecie improbat Remig. tract. de charit. ſubſid. q. 61. nu. 19. & ſeq. vbi poſt Maur. vult, Eccleſiam potiri legato, reiecta oneris conditione, vti contraria iuri.

Sic etiam, quãdo interpoſitum reperitur pactum expreſ-

ſum

ſum cum Eccleſia, explicitè loquitur Iaſ. in repet. l. placet, ad fin. C.de ſacroſ.Eccleſ. Idem quando interuenit pactum expreſſum, loquitur Aegyd. Thomat. de coll. fol. 110. vt ibi eſt videre. Item præſupponit ipſe, quòd obligatio ſemper ſit contracta per tacitam hypothecam; quod tamen, ſecundùm communem traditionem, eſt falſum, vt ſup. diximus, vnde Aegyd. erroneo nititur fundamento; & propterea corruit eius dictum, c.cum Paulus, 1.q.1.

Feſtaſius verò ad idem ex aduersò allegatus, tract. de colleſt. p.4. nu.46. & ſeq. in longè diuerſis terminis, à noſtro loquitur, nempè cum Eccleſia laicorum ſtatuta approbauit, ac in loco ſuo ſeruari mandauit, qui caſus nobis in aliquo non correſpondet, cum nullibi de huiuſmodi ſtatutorum laicorum approbatione, & de mandato ad illa obſeruanda cõſtet. Similiter idem Feſtaſ. infra in cap. ſeq. qui eſt ſecundus, nu. 31. loquitur in caſu, quo Eccleſia conuenit de ſoluendis oneribus, ſicq; vbi expreſsè ita conuentum extat: quæ expreſſa conuentio in caſu noſtro deeſt, vt iam ſæpè dictum fuit. Sic etiam de conuentione inita, per quam bona conuentionata cum Communitate dicuntur, loquitur Bell.conſ.40.nu.5.de qua conuentione cum Communitate inita nullibi conſtat, quare nec talis traditio caſui noſtro confert. Prout etiam de promiſſione ſoluendi onera facta pro ſe, & hæredibus, loquitur Theſſaur. deciſ.234. num. 9. ſequutus Bald. Bello. & alios idem loquentes, qualis promiſſio in caſu noſtro nõ affertur. Idem de re ex pacto onere affecta. loquitur Silua.conſ. 66. nu.6.& 7. Eodem modo de expreſſa promiſſione præcedente loquitur Natta conſ.515. num.14. quin etiam nec ipſe contra Eccleſiam reſeruauit, vt per eum eſt videre, & in ſpecie obſeruat Theſſaur. alleg. deciſ.234. n.5. ad fin. Poſtremò Alba conſ.8.nu.21. nedum aliquid, quod caſui noſtro cõtrarietur, dicit, ſed in toto illo conſilio partes Eccleſiæ omnibus viribus tuetur. Vnde allegatæ ex aduerſo traditiones, diligenter trutinatæ ad caſum noſtrum nihil conferunt.

Demum, vbi velimus (citra veritatis præiuditium) quod per allegatam Principis, ſeu Senatus conceſſionem, ſub con-

ditione; Vt res cum ſuis oneribus tranſiret, & per admini-ſtratorem Eccleſiæ acceptatam, præiudicatum eſſet Eccleſię
109 vt ad quæcunque onera obligata fuiſſet, aduersus tale præiudicium allatum Eccleſiæ, per reſtitutionem in integrum ei ſuccurri poteſt, c. 1. & 2. de reſtit. in integ. in 6. Alex. conſ. 5.
110 nu. 16. & conſ. 115. nu. 5. lib. 5. prout aduersùs quemlibet actum præiuditialē ſibi, Eccleſia reſtituitur, Sfort. Odd. tract. de reſtit. in integ. quæſt. 51. num. 2. & 3.

Itidem, vbi quis citra onera legitimum intellectum vellet haſce litteras ea omnia onera complecti, ad quæ dator tenebatur, ob cōſensū præſtitum per eos, qui illas impetrarunt, illæ nocere non debent Monaſterio, cuius nomine acquiſitio hæc facta fuit, neq; alijs præter impetrantes obeſſe poſſunt; præcipuè non accedente conſenſu Summi Pontificis, vel ſaltem Generalis Religionis Carthuſiēſis, vt per Euer. alleg. ſępè conſ. 42. num. 59. ante fin. & num. 64. & ſentit Burſat. conſ. 52. num. 17.

Cæterùm, ſi fortè Communitas pœnitentia ducta, ad ſola
111 ordinaria ſe reducat, prout ſeruari videtur in hoc Dominio, ita annuentibus ſupremis Tribunalibus, vt refert Franc. Maran. Plot. in Scholijs ad Martinum Garr. conſ. 63. nu. 13. vbi inquit, quòd in Mediolani Dominio ſeruatur, quòd Eccleſia pro bonis antiquitùs acquiſitis nil ſoluit cum ſecularibus, nec Principi ſæculari; ſed pro bonis nouiter acquiſitis per Eccleſiam à ſæcularibus ordinari ſolet per ſuprema tribunalia, quòd Eccleſia, & perſonæ Religioſæ pro oneribus extraordinarijs non moleſtentur, etiam quòd ipſa bona cum ſæcularibus ſint æſtimata, & pro eis alienantes ſoluiſſent onera.

112 Non proinde (poſteaquam res per iuris tramites cognoſcenda, & decidēda venit) erit ponere os in cœlum, aſſerendo Reueren. Monachos ad aliquod de iure aſtringi nō poſſe, quàm ad onus merè reale, ſicq; ad ſolum cenſum, qui ſoluitur Domino, cæteris alijs dimiſſis, cuiuſcumque ſpeciei ſint, ac qualitercunque connumerata reperiantur, ordinaria, ſeu extraordinaria, ſecundùm magis receptas, & tutas ſcriben-

tium

tium traditiones, vt ſupra demonſtratum fuit; nulla habita
ratione allegatæ obſeruantiæ, quæ (vltra quòd non facilis
probationis extat, vt in ſpecie obſeruat Ioan. Botta conſ. 87.
num. 33. & ſeq.) tanquam iuri contraria non ſubſiſtit, niſi
quatenus de facto tollerata ſit, & in iudicium deducta non
113 extet. Cum talis conſuetudo, ſeu obſeruantia contra Ec-
cleſiam, quicquid ſit contra laicos, expreſsè à iure improba-
ta reperiatur, vnde ſubſiſtere non poteſt, Auth. caſſa, & irri-
ta, C. de ſacroſan. Eccleſ. iuncta Auth. item nulla, C. de Epiſc.
& Cler. c. quamquam, de cenſib. in 6. Abb. c. Maſſana, num.
6. de elect. c. non minus, nu. 17. de immun. Eccleſ. Ant. Imol.
& cæteri in c. 1. de conſuetud. vbi ij omnes ſcribunt, talem
114 conſuetudinē non valere, neque aliquod ius tribuere, Rui.
conſ. 117. ad fin. lib. 4. Bero. conſ. 31. nu. 17. lib. 1. Rim. iun.
conſ. 35. nu. 23. Io. Botta d. conſ. 87. num. 37. & clarius cæte-
ris Euer. alleg. ſæpè conſ. 42. nu. 31. verſ. Hinc etiam recte, &
latiùs num. 48. verſ. Secundò reſpondetur, & num. ſeq. vbi
115 probat, & vult, quòd cum ſemel huiuſmodi obſeruantia ſit
reprobata, non poteſt de nouo induci, reſiſtente lege, quæ
116 ſemper loquitur, ſubijciens, nec tolerantiam Summi Pon-
tificis eam conualidare, & alia tradit ad corroborationem
huius concluſionis, vt apud eum. Et vbi velimus, ab aliqui-
117 bus, vel Eccleſijs, vel Religioſis perſonis hanc obſeruātiam
fuiſſe toleratam, non tamen alijs, vel toti Clero, qui nō con-
ſenſerunt, obeſſe debet; vt hoc idem obſeruat Euerar. d. cōſ.
118 42. num. 59. verſic. Ad tertium verò, & nu. 64. verùm non
proinde à decretis maiorum noſtrorum diſſentio, quæ nec
mihi pro ordinarijs vſque nunc à iure diſcrepare videntur,
tum quia cum ordinaria merè realia ſint, atque ſortita nomē
tributi, etiam iuxta communes traditiones, ad Eccleſiā tran-
ſire debent, vt reperio, ita re ad partes diſcuſſa, firmaſſe; Ce-
pol. conſ. 3. in 2. & 4. dubio, lib. 2. & cum eo in eadem facti
contingentia, Bart. conſ. 1. lib. 3. Marcobruni conſil. nu. 30.
119 cum ſeq. nu. 37. & ſeq. ac nu. 85. tum etiam quia in con-
flictu opinionum, ea tenenda eſt, quam loci, ſeu Prouinciæ
conſuetudo, obſeruātiaue ſequitur Remig. de charit. ſubſid.

q.61. nu.37. & ſeqq. Duen. reg. 100. 1. limit. & Couar. pract. qq. cap. 31. ad fin. de quibus latiùs dicturi ſumus in noſtro tract. de re ruſtic. lib. 1. c. de Pręsby. ſeu Parocho vilæ, §. ....

Hæc dicta ſint ſecundùm terminos iuris communis; cæterum vbi etiam velimus manum apponere ad ampla priuilegia ſacræ, & piæ Religioni Carthuſienſi, tum per Summos Pontifices, tum per Imperatores, & Duces Mediolani conceſſa, comperiemus, Reuerendos Monachos hoc eodem fauore, & gratia decoratos eſſe, & ita omnino immunes fore præſeruandos, quæ pro nunc attingere non expedit.

Celeberrimi, ac Egregij V. I. Conſulti IOANNIS BAPTISTAE CACCIAE NOVARIENSIS. V. I. Conſilium, & Reſponſum Deciſiuum.

EPITOME.

Eccleſiaſticus ordo nō tenetur ad obſeruantiam Nouarum Conſtitutionum Mediolani tit. de pœnis §. Collegijs, in quibus decretum eſt, ne quis Bona aliqua immobilia territorij illius Dominij vendere, aut alienare poſſit in perſonam non ſubditam illi Dominio, ſine diſpenſatione Senatus.

Nec minùs ad illam eorumdemmet Conſtitutionum Nou. tit. de oneribus, §. Acquirentes; in qua ſtatuitur, quod bona acquirentes quocunq; titulo, etiam ſi immunes, & eſſempti ſint, teneantur ad ſolutionem onerum, his modo & forma, quemadmodum tenebatur is, qui bona alienauit, quia (inquit) volumus, quod bona tranſeant, cum onere ſuo.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſtici non ſunt in caſu prætenſi decreti Senatus Mediolani §. Collegijs tit. de pœnis lib. 4. Nou. Conſt. Nec minùs in illo de oneribus, quòd bona tranſeaut cum onere ſuo, vſq; ad numer. 5.*

5 *Prædicta decreta Nou. Conſt. non poſſunt afficere Eccleſiaſticos, niſi pro oneribus ordinarijs.*

6 *Eccleſiaſtici eandem conſtituũt rempublicam cum laicis, & habent ciuilitatem cum priuilegio immunitatis.*

7 *Eccleſiaſtici, & ſi non ſint ſubditi laicis, quò ad iuriſdictionem, nec*
8 *illis ſubiecti; Tamen non ſunt penitus extranei, quia Reipublicæ, & vt ad illam pertinent, ſunt aliquo modo ſubiecti; & proin-*
9 *de includi non poſſunt in decreto Nou. Conſt. de non transferendo bona immobilia de ſuppoſito in nõ ſuppoſitum, præſertim cum decretum dicat, non ſuppoſitum, negatiuè.*

10 *Eccleſiaſtici ſunt ſuppoſiti, quò ad onera ſpiritualia non minoris commodi ciuitatibus temporalibus oneribus.*

11 *Inſuper ratione continentiæ territorij; Imo, & quò ad onera, quandoq; temporalia, vt ſunt onera ordinaria; & hæc ſufficiunt plusquam valde ad hoc, vt etiam dici poſſint ſuppoſiti, ſubiecti, &c. & non è conuerſo.*

12 *Per conſtitutionem excludentem perſonam non ſuppoſitam, nomine perſonæ non venit Eccleſia excluſa, etenim decretum quando voluit vniuerſitatem includere, illam nominauit, dicendo, §. Collegijs, Vniuerſitatibus, &c.*

13 *Verba Nou. Conſt. de pœnis, & oneribus in illis prohibentibus nullo modo comprehendunt Eccleſiam; aliter eſſet violatio Eccleſiaſticæ libertatis; & hæc eſt communior Doctorum opinio.*

14 *Senatus Excellentiſſimus Mediolani declarauit Eccleſiam nõ comprehendi in decretis Nou. Conſtit.*

15 *Nullo modo Eccleſia, Eccleſiaſticaq; perſona comprehendi poſſunt in Decreto Nou. Conſt. de oneribus in acquirendo bona immobilia, cum Diuino, & Humano iure ſint exempti ab oneribus, ſeruata Eccleſiaſtica immunitate; & hoc vſq; ad nu. 18.*

18 *Bonorum eccleſiaſticorum par ratio eſt omnium, tam antiquorum, quàm de nouo acquiſitorum, & acquirendorum.*

19 *Similiter par eſt modus in illis acquirendis, & inter illa nulla eſt ponenda diſtinctio, tam de contractibus inter viuos, quàm de alijs vſq; ad num. 22.*

22 *Omnibus quibuſcunq; amputata eſt laicis poteſtas aliquid ſtatuendi, decernendi, & conſtituendi contra Eccleſiaſticam libertatem, & immunitatem, iuxta communem omnium Doctorũ ſentẽtiam; quod etiam Mediolani Senatus ſenſit iudicãdo Eccleſiaſticos non comprehendi in illis decretis Nou. Conſt. & vterq; Magiſtratus, & ideo ab omnibus collectis pro militum hoſpitatione, menſuali & oneribus extraordinarijs, ſunt immunes, & hoc vſq; ad numer. 30.*

30 *Litteræ diſpenſatoriæ Senatus Med. de transferendis bonis de ſuppoſito in non ſuppoſitum, eundem habent ſenſum, & effectum, quem conſtitutiones ipſæ, igitur & mentem; & ideo ſunt intelligenda de oneribus bonis ipſis affixis; & hoc etiam habetur ex ipſis Conſtit. & litteris, dicendo cum oneribus incumbentibus, vſq; ad num. 32.*

32 *Conſtitutiones, & litteræ prædictæ ſic ſunt à Catholicis intelligendæ, ne opinemur ſtatuentes habuiſſe ſenſum, & mentem offendendi libertatem, & immunitatẽ Eccleſiaſticam, quod diiudicari non debet; nam ſecùs incurrerent in excommunicationem, & alias cenſuras, & pœnas, etiam ſi bona acquiſita forent jam in æſtimo aſcripta, & allibrata, & hoc vſq; ad finem.*

Beati omnes, qui timent Dominum.

Ardua ſanè proponitur quæſtio. Quandoquidem in facto preſupponitur adeſſe conſtitutionem Mediolani in §. Collegijs, tit. de pœnis; In qua decretum eſt, ne quis bona aliqua immobilia territorij illius dominij vendere, aut alienare poſſit in perſonam non ſubditam illi Dominio ſine diſpenſatione Senatus.

Alio decreto titulo de oneribus earumdem conſt. ſtatuitur quod bona acquirentes quocumq; titulo, etiam ſi immunes, & exempti ſint, teneãtur ad ſolutionem onerum, quemadmodum is tenebatur, qui bona alienauit; Quia inquit volumus, quòd bona tranſeant cum ſuo onere.

In forma diſpenſationis tradita pro Eccleſiaſticis (nam ſolent Eccleſiaſtici, pleriq; huiuſmodi diſpenſationes quærere) cauetur quòd fideiubeant apud quæſtores extraordinarios de ſoluendis oneribus bonis incũbentibus, quemadmodum ſoluebat ille, qui alienauit.

Atqui hæc fideiuſſio concipitur quidem verbis generalibus cum relatione ad prędictam formam hoc modo. Secundùm formam litterarum Excellentiſs. Senatus; verum Communitates, & ij de quorum iure intereſt agitur, vigore illius fideiuſſionis cogunt Eccleſiaſticos ad quæcunque onera indiſtinctè, etiam quæ pro tempore imponuntur, & ſic ad collectas omnes, quas ſoluere teneretur ille, qui vendidit, ſi non alienaſſet.

Cum autem Ven. Congreg. S. Pauli, fuiſſet inſtituta hæres à Com. Aurel. Beccaria, in ipſaq; hæreditate cõtinuata etiam ab Excellentiſs. Senatu, atq; immunis pariter declarata ab Illuſtri Magiſtratu pro bonis dictæ hæreditatis, & per annos 16. perſeueraſſet in poſſeiſione bonorum controuerſorum, & immunitatis. Tandemq; ad compoſitionem quandam, & tranſactionem deueniſſet cum hæredibus q. Com. Lucretiæ Beccariæ filiæ dicti Com. Aurel. ſuper litibus cum ea, & poſt modum cum ipſis vertentibus, in qua tranſactione quędam bona dictæ hæreditatis conſequenterq; ipſius V. Congregationis, & ab ea ſemper poſſeſſa vnico actu, & Inſtrumento illis tradidit, & illicò recepit, ad extinquenda hinc inde quædam mutua credita inter partes exiſtentia, qui actus pro maiori firmitate, & claritate huius mutuæ compenſationis appellatus ſit per datum in ſolutum. Hinc factum eſt, quod Ciuitas Papię, vt apparet (Arrepta occaſione dictarum litterarum Excellentiſſimi Senatus, quas appellauit Decretum) Inſtituit Iudicium contra eoſdem Clericos coram Illuſt.

luſt. Magiſtratu ordinario, prætextu, quòd immunitas, & exemptio eiſdem Clericis pro eis bonis hæreditatis Cō. Aureliani iam pridem declarata nō prodeſſet, cum bona eſſent data in ſolutum, à quo Magiſtratu obtinuit decretum, ea bona eſſe ſuppoſita oneribus iuxta ordinationem Excellentiſſimi Senatus, coram quo nunc per appellationem eademmet lis agitur. Dubitatur itaque quid in hac cauſa ſentiendū ſit.

1 Breuitati ſtudens; Illud in primis allegari poteſt pro Ven. Congreg. quòd non ſit in caſu prætenſi Decreti Senatus. Primò, quia decretum non fuit à Senatu, quod teneantur Clerici eo modo acquirere, ſed conditio illa; vel onus tantūmodo appoſitum Clericis diſpēſationes petere volentibus, vt de ſe patet; at qui hoc in caſu Decreto illo non ſunt vſi Clerici, ergo eius diſpoſitioni non ſubiacent, ſed neque tenebantur pluribus de cauſis, de quibus infra.

2 Quia Cōgregatio in effectu iſta bona prætēſa data in ſolutum antea pœnes ſe iugiter habuit, cum eſſent in hæreditate Com. Aureliani, quòd ſi tradidit illa præf. hæredibus pro ſatisfactione cuiuſdam prætēſi eorum crediti, id eo pacto fuit, vt ſtatim eodem actu illa redderētur ipſi Congregationi, pro ſolutione alterius in eorum debiti; ad quod erga illam tenebantur hæredes ipſi, & ſic erant etiam creditores eorūdem bonorum, fuitq; in effectu retentio. Hic verò caſus non videtur comprænhenſus in præfato Decreto, in quo ſupponuntur bona non priùs fuiſſe pœnes Eccleſiam præſertim declaratam capacem, ſed pœnes laicos, & à laicis, cum quibus contrahitur, prouenire, eoſque onera omnia omnino ſoluiſſe, & ſoluere, vt apertè ex lectura Decreti, ſeu litterarum Senatus deprænhendi poteſt.

3 Nec dicatur ex traditione illa fuiſſe translata ea bona in laicum, & ſic ius acquiſitum Ciuitati eadem collectandi. Quia translatio fuit facta non ad effectum, vt ad manus laicorum peruenirent, ſed ſolùm ex quadā neceſſitate, vt parcellæ debiti, & crediti, ex vtraque parte melius extinguerentur, idque ſtatim, & eodem actu, & inſtrumento; & ad hoc, quòd bona remanerent omnino apud Congregationem, quo

caſu

caſu huiuſmodi momentanea acquiſitio non eſt habenda in conſideratione, nec parit prætenſum iuris effectum l. aliud eſt capere ff. de verborum ſignif & expreſſiùs per optimum tex. in l.fin. §. fi. in fin. C.de bo. quæ lib. Phanut. in ſimilibus ter. trac.de lucro dot. Gloſ. 8. num. 18. vbi alleg. deciſ. Rot. pulchrè, & latè Roland. à Valle in proximis terminis conſi. 15. numer.34. lib.1. Bald. in d. l. fin. vbi etiam Dec. in Gloſſ. marg.

4 Confirmatur, quia præf. Comitiſſa, vel eius hæredes nunquam fuerũt in actuali poſſeſſione dictorum bonorũ, etiam poſt tranſactionem, & ſic effectum realem nõ habuit illa traditio, imo ex pacto ſpeciali retenta fuerunt penes Congregationem primœua eius iura in ipſis bonis, quo caſu nõ poteſt prætendi acquiſitum ius collectandi (præſertim cùm eo momento nulla fuiſſet impoſita collecta) ad tradita per Socin. Iun. conſ.3. nu.10. lib.3. & Ioſef. Ludouic. Deciſ. Peruſ. 85. num.7.

Non ſunt in caſu prætenſi Decreti, quia hic caſus dati in ſolutum expreſsè eſt exceptus à prohibitione alienãdi in non ſubditum ab ipſamet conſtitutione, vt patet, neque Vener. Congregatio compræhenditur in obligatione ſecundæ parcellæ, vel oneris alienandi, de quaibi, cum iam fuiſſet, vt dictum eſt, à Senatu Excellentiſſimo primùm, deinde ab alijs Senatoribus Iudicibus declarata capax ſucceſſionis bonorũ, etiam donatorum d. Com. Aureliani, & conſtitutio apertè loquatur de forenſibus, & incapacibus acquiſitionis. Quare ſuperuacanea videtur hæc diſputatio in caſu ſaltem iſto.

5 Et hic eſt punctus principalis, quidquid ſit de laicis forenſibus, non putant Reuer. Clerici, vel decretum d. §. Collegijs, vel litteras diſpenſationis arctare Eccleſiaſticos ad huiuſmodi diſpenſationem petendam; Neque diſpoſitionem alterius decreti de oneribus (quamuis de exemptis, & oneribus omnibus illis, quæ ſoluere debebat alienans, loquatur) aut litteras diſpenſationis eadem verba refferentes, reſpectu Eccleſiaſticorum intelligi de extraordinarijs, aut collectis; quandoquidem ſi prędicta continerent, dicerentur contra liber-

tatem

tatem Eccleſiaſticam, quæ omnia, & ratione, & auctoritate ſigillatim demonſtrãtur, & quod attinet ad §. Collegijs, id ſatis euidens eſt.

6 Ratione quidem, Nam aut volumus ad eos porrigi ex eo, quod extranei, & forenſes dicantur, & hoc nõ, quinimo sũt, & dicuntur de populo, & veniunt appellatione ciuium, Incolarum, & hominum ipſius Ciuitatis, & dominij, quandoquidem vnam, & eandem conſtituunt rempublicam, cum laicis; Ita probat Tex. & ibi per omnes in c. fin. in princ. ibi. Nec aliquis de off. deleg. in 6. In c. dilecti, & ibi not. in Verbo Anglicis de fo. compet. Gem. in c. ſi ſententia in princ. nu. 2. de ſent. excom. in 6. Oldrad. quem omnes allegant in toto conſ. 32. Paul. de Caſt. in l. omnes populi nu. 6. & 8. de Iuſt. & Iur. Alex. conſ. 41. nu. 4. lib. 7. not. Dec. nu. 34. & melius nu. 40. cum duobus ſeq. in c. Eccleſ. S. Mar. de Conſt. & ad lap. not. Mandoſ. alleg. 101. nu. 6. & 24. & etiam Mandoſ. Iun. ad Rom. conſ. 180. nu. 2. Plot. in l. ſi quando num. 854. Burſat. conſ. 59. numer. 31. Caſſan. in conſuet. Burg. Rubr. 13. §. 5. princ. Bertach. in trac. de Epiſc. lib. 4. in 4. par. nu. 147.

Et aduertatur præfatos Auctores ſimul admittere hanc ciuilitatem in Eccleſiaſticis, cum immunitatis priuilegio; nam inquiunt ſicut quilibet alius priuilegiatus laicus non deſinit eſſe ciuis ex eo, quod gaudeat, & ſit præditus aliquo priuilegio, ita neque Eccleſiaſtici propterea non ſunt dicendi non ciues, quòd immunitatis priuilegio gaudeant, & ſic in ſpecie trad. Oldrad. d. conſ. 32. Paul. de Caſtr. Alex. alioquin priuilegium eis magis noceret contra communes Iuris regulas.

7 Aut quia dicantur non ſubditi, ſed neque id affirmari poteſt abſolutè; aduertendum igitur eſt, quòd iſta ſubiectio ſi eſſet relata ad iuriſdictionem officialis laici, nullo modo poſſent dici ſubiecti, ex quo etiam volentes non poſſunt ei ſubijci c. ſi diligenti de for. comp. Alciat. in c. cum nõ ab homine de Iud. Couar. pract. quæſt. cap. 31. & in iſtis terminis conſuluit Ancar. conſ. 258. in princ. & loquitur Alberic. 2. par. ſtat. q. 2. in fin.

At qui

8 Atqui decretum non poteſt intelligi reſpectu iſtius non ſubiectionis iuriſdictionalis, eſſet enim ambitioſum, & partiale contra conditiones legis ad copioſè trad. per Surd. in conſ. 301. num. 26. 27. & alijs præcedentibus, probauimus enim Clericos eſſe conciues, & pertinere ad eandem vniuerſitatem.

9 Latiori ergo ſignificatione nomen ſubditi eſt accipiẽdum præſertim cum Decretum dicat non ſubditum negatiuè, & ſic intelligitur, vt nulla ratione ſit ſubditus, ſed pœnitus extraneus, vt per Boſſ. in terminis huius decreti tit. de pœn. nu. 43. col. 3. princ. & paulo ante nu. 44. verſic. & adhæc etiam vide. At Eccleſiaſtici reſpectu reipublicæ non ſunt tales, ſed vt ad eam pertinentes aliquo modo ſubiecti.

10 Poſſet igitur ſubiectio accipi non tantum ratione iuriſdictionis, ſed vel ratione onerum in genere, vel reſpectu continentiæ territorij, tunc ſane etiam Religioſi videntur ſubditi, etenim quò ad onera, ſupportant onera ſpiritualia, ſi nõ temporalia, quæ cum ſint pariter onera ciuitatis, non ſecus, atq; temporalia ipſa ad c. veſtra de cohabit. cleric. & mul. nõ minus hac ratione dicuntur ſicut ciues, ita & ſubditi, & nõ poſſunt numerari inter perſonas non ſubiectas ciuitatis. Boſſ. d. nu. 43. verſic. & adhoc adduco, poſt Ancar. conſ. 61. ad fin. ſuſtinent enim inquit onera ſpiritualia, quia Deus ob eorum orationes, & diuina miniſteria conſeruat ciuitates, pulchrè etiam ad rem Plot. in d. l. ſi quando num. 854. verſic. clerici autem, Imò & onera quandoq; temporalia cum moderamine tamen, de quo in C. Nõ minus de immun. Eccleſ. ſed & in multis de iure ſubijciuntur etiam Iudici ſæculari, vt conſiderat Ancar. vbi ſupra.

11 Quo ad continentiam verò territorij pariter hoc eſt clarum, & propterea veniunt etiam appellatione diſtrictualium vt notat in alleg. c. fin. de off. deleg. in 6. per Alex. conſi. 41. col. 2. lib. 7. Mandoſ. ad lap. d. Alleg. 101. nu. 6. & 24. Paul. de Caſt. conſ. 296. in 1. col. quem ſequitur Boſſ. vt ſupra d. verſ. & ad hoc. Ita vt etiam hoc reſpectu poſſint dici ſubditi, nam & diſtrictio æquipollet ſubiectioni, & pro eodem accipiuntur.

tur. Ad Card. in Clem. Ne Romani §. ſanè de re iud. fœl. in c. Rodulphus numer.29. de reſcrip. Bald. in conſ.419. lib.1. Gall. in conſuet. Alex. in 8. præf. nu.43. & ita in his term. tenet Signor.conſ.21. nu.7. verſ.7. Alber. in 2.par.ſtat.q.2.col. mihi 5. in principio, & ſic dici poſſunt de dominio, ad quod reſpicere videtur ſtatutum, cum ad dominium ſe referat.

12 Sed & attento tenore verborum, Eccleſiæ, & Monaſteria non comprehenduntur in ſtatuto prohibente fieri alterationem in perſonam non ſubditam, nomine enim perſonæ non venit Eccleſia, cum denotet vniuerſitatem, Bald. in term. cōſ. 132. lib. 3. ſicut & conſtitutio ipſa Mediolani probat, dum ſub nomine alienantis, vt vniuerſitates etiam comprehenderet, de illis ſpecialem facit mentionem, quam denotāt nomina collegijs, vniuerſitatibus, &c.

13 Quapropter ſi rationem attendamus, & verba, Eccleſia nullo modo compræhenſa dici poteſt in prohibitione, & diſpoſitione illius ſtatuti reſpectu acquiſitionis paſſiuè, quòd ſi ex intentione, vel praxi ad illam etiam extēdatur, euitari non poteſt violatio libertatis Eccleſiaſticæ, prout communis Doctorum affirmat opinio. Ita Bar. in l. filius familias §. Diui. nu. 12. verſic.2. Dubium, & in l. 1. & in l. & inter Diuinum num. 19. C. de ſacroſ. Eccleſ. vbi etiam Oldrad. citat. Alex. in d. §. Diui. latè nu. 11. & 12. & in conſ.201. vol.2. Iaſ. ibidem in 1. lectura nu.72. & 83. & in 2. lect. nu.107. Io. Baptiſta Rip. ibidem nu.81. & lib.1. reſponſ. 2. nu. 4. & 5. Io. Baptiſta Crot. ibidem nu.80. cum ſeq. Paul. de Caſt. conſ.89. num.1. vol.2. Fab. de Monte tract. de empt. & vend. 3.par. in princ.nu.45. Albert. Brun. trac. de ſtat. in verbo forenſis verſic. forenſis clericus. Boſſ. in tract. de princip. & eius priuil. nu. 339. Tiraq. in trac. connub. Gloſ.8. de con. Mari. num. 172. Gabr. Sayran. ad Marteſil. Sing. 110. nu.33. Couar. in regul. Poſſeſſor. mala fidei 2. parte §. 4. nu. 7. verſic. hoc ipſum fulcitur. Alberic. trac. de ſtat. par.2. lib.2. c.2. præſertim in fin. Clar. in prox. c. §. fin. quæſt.82. verſi. ſed quæro, vbi dicit cōmunem, Michael Craſſ. in ſuis communibus lib. 2. verſic. ſtatutum quæſt. 12. Carpan. ad ſtat. Mediolan. tit. de pœnis agens de

hoc

hoc ipſo §. collegijs nu.66. Bald. in conſ. 232.lib.3. per L. ceuerit de ſent. excom. & in l.iubemus 1.nu.2. C.de ſacroſ. Eccleſ. in his terminis; & in d.l. vt inter Diuinum, num. 11. quo loco ait hāc eſſe veritatem C.de ſum. Trinit. Federic.de Sen. conſ.45. Panorm. conſ.26. per totum 1.par. Dec. conſ. 114. col. penul. Socin. Sen. conſ. 14. lib.4. nu.1. Barbatia conſ.47. nu.10. lib.3. Burſat. conſ.93. num.13. in 1.lib. Hipol. Rimin. conſ.15. nu.73. & ſeq. vol. 1. Alba. conſ.8. concluſ.6. num.9. Plot. conſ.19. num.11. & 12. vbi copioſè, & eruditè, Surd. latè conſ.3. num. 34. & multò copioſiùs conſ. 301. per totum Io. And. in c.cos de Immun. Eccleſ. lib. 6. nu. 3. verſic. Item ſi intelligatur Franc. ibidem nu.2. Ancar. ibi nu.2. & in repet. c. canonum, nu. 165. 166. de conſt. & in cōſ. 61. Doctores in c.Eccleſia S. Mariæ de conſt. vbi Fœl. nu. 81. & 86. Archid. 2. q. 1. c.lotarius. Silueſter Prierius in ſum. verbo excommunicatio 4. nu. 5. verſic. ſed 1. nota. Angel. de Clauaſ. in ſum. eodem verbo nu.7. caſ.36. nu. 1. Iacobus Vngarel. in additionibus ad Angel. eodem verbo in ſum lit. F. vbi egregiè loquitur, Sum. Roſel. eodem verbo excommunicatio 33. nu.3. S. Antoninus in ſum. 3.p. tit.24. cap.18. Sum. Tabiena eodem verbo excommunicatio, 5. caſ.20. nu.5. ad 4. argum. Io. Frāc. Leonis in Theſaur. for. Eccleſ. 1.parte cap. 14. nu.38. & 39. vbi dicit communem, à qua nec in conſulendo, nec in iudicando recedendum eſſe affirmat.

14 Sed quid plura? Senatum ipſum Excellentiſſimum refert Carpan. vbi ſupra nu.151. ita declaraſſe anno 1551. die 3. Iulij, in cauſa emptionis factæ per quendam Io. Ambroſium Præpoſitum Papienſem, & apertè aſſeruit. Boſſ. tit. de pœn. nu.43. nunquam ſe vidiſſe Senatum infringentem alienationem factam in Eccleſiam ſine diſpenſatione. Et Senatus in ſpecie pro licita, acquiſitione abſq; tali licentia in iudicando habuit, non ſemel etiam modern. temporibus, prout publicis documentis apparet.

Nulla ergo remanet hæſitatio, quòd Eccleſia, Eccleſiaſticæue perſonæ nō teneantur vinculo illius decreti ad eam diſpenſationem petendam, quamuis ex abundanti plerumq;

iſtam petant, & idem ſentit Soc. Sen. conſ.61. nu. 4. in 3. Soc. cin. Iun. conſ.65. nu.42. lib.1. Nat. conſ.674.12. quòd ſi nūc diuerſa eſſet intentio (quod non creditur, nec probatur) ineuitabilis omnino videretur læſio immunitatis, & libertatis Eccleſiaſticæ.

15 Videamus nunc, an aliquo modo circa læſionem immunitatis Eccleſiaſticæ comprehēdi poſſint in ſtatuto, quo cauetur, quemcumq; etiam exemptum teneri ad ſolutionem onerum, ijs modo, & forma prout tenebatur ille, cuius erāt bona, & in eo loco, vbi conſuetum erat, quia vult bona tranſire cum onere ſuo; ſi nomine onerum intelligantur etiam mixta, & quæ collectæ dicuntur, & conſequenter in litteris, de quibus agitur eadem verba continentibus.

16 Et breuiter ommiſſis generalitatibus, non comprehēdi eodem modo demonſtratur. Ratione quidem. Nam Eccleſia Diuino, & Humano iure eſt exempta ab huiuſmodi oneribus. Diuino quidem immunes expreſsè probat Tex. in c. Quamquam decens, & habetur in l. in ſumma ff. de rerum diuiſ. & Inſtit. eodem tit. §. nullus, Abb. in c. Peruenit, & c. Non minus, de immun. Eccleſ. vbi Io. Andre. Romi. Franc. Archid. & alij communiter cum Gloſ. in c. Eccleſia S. Mariæ de conſt. quæ ſanè concluſ. pluribus comprobari poſſet, ſed hæc ſufficiant.

17 Humano verò, & Can. quidem, vt in c. ſecundùm canonicam 23. q.8. c. conuenior, eadēm q. d. c. Non minus, c. aduerſus de immun. Eccleſ.

Cæſareo autem omiſſis tam multis, quæ adhæc allegari ſolent in d. l. placet C. de ſacroſ. Eccleſ. eo quod aliqualiter diminutè de illa ſanxerint.

Duabus plenè id probatur. Nam in l. item nulla communitas C. de Epiſc. & Cleric. in qua in vniuerſum omnibus inferioribus à Principe interdicitur quæcumq; onera Eccleſijs imponere. Altera in Auth. caſſa C. de ſacroſ. Eccleſ. quæ eſt pars altera præfat. legis. Item nulla, &c. vt annotauit Alcia. prohibet id ipſum vniuerſis laicis poteſtatibus quamuis ſuprema, annullans in contrarium ſancita; Hæ verò ſunt cor-

recto-

rectoriæ reliquarum legum antecedentium Iuſtiniani Codicis, vt poſt Alcia. benè obſeruauit Epiſc. Nouar. Carol. à Baſilica Petri in tra. ſeu coment. quem ædidit in d. c. cõuenior 23. q. 8. ſub nu. 15. Nam Summo Pont. Honorio III. Inſtante Frideric. Imperator eam legem tulit, cum ab eo eſſet coronatus, vt refert Sigon. anno 1221. fuitque approbata, atque ſubſcripta ab eodem Pont. loquunturque generaliter de quibuſcunque exactionibus, vt planè reddatur inanis labor quorundam intendentium concordare has leges, cum quibuſdam præcedentibus, onerantibus Eccleſias in quibuſdam particularibus muneribus. Ante nihilominus extabat quædam Sanctio, quæ adſcribitur vel Carolo Magno, vel Pipino, vel Ludouico Imperatori, reperiturque in capitularibus lib. 6. c. 107. omnia onera ab Eccleſia excludens. His verbis. Poſſeſſiones ad Religioſa loca pertinentes nullã deſcriptionem agnoſcant, niſi ad conſtitutionem viarum, vel Pontium, ſi tamen intra eadem loca habuerint poſſeſſiones; in alijs verò omnibus habeant integram immunitatem.

18 Neque aliqua conſtituenda eſt differentia inter Eccleſiarum bona antiquitùs acquiſita, & denuo acquirenda, quandoquidem par omnium eſt, eademque ratio, & procul dubio prędicta omnia iura præſupponebant acquiſitiones futuras. Nam à Conſtantini Magni ætate, qui primus Iure Cæſareo huius facultatis bona acquirendi Eccleſijs priuilegium conceſſit, vt in l. Habeat C. de ſacroſ. Eccleſ. qui ſequuti ſunt Imperatores Leo, & Antemius in l. Iubemus C. eod. Valentin. & Martian. d. l. vt inter diuinum ſimiliter indiſtinctè tam de acquiſitis, quàm de acquirendis iura ædidere.

19 Neque pariter in modo acquirendi vis aliqua diſtinctionis eſt ponenda, per contractum ſcilicet donationem, aut per vltimas voluntates, Nam iura tam ciuilia, quam canonica generaliter loquuntur, ideoque generaliter intelligenda.

20 Sed & nũcupatim de contractibus inter viuos cautum eſt in d. l. iubemus ibi, aut certe inter viuentes habita largitate, ſiue contractu venditionis, ſiue donatione, ſiue alio quocũque titulo, & in l. illud eodem titulo, & in Auth. de non alienando,

aut permut. §. Nos igitur, & §. ſi nimis, & expreſſius, etiam generaliter reſpectu bonorum denuò acquiſitorum habemus c. 1. de immu. Eccleſ. in 6. vbi omnes notant.

21 Et hæc quoad rationem, ex qua cum appareat omnibus Iuribus munitam eſſe Eccleſię immunitatem, & amputatam tam cõmunitatibus, quàm cuicumq; alteri poteſtatem aliter ſtatuendi, procul dubio huiuſmodi decreta onerum Eccleſias non comprehendere palam eſt.

22 Sed & hæc communis, receptaq; ſententia eſt Crau. conſ. 106. nu. 6. Rimi. iun. conſ. 10. in fi. Ang. conſ. 24. ad fi. Dec. conſ. 496. nu. 11. Rui. conſ. 17. nu. 8. Guerard. conſ. 42. n. 54. Alb. cõſ. 8. nu. 18. ea firma ratione, quia cum hoc decretum ſimplex ſit, & generalis diſpoſitio, nõ refertur ad ea, quæ ſpecialiter nõ veniunt. L. obligatione generali ff. de pignor. Specialiter autem non referri aut venire Eccleſiam in huiuſmodi diſpoſitionibus ex eo conuincitur, quia in ſtatuente deficit, & voluntas, & poteſtas. Voluntas quidem quia cum Immunitas Eccleſiæ à collectis, & extraordinarijs reperiatur clauſa in corpore iuris, vt probatum eſt, & confirmat Bar. in l. reſcriptum num. 4. C. de mun. & honor. & in conſ. 180. vbi pulchrè lib. 1. & Bald. in celebri conſ. 246. lib. 3. Abbas in pleno conſ. 93. vbi teſtatur de communi lib. 1. plures alij, quos breuitatis cauſa omitto, per quodcumque Decretum nõ intelligitur denegatum priuilegio clauſo in corpore iuris communis, niſi id expreſsè ſit dictum quantumcumque generalia, & prægnantia ſint verba ſtatuti, Iaſ. in l. fi. num. 6. Cod. de inoff. teſt. in l. 1. num. 16. ff. de conſt. princip. & in materia obſeruat Alba d. conſ. 8. num. 22. ad fi. cum ſeq. Idem Ludouic. Catt. conſ. 740. num. 14. inter conſ. Rim. Sen. & in ſimili terminis trad. Plot. in Indice ad l. ſi quando Cod. vnde vi ſuper conſt. de immunit. & iure duodecim lib. & communiter per Docto. in c. Eccleſ. S. Mar. de conſt.

23 Ex defectu etiam poteſtatis idem concluditur, quia vndique deficit auctoritas, nam reſpectu communitatis, ſeu ciuitatis, certum eſt id eam ſtatuere non poſſe, cum nõ habeat fiſcum d. l. Item nulla communitas, & ibi trad. C. de Epiſ. &

Cler. Gall. d. conſ. 59. num. 26. quod etiam copioſè probat. Crau. conſil. 872. numer. 6. verſiculo 6. & verſ. ſeq.

24 Reſpectu verò Principis, cum nõ agatur de priuilegio ab eo conceſſo, (de quo tamen etiam nõ ita bene conſtat inter Doct. an ab Eccleſia reuocari poſſit, vt per Fel. in d. c. Eccleſ. Sanctæ Mariæ num. 97. de conſt. & apud Boſſ. de Principe num. 175. & nu. 221. & ſeq.) ſed de immunitate tributa Eccleſiæ, vel à lege Ciuili, vel à Iure Canonico, eam tollere, vel lædere, certum eſt non poſſe, Felin. alios citans, in d. c. Eccleſia S. Mar. num. 69. Gall. in hac facie latè probans d. cõſ. 59. nu. 84. Surd. copioſè cõſ. 301. nu. 62. Doctores communiter in c. quæ in Eccleſiarum de cõſt. & in d. l. placet, & in d. c. Non minus cum ſimilibus.

25 Vt meritò Senatus ipſe non ſemel iudicauerit huiuſmodi decreta Eccleſias non comprehendere, teſte Boſſ. de Principe nu. 106. 110. neque illas afficere etiam de nouo acquirẽtes, neque in eas trãſire niſi onera ordinaria. Imò, & per eundem Senatum declaratum eſt, pro exemptis 12. liberorum ſimilem habentibus exemptionem ab extraordinarijs, vt ea immunitate fruatur etiam pro bonis poſtea acquiſitis, & regiſtratis nõ obſtante quòd bona tranſeant cum onere ſuo, vt in eius litteris dici 2. Iunij 1571. ad Prætorem Cremonæ pro fratribus de Paterno, & rursùs etiam pro fratribus Confalonerijs contra Communitatem Candiæ, ac Principatum Papiæ, ſub die primo Septembris 1584. & Rursùs in ordinatione pro Minoia pariter exempto ob duodecim liberos ſub die 7. Iunij 1589.

Quare id ipſum multò magis affirmãdum eſt de Eccleſia Diuino, & Humanoq; iure communi, & priuilegiata.

26 Magiſtratus etiam ipſe ordinarius ſæpiſſimè declarauit, & paſſim etiam declarat prout, & fuit ſequutus ordinationẽ D. Io. Figaroæ, qui in quibuſdam eius litteris ſub die 14. Decembris 1558. ordinauit quòd RR. Patres S. Bartholomæi de Cauacurta Laudenſ. nõ moleſtarentur pro aliquo onere extraordinario ſpectante eorum æſtimo.

27 Idemque affirmandum eſt de oneribus, quæ vocãtur qui-

dem ordinaria, ſed tamen per collectas exiguntur, licet à Ciuitatibus certa quadam, & vniformi præſtatione ſoluantur Principi. Nam exceptis quibuſdam taxis, quas vocãt equorum (quæ tamen nõ tranſeũt ſine controuerſia, cùm ſint ordinata pro Militum hoſpitatione à qua Eccleſia eſt immunis l. 1. C. de Epiſc. & Clericis Gall. d. conſ. 59. num. 56. & ad 67. in ferme) Alia onera dicta ordinaria non habent eam oneris qualitatem, quam ſecum trahant, cùm tranſeunt in Eccleſiam (quicquid ſit de laicis, de quibus tantummodò cõſuluit Bero. conſ. 150. num. 29. lib. 3.) Nam verò hæc onera ſunt mixta, quorum natura eſt, vt formaliter, ſeu ſecundùm formam ſint perſonalia, & principalis obligatio cadat ſuper perſonam, materialiter, & ſecundum quantitatem terminatur in rem pro patrimonio, & æſtimo cuiuſcunque perſonæ, vt benè declarat Bald. communiter receptus in l. Propter honorem nu. 5. C. qui bon. cedere poſſint, & in Auth. defuncta C. ad Tertul. Aret. conſ. 133.

28 Hocq; ipſum vſus, etiam conſtans interpretatioque præcipuorum Tribunalium apertè declarat, & cõuincit, & præter allata ſuperiùs, Tres inſuper afferuntur declarationes Senatus, vna ſub die 23. Ianuarij 1571. Altera die 27. Ianuarij 1554. quibus declaratum fuit exemptionem ob ſiliu duodecim filiorum extendi ad onus mẽſualis taxæ equitatus, Hoſpitationis militum, contributionis præſidiorum, æqualãtijs, & quatuordecim Regalium, & quarumcunque aliarũ collectarum, quæ ſuper æſtimo exigi conſueuerunt, ac ſi apertius, declaraſſet Senatus ea omnia inter extraordinaria pariter computari, cum ab extraordinarijs hi ſolum ſint exẽpti. Et hoc idem declaratum fuit anno 1559. die 1. Iunij ad fauorem Ven. Hoſpitalis maioris Mediolani, & eius conſortium, ſtabiliumque.

29 Concordant multa reſcripta Ill. Magiſtratus ordinarij, vt pro exemptis duodecim liberorum fratribus de Rebrochis 1589. Item pro R.R. P.P. Societatis Ieſu 1582. 22. Nouẽbris. Pro R.R. Clericis huiuſce Congregationis S. Pauli, cuius cauſa agitatur 1604. 21. Ianuarij in quibus omnibus, cenſu ſalis,

taxiſq; equorum exceptis, relliquã omnia onera inter extraordinaria reputantur, quamuis vniformem perennemque præſtationem habeant.

1 Et inter hæc extraordinaria onera ſine dubio computatur etiam Menſuale, Plotus abbũdè in ſcholijs ad conſil. Martin. Garrat. conſ. 63. num. 13. quem ſequitur Gall. alleg. conſ. 59. num. 67. D. Alex. Raudenſ. tract. de Analog. lib. 1. cap. 40. vbi latè inſiſtit, & reprobat contrariam opinionẽ, & ſatis etiam apparet ex alijs allegationibus exhibitis, & certè de hoc minimè hæſitandum eſt, plures enim emanarunt declarationes, ſuper hoc Magiſtratus ordinarij, tum ipſiuſmet Excellẽtiſſimi Senatus, imò & ab ipſo Principe, prout conſtat ex litteris Cęſareis anni 1547. quãdo de nouo ob neceſſitates illas à Carolo V. indictum eſt. Extant etiam litteræ Regiæ 13. Octobris 1569. in quibus hoc onus Menſualis, & taxi equitatus inter onera extraordinaria computatur, ſed & dictæ declarationes Excellentiſſimi Senatus 27. Ianuarij 1554. & aliæ 24. Ianuarij 1561. factæ in contradictorio iudicio, alijſq; exemptis 12. liberorum, vt ſupra vidimus quibus declaratũ eſt, exemptionem ob num. 12. liber. extendi etiam ad onus Menſualis, taxi equitatus, hoſpitationis militum, contributionis Præſidiorum, æqualãtiarum, & quatuordecim Regalium, & aliarum quarumcũq; collectarum, quæ ſuper æſtimo exigi conſueuerant, quippè hæc omnia extraordinaria ſint, & ipſi immunes ob 12. liberos ſolùm ſint ab extraordinarijs exempti, & hoc idem declaratum ſit die 1. Iunij 1559. ad fauorem Vener. Hoſpitalis Magni Mediolani, & eius Colonorum, & fictabilium. Denique ſingulis annis dantur litteræ ad Ciuitates ſingulas, vt perſeuerent etiam illo anno in eius ſolutione, prout notorium eſt.

2 Ex quo apertiſſimè apparet, inane omnino eſſe, quod à parte allegatur ordinarium dici ex ſola mẽte Principis, cum perſeueret, quia nũquam ſolet Princeps leges generales ferre maximè in materia onerum, niſi ſcripto ferat, prout conuenit l. neque ff. de leg. Humanum C. eodem in rub. & in nigro. Bald. in rubr. de conſtit. num. 7. pſæſertim renitentibus

popu-

populis, vt in caſu. Nam Ciuitates, Status eatenus recuſaſſe Menſualem in ordinarium onus redigi narratur.

Hinc tam multæ declarationes præcipuorum tribunalium, ac ipſiuſmet Principis contrarium apertiſſimè teſtantium.

Denique verba ipſa conſtitutionis hoc denotant, dicunt enim: cum onere ſuo, onus autem bonorum non eſt, niſi illis annexum ſit, & inſeparabile; quod ſecum trahat. cũ ad alias manus peruenerint, etiam exemptorum, vt optimè colligitur ex Bart. in l. 1. C. ſine cenſu, & reliq. nu. 2. Parpal. in d. l. Placet numer. 102. Cod. de ſacroſ. Eccleſ. Salyc. ibi colum. 2. verſiculo, aut propriè non ſunt realia. Latè Socin. conſ. 17. lib. 4.

30 Ex quibus apparet prædictas diſpenſationis litteras, eundem habere ſenſum, & effectum, quem Conſtitutiones ipſę; Nam primò emanatæ ſunt pro obſeruantia earundem Conſtitutionum, quæ poſtulant illam diſpenſationem à Senatu ipſo. Secundò ex ſupplicatione Secretariorum petentium, vt formam tradat illius diſpẽſationis, de qua Conſtitutiones; cum Eccleſiaſtici eam petunt, & ſic illa forma traditur, de qua eſt ſermo, clarum eſt igitur, quòd eandem habet mentem, & ſenſum; quinimo & tertio eiſdemmet verbis conſtitutionis concepta cernitur, vt patet, qui autem iure aliquo vtitur, cum omnibus ſuis qualitatibus, & circũſtantijs vtitur L. fin. §. & ſi præfatam, & §. ſin autem hoc C. de Iur. delib. Ad idem, Bald. Caſtrenſ. & alij in l. ſi duo ff. de acquir. hæred.

Et ideo hę litterę pariter de illis tantum oneribus loqui intelligendæ erunt, quæ bonis ſunt affixa.

31 Et hoc confirmatur ex ipſis etiammet verbis litterarum diſpenſationis, aiũt enim: cum oneribus bonis incũbentibus, incumbentia verò onera ſunt, quæ bonis innituntur tãquam ab illis inſeparabilia ad quemcunque transferantur; eoque tempore, quo transferuntur; quod expreſsè declarat ſtatutum Mediolani 489. par. 2. illis verbis: Recuſauerint ſoluere omnia onera bonis incumbentia, vel incumbitura, ibi enim

per incumbentia onera procul dubio intelligit de præſenti ſcilicet, tunc cum alienantur, diſtinguuntur enim ibidē onera incumbentia ab oneribus incumbituris, ideo vtraque vt compræhendantur, etiam enumerantur, & hoc bene obſeruat Carp. ibi eodem verbo, incumbentia, id, inquit tempore alienationis, clarè etiam in verbis ſequētibus eodem ſtatuto, ibi, Bonis tranſeuntibus cū onere ſuo maximè onera incumbentia bonis alienatis.

32 Cogimur autem hunc ſenſum in eis litteris diſpenſationis agnoſcere, ne aliàs cogamur (quod abſit) ſuſpicari aliquid latere, quod lædat libertatem, & immunitatem Eccleſiaſticam, ſi enim ex intentione, vel de facto, & praxi extenderentur, vel conſtitutio, vel diſpenſatio contra Eccleſiaſticos pro ſoluendis oneribus extraordinarijs, & collectis, ſeu mixtis, ad quæ de iure nō tenetur Eccleſia etiam pro bonis de nouo acquiſitis, id eſſet expreſsè contra ius libertatem, & immunitatem, quæ non ſolum læditur, cum impeditur acquirere, vel grauatur in acquiſitis, ſed etiam cum Eccleſiaſtici timidiores redduntur ad faciendum id, quod liberè facere poſſent ceſſante ſtatuto, vel decreto. Iocl. in d.c. Eccleſia S. Mariæ num. 69. de conſt. Dec. ibi. col. 1. Idem Fel. in c. nouerit de ſent. excom. Socin. conſ. 241. col. 3. in tertio. Doctores in Auth. caſſa. C. de ſacroſ. Eccleſ. & optimus tex. in cap. eos de immunitate Eccleſ. in 6. vbi Anathemati ſubijciuntur, qui prohibent ſubditis vendere, emere, coquere, molere, & cætera huiuſmodi præſtare Eccleſiaſticis, quę certum eſt ſecluſa tali prohibitione illis mero iure licere, etiam ſi per indirectum habeat effectum talis prohibitio commercij, de quo plenius infra, Idem probatur in c. quanto de priuil. in c. ſtatutum de Hereſi, & multo expreſſius in iure nouo Bullæ Cœne Domini can. 15. & 18. quorum ſumma aptiùs non poteſt explicari, quàm vt verba ipſa ſubijciantur. Dicitur itaque can. 15.

33 Qui ſtatuta ordinationes, ſeu quæuis alia decreta in genere, vel in ſpecie ex quauis cauſa, vel quouis quæſito colore, ac etiam prætextu cuiuſuis conſuetudinis, vel aliàs quomodolibet,

dolibet, fecerint, ordinauerint, vel factis, & ordinatis vſi fuerint, vnde libertas Eccleſiaſtica tollitur, ſeu in aliquo læditur, vel deponitur, aut aliàs quo quomodo reſtringitur, &c.

34 Hoc idem antea decretũ erat in c. Nouerit de ſent. excom. expreſſum erat, vt planè conſtet Iuribus, tàm antiquis, quàm nouiſſimis periculoſam eſſe praxim, vſumque illius, imò & ſecundum eam iudicare propter cenſuras, vt exprimitur in d. c. nouerit. Quibus non obſtant aliqua, quæ in contrarium afferri ſolent, quorum precipua quædam attingemus.

35 Non obſtat igitur, quòd bona antequã tranſeant in exemptum, & Eccleſiam ſint deſcripta in libro æſtimi, & taxata quaſi per talem deſcriptionem dicantur hypothecata pro huiuſmodi oneribus. Quia re vera ex tali deſcriptione bonorum in æſtimo, ſeu cathaſtro nõ contrahitur Hypotheca, quæ ea bona in Eccleſiam tranſeuntia comitetur, Bar. in d. conſ. 280. nu. 4. lib. 1. Doctores in d. l. placet, vbi Bald. nu. 11. Aretin. nu. 9. Alciat. nu. 7. C. de ſacroſ. Eccleſ. Nat. conſ. 328. nu. 2. Brun. conſ. 94. nu. 2. Alciat. conſ. 8. num. 7. & ſeq. lib. 3. copioſè Gall. conſ. 59. nu. 29. verſic. & ſi dicatur, vſq; ad n. 41. præſertim nu. 34. & quatuor ſeq. quod voluit etiam Plot. pluribus cumulatis ad conſ. Marc. Garrati 63. n. 13. & 14. & conuincit euidentiſs. ratio, quia impoſſibile eſt dari hypothecam non præcedente obligatione perſonali, l. 2. C. ſi pign. datum ſit. Neguſ. de pignor. memb. 2. 6. par. ſub nu. 5. Bald. in puncto in Auth. Item nulla nu. 5. verſic. ſed ſi dicamus, vbi etiam Salyc. nu. 1. verſic. in contrarium C. de Epiſc. & Cleric. Deſcriptus autem in æſtimo, tunc demum obligatur perſonaliter ad collectam cum imponitur, aut ſaltè cum contrahitur debitum, l. Incola, vbi gloſ. notab. in verſ. deſtinatus, ff. ad municip. Caſtr. conſ. 275. numer. 5. verſic. ſed debitum lib. 1. Ang. conſ. 206. & Socin. ſen. conſ. 243. lib. 2.

36 Quod etiam ex deſcriptione in æſtimo indicatur hypotheca, vt ſupra deductum eſt, non eſſe in iure clarum, dicit, Aretin. in l. apud Iulianũ §. Hæreſ. ff. de leg. 1. & quò ad communitatem fiſco carentem, res eſt expedita, Crau. cõſ. 872. nu. 6. verſ. 6. &c. & alij per eum alleg. & quo ad collectas incertas,

certas, & variabiles, Crauet. vbi ſupra Surd. conſ. 146. Sylua. conſ. 32. præſertim num. 14. Riminal. Iun. conſ. 25. præſertim nu. 23.

37 Quare pauci admodum reperientur Doctores, qui vigore ſolius deſcriptionis in æſtimo teneant bona affecta tranſire in Eccleſiam, & re vera ſi hoc eſſet, talis exemptio illi foret pœnitus inutilis, attento, quòd niſi bona prius eſſent omnino occulta, vel pœnitus inculta, vel deſerta, vel alicuius exēpti, non ſit ferè dare caſum, quo bona non forent prius æſtimata, ſeu regiſtrata in lib. æſtimi, dū eſſent pœnes laicum, cum vbiq; ſemper fuerint regiſtrata, vt etiam indicant titul. C. de cenſ. & cēſito, & Agric. & cenſit. & probāt ſcripta omnium Doctorum, tàm antiquorum, quàm recentium, qui de hac materia ſcripſerunt, ſi enim deſcriptio ſola afficeret bona, ita et onerata, vel hypotheca, ita proptereà diceretur, fruſtra fuiſſet à quamplurimibus ſuſcepta, tàm diligens, & laborioſa diſputatio.

38 Non obſtat, quòd aliqui Doctores voluerunt ſtatutū prohibens alienationem in non ſubditum ad Eccleſiam extendi citra violationem libertatis Eccleſiaſticæ, vt Signor. de Homod. toto conſ. 21. Bald. in c. Clerici de Iudic. nu. 3. in c. quæ in Eccleſiarum nu. 8. de conſtit. in conſ. 297. 299. lib. 1. Dec. in d. c. Eccleſ. S. Mar. nu. 245. Nat. conſ. 515. nu. 5. 6. 8. 9. 10. Couar. in c. poſſeſſor, par. 2. §. 4. nu. 9.

39 Mouentur pluribus rationibus, quarum aliquibus præcipuis ſigillatim infra reſpondebimus, interim auctoritatibus ſatisfacientes, quæ admodum paucæ ſunt, ſi huic caſui noſtro rectè velimus conferre, cum exaduersò procul dubio opinio communis ſtet in contrarium, vt ex relatis auctoritatibus in principio conſtat, poſt Bar. in d. §. Diui. num. 22. & quamplurimos relatos à D. Io. Beltramo à Gueuarra in ſuo propugnaculo contra Venetos §. 6. numer. 2. & ſeq; vſq; ad num. 11.

40 Nuncupatim igitur Signorolum doctè, & copioſè impugnant Alberic. tota q. 2. par. 2. ſtat. Alba. conſ. 8. nu. 8. & ſeq. copioſiſſimè omnium d. Gueua. toto §. 6. prout etiam Bartolum,

tolùm, Paul. de Caſtr. in l. vt inter diuinum,num. 6. C. de ſacroſ. Eccleſ. & Bald. in l.ſtatuimus nu.5. C. de Epiſc. & Cler. citatq; pro ſe Bar. ſibi contrarium, & Bartoli ſententiã communiter reprobatam tradit Dec.in c.Eccleſ.S.Mariæ nu.250. Fœl. ibi nu.81. de conſt.

41 Baldus verò ſecum pugnat pluribus in locis, nam pro Eccleſia ad inualiditatem ſtatuti, quatenus illam ex intentione comprehendat, tenuit in l.Iubemus la 1. nu. 2. C. de ſacroſ. Eccleſ. & in l.cunctos populos num.55. C. de ſum.Trin.& in conſ.132. lib.3. per c. Nouerit, de ſent.excom.& in cõſ.112. nu.7. lib.2. & in l.vt inter diuinum nu. 11. C.de ſacroſ.Eccleſ. vbi notabiliter ait ſimilia ſtatuta; & ſi ligent laicos,nõ tamen Eccleſiaſticos, & ſi alibi de hac materia diuerſa dixerit, quòd hæc eſt veritas: Decius diſputatiuè locutus eſt loco citato, quandoquidem vtriuſq; partis argumenta ſoluere conatus eſt, & tandem d.num.250. concludit cum communi, quam dicit eſſe contra Bart. Talia ſtatuta ſimpliciter eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam, & in conſ. 114. Stat pro Eccleſia.

Couar. in principali puncto ſuæ quæſt. non agit de huiuſmodi ſtatutis, quæ ſolùm reſpiciunt commodũ laicorum, & detrimẽtum Eccleſiaſticorũ, ſed imo de cõmuni vtriuſq; vtilitate, vel potiùs neceſſitate, vt videre eſt, de ſimili vero ſtatuto incidenter meminit non examinans, vt ipſemet ibi expreſsè fatetur, neq; de generali ſtatuto, ſed de particulari, tantùm quò ad quædam bona, qui ſimiliter nõ eſt caſus noſter, Natta d.conſ.515.non deffendit huiuſmodi ſtatuta afficere Eccleſiaſticos, ſed tantùm laicos alienãtes bona allibrata, volens quòd ipſi alienantes nihilominus ad onera teneantur, cum alienauerint in non capacem onerum, & hic eſt caſus illius conſilij, in cuius principio latè probat hanc cõcluſionem, & licèt ad confirmationem concluſionis cumulet rationes allatas à fautoribus præfatæ contrariæ ſententiæ, tamen in nu.13. victus communi auctoritate, & ſolido fundamento defectus Iuriſdictionis, quòd agnoſcit, tandem ſe recipit ad ſuum caſum, & doctrinam primò relatam, quã non dicit cõtradicere communi opinioni, ſed ſolùm validas eſſe

Leges,

Leges, quę cogunt alienantes in Eccleſiam teneri ad onera de ſuo, ſicut ſi alienarent in quemcunq; exemptū ab oneribus, quod iſti Reuerendi Patres facilè admittent ad ſui exonerationem. Deſtituta ergo videtur hæc aduerſa opinio ſolidis auctoritatibus, & iuribus.

42 Ad reliqua iura ciuilia abundè reſpondet, ac diligenter Gueuarra d. §. 61 à nu. 11. & deinceps d. propugnaculi, non eſt neceſſe repetere.

43 Sed neq; fundamenta, quibus nituntur, firma ſunt, nolo ſingula proſequi, cum apud ſupra nominatos Doctores pro hac noſtra ſententia poſſint videri, præcipua quædam tantummodo attingam.

44 Mouētur in primis, quia libertas Eccleſiæ non læditur, niſi quando fit contra priuilegium illi conceſſum. Ita Signor. d. conſ. 21. nu. 15. allegat Bart. in l. cunctos populos, q. 5. nu. 29. C. de ſum. Trin. ſed inquit Eccleſia in poſſe acquirere nõ reperitur ſpecialiter priuilegiata, nec magis, quam quilibet de populo, qui nullo priuilegio id liberè poteſt; ergo ſtatutum cum ſit ſimplex, & aliàs licitum, & honeſtum, licèt lædat Eccleſiam in eo, quod illi competit, ſicut cuilibet, non erit contra libertatem Eccleſiaſticam, ſed ſeruabitur ab Eccleſiaſticis c. cum veniſſent de eo, qui mit. in poſſeſſ. rei ſeru. cau. c. cum cauſ. de re iud.

45 Reſpondetur veram non eſſe maiorem, neq; minorem argumenti. Nam primò ſit ſine dubio contra libertatem Eccleſia etiam quando, vel læditur, vel tollitur, aut impeditur in eo ſolo, quod iure communi, vel naturali ei competit. Ita Fel. in d. c. Eccleſia nu. 8. Alberic. d. q. 2. par. 2. ſtat. num. 6. Alb. conſ. 8. numer. 3. Caſtr. in auth. caſſa num. 4. & in l. vt inter diuinum, numer. 6. C. de ſacroſ. Eccleſ. Nat. d. conſil. 513. num. 31.

Et optimè probat tex. in c. eos de immunitate Eccleſ. in 6. vbi excommunicantur, qui prohibēt præſtare Eccleſiaſticis, quæ mæro iure illis competunt, vendere, emere, coquere, &c. & viua ratio, qua vtitur Alber. contra Signor. Nam inquit, ſi tollere Clericis, quæ illis ex priuilegio competunt, eſt

læde-

lædere libertatem Eccleſiaſticam, ergo à fortiori læditur, ſi tollatur, quod ei iure communi competit. Sequitur Brun. trac. de ſtat. exclud. fœmi. art.6. in princ. q.2. nu.33. verſic. & ſi dicitur, facilius enim tollitur, quod iure ſpeciali competit, quàm quod iure communi per tex. in l. eius militis ff. de teſt. milit. Idem ſentiunt ex Theolo. Card. Caiet. in ſum. verbo excom. cap. 31. verſic. Quintò nota. Greg. Say. in Theſau. caſ. conſcientiæ lib.3. c.20. nu.9.

46 Falſam itidem eſſe ſequentem aſſertionem, quod etiam priuilegio non competat Eccleſiæ facultas liberè acquirendi ex ſupra allegatis Iuribus manifeſtè comprobatur.

47 Ad auctoritatem Bart. dicitur, nõ loqui eum de huiuſmodi ſtatuto, ſed in genere, quomodo ſtatuta laicorum ligent Eccleſiaſticos; nam quòd ſtatuta prohibentia acquirere, ſine redundantia in detrimentum priuil. Eccleſiaſticorum, apertè affirmat idem Bart. in l. filius familias §. Diui nu.12. per l. vt inter diuinum C. de ſacroſ. Eccleſ. in qua conceditur, quòd ipſo Iure in acquiſitis poſſeſſio tranſeat in Eccleſiam, & ſic quò ad minorem, & concluſionem argumenti Bar. ſententia eſt contra Signor.

48 Illa verò eius aſſertio in l. cunctos populos q.5. num.29. de ſumm. Trin. quam magiſt facit Signor. d. conſ. 21. num. 15. videlicet ſufficere ad hoc, quod Clerici ligentur ſtatutis laicorum, quod ſint generalia, & propter finem licitum, & honeſtum, communiter reprobatur, vt dixi; eamque rationem boni, & honeſti ad ligandum Clericos, nihil valere, luculenter affirmat Bald. in d. l. cunctos populos num. 10. nam intentio honeſti, & communis boni, & ſi poſſit auferre à ſtatuto ſuſpicionem, vt non ſit factum in odium clericorum, non tamen præbet iuriſdictionem in eos ſequitur Dec. in d. c. Eccleſia S. Mariæ nu.250. Pariſ. conſ.106. num.1. lib.3. Hondod. conſ.3. num.26. Surd. conſ.2. num.42. vbi teſtatur de communi, & copioſè. Idem Surd. Deciſ.31. numer. 26. Alb. d. conſ.8. num.

49 Secundò, Mouentur principaliter ex eo, quod ſtatutum generaliter loquens, & non faciens ſpecialem mentionem

cleri-

Digitized by Google

clericorum, nec de Eccleſia, & ſi in quandam conſequentiam ad illam porrigatur, non eſt contra libertatem Eccleſiaſticam; exemplum in ſtatuto prohibente minorem, vel mulierem contrahere ſine interuentu curatoris, aut agnatorum afficit enim etiam Eccleſiaſticos volentes contrahere, cum huiuſmodi perſonis, prout conſentiunt, etiam Canoniſtæ in d. c. Eccleſia S. Mariæ de conſt. vbi Felyn. num.

50 Reſpondetur primò, hanc opinionem valde fauere Eccleſiæ, in ea parte, qua damnat ſtatuta facientia ſpecialem mentionem Eccleſiaſticorum, quia re vera, quòd ſtatuta non debeant facere ſpecialem mentionem de Eccleſia, & ſi faciant, non valere, nec ligare, communis eſt ſententia ex defectu Iuriſdictionis, quæ alioqui à laicis exerceretur in clericos, ſi de illis expreſsè ſtatuerent, eamque pro conſtanti admittit, & ſequitur etiam Signor. d. conſ. 21. num.

51 Atqui in caſu noſtro ſpecialis, & ſpecifica fit mentio de Eccleſia in præfatis litteris, ergo in reliqua autem parte qua affirmatur, ſi ſtatutū ſit generaliter conceptum, eſſe licitum etiam ſi per conſequentiam lædat Eccleſiam, malè loquitur ſi ex intentione illam volent comprehendi, Nam ſtatuta licèt id non exprimant, ex intentione tamen etiam nō poſſunt Eccleſias compræhendere, nil etenim refert, quòd diſpoſitio ſit generalis, quo ad verba, & illa nihilominus dirigantur contra Eccleſiam, & ita communiter affirmāt omnes initio præcitati Doctores, vt vidimus, & vltra eos Rom. in d. l. filius §. Diui. nu. 156. & copioſè trad. Gall. in alleg. conſ. 59. nu. 80. ad 87. Ferdin. Soaz. d. §. Diui. nu. 157. & probatur c. quanto de priuil. ſolentq; ita argumentari, aut ſtatutum ex intentione vult comprehēdere Eccleſiam, & Eccleſiaſticas perſonas, aut non, ſi non vult compræhendere, ceſſat diſputatio: ſi vero hoc intendit, eſt inualidum non minus, ac ſi expreſsè de illis mentionem faceret; eo enim caſu non per accidens, & in quandam ſolam conſequentiam, ſed directè, ac principaliter in Eccleſiam tenderet, eamq; compræhenderet; Ita optimè diſcurrit Gueuarra d. §. 6. nu. 60. & probatur in l. cum pater §. donationis ff. de leg. 2. l. peto l. miles ff. eodem. Exem-

pla

pla autem minorum, & mulierum allegata non concludunt ad caſum præſentem, nam ea concernunt tantùmodo quandam ſolemnitatem in contrahendo, cum huiuſmodi perſonis ob eorum cautionem, cum ſint imbecillis Iudicij, & in his terminis non difficile concedunt Doctores in d. c. Eccleſia S. Mariæ de conſt. debere Eccleſiaſticos eaſdem ſeruare, cum nullum afferant detrimentum libertati, & immunitati Eccleſiaſticæ, & tantummodo concernant quoddam genus perſonarum.

52 At qui hoc in caſu interdicitur commercium generaliter quibuſcumque volētibus vendere Eccleſiaſticis vti non ſubditis, aut certè coguntur hi onera pariter pro vendentibus ſubire, ſi diſpenſentur, quæ ſunt valde diuerſa à ſupradictis exemplis.

53 Tertiò mouentur ex eo, quod ſtatutum principaliter directum ad procurādum commune bonum ciuium, vt ſcilicet conſeruentur bona in ciuibus ad neceſſitates publicas ſoluendas, & onera ſuſtinenda fundatum ſit ſufficienti auctoritate tùm Principis, tum communitatis, vt potè ad quos huiuſmodi prouiſiones ſpectent l. in quorum 24. ff. de pignor. ideoq; ſeruandum ſit etiam ab Eccleſiaſticis. Nam ſi non impediretur alienatio in eos, non remanerēt bona laicis ſufficientia ad communes neceſſitates, & onera ſuſtentanda. Ita Bald. poſt Signor. in c. Clerici de Iud. nu. 2. exemplo Eccleſiæ, quæ ſimiliter prohibet alienationem bonorum Eccleſiaſticorum in laicos, quare cum ſit cultrix Iuſtitiæ debet idem pati in laicis.

54 Reſpōdetur, admiſſa auctoritate in Principe, & Communit. prouidendi circa ea, quæ pertinent ad bonum cōmune, non tamen illa extēditur, vt id facere poſſint in præiuditium iuris tertij eiſdem in ea parte neque actu, neque habilitate ſubditi, prout communiter volunt Doctores in d. l. cunctos populos, quicquid de exteris laicis aliqui affirment, qui ſaltem habilitate ſunt ſubditi, & ratio manifeſta defectu Iuriſdictionis in clericos id ſuadet.

55 Præterea attēdēdus eſt modus perſonæ, & ratio prohibendi, ſi

di, ſi

di, ſi quidem non prohibentur bona Eccleſiaſtica alienari in laicos tantùm, ſed etiam in alias Eccleſias, idque non præciſè, ſed ſine pſcripta forma, & ſolemnitate, qui modus etiam in ſtatutis laicis, ſi aliàs iuſtè adhibeatur, & concernat tãtùm quaſdam perſonas, & quaſdam particulares res, neque in odium aliquarum perſonarum fiat, tollerari poſſe ab Eccleſiaſticis, ſupra reſponſum eſt, & infra clariùs declarabitur.

56 Conſideranda eſt pariter differẽtia inter ius laicorum ſuper res proprias, & Eccleſiaſticorum in bonis Eccleſiæ, nam laici ſunt abſolutè domini bonorum ſuorum, & eorum maiorem curam habent, neque credendum eſt, velle ea perdere l. filius familias ff. de donat. ideóque illis non eſt adminiſtratio interdicenda, niſi prodigalitatis vitio laborent, l. is cui bonis ff. de verborum oblig. l. in re mandata C. mandati. Sed Eccleſiaſticis ſola rerum Eccleſiaſticorũ adminiſtratio eſt demandata, nimirum ſi eis ſit interdicta earum alienatio ſine certa forma, ad inſtar minorum, vt diximus, qui rerum ſuarum adminiſtratores habent, ideoque in earum alienatione pariter iure ciuili certa forma requiritur. Minores enim, & Eccleſia æquiparantur ad l. nõ omni C. de admin. Tutorum. Non ergo ſimilis eſt ratio, ſed valdè diuerſa prohibitionis laicorum, ne alienent in Eccleſiam, & Eccleſiaſticorum in laicos, & parua etiam differentia ſufficiens eſt ad tollendum argumentum à ſimili. Euerard. ſuis loc. Topic. in loco à ſimili minus.

57 Præterea hæc ratio conſeruandi boni communis, verè debet eſſe communis omnibus, boni, inquam, communis tàm laicis, quàm Eccleſiaſticis, in quibus terminis loquuti ſunt Couar. & ſi qui alij ſunt ex aduerſo allegati, quòd ſi concernat tantummodo bonum laicorum, & damnum Eccleſiaſticorum, Decretum planè eſſet ambitioſum, & indubiè contra libertatem Eccleſiaſticam, at negari non poteſt quin ita foret in hoc caſu, quandoquidem ſoli Eccleſiaſtici prohiberentur habere commercia cum laicis, tolleretur, ac læderetur libertas Eccleſiæ, impediretur augumentum Diuini cultus, ſi Eccleſiæ acquirere non poſſent, atq; eorum priuilegia cederent

illis in damnum; Ideo enim prohiberentur quia ſunt immunes, cum tamen tot alij immunes laici liberi remaneant ad acquirendum, cum ſeruata, imo & porrecta ſit ad eos immunitas ad bona de nouo acquiſita, vt patet in exemplis ob 12. liberos in Magiſtratis, ſeu lectoribus, prout ſupra tetigimus, & ſic Eccleſia magis priuilegiata deterioris fieret conditionis, etiam quàm quilibet infimus de plebe, cōtra c. Non minus de Immun. Eccleſ. & quamplurima alia Iura, tam Ciuilia, quàm Canonica, prout conſiderant communiter DD. Abb. in d.c. Eccleſia S. Mariæ in prima lectura nu. 12. in c. qđ Clericis num. 30. de for. comp. Felin. in eod. c. Eccleſia num. 84. Dec. nu. 250. Card. in c. Decernimus de Iud. Caſſan. in Conſuet. Burgund. Rub. 23. §. 5. verſic. ſed nunquid in fin. & in his etiam terminis poſt relatas, & reiectas contrarias ſententias, eruditè concludit, Alber. in ſua 2. queſt. par. 2. ſtat. ad finem.

58 Sed hæc ratio communis boni, quęcunque illa ſit, quòd non tribuat iuriſdictionem in Eccleſiam, vel Eccleſiaſticos, ſupra ſatis demonſtratum eſt, quemadmodum neque neceſſitas c. Aduerſus, & ibi communiter ſcribentes de Immun. Eccleſ. vbi in caſu occurrenti datur certa forma ſeruanda ſuccurrendi vrgenti neceſſitati laicorum; ſi contingat, ſine præiuditio Eccleſiaſticorum idque magna cum Iuſtitia, & equitate, cum neceſſe ſit illos etiam tunc audire coram Iudice proprio, ad copioſè trad. per Theſſaur. Iun. ad Deciſ. 234. ſub nu. 10. verſ. ſed dubitari poteſt, quomodo erit Eccleſiaſticus compellendus.

59 Quartò mouentur præcipuè ex eo, quòd communis videtur opinio, ſi ſtatutum non ſimpliciter, & præciſè, ac perpetuò prohibeat alienationem, ſed habeat in ſe moderamen temporis, vel alicuius ſolemnitatis, & formæ, puta; quòd non fiat alienatio ſine licentia Principis, vel Senatus, poſſe tollerari, & ad Clericos etiam extendi ſine violatione libertatis Eccleſiaſticæ. Hoc ſenſiſſe tandem videtur Signor. d. conſ. 21. ſub nu. 25. quatenus voluit ſtatutum Mediolani non eſſe præciſum, ſeu ſimplex, & apertè ſentit Dec. in d. c. Eccl. S. Mar.

ſub nu.265.de conſ.ad mentem Alber. vt putat d.q.2. par.2. in ſtat. qui de hoc meminit in vltimis verbis d.par.2. Mouetur, quia cum tali moderamine alienatio non dicitur impoſſibilis,quando licentia ſolet cōcedi, ſicut dicimus de alienat. rerum Eccleſiaſt.quæ cũ ſine debita ſolemnitate alienari non poſſint,non ideo earum alienatio dicitur impoſſibilis, cum illa interueniente ſoleant alienari.

60 Reſpondetur primò non videri minùs perpetuam eſſe prohibitionem, quòd Princeps in ea diſpenſare poſſit, nam & res Cæſaris non minus dicuntur inalienabiles, ſeu non cadere in commercium, & ſi plerumq; alienentur ex diſpenſatione l.idem Iulian. §.fin. de l. 1. quia & hæc conſideratio in omni lege, vel ſtatuto ſubintelligitur,propterea,quando DD. loquuntur de ſtatuto præciſo,intelligendi ſunt caſu quo moderamen ipſi ſtatutò non ſit inſertum, & à facultate agentis pendeat; & item ſi moderamen adiectum tacitè nõ inſit, vel non eo modo eſt expreſſum, quo ineſt, ad not. in l.3. de l. 1.

61 Secundò, reſpondetur vſquequaq; verum non eſſe, quòd ex aduersò aſſeritur,& rationes Gabrielis in conſ.37. nu.4.in 2. apertè eſſe falſas aſſerit,ac probat Surd.d.conſ.301.nu.91. quia non poteſt cenſeri modicum præiudicium,quando agitur de tollenda libertate Eccleſiæ,iuxta illud:non benè pro toto libertas venditur auro;& quando læſio reſpicit perſonas, etiam ſi eſſet modica, eſt conſiderabilis,ad quod plura ibi allegat, quæ poſſunt videri, imo in eo, vel maximè poteſt præiudiciũ cõſiderari, quòd exercetur iuriſdictio in ſtatum Eccleſiaſticum Surd.vbi ſupra nu.24. quem ſequitur, & probat Gueuar. d.ſuo propugnaculo,§.6. aſſertionis 1. nu. 42. fin. & 43. quorum ratio eſt, quamuis non adeo explicent, quia libertas læditur in eo,quod eſt illi eſſentiale,tollitur enim libertas, ſi liberè non poſſit acquirere, ſed acquiſitio ſit collocata in poteſtate ſola alterius, ad l. libertas ff. de ſtat. homin. ſed non poteſt eſſe parua læſio, quando rei ſubſtantia corrumpitur.

62 Tertiò Dec. & quiſquis alius ſit illius ſententiæ, cum loquantur de licentia, quæ ſolet ſimpliciter, & de plano con-

cedi abſq; grauamine, prout fortè erat conſuetum ſuo tempore, non poteſt licentiæ; ac diſpēſationi huiuſmodi de qua eſt ſermo, accomodari neque intelligi de licentia, quæ ſit Eccleſiæ magis præiudicialis; qualis eſſet hæc; nam vltra, quòd aufert libertatem, lædit etiam eius immunitatem; cogendo ſaltem per indirectum Eccleſiaſticos ad ſubſidias collectas, & onera extraordinaria (ſi de his etiam ordinatio, ſeu forma illa licentiæ ſit intelligenda) & inſuper ad Gabellam nō leuem pro ea impetranda, cum id in ſpetie reprobet Dec. ipſe cum communi, vt ſupra nu.269.

63 Quarto communis eſt ſententia; vt dixi, non valere ordinationem, vel ſtatutum, quod in ſpecie facit mentionem de Eccleſia, vel Eccleſiaſticis per d. c. Eccl. S. Mar. Dec. ibi nu. 42. & 174. teſtat. de communi. Fœlin. nū.80. & affert rationem, ne inquit notetur ſuperioritas, eſt etiam communis in c. nouerit de ſent. excō. c. eos de immun. Eccl. vbi tex. expreſſus in 6. Surd. d. conſ. 301. nu. 42. verſic. quòd ſi clerici Io. Azor. inſt. mor. lib. 5. c. 12. q. 3. & contrarium aſſerenti obſtare omnium Doctorum turbā teſtatur idem Surd. d. conſ. 301. nu.42. in fin.

64 Ex his apparet, opinionem contrariam ſign. Bald. & aliorum paucorum ſupra relat. minimè eſſe probabilem, conſequenter nec tutam; Improbabilem quidem tum ob varietatem, nam vt paucis repetamus, Bald. pluribus in locis ſecum pugnat, & fundamenta, quibus innititur, ipſemet impugnat cont. Bart. vt in loco alleg. l. iubemus, la 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. ſed tandem in d. l. vt inter diuinum nu. 11. quicquid alibi dixerit referens diuerſas ſentē tias, determinat pro Eccl. dicens & hæc eſt veritas, Dec. apertè ſentit contra ſtatutum in d. c. Eccl. S. Mar. nu. 7. & clar. nu.250. de conſt. Couar. aliud agit, & loquitur de decreto, qualiter adſtringere debeat Clericos, & laicos ſimul: opinionem autem quorumdam aliorum circa hanc quæſtionem, de qua loquimur, ſolùm incidenter commemorat, non ſe firmans, vt ipſemet aperte teſtatur ibidem, Signorolum plures inſignes DD. nuncupatim impugnant, ſoluentes eius omnia argumenta, vt vidimus, vltra

quod

Digitized by Google

quod etiam ipſe damnat ſtatutum ſpecificè loquens de Clericis, reliqui admodum pauci hoc tãtummodo referunt, vel eorum fundatori nituntur, vt Natta d. ſuo conſ. ideò eandem habent fidem.

65 Rationes etiam contrariæ ſententiæ imbecilles eſſe ſupra demonſtrauimus.

Quinimò in caſu iſto omnes nobiſcum ſentire, ita vt indubiè poſſimus coniungere contrariam hanc opinionem cum noſtra, & communi ſupra relata, quatenus Aduerſarij ipſimet apertè conſentiunt, ſtatutum, ſeu Decretum expreſsè mentionem faciens clericorum minimè eſſe validum, neq; ligare eoſdem & ita ſit generalis omniũ ſententia, quòd clerici, & Eccleſia nullo modo ligetur huiuſmodi decretis, vt præter allegatos ex aliorũ etiam auctoritatibus, copiosè trad. Card. Tuſcus to. 1. verſiculo libertas Eccleſ. concluſ. 342. nu. 101. recta ergo minimè eſſe poteſt illa contraria aſſertio, pro vt his concurrentibus tutam non eſſe opinionem aſſerunt ex Theologis, quorum propria mater eſt D. Thomas, at valde periculoſam, & Gregorius Sayrus multos alios refferens in Theſaur. caſ. conſcientiæ ſeu Claui Regia lib. 1. cap. 6. num. 2. Mich. Salon. in ſecund. ſecundæ D. Thom. q. 63. ar. 4. controuerſ. 2. concluſ. 4. verſ. eſt hic autem, & ex legiſtis Bald. conſ. 280. & conſ. 426. & ita &c.

I. C. IO: BAPTISTA CACCIA.

Celeberrimi, V. I. Conſulti
ROLANDI CAVAGNOLI CASALEN.
Ciuis Mediolanenſis.
V. I. Conſilium, & Reſponſum Deciſiuum.

Renuncians bonis ad commodum alicuius, an poſſit redire ad eadem bona poſt mortem eius ad cuius commodum renunciauit.

Tractatur materia ſtatuti Mediolani 284. illa perſona lib. 1. & demonſtratur ſtricta intelligentia ipſius.

S V M M A R I V M.

1 Fratres, vel patrui inuitantur ad ſucceſſionem, vbi non adſunt aſcendentes vel deſcendentes.

2 Monachus profeſſus in religione capaci bonorum temporalium non habetur pro mortuo.

3 Monachus per ingreſſum religionis bona propria omnia tranſmittit in Monaſterium.

4 Vſusfructus qui per mortem finitur, non extinguitur profeſſione.

5 Statutum Mediolani 284. illa perſona lib. 1. diſcutitur, & num. 6. & 17.

7 Statuta faciliùs tollunt priuilegium, quàm ius commune.

8 Statutum ſic debet intelligi, vt minus lædat ius commune, quàm fieri poſſit, & num. 9.

10 Statuta licèt intelligenda ſint, prout littera iacet, paſſiuam tamen interpretationem recipiunt.

11 Monachus quando habeatur, pro mortuo.

12 Verba ſemper intelliguntur in potentiori ſignificatu.

13 Verba in dubio ſemper debent intelligi in ſpecie.

14 Verba ſtatuti ad euitandam correctionem iuris communis, ſolent etiam impropriari.

15 Monachi iura in actu profeſsionis tranſeunt in Monaſterium ipſo iure.

16 Monachus an poſſit compelli ad adeundam hæreditatem.

18 Caſus mixtus non comprehenditur ſub ſtatuto.

19 Diſpoſitio iuris non cenſetur ſublata per ſtatutum, eſto, quòd ſit generale.

20 Renuntiatio non trahitur ad caſus obuentos poſt renunciationem.

21 *Generalis ſermo non includit perſonam loquentis.*
22 *Statuta Mediolani 289. & 302. lib. 1. an habeant locum in hæreditate clerici.*
23 *Legatum particulare, an inferat ad derogationem vniuerſalis ſucceſsionis.*

Emitte lucem tuam Domine, & vera creabuntur eloquia.

RElígionem Sacroſanctam ingreſſus D. Hieronymus Cribellus nobilis Mediolanenſis. M. RR. Clericorum Regularium Sancti Pauli Decollati, obtenta licentia intrà annum ſuæ probationis, de more, & iuxta diſpoſitionem Concilij Tridētini, cuius meminit cap. 16. ſeſſ. 25. ſub certis conditionibus, ad commodum fratris ſui Io. Ambroſij, & filiorum ab eo deſcendentium, de bonis ſuis diſponit per titulum renūtiationis, in qua ſic inter cœtera cauit expreſsè, quòd ſi dictus Io. Ambroſius, ſeu dicti eius filij, vt ſupra deceſſerit, ſeu deceſſerint abſq; aliquibus filijs, ſiue maſculis, ſiue fœminis legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, & procreatis vt ſuprà, tali caſu præfatus Venerandus, & Reuer. D. Don Vbaldus, in ſæculo nominatus Hieronymus, Vult, & intēdit, quòd prædicta omnia bona, & iura, prout ſupra renuntiata, ſaluo vt ſupra in totum, & vt ſuprà perueniant in ipſius Io. Ambroſij, ſeu dictorū eius filiorum legitimorum, & vt ſuprà reſpectiuè referendo ſucceſſores, & hæredes ab inteſtato iuxta diſpoſitionem ſtatutorum Communis Mediolani, cum onere tamen eo caſu dictorum Hæredum, & ſucceſſorum, vt ſuprà dandi, & ſoluendi, præfato Monaſterio Sanctæ Mariæ Corobioli, dicti oppidi Modoetiæ ſcuta mille auri, ſemel tantum, termino menſium trium tunc proximè futurorum. Iſtis ſic ſtantibus, contigit ab humanis deceſſiſſe, Io. Ambroſium, relicto ventre prægnante, ex quo poſtmodum natus eſt, Antonius Ambroſius, qui ſimiliter in pupillari ætate ab hoc ſæculo migrauit, viuente adhuc Reu. D. Vbaldo, patruo, ex cu-

Digitized by Google

ius perſona prætendit Admodum Ven. Congregatio ſuccedere, & ad hunc effectum petit in poſſeſſionem bonorum, quam fuit adepta manuteneri, & confirmari, cui rei contradicit Io: Baptiſta Cribellus. Quorum omnium nomine plura hinc inde deducta fuerunt, quæ cum ſub trutina iuris, diſcutienda proponuntur. Pro veritate quæritur conſultatio, & breuibus ſtringendo negotium, reſolutio eſt pro Congregatione prædicta, tam pro bonis, quæ propria fuerunt dicti nepotis, infantis, quàm pro his, quæ eidem obuenerunt, ex diſpoſitione dicti D. Vbaldi.

Namq; iure communi certum eſt, quod vbi non ſubſiſtūt
1 deſcendentes, vel aſcendentes fratres, vel patrui ad ſucceſſionem inuitantur, ad notata in Authen. ceſſante, & in Auth. poſt fratres, l. 2. C. de legit. hæredib. quod ſine dubio tranſit. Vnde ex eiuſdem patrui Monachi perſona poteſt dicta Congregatio ſuccedere, ex famigerata non minuſq; Vera iuris concluſione, quòd profeſſus in religione bonorum tempo-
2 ralium capaci regulariter non habetur pro mortuo, ſed vtilitates ei prouenientes Monaſterio applicantur, Bartol. & alij in Auth. ingreſſi C. de ſacroſ. Eccleſ. latè Felin. & cæteri Canoniſtæ in cap. In præſentia. extra de probati. Monachus
3 enim per ingreſſum religionis bona propria, & iura omnia tranſmittit in Monaſterium. Vnde vſusfructus, qui aliàs
4 per mortem finitur, non extinguitur profeſſione, ſed in Monaſterium tranſit, vt ibi notant omnes, & probat Fortunius Garcia l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num. 66. ff. de lib. & poſthum.

Verùm quia datur obiectio, de ſtatuto Mediolani 284. illa
5 **perſona lib. 1. per quod aſſeritur, eum qui iure cõmuni pro mortuo ciuiliter habetur, ſic mortuum cenſeri, vt in ſucceſſione non faciat partem, nec admittatur ad partẽ, ſed quòd habeatur, ac ſi verè, & realiter fuiſſet mortuus, tum quò ad ſucceſſionem eius, quàm alterius, omnis dubitatio reſidet, in hoc puncto, quæ prima facie videbatur (ſaltem reſpectu bonorum quæ nepoti obuenerunt ex Iudicio Patrui) vrgentior ex particulari prouiſione facta per eundem M. Reuer. D.**

Vbal-

Vbaldum, qui diſponendo, de bonis ſuis, vocauit poſt mortem dicti ſui nepotis Hæredes, & ſucceſſores ab inteſtato, iuxtà diſpoſitionem ſtatutorum Communis Mediolani.

Sed pro veritate concluditur non obſtare ſtatutum, quia ommiſſa diſputatione, quam faciunt ſcribentes circa illius validitatem cuius latè meminit Carpanus ibi, in ſuis apoſtillis de qua etiam aliàs in facti contingentia diſſeruimus. Illud ipſum negotium noſtrum faceſſere arbitramur, quod omni caſu ſtatutum prædictum locum ſibi vindicat in Monacho
6 ingrediente religionem ex prima ſua regula incapacem bonorum ſtabilium, quæ deinde ex priuilegio facta fuerit capax ſucceſſionis bonorum prædictorum, quia vt inquit Cotta. in ſuis memorabil. in verbo clerici ligantur, ſtatuta faciliùs
7 tollunt priuilegia, pręſertim ſi priuilegium fuiſſet conceſſum poſt diſpoſitionem ſtatutariam cui Summus Pontifex non derogauerit, vnde forſan poſſet dici, quòd ſuperueniens capacitas non iuuat: iuxtà l. ſi alienum §. in extraneis, ff. de Hæredib. inſtit. Alba. in conſil. 304. Caſus iſte, nu. 8. lib. 2.

Nec obſtare dicitur, quòd ſtatutum loquatur generaliter, & indiſtinctè, iuxtà l. de precio ff. de public. quia reſtrictio da-
8 tur, vt minus quàm fieri poſſit ius commune lœdatur, cuius in propoſito meminit, l. Deo nobis C. de Epiſcop. & Cleric. tum pręcipuè ad ſuſtinēdam libertatem Eccleſiaſticam, quæ dicitur etiam conſiſtere in hoc, quòd tam Monachus, quàm laicus admittatur ad ſucceſſionem, vt continetur in eadem l. Deo nobis, & eſt indubitata concluſio, quòd ſtatuta ſemper ſunt reducenda ad eum ſenſum, & intellectum, per quem lœditur ius commune minus quàm fieri poſſit, cap. cum dilectus, de conſuetud. Vnde eſto ſimplex fuerit ſtatuti diſpo-
9 ſitio, ſatis eſt omni caſu, quòd in aliquo operetur, vt aduertit Dec. in conſ. 11. nu. 17. & conſ. 37.

Nec iuuat dicere, quòd ſtatuta Mediolani, ex ipſorum ſtatuentium voluntate ſint intelligenda, prout littera iacet, quia
10 per hoc non tollitur quominus ſtatuta recipiant paſſiuam interpretationem ab ipſo iure communi, ita poſt Aretin. in conſ. 108. notat Alba Mandell. in conſ. 422. In caſu propo-

ſito

ſito num. 5. vbi dicit in ſimili reſtringendum eſſe ſtatutum
Mediolani, quod generaliter loquitur de ſucceſſionibus ab
inteſtato, vt non comprehendat caſum Auth. Præterea C.
vnde vir. & vxor. quod etiam probat ibi Apoſtill. Vincent.
Anni bal. qui citat Socin. & Curt. Sen.

Et iſta eo potiora redduntur, quò dicimus de iure cōmu-
ni eam perſonam ex potentiori ſignificatu, mortuam cēſeri,
11 quæ religionem omnino incapacem bonorum tēporalium
ingreſſa fuerit, quia vt ſuperiùs dictum fuit, non habetur pro
mortuo, qui religionem capacem bonorum ſtabilium in-
greſſus eſt, ex Bartolo quem refert Garcia. ad d.l.Gallus, §. &
ſi quid tantùm, numer.66. ff. de lib. & poſthum. verba enim
12 ſemper intelliguntur ſecundùm eorum potentiorem ſignifi-
cationem, §. Ius autem ciuile. inſtitut. de iure naturali gent.
& ciuil. l. 1. §. Qui in perpetuum, ff. ſi Ager vectig. l. Quæri-
tur ff. de ſtat. hominum, facit ad hoc propoſitum Doctrina
Bart. ad l. Hoc legatum ff. de legat. 3. Quòd ſcilicet verba in
13 dubio ſemper debent intelligi in ſpecie, non autem quòd lo-
quantur in genere. Et in ſtatutis verba ſtrictè, & propriè ſunt
intelligenda Pet. Cont. ſingul. 7. nu. 20. Corn. conſil. 14. nu.
2. vol. 4. Capic. deciſ. 25. in fine, & Gabriel. conſ. 6. extat ſta-
tutum, nu. 3. vol. 1. vbi dicit, quòd ad euitandam correctio-
14 nem iuris communis ſtatutorum verba ſolent impropriari,
quod aliàs etiam diximus. Ad Decret. Montiſferr. 4. §. 3. nu.
7. 8. & 9. lib. 1.

Quinimò, vt arguamus cum Alba. in recitato conſ. 422. in fine. ſi litteræ ſtatuti foret inhærendum: Eò magis concludendum eſſet, pro ipſa diſpoſitione Iuris, per quam non Monachus, nec illa perſona, quæ nominatur in ſtatuto ſuccedere prætendit, ſed Veneranda Congregatio Sancti Pauli. Nec eſt facienda vis, quod ſuccedat ex illa perſona, quia iure proprio Monaſterium venit ad ſucceſſionem. Namq; ſtatim, quòd quis profeſſionem emiſſit, tranſeunt ipſo iure bona in Congregationem, & Hinc videmus, quòd ſi Monachus hæreditatem ſibi delatam, adire recuſauerit, eo inuito Monaſterium adibit, vt ſentit Bartol. l. 1. nu. 21. ff. de vulgari. qui-

nimo

nimo dum in ſubiecta materia inquiunt Doctores poſſe Mo-
16 nachum compelli ad adeundum, ſequitur neceſſario, quod iure communi non habeatur pro mortuo, quia ciuilē actum exercet adeundi. Vnde concluſio erit de ea perſona ſentire ſtatutum, quæ religionem incapacem ingrediendo pro mortua ciuiliter habetur, & quæ nec per ſe, nec ex iuſſu ſuperioris poſſit actus exercere ciuiles.

Inſuper etiam pro bonis, quæ erant propria dicti Reuer. D. Vbaldi, non procedit ſtatutum, quia ſenſus ipſius, qui ex verbis colligitur: is eſt, vt inducatur excluſio ſucceſſionis eorum bonorum, quæ ad ipſum poſſent pertinere, & peruenire, & ita ſermo eſt de bonis, quæ numquàm fuerũt illius perſonæ, quam pro mortua haberi vult ſtatutum, vndè non debet extēdi diſpoſitio ad ea bona, quæ propria fuerũt eiuſdem
17 perſonæ, quæ de eiſdem in nouitiatu diſpoſuerit. huic enim caſui nullo modo conueniunt verba ſtatuti, quia nō priuatur per illud ea perſona cuius meminit, bonis proprijs, aliàs iniquum eſſet ſtatutum, & non valeret, & iſte caſus nullo modo comprehēditur, ſed eſt remiſſus ſub diſpoſitione iuris communis, iuxta l. cōmodiſſimè ff. de liber. & poſthum. & ita per illud ſtatutum non poteſt, dici quòd bona, quæ iam fuerāt propria Clerici Regularis, prohibeantur ad eundem redire, vel ex diſpoſitione iuris communis, vel ex particulari prouiſione facta per eum qui diſpoſuit, namq; omni caſu negari non poteſt; quin præſens facti ſpecies ſit mixta, vnde ſicuti
18 caſus mixtus, regulariter non comprehenditur appellatione ſimplicium, l. vim paſſam, §. præſcriptione ff. de Adult. & l. fin. §. ſed & ſi quis ff. Naut. Caup. & ſtabul. ita dicendum videtur, caſum hunc non ſtare ſub cenſura dicti ſtatuti.

Quod eò fortius eſt, quò aduerſarius probauit diſpoſitionem factam ab eodem Reuer. D. Vbaldo, & ex ea iura ſua metitur nedùm ipſe, verùm etiam, & Io. Ambroſius frater, & ex iſta probatione deſcendit concluſio, quòd ſtatutum non comprehēdat perſonam, quæ de bonis ſuis diſponendo ſub certis cōditionibus, prætendat eis ceſſantibus ad bona pro-
19 pria redire, ex recitata regula, quòd diſpoſitio iuris non cen-

ſeatur

ſeqatur ſublata per ſtatutum eſto , quod ſit generale , quando nominatim non eſt facta mentio de ea, ſic not. Bart. in l. 1. ff. vi bon. rapr. Alba d. conſ. 422. nu. 1.

Nec in iſto caſu fauet renũtiatio facta de bonis per eũdem R. D. Vbaldum , ſub eo forſan prætextu , quod iura futura contineat renunciatio, quia reſpondetur , diſpoſitionem ipſam non comprehendere caſum hũc ortum poſt plura tem-
20 pora, & poſt ipſam renunciationem ; etiam quod iuribus de futuro eſſet renunciatum, vt ex Bart. in l. Qui Romæ, §. Duo fratres in 6. q. ff. de verbor. obligat. notat Franc. deciſ. 181. Filiusfamilias num. 4. Et demum quibuſcumq; verbis vſus fuerit Reuer. D. Vbaldus, non eſt veriſimile , quòd voluerit excludere religionem , quam fuerat ingreſſurus , vbi ipſo viuente deficeret , nepos ſine filijs, quia in generali ſermone,
21 qui poſſit ad alios trahi, non includitur perſona loquentis vbi agitur de ſui præiudicio, l. inquiſitio C. de ſolut. cap. Petitio de iure iur. Rol. conſ. 86. nu. 42. vol. 1. Alba in conſ. 86. n. 42. vol. 1. Alba in conſ. 475. ſtatutum nulla perſona nu. 16. lib. 2.

Iſtis ſic poſitis non officit conſideratio, quòd diſponẽs D. Vbaldus , poſt mortem Nepotis ſui ſine filijs vocauerit ſucceſſores, & Hæredes ab inteſtato iuxtà diſpoſitionem ſtatutorum Mediolani, quia ſi benè perpendantur verba, & ſenſus diſpoſitionis prædictæ, vtiq; non poteſt trahi ad ſtatutũ 284. illa perſona , ſed potiùs ad eum ordinem ſuccedendi , per quem Agnati maſculi præferuntur cognatis in ſucceſſionibus , cuius rei meminerunt ſtatuta 289. In ſucceſſione , & 302. Nulla mulier. libro 1.

Quòd autem id ipſum verum ſit, recta ratio conſtructionis demonſtrat apertè , dicitur enim , ibi , quòd maſculi deſcendentes ex fratre, & indè ex nepote, præferantur fœminis in ſucceſſione ad dicta bona. & deindè omnibus iſtis deficiẽtibus, vult, quòd fœminæ, primo loco temporaliter excluſæ remanerent, quandiu ſcilicet extarent maſculi deſcendentes ex fratre, vel nepote, ſed poſtmodum fœminas vult excludi extantibus Agnatis, vſq; ad ſeptimum gradum, ſed quia cadit
22 dubitatio numquid ea ſtatuta 289. & 302. procederẽt in hæredi-

reditate eius, qui religionē ingreſſus eſt, iuxta dubitationem quam mouet Alba in conſ. 5 13. Dubitatio eſt per totū. Hoc ideo ad remouendum obiectum dixit, vocari ſucceſſores, & Hæredes ab inteſtato iuxta diſpoſitionē ſtatutorum Mediolani, hoc eſt Agnatos, prout ſuprà. Et inde fœminas, Agnatis non extantibus. Ita vt relatio operari debeat ſecundum tempus, ad quod fit. ex notatis per Baldum in fin. C. de falſ. cauſ. adie. legat. & cum relatio dicatur ordo vnius rei ad alteram, ex Diuo Thoma in quæſt. de Potentia Dei 7. art. 9. non eſt dicendum, quòd fieri debeat ad alia, quàm ad ea, quibus conuenit, ad not. in l. Si idem cum eodem, §. ſi. ff. de iuriſd. omn. Iud. Iaſ. in l. 1. C. de lib. præter. Cæphal. conſ. 153. Mag. D. nu. 58. lib. 2.

Minus etiam facit cōſideratio dependens ex onere impoſito ipſis ſucceſſoribus, & Hæredibus, de ſoluēdo ſcuta mille M. R. Collegio Sanctæ Mariæ Gorobiolæ quaſi inferatur, ex
23 relicto ſpeciali, ad derogationem vniuerſalis ſucceſſionis, quia generalis prouiſſio ceſſet, ex prouiſione ſpeciali. l. Doli Clauſula ff. de verborum obligat. l. Sanctio legum. de pœnis prout aliàs diximus deciſ. conſult. 8. ſub num. 12. & 13. lib. 1. Quia Reſponſio ad obiectum dupliciter intrat, primò, iſte caſus intelligitur vbi fuiſſet purificatus poſt mortem ipſius R. D. Vbaldi, vel ſecundò non incongruit, quòd congregatio generalis ſuccedat cum onere prædicto, quia ſoluitur legatum Collegio particulari, ad cuius cōmodum facta prouiſio non tollit vniuerſalem ſucceſſionem in generali Congregatione; quod ſicuti patet ad ſenſum, ità quoq; planum ſic eſt, vt probatione non indigeat, & ita plures in diuerſis diſpoſitionibus obſeruatum vidi, per eos qui religionem ingrediuntur, vt locū aliquē particularē honorent, totam Congregationē inſtituendo, cum onere prædicto, vel è conuerſo, & id ipſum nouiſſimis diebus accidit, & ita, &c. ſaluo, &c.

Ego Rolandus Cauagnolus V. I. D. Caſalenſis Aduocatus, & Ciuis Mediolani.

Con-

Conſilium, & Reſponſum Secundum Deciſiuum EIVSD. CELEBERR. AVCTORIS In eadem Cauſa Eccleſiaſticę Immunitatis.

EPITOME.

Nullo laicali ſtatuto affici poſſunt Coloni, nec emphyteutæ bonorum Eccleſiaſticorum, nec obligari ad tributa, & collectas.

SVMMARIVM.

1 *STatutum de collectis, & oneribus, tam ſpecialem mentionem faciens de emphyteutis, & colonis Eccleſiæ, quàm non, nil valet.*

2 *Eccleſia dicitur grauari per indirectum in ſuis colonis, & emphyteutis.*

3 *Statutum dicitur contra libertatem Eccleſiæ, quando propter ipſum Eccleſia minus vendit.*

4 *Statutum faciens præiudicium bonis Eccleſiæ per indirectum non valet.*

5 *Princeps non poteſt diſponere ſpecialiter ſuper vtili dominio bonorum Eccleſiæ.*

6 *Eccleſia neque ſecundariò, & per indirectum à laicis poteſt pati damnum.*

7 *Eccleſia primariò dicitur lædi, quando laici retraherentur à contrahendo ſecum.*

8 *Coloni Eccleſiarum non ligantur ſtatutis, & edictis laicorum.*

9 *Coloni Eccleſiarum non ſemper tenentur ad onera.*

10 *Colonos Eccleſiarum teneri ad onera in ſubſidium tantùm, ſicut Eccleſiaſticos, qui defendant.*

Non

NON deſint quamuis, qui ſentiant, quòd Eccleſiarum coloni, & emphyteutæ teneantur ad collectas, & tributa, inter quos eſt, Andr.in tit. quæ ſint regalia, in verſ. & plauſtrorum, num.57. Luc.de Penn.in l.1. col.2.ver. vnde ſi res, C.de imponend.lucr. deſcription. lib.10. Felin. in c.Eccleſia Sanctæ Mariæ, nu.99. in princip. de conſtit. poſt Federic. de Sen. in conſ.111.quæſtio talis eſt. quem ſequitur Albert. Brun. in tract. de ſtatuto excluſiuo fœminarũ propter maſcul. quæſt.22. nu.110.cum alijs multis congeſtis ad hoc per Octauia. Vulpell.in tract. de liber. eccleſiaſt. parte 3.nu.22.& per Valaſch.latiſſimè de iure emphyt. quæſt.17. nu. 11. & plur. ſeqq. Quia dominium vtile, quod habent emphyteutæ Eccleſiæ, eſt merè laicum, & prophanum, ideo ſubiectum legibus Principum ſæcularium generaliter loquentibus, Ancar.in conſ.443. incip.iſta domina, nu.3. verſ. non obſtat. Barbat. in conſ.14. ſcribit propheta, nu 5. vol. 1. qui plura ad hoc cumulat. Caſtrenſ. in conſ. 194. viſo. col fin. vol.1. Cuman. in conſil.84.quia cauſa, col. 1. Alex. in conſ.9. ponderatis, col.2. vol.5. Feſtaſ. in tract. de collect. par.2. cap.4. nu.24. & in parte 4.cap.2. nu. 43. conſiderat, quòd perſona, à qua ſumit originem collecta, reperitur ſubiecta, item quia ipſe in æſtimo deſcriptus, vel deſcribendus eſt, propterea tenetur ad onus. Nec regulatur à iuribus, & priuilegijs quibus gaudet Eccleſia: nam cõtra ipſos ratione iſtius vtilis dominij currit præſcriptio temporis, qđ contra alios priuatos, Bartol.in l.ſi publicanus, §.in vectigalibus, ff. de publican. Balbus in tract. de præſcription. prima parte quintæ principal. in princip. nu.19. & 20. Item ius retractus habet locum in emphyteuſi Eccleſiæ ſuper vtili dominio. Tiraquell. de retractu lib.1. §.1. gloſſ.3. num.3.& latius in §.1. gloſſ.13. num.8. & 9.cum alijs per Valaſc.in dict. quæſt.17. num.14.

Nec obſtant allegata per Bartol. in l.priuatæ, C.de excuſat. muner. lib.10. quem ſequuntur Eugen. in conſ.96. & conſilium 2. incerti auctoris poſt tractatum de collectis Petri de

Vbal-

Vbaldis. & per Andream Eachinæum in ſuis controuerſiis iuris, cap. 91. libri primi. Quia hæc opinio Bartoli eſt communiter reprobata, vt teſtantur Valaſc. in d. cap. 17. nu. 15. verſ. quibus accedit, in fine. & nouiſſimi addẽtes ad Bartol. in d. l. priuatæ. & ita in practica obſeruatur, vt per eundem Valaſc. in d. num. 15. prope finem, Et per Nigr. in extrauag. vnic. de vita, & honeſt. cleric. nu. 306. in fine. vbi de cõmuni contra Bartol. & de conſuetudine approbata teſtatur. Et illa allegata, ne emphyteuta Eccleſiæ grauetur duplici onere, iure nõ ſubſiſtunt; Primò, quia aliquando duplex onus eiſdem rebus imponitur, vt in bonis curialis decedentis abſque filio, vel hærede curiali: præſtatur enim ex his quarta curiæ, & onus deſcriptionis quatuor ſiliquarum, l. 1. & 2. Cod. quãdo & quibus quarta pars deb. lib. 10. gloſſ. in rubr. & in l. 1. Cod. de impoñẽd. lucrat. deſcrip. lib. 10. cũ alijs ſimilibus per Luc. de Penn. in l. litibus, in fine, Cod. de agric. & cenſit. lib. 11. Item quia in caſibus, in quibus pro bonis emphyteuticarijs Eccleſiæ ſoluerentur collectæ, & huiuſmodi, ne grauarentur duplici onere, eſſet habenda ratio eius, quod ſoluitur directo domino, vt per eundem Luc. de Penn. in dict. l. litibus, in fine. & per Nigr. in dict. extrauagã. vnic. nu. 309. verſic. in caſibus tamen, & per Boſſ. in titul. de principe, nu. 123. & nu. 120. verſic. intellige deductis oneribus. Nec valet, quòd res Eccleſiæ eſt immunis à collectis, ergo & eius poſſeſſores, quia ipſæ ſoluuntur ratione fructuum, & vtilis dominij, vt dixi, quod reſidet pœnes ſubditum. Vnde ſi Eccleſia habet emphyteuſim à laico, etſi habeat vtile dominium, tamen quia non eſt ſubdita, non poteſt collectari. Nec valet ratio incerti auctoris in d. conſ. 2. nu. 4. poſt tractatum de collectis Petri de Vbaldis, quòd emphyteuta Eccleſiæ poteſt collectari ab Eccleſiaſtico, ergo non à Laico. Quia in collectis exigendis attenditur actus exactionis, non autem potentia. Vnde ſi fuit exactus ab eccleſiaſtico, habebitur ratio illius exactionis, ad ratam, quæ contingit dictis emphyteutis pro oneribus laicorum. Sed quia illud charitatiuum ſubſidium, quod imponitur ab eccleſiaſtico, cedit emphyteutæ, Remig. de Gonis in tract.

tract. de charitatiuo ſubſidio, quæſt. 55. Ideò ſi in actu non ſoluit, poterit cogi ab exactoribus laicis. Item licet coloni Eccleſiarium teneantur, ad collectas, & onera prædicta pro rata fructuum ad ſe ſpectantium, Geminian.& Franc.in cap. quamquam, de cenſib. lib.6. Io. Vincent. de Anna in ſingulari 99. qui multos alios congerit. Io. Anton. de Nigr. in d. extrauagan. vnic. nu.306. de vit. & honeſt. cleric. poſt Federic. de Sen. in d. conſ. 111. incip. Quæſtio talis eſt. & alios, quos citat, & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Vincent. Carroc. in tract. de locat. & conducto. in tit. de collectis, à nu.20.infra cum multis ſuis ampliationibus, & declarationibus, & ita eſt caſus deciſus, vt per Theſaur. in deciſ. Pedemont.116. & vide etiam ad hoc deciſ. Neapol.107. Vincent. de Franch.

1 Nihilominus tamen dicant quicquid velint relati, aut alij quicunq; veriùs eſt, inixus grauioribus viris, ac nedum Eccleſiaſticorum Principum priuilegijs, verũ & Imperialibus, ipſis in ipſo corpore iuris clauſis, & inſertis, laicorum ſtatuta tàm expreſſam mentionem, quàm nõ expreſſam de colonis, & emphyteutis eccleſiaſticis facientes, quòd teneantur ad tributa, & collectas, nullo modo eos afficere poſſe, nec valere, hoc enim caſu omnes fatentur; quòd quando emphyteutæ; & coloni prædicti nimiùm grauarentur, tũc Eccleſia per

2 indirectum aſſiceretur, Federic de Sen. in d. conſ. 111. col.5. in fine, verſ. item quæritur. dicit, quod ſi dominus temporalis videns non poſſe Eccleſiam directò grauari, nec expreſſè nimium grauaret ruſticos Eccleſiæ, & ſic indirectè contra libertatem eccleſiaſticam, ita quod Eccleſia nõ inueniret, qui vellet laborare ſuas poſſeſſiones, hoc caſu Epiſcopus nõ debet tollerare, quia eſt per indirectum contra libertatem eccleſiaſticam, & ſequitur Felin. in dict. cap. Eccleſia S. Mariæ, numero nonageſimo nono. Sed ſi fierent ſtatuta, maximè expreſſam mentionem facientia de huiuſmodi emphyteutis & colonis, tunc ipſi retraherentur à conducendis bonis Eccleſiæ, vel ſatis viliori pretio contraherent, & ſic Eccleſia lederetur, quo caſu omnes concludunt, in ſimilibus terminis

ſtatuti non valere. Baldus in conſilio trigeſimo primo, ſtatu-
to ciuitatis, volumine primò. vbi conſiderat; ſtatutum eſſe
3 contra libertatem Eccleſiæ, quando vigore ipſius Eccleſia
minus vendit, pluris enim venditur res libera,quam onerata
natura, lege, vel pacto, pro quo dicit eſſe caſum in l.ſi vendi-
tor, ff. de ſeruis exportandi & hanc rationem in materia lo-
cationis conſiderauit Franch. in d. deciſ.107.nu.8. poſt Dec.
quem allegat in d.conſ.48. nu.5. Ancaran.in conſilio 3.ſuper
4 dub.10. quòd non valet ſtatutum,mãdans ſolui debere duo-
decimam pro blado ad molendinum portato per portam pi-
ſtorienſem, quia per indirectum affert præiudicium molen-
dino Eccleſiæ, extra illam portam exiſtenti: Addit etiam,
quòd nõ ligat laicos bladum ad illud molendinum ferentes,
& licet verba dirigantur in perſonas ſubditas, tamẽ effectus
lædit Eccleſiæ libertatem, & damnum affert Eccleſiæ: & in
caſu propoſito plurimum læderetur Eccleſia,cum ſtatutum
laicorum expreſsè de colonis, & emphyteutis Eccleſiæ lo-
queretur.
5 Ex quo infertur errare eos,qui dicunt Principem poſſe di-
ſponere ſuper vtili dominio bonorum Eccleſiæ in emphyteu-
ſim cõceſſorum, cum dominium ſit laicale, & Princeps po-
teſt ſuper eo ſtatuere, & ordinare quamdiu durat apud lai-
cum, vt reſpondit Ancar. in conſil.124.in fin.& in conſ.433.
nu.2. & ſequitur Natta in conſ.114. per tot. & in conſ.312.&
in conſ.280. nu.3. Burſat. in conſ. 140. nu. 25. vol. 2. quia ex
qualibet diſpoſitione ſpeciali laicorum Eccleſia pateretur
intereſſe, quo caſu laici nihil quicquam directè,vel indirectè
ſtatuere queunt. auth. caſſa, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & cap.
Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitut. plura ad hoc cumulat,
6 Syluan. in d.conſ.9. num.12.Nec valet reſponſio dicentium,
quod in huiuſmodi ſtatutis Eccleſia ſecundariò læderetur:
Nec eſſe hoc attendendum, quia quæ ſecundariò eueniunt,
non ſunt in conſideratione, l. 1. ff. de auctorit. tut. cum alijs
per Iaſ. in l.quoties,col.fin. C.de iudic.nec dicitur detrimen-
tum eius, qui ſecundariò læditur, Felin. in cap. cum M. col.
13. de conſtit. & ita in his terminis conſiderat Balb. in tract.

de

de præſcript. in 1. par. 5. principalis, in princ. num. 20. quia quomodolibet lædatur Eccleſia, ſiue in maximo, ſiue in minimo, ſiue directè, ſiue indirectè, ſiue primariò, ſiue ſecundariò, nullo caſu ſtatutū laicorum ſuſtinetur, c. quanquam, de priuileg. c. ſtatutum, de hæret. lib. 6. ſiue id fiat verbis expreſſis, ſiue verbis velatis, ſemper idem eſt, c. clericis, §. fin. & §. nos igitur, de immun. Eccleſ. lib. 6. Nec eſt verum, quod in his terminis coloni, & emphyteutæ Eccleſiarum primariò læderentur, Eccleſiæ vero ſecundariò: Quia imo Eccleſia-
7 rum primariò intereſſet, laici enim retraherentur à conducendis bonis ipſius, aut viliori pretio contrahere vellent, quo caſu conſiderarunt D. l. Eccleſiam ſatis lædi ſi vigore ordinationis laicorum, non ita facile inueniret laicos ſecum contrahere volentes, Ioan. de Amic. in conſ. 18. num. 5. Burſat. in conſ. 42. nu. 19. vol. 1. Iaſ. in l. 2. col. fin. C. de indict. viduit. toll. Cotta in ſuis memor. in ver. colonus, Ioan. Vinceat. de Ann. in d. ſing. 99. & latius alijs in terminis colonorum Eccle-
8 ſiæ, quod non ligentur ſtatutis, & edictis laicorum, ſiue generaliter facta ſint, ſiue ſpecialem, & expreſſam de ijs mentionem fecerint. Surdus in conſ. 301. à num. 74 ad fin. vol. 3. qui reſpondet omnibus contrarijs.

Neq; obſtat, quod cum coloni, & emphyteutæ prædicti teneantur ad aliqua onera, ergo ſuper eiſdem poſſunt ſtatuta
9 fieri: Quia ipſi non ſemper ſunt ad eadem onera obligati. Non enim tenentur extra caſus à iure permiſſos, Burſat. in conſ. 29. per tot. vol. 1. Item non tenentur quando iſta onera eſſent impoſita reſpectu bonorum, & non fructuū, Decian. in conſ. 51. nu. 14. vol. 3. Anguiſola in conſ. 52. num. 100. vol. 3. Riminald. Iun. in conſ. 353. num. 178. vol. 4. & ita eſt communis opinio, vt teſtatur Catroc. in d. tract. de locat. tit. de
10 collectis, num. 40. Nec deſunt etiam, qui intelligunt ſupradictam primam opinionem, vt ſcilicet emphyteutæ, & coloni Eccleſiarum ſolùm teneantur contribuere in ſubſidium, ſicut tenentur etiam ipſæ Eccleſiæ, ſcil. tribus concurrentibus, quod bona laicorum non ſufficerent; Item cauſa eſſet valde neceſſaria, & miſerabilis; Item interueniret licentia

Summi Pontificis, prout ad hoc congerit multos idem Carroc. in d. tit. de collectis, num. 37. & ſi tenerentur ex ſtatuto prædicto, eſſent obligati emphyteutæ, & coloni prædicti in omni caſu, & ita iura Eccleſiæ directò efficerentur deteriora: Ideo concludendum eſt ſtatutum illud, aut ſimilia, nullo modo valere; ſaluo tamen, &c.

Celeberrimi, ac Egregij V. I. Conſulti OLDRADI DE PONTE LAVDENS. V. I. Conſilium, & Reſponſum Deciſiuum.

Et eſt 32. in ordine in ſuo conſiliorum libro.

EPITOME.

Sacerdotes, ac Eccleſiaſticæ perſonæ omnes, cum ſint de Vniuerſitate ſicut quælibet alia perſona, gaudere debent priuilegijs, & beneficijs Statutorum Vniuerſitatum, & Singularium, & illis liberè, vt alij, vti, & frui.

SVMMARIVM.

1 *Nomine Vniuerſitatis veniunt Sacerdotes, ac Eccleſiaſticæ perſonæ omnes; idq; pluribus rationibus comprobatur.*

2 *Obi. Ait in contrarium reſpondetur.*

Quæſtio eſt, vtrum ſacerdos cenſeri poſſit, & debeat de Vniuerſitate. Et probatur, quod ſic rationibus infraſcriptis. Et primò 1 ſicut ſe habet domus ad Vniuerſitatē domorum, ſic homo ad vniuerſitatem perſonarum. Vnde ſecundum qualitatem rerum, & ipſis inhærentes diuerſis vniuerſitatibus aſcribūtur, vt ff.

vt ff. de acqui. poſ. l. re pignoris, & de le. 3. l. ſeruis vrbanis, in prin. §. 1. & meliùs ff. de fun. inſtr. & inſtru. le. l. cum de lanionis §. ſabinus. Sed conſtat, quòd Eccleſia eſt de vniuerſitate domorum intra territorium poſitarum; vt ff. de verb. ſig. l. pupillus. §. territorium, ergo & ſacerdos cenſebitur de vniuerſitate perſonarum. Secundò conſtat vniuerſitatem augeri, & minui, & mutari: vt ff. de iud. l. proponebatur. ff. de fun. inſtr. & inſtru. le. l. pe. & de le 2. l. peculium, & C. de decu. l. prouidendum. Sicut enim augetur vniuerſitas per nouum incolam in ciuitate receptum, vt cum alijs incolis munera ſubeat: vt ff. ad muni. l. 1. in 2. reſpon. ſic & per erectionem nouæ Eccleſiæ, & aduentum noui ſacerdotis: quia non minus in iſtis ius publicum conſiſtit, quàm in priuatis incolis: imò propriùs, & immediatiùs: vt ff. de iuſti. & iur. l. 1. §. publicum ius, & in aut. vt liceat matri, & auiæ, §. quia vero ita comperiuntur col. 8. Ergo ſicut noui incolæ de vniuerſitate fiunt, ſic & hic ſacerdos. Tertiò non ne Philoſophi etiam pagani, ſicuti fuit Ipodonius Iuriphontis, totam religionem diuiſit in tres partes, vnam, quam ſacram, alteram publicam, & alteram propriam appellauit vniuerſitatem, & ea, quę vniuerſitatis ſunt, in tres partes vnum totum diuidens arte, ſicut narrat philoſophus 2. polit. 4. c. circa medium. Cum ergo ſint partes eiuſdem totius, ſacra, & priuata, non debent diuerſo iure cenſeri: vt ff. de vſucap. l. cum qui ædes. Et idcircò tanquam pars vniuerſitatis, poſſunt perſonę Eccleſiaſticæ ſtatutis vniuerſitatum; & ſingularium vti in ſui fauorem, vt 10. diſt. ſi in adiutorium, & pro hac etiam facit 12. q. 1. duo ſunt genera.

Nec ob. quòd dictus ſacerdos, tanquam eccleſiaſtica perſona, multis priuilegijs gaudet: non enim per hoc eſt minus
2 pars vniuerſitatis. Nam & decuriones, & ſenatores, & eminentiſſimi viri, & Medici, & legum Doctores multis gaudent priuilegijs, tam in perſonis, quàm in rebus, vt ff. de pœnis l. moris §. iſtæ fere, & C. de quæſtionibus l. diuo Marco, & de profeſſoribus, & medi. l. medicos, & tamen conſtat, quòd omnes appellatione populi, & vniuerſitatis continentur, vt

inſti. de iure natura. gen. & ciui. §. plebiſcitum, ſic enim talis immunitas non impedit, quominus ſacerdos ſit de vniuerſitate, ſi ſic debetur ei ius paſcendi: vt ff. ſi ſeruitus vendi. l. teſtatrix, §. 1.

APPENDIX.

NVlli omnino dubium eſſe debet, quin & clerici non minùs, quàm aliæ quæcunq; perſonæ veniant appellatione Incolarum, & Ciuium, vt habemus ex Bartolo in l. 1. nu. 11. ff. ad municip. & ex Bald. in c. 1. de vaſſallo, qui arma bell. depoſ. vbi dicit, quòd Eccleſia dicitur de corpore Ciuitatis; item ex Natta in tract. de ſtatuto excluſiuo fœminas in 3. quæſt. princip. nu. 85. ex Marſil. in tractatu de bannitis, in verb. ciuitate, num. 116. ex Caſſan. in conſuetudi. Burgund. rubr. 13. §. 9. nu. 2. vbi dicit, quòd clerici dicuntur ciues diſtrictuales, & pars ciuitatis, ex Tiraquell. de primogenitis quæſt. 44. nu. 9. ex Cumia ſuper ritibus magnæ Curiæ Siciliæ cap. 40. nu. 280. qui omnes dicunt, quòd hoc procedit, etiam in clericis alienigenis, ſi in eo loco habitent, vel beneficia habeant, quia habentur pro ciuibus dum moram ibi trahunt, & tandem ex eodem Bartolo in l. ciues C. de incolis lib. 10. ex Barbar. in c. Rodulphus nu. 137. de reſcript. ex Fœlino in c. dilectus in 2. nu. 2. & 8. de reſcript. ex Boerio deciſ. 260. nu. 20. ac ex alijs quamplurimis.

Proinde negari non poteſt quin omnino pateat, quòd & ipſi ſint de Vniuerſitate, gaudereq; debent omni commodo ciuitatis ad inſtar quarumcunq; aliarum perſonarum, nec quid minus omninò.

Con-

Conſilium, & Reſponſum Secundum Deciſiuum
EIVSDEM CELEBERR. AVCTORIS In eadem Cauſa Eccleſiaſticæ Immunitatis.

Et eſt 83. in ordine in ſuo conſiliorum libro.

EPITOME.

Eccleſiaſtici non ſunt de foro laicorum, nec tenentur ad eorum leges.

SVMMARIVM.

1 *ADducuntur rationes argumentatiuo modo contra veritatem, puta Eccleſiaſticos ſubeſſe laicorum legibus.*

2 *Pluribus rationibus conſtituitur veritas, puta Eccleſiaſticos nullo modo ſubeſſe laicorum legibus.*

3 *Laici nullam habent facultatem diſponendi de rebus Eccleſiæ, ac Eccleſiaſticorum.*

4 *Obiectis in contrarium plenè reſpondetur, vſq; in finem.*

AN Epiſcopus poſſit declinare forum regis volentis cognoſcere; an iuriſdictio ſua ſit in Ciuitate Portugalliæ? Et videtur, quòd non. Nam ipſius eſt cognoſcere, an ſua ſit
1 iuriſdictio. de iudi. ſi quis ex aliena. & princeps in cauſa ſua poteſt eſſe iudex ff. de his, quæ in teſtamento delen. l. proxi. 21. diſt. nuc. licèt honeſtiùs faciat, ſi alteri committat. C. de quad. præſcrip. l. bene à Zenone. & notatur extrà de iudi. cum veniſſent. hic enim agitur de reb. tẽporalibus, de quibus ipſe eſt iudex, & dominus. ff. ad l. rho. de iactu. l. de precatio. & maximè quò ad iuriſdictionem. vt in d. l. benè à Zenone, & 2. q. 7. conuenior. & ibi

 no.

no. Populus enim in eum tranſtulit omnē ſuam poteſtatem. inſtitu. de iure naturali. §. ſed quòd prin.ff.de orig.iur. l.2. §. deinde cum eſſet.iura enim humana regum ſunt;nec alio iure poſſideri poſſunt, nā ſi dicas quid mihi, & regi? audi Aug. dicentem.Nihil ergo tibi, & poſſeſſioni. 8.diſt. quo iure. Vnde licèt, clericum non poſſit in perſonam punire, puniet in patrimonio,quod ei ſubeſt. C.de epiſ.audi.l.addictos ſupplicio. & ibi not.& ideo dicit Inn.extra de fo.compe.poſtulaſti, quòd eius cōſtitutio ligat poſſeſſiones clericorum. ar.8.diſt. quæ contra.

Ratione enim temporalium clerici regibus ſunt ſubiecti. 11.q.1.§.his ita, & 23. q. 3. c. ſed notandum. de ma. & obe. ſolite. C.de epiſ. & cle. de his, non eſt ergo abſurdum, ſi ipſe cognoſcat: quia & ſi Eccleſia aliquid tenet in fæudū, coram domino fæudi cogitur reſpondere. extra de iudi. certum. de fo. compe. tranſmiſſa, & c. verum, quia Dei filius recognoſcens ei tributum ſoluit 11.q.1. magnum. iubens reddi, quæ ſunt Cæſaris Cæſari:& quæ ſunt Dei,Deo.Matth.22.per hoc duas iuriſdictiones diſtinguens: diuinam ſcilicet, & humanam. ar. de conſe. di. 3. celebritatem in fi. nam in eadem ciuitate duo ſunt populi ſcilicet clericorum,& laicorum 22.q. 1. duo. Et duæ vitę: carnalis, & ſpiritualis, extra de renun. niſi cum pridem. §.pe. duo principatus, & duo genera militum, ſcilicet Eccleſiæ, & ſæculi l. diſt. clericum, qui paganū, & Pontificalis, & regalis poteſtas 94. diſt. duo. & ſic duæ iuriſdictiones, diuina ſcilicet, & humana, maxima enim ſūt dona Dei, & à ſuperna collata clementia; ſacerdotium ſcilicet,& imperium;ſacerdotium diuinis miniſterijs, imperium humanis præſidens, ab vno, eodemque principio vtrunque procedens in auth.quomodo opportet Epiſcopos,& cęteros clericos §.1.col.1. Duo enim ſunt gladij ſpiritualis,& materialis. 15. q.6. auctoritate,& nō dicit ſaluator,alterum ſuperfluum, ſed ſatis eſt. Lucæ 22. Per hoc, duas iuriſdictiones denotans eſſe neceſſarias. Et ne vni præſidens alteram vſurparet, Petrum volentem vti materiali gladio, vt ſuum magiſtrum à Iudæorum iniurijs defenſaret,reprehendit dicens;

Con-

Conuerte gladium in locum ſuum; & vſurpanti iuriſdictionem alterius pœnam extitit comminatus, cum addidit;omnis,qui gladium accipit,ſcilicet iuriſdictionem ad alium ſpectantem: gladio peribit. 23. q.8. in quæcunq; ſpiritualem habet gladium Eccleſia 23. q.2. inter hoc. Materialem Rex.vnde de eo dicit Apoſtolus ad Romanos 14.quòd nõ ſine cauſa gladium portat: & ratione iſtius gladij omnis anima videtur ei ſubiecta, 1. Petri.2.& extra de cen.omnis anima,& omnis; qui præter eius auctoritatem iſtum gladium acceperit, gladio peribit 23.q.4.in pri. nã cũ ad verum ventum eſt,nec Imperator iura Pontificis arripiat,nec Pontifex nomen Imperatoris vſurpet: quoniam idẽ mediator Dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus actibus proprijs officia poteſtatis diſtinxit, vt Chriſtiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus egeant,& Pontifices pro curſu temporalium rerum tantummodo imperialibus legibus vterentur. 10. di. quoniam 96.di. cum ad verum. Et ideo, quòd Imperatori traditum eſt,non debet Eccleſia tollere, ne promiſcuis actibus rerum turbentur officia. C.de teſt.Indecorum enim eſt, ſi vnum mẽbrum alterius membri fungatur officio 89.di. c.1. ratione enim rei ſortitur quis forum.extra de fo.compe.c.ſanè ff.de iud.quod legatur.Et ideò ſicut iudex ſæcularis de re ſpirituali iudicare non poteſt, extrà de iudi. decernimus. Sic è contra Iudex eccleſiaſticus de re corporali ſe intromittere non poteſt, vt contrariorum eadem ſit diſciplina. ff.de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. l.1. & cum intentio Regis ſit de iure communi fundata ar.16.q.7.omnes baſilicæ,& 22.q.ſi. c.quamuis,& quod ibi no.Archid. qui ſe dicit priuilegio,vel præſcriptione munitum, debet de hoc coram eo oſtẽdere, ar.extra de priui.cum perſonæ. lib. 6. Et ideo Rex ſapiẽter facit. ſi non conſtituit ſe actorem, ſed Reum: vt no.Inno.extra de ver. ſig. ex parte, vt ſic actor forum rei ſequatur. extra de fo. compe. ſi clericus. Pro rege facit: quia in temporalibus ab Epiſcopo appellatur ad eum. extra de appell. Romãn. §.debet. lib.6. & qđ ibi not.

2 Sed quod Epiſcopus poſſit declinare iuriſdictionem, probatur: nam Eccleſia eſt in poſſeſſione,& ideo omnia iura clamant,

mant, quòd actor forum rei ſequi debet.extra de fo. compe. cum ſit generale.1.ſ. q.1. experientia,& C.de iuriſ.om.iu.l.in criminali. & vbi in rem actio l.fi.nam quantùm ad forum regulariter perſona attenditur, & non res. Et inde eſt, quòd re alibi conſtituta extrà territorium quis cōuenietur in loco domicilij.ff. de iudi. quod legatur,& de re ind. à diuo Pio.C.vbi in rem actio.l. fin. & de iud.l. properandum §.ſi autem extra de fo.compe. ex parte. B. & c.fi. & in aut.de Eccl.ti.§.ad hæc col.9.Acceſſoria enim ſunt,& propter hominem creata ſunt ff. de vſu. in pecudum, & de iure codi. conficiūtur,& acceſſorium naturam ſequitur principalis ff.de re iudi. cum principalis, & eo.ti. c.acceſſorium lib.6. etiam quò ad forum, vt videmus in vxore, filiis, & ſeruientibus,C. de epiſ. & cle. l.2. de iudi. quoties,C.qui, & aduersùs quos l.fi.& de comitibus conſiſto. l.1. & de proximis ſacro. ſcri. l.in ſacris li.12. extra de dona. inter vir.& vx.c.de prudētia ff.de iuriſ.om.iu.l.cum quædam, qui .n. Iudex eſt perſonæ, eſt etiam bonorum d.c. prudentia. C.vbi ſena. vel clariſ.l.quoties §.adeò autē,& mutata conditione perſonę rei ſtatum conuenit immutari.C.de impo. lucra.deſcrip. l.1. etiam quò ad forum arg.ff.de iud.l. ſi poteſt. Si enim per militiam ſæcularem mutat quis forū,vt C.de agen.in rebus l.ex eo.& de ſilentia l.3. li.12. ff.de re mi.l. qui cum vno. §.ſin autem reus, multò magis per cæleſtē arg. ff.pe arbi non diſtinguemus §.ſacerdotium.& de pac.l.ſi quis in conſcribendo, duplex eſt enim militia . l. di. clericū, & 59. di. c.ſi officia. Et quòd mutatione perſonæ mutetur forum, etiam quò ad res,probatur,nam ex hoc fundatur æquitas illius tituli. C.ne li.poten.l.1. ff.de alie.iu.mu. cauſa fa.l.1.2. & 3. in prin. Cum ergo iſta bona,& iuriſdictio ſint in Eccleſiam tranſlata, eius conditionem ſequentur: nam quæ religioſis adhærent, religioſa ſunt ff. de rei ven.quæ religioſis,& magis dignum trahit ad ſe minus dignū extra de conſe.Eccle. quòd in dubijs, & ff.de vſuca.cum,qui ædes.Et ideo dicit lex,quòd ea, quæ diuini iuris ſunt,humanis nexibus alligari nō debent C.de ſacroſan.Eccl. ſancimus. Et quæ ſemel Deo dedicata ſunt,ad humanos vſus redire non debent ff.de re. di.l.in tantùm.

tùm. §. ſacræ. Cum ergo clerici non ſint de iuriſdictione ſua, nam iuriſdictiones ſunt diſtinctæ, vt ſupra probatum eſt, per conſequens nec bona; & ideo dicit canon. quòd nullus Epiſcopus, nec pro ciuili cauſa, nec pro criminali apud quẽuis Iudicem, ſiue ciuilem, ſiue militarẽ producatur in cauſa 11.

3 q. 1. nullus. Laicis enim dẹ reb. Eccleſiæ aliquid diſponendi nulla vnquã legitur attributa facultas 96. di. c. 1. Hi enim, qui tantùm humanis rebus, & non diuinis præſunt, quomodo de his, per quos miniſtrantur diuina, iudicare præſumunt, penitus ignoramus 93. di. deniq; imò grauiter delinquit iuriſdictionem domini vſurpando, & videtur iniuriam facere. 2. q. 1. Deus omnipotens, & cauere debet, ne à domino flagelletur: ſicut ille Rex Ozias, qui lepra legitur eſſe percuſſus, quia officium ſacerdotij vſurpauit, de quo in li. Parali. 26. & tranſumptiuè 2. q. 7. §. ſed notandum. Priuilegium enim eſt ordinis clericalis, quod non poſſit coram ſæculari Iudice conueniri 11. q. 1. inolita, & c. placuit, cui etiam non poſſet renunciare, extra de fo. compe. ſi diligenti.

4 Non ob. ſi dicatur; quòd laici nati ſunt, & ſic ſubditi legi, quis ergo exemit eos? quia reſpondetur, quòd Deus, qui iuriſdictiones diſtinxit, vt ſup. probatum eſt. Clerici enim per aſſumptiones cæleſtis militię corpus, & animam Dei ſeruitio dedicarunt, & in ſortem Chriſti tranſtulerunt. 12. q. 1. cum portio, & ſic de eius foro facti ſunt, ar. 95. di. Imperator. Poſſet etiam dici, quòd Princeps hoc priuilegium conceſſit, in aut. vt clerici apud proprios epiſcopos §. ſi verò col. 6. & de ſan. epiſ. §. ſi quis contra clericum, & plenè. C. de ſac. ſanct. Eccle. aut. ſtatuimus, quæ leges ſunt per Eccleſiam receptæ, & etiam approbatæ 10. di. ſi in adiutorium, & no. per Inn. de ma. & obe. c. ſi quis, & cum ab initio omnes cauſæ, etiam lai-

2 corum tractarentur coram ſacerdotibus, vt habetur Deute. 18. & extra qui fi. ſint legi. per venerabilem, non videtur eis fieri iniuria, ſi res conuertat, quantùm ad clericos, ad ſuum ſtatum ar. ff. de pac. ſi vnus §. ſi pactus, & de quæſtione iſta ſatis poſſent dici caſus extra de iu. c. pe. & ſi. extra de fo. cõpe. conqueſtus, imò vſurpans poſſet excommunicari 96. di. duo

ſunt. Non ob. quod dicitur, quòd temporalia ſubſunt regibus, quia iſtud habet locũ quò ad onera regalia, quæ directè reſpiciunt rem. vt ff. de mu. & ho. l. munerũ, §. patrimonium 11. q. 1. tributum, & ſic loquitur de foro, vbi magis cõſideratur perſona, quã res, vt ſup. dictũ eſt, Nec ob. ſi dicitur, quod ratione rei forum ſortitur quis; quia verum eſt loci, ſed non iudicis, vt no. ar. 11. q. 1. clericum. Nec ob. ſi dicatur, quòd ſicut laicus nõ cognoſcit de iure ſpirituali, ſic nec clericus debet cognoſcere de temporali, quia non eſt par ratio, cum laicus nõ ſit capax iuriſdictionis ſpiritualis, vt in c. decernimus de iu. arg. ff. de iudi. ſolemus, §. ſila. runculator, ſed clericus benè eſt capax temporalis C. de epiſ. au. l. epiſcopale, & in aut. ſi quis de iud. aut ſi vero contigerit. Non ob. quod laicus cognoſcat de feudo, & ſic videtur, quòd de temporalibus cum ab eo teneantur, vt in c. ſolitæ. Alia enim ratio eſt in fœudo; quia dominium eſt pœnes dominum, non ſic in rebus ſimpliciter Eccleſiæ datis, in quibus dominium ſtatim tranſit ad Eccleſiam, vt C. de ſac. ſan. Eccle. vt inter diuinum, & in nullo tenetur donatori. extra de dona. dilectus. Et Inn. de fo. comp. verum. nõ ob. quòd intentio Regis eſt fundata de iure communi, & ſic coram eodẽ probari debet exceptio, vt in c. cum perſonæ, de priui. li. 6. quia ibi eſt ſpeciale in illis, quæ de iure communi ſubſunt, & opponunt exceptionem, vt correctiones ordinatiorum caritentur, nos loquimur in illis, quę de iure communi non ſubſunt, imò nec poſſunt ſubeſſe, vt in c. ſi diligenti, & imò tales non tenentur ire ad allegandum priuilegium, cum notorium ſit, quòd clericus non poteſt coram ſæculari iudice conueniri ff. de iud. l. ſi quis ex aliena. & extra de accu. veniens, melius 11. q. 1. nullus epiſc. 15. q. 4. c. 2. & ibi Ar. & quia quando eſt de limitibus, eſt ſciendum, quòd dicit Hoſt. extra de parochijs ſuper eo, quòd limes ſumitur largè & ſtrictè. Vnde licèt limites diœceſium, ſiue parochiarũ ſint impræſcriptibiles, ſecus in limitibus territoriorum, vel agrorũ, vt ibi no. extrà de offi. ar. dile. & eſt ratio, quia, vt dicit Inn. extra de proba. cũ cauſã, tẽporalia occupanti quãdoq; cõceduntur, ſed non ſpiritualia, vt no. 16. q. 3. quicũq; Et quod no. extra de præſcrip. quia iudicante.

A P-

Digitized by Google

APPENDIX.

In eadem Cauſa Eccleſiaſticæ Immunitatis.

EPITOME.

Clerici, ſeu Eccleſiaſtici nullo modo conueniri poſſunt coram Iudice ſæculari, nec minus eius legibus aſtringi.

VEriſſimum quidem eſt, vt omnibus patere arbitror, quod iura ſunt clara, quod Clerici, ſeu Eccleſiaſtici, neq; criminaliter, neq; ciuiliter, etiam in actione reali poſſint iudicari per iudicem laicum c. at ſi Clerici, de iudic. c. ſi diligenti, cum ſimilib. de fo. compe. Aut. ſtatuimus, & Auct. Clericus C. de epiſc. & cleric. ad abundantiorem tamen, & dilucidiorem cognitionem tantæ veritatis, duobus articulis referretur, quid circa illam iura communia ſentiant.

Primus igitur articulus eſt: De iure communi clerici nullo modo poſſunt conueniri in actione reali coram Iudice ſæculari. Hanc opinionem tenent Io. Andr. in c. qualiter, de iudic. vbi clericus coram iudice ſæculari non poteſt trahi, ſiue agatur reali, ſiue perſonali, ſiue petitorio, ſiue poſſeſſorio, Socin. in conſ. 12. nu. 13. & nu. 36. vol. 4. quos cum alijs citat ad hoc Roland. in conſ. 12. nu. 37. & plur. ſeq. vol. 2. Idem tenet Collectar. in dict. c. qualiter, de iudic. per text. in d. auth. ſtatuimus, C. de Epiſc. & cleric. vbi prohibetur in ciuilibus, & in criminalibus, & per d. c. ſi diligenti, ſed actio realis ciuilis eſt. Item quia ſi perſona eſt exempta, ergo & res eius. Idem notat Archidiacon. in c. 1. de cleric. coniugat. lib. 6. & Abbas in d. c. qualiter, nu. 8. de iudicijs, vbi quod non bene dixit Gugliel m. de Cun. in l. de his, C. de epiſc. & cleric. ratione tributi pro re, quam tenet poſſe conueniri clericum coram Iudice laico. Item Specul. in tit. de reo, §. 1. verſ. item clericus, & in

titu-

titulo de competentis iudicis aditione, §. 1. verſ. in clericis. Pro hac opinione à multis allegatur Baldus in authē. clericus, Cod. de epiſcop. & cleric. & in c. decernimus, de iudic. quam dixit eſſe veram opinionem Petr. Iacob. in ſua practic. in titulo de rei vendicat. circa finem, & in titulo de vi bonorum raptorum. eandem eſſe communem opinionem teſtatur Albericus in dict. authen. ſtatuimus, quam diſputando latè defendit, eandem eſſe magis communem teſtatur Mynſinger. in d. obſeruat. 22. nu. 2. centuria 1. & de communi etiam teſtatur Stephan. Aufrer. in d. limitatione 4. verſ. & in ſumma iſta eſt communis opinio. vbi etiam quòd de ſtylo Curiæ Romanæ ſic obſeruatur, & ita fuit deciſum in Rota Romana deciſione 5. de foro competent. in antiq. vbi quòd clericus, etiam in reali debet gaudere priuilegio clericali, vt conueniatur coram Iudice Eccleſiaſtico, de quo etiam ſcripſit Viuius in dec. 49. num. 3. lib. 1. cuius opinionis potiſſima ratio conſideranda eſt, quia ſemper conſideranda eſt qualitas perſonæ, quę conuenitur ratione rei ſitæ, & ideo ſi conueniendus ratione rei ſit clericus, iudex competens eſt Eccleſiaſticus in loco rei ſitæ, vt doctè probat, & latè deducit Socin. in c. ſanè ſi Epiſcopus, num. 9. de foro compet. poſt Archidiac. & Oldrad. quos allegat.

Et intelligo hanc opinionem eſſe veram, non ſolum reſpectu bonorum Eccleſiæ, & acquiſitorum ex ſuo beneficio, ſed etiam reſpectu bonorum ſui patrimonij, Innoc. in c. 1. de apoſtatis, vbi quod clerici ſimplices, gaudent omnibus priuilegijs, & immunitatibus, dummodo clericaliter viuant, nō negotiando, quem ſequitur Parpalla in repet. l. placet, nu. 22. C. de ſacroſ. Eccleſ. Nec obſtat Doctrina Bart. in l. ſacroſanctæ, C. de Epiſc. & cleric. vbi quòd clerici gaudent priuilegijs, & immunitatibus Eccleſiæ ſolum in acquiſitis ex ſua Eccleſia, & beneficijs, & Capra reg. 102. n. 100. per text. in auth. præsbyteros, C. de Epiſc. & cleric. Quia imo per d. auth. preſbyteros, apparet Bar. nō benè ſētire, vt ponderat Barbat. in c. quia nos, col. 3. de teſtam. ponderando verba dictæ authenticæ, in verſ. res quomodolibet ad eorum dominium venientes habere

bere

Digitized by Google

bere ſub ſua poteſtate præcipimus, & in d.auth.ſacroſanctæ, in verſ. quæcunque bona, quo tempore fratribus non confe-rant, & hanc opinionem probat Iaſ. in l.filiæ licet, col.2.C.de collationib. & ferè omnes dicunt hanc eſſe communem, & veram opinionem, clericos gaudere omnibus priuilegijs, & immunitatibus, etiam reſpectu bonorum ſui patrimonij.

Neque obſtat contra principalem opinionem huius articuli, quod perſonæ clericorum ſunt de foro Eccleſiaſtico, ſed res ſunt de foro laicorum, vt dicit Imol. in c.poſtulaſti, de foro comp.& in c.nouimus, de immunit. Eccleſ. Vnde Bald. in auth. ſed periculum, C.fine cēſu, vel reliq. dicit bona temporalia clericorum poſſe arreſtari, & Feder. de Senis in conſ. 94. incip. factum quod proponit, verſ. item ad id, quod obijcitur, dicit executionem pœnæ accuſationis calumnioſæ, vel teſtimonij falſi commiſſi coram Iudice ſæculari, ſi facienda eſt in perſonam, reſeruandam eſſe Epiſcopo, ſin autem realis executio facienda eſt in bonis, iudicem ſæcularem poſſe facere, & propterea etiam reperitur deciſum, quod clericus in actione reali debeat cōueniri coram iudice laico, Francis. Marc. deciſ. Delph. 230. & deciſ. 1056. part. 1. & deciſ. 362. part. 2.

Quia aut loquimur de rebus Eccleſiarum, & ipſarum dominium non eſt apud Eccleſias, vel perſonas Eccleſiaſticas, ſed eſt apud Deum, & Eccleſiam vniuerſalem, cuius Papa eſt Vicarius, & caput Eccleſiæ, Hoſtienſ. in ſumma, tit. de decimis, quæſt. 9. Paulus de Caſtro in conſ. 414. num. 4. vol. 1. ergò non poſſunt eſſe de foro laicorum. aut de bonis patrimonialibus clericorum, & iſtorum dominium eſt ipſorum clericorum, ſicut in cæteris priuatis, non autem Principis, nam vt dicit gloſſ. 1. in proœm. ff. & ibi Bart. Imperator eſt dominus mundi, quantum ad protectionem, & iuriſdictionem, atq; recognitionem vniuerſalem, non autē quantum ad dominium particularium rerum, Bald. in l. bene à Zenone, & ibi Angel. in fin. dicit, hanc eſſe communem opinionē, C. de quadrien. præſcript. Priuati igitur ſunt domini rerum ſuarum particulariū, iuxta illud Pſalm. 113. & habetur Exodi cap. 13. Cælum

cœli

cœli Domino, terram autem dedit filiis hominum. Et Deut. c. 11. Omnis locus, quem calcauerit pes veſter, veſter erit.

Et cum de hoc latius ſcribendi hic detur locus, ne ſilentio id omnino pertranſeatur, de quo, hiſce tẽporibus præcipuè, maxima vrget neceſſitas; tam etſi per ampla apud Doctores ſcripta reperiantur, quæ quiſq; pro ſui libito videre poterit, in calce tamen huius appendicis nonnulla, idq; breuiter, ne moleſta ſint, exarabuntur.

Dominium igitur rerum in ſingulis procedit de iure Diuino, Principeſq; non eſt dominus, niſi in quantum ad protectionem, vt rectè probat Andr. in c. naturales, num. 2. ſi de feudo defuncti militis, &c. contra errorem Martini, vt ipſe reperit in c. 1. §. vectigalia, nu. 4. verſ. nec enim Princeps eſt dominus, quæ ſunt regalia, & Bald. in conſ. 327. pridie enim conſului, par. 1. vbi concludit, quod Princeps eſt mundi dominus, quantum ad bonum, & naturale regimen, ne inde iniuriarum occaſio naſcatur, vnde iura naſcuntur, l. meminerint, C. vnde vi. Et ipſe Princeps non poteſt alterare, aut immutare, aut etiam alienare aliqua bona ſubditorum, quia licet inter ipſum, & ſubditos, nullus ſit initus contractus expreſſus, eſt tamen quidam quaſi contractus tacitus, vt alter alterius conditionem duriorem non faciat, vt poſt Hoſtien. & Io. Andr. in c. dilecti, de maior. & obed. dicit Bald. in c. in generali, ſi de feud. fuerit controuerſ. Vbi quod Rex Franciæ nõ poteſt alienare vnam ciuitatem inuitis ciuibus, cum concordantibus, de quibus per eum, Alexand. in conſ. 25. nu. 19. & ſeq. vol. 5. Iaſ. in conſ. 227. in princ. vol. 2. Hippol. Marſil. in l. 1. §. cum quidam, num. 10. ff. de quæſtionib. poſt Bald. in d. c. dilecti. de maior. & obed. vbi notat ex illo textu, quòd ſubditi poſſunt cõtradicere, ſi dominus vult eos, vel terram alijs ſubijcere, quia ipſorum intereſt non mutare dominium, & latius declarat Neuizan. inter conſilia Alberti Bruni conſ. 12. col. 2. in princ. verſ. quarto probatur. Quæ à nobis adducuntur ad probandum, quod nec Princeps in ſeipſo conſideratus poteſt præiudicare dominio particularium hominũ, neque conſideratus reſpectu vaſallorum, aut reſpectu ſubdito-

rum;

nim; ergo dominium particularium rerum non eſt ipſius Principis, ſed ipſorum particularium.

30 Sed cum bona perueniũt ad dominium clericorum, mutant naturam, quia mutata perſona, mutatur & cõditio rei, Bartol. l. in cõſ. 180. par. 1. Bald. in l. placet, C. de ſacroſanctis Eccleſijs, Felyn. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 76. Marcambrunus in conſ. 40. nume. 5. & ſequen. qui probat hanc eſſe communem opinionem, & mutata conditione perſonę mutatur ſtatus rei, etiam quòad forum, vt probat Alber. in d. auth. ſtatuimus, nu. 6. verſ. in contrarium pro Epiſcopo, ordo enim ſuperueniens tollit munus publicum impoſitum, l. prætor, circa princ. ff. de excuſat. muner.

Et quantùm ad forum, attendenda eſt perſona, nõ res, ideo pro re alibi ſita, quis conuenitur in loco domicilij. l. fin. C. vbi in rem actio, & l. à Diuo Pio. ff. de re iudic. & cum bona peruenerint ad Eccleſiaſticos, eius conditionem, & forum ſequi debent, nam quæ religioſis adhærent, religioſa ſunt, l. quæ religioſis, ff. de rei vendicat. & magis dignum trahit ad ſe minus dignum, cap. quod in dubijs de conſecrat. Eccleſ. vel Altar. & quòd clerici in patrimonialibus gaudent omnibus priuilegijs, quib. gaudẽt Eccleſiæ, cap. fin. & ibi gloſſ. fin. de vita, & honeſtate clericorum.

Nec eſt verum dictum Baldi, quod bona clericorum poſſint arreſtari per iudicem laicum, communis enim eſt ſententia repreſſalias, arreſta, pignorationes nullo modo eſſe concedendas à laicis in clericos, & contrafacientes incidere in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini. Propterea nec executio realis poteſt fieri à iudice laico in clericos, quia in cauſa reconuentionis, in qua iudex laicus poteſt iudicare, executio ſententiæ etiam in realibus facienda eſt per iudicem Eccleſiaſticum, Anton. de Butr. & Socin. in cap. 1. de mutuis petitionib. Vrſil. ad Afflict. ſuper deciſ. 173. n. 2. & ita ſemper obſeruari in actu practico atteſtatur Viuius deciſ. 49. nu. 6. lib. 1.

Secundus articulus eſt, nulla conſuetudo laicorum iudicandi in realibus contra clericos poteſt introduci per quod-

cunque tempus, etiam mille annorum, quia iuriſdictio clericorum eſt de iure diuino; Verùm ne hîc fruſtra diffuſiora iam aliàs ſcripta, & allata repetamus, videantur pro hoc articulo facientia inſigniora, quæ in huius voluminis Parte Secunda, à folio 371. vſq; ad fol. 386. habentur, noſq; interim ad promiſſa de dominiorum prædominatione calamum conuertemus.

CELEBERRIMVM

Reſcriptum Deciſiuum. In eadem Cauſa Eccleſiaſticæ Immunitatis.

ARGVMENTVM.

Dominium Diuinum quodcunq; aliud indubiè præcellit, ab ipſo enim humanum originem habuit ſoli Adamo à Deo ab initio elargitum; quò ſic & dominium rerum in ſingulis procedere de iure Diuino, & non Humano conſtat.

SVMMARIVM.

1 *IVriſdictionis poteſtas vnde deſcendat.*
2 *Dominium habuit originem à Deo.*
3 *Dominium ab initio ſoli Adamo fuiſſe datum, & nu. 5. & 6. c. dile-*
4 *ctiſſimis 12. q. 1. declaratur.*
7 *Dominium ab initio fuiſſe proprium, non commune, & nu. 8 ...*
8 *Pronomen ſuum denotat dominium, iuriſdictionem, proprietatem, & protectionem.*
9 *Dominium quomodo probetur de iure diuino.*
10 *Iuris naturalis effectus.*
11 *Dominij acquirendi modi ſunt introducti de iure gentium.*
12 c. quo iure diſt. 8. *intelligentia.*

13 *De*

13 *Dominium eſſe de iure humano, ſecundum Theologos, quomodo intelligatur.*
14 *Dominium an aliquando capiatur pro iuriſdictione.*
15 *Iuriſdictio non fuit in ſtatu innocentiæ, ſed poſt peccatum.*
16 *Deus ab initio rexit mundum per ſeipſum vſq; ad Noe.*
17 *Senior de familia gerebat imperium omnium de familia.*
18 l. 1. ff. de conſtit. princip. *declaratur.*
19 *Dominia non eſſe introducta de iure gentium.*
20 l. ex hoc iure ff. de iuſt. & iur. *declaratur.*
21 *Verbum,* diſtinguere, *quid ſignificet.*
22 *Accurſius ſibi contrarius reprobatur.*
23 *Dominium non eſſe de iure gentium primariò, quod eſt ius naturæ.*
24 *Ius naturale hominum quid ſit.*
25 *Ius gentium quomodo differat à iure naturæ.*
26 l. in pecudum ff. de vſur. *declaratur.*
27 *Proprietas, & dominium quomodo differant.*

1 CVM de præcedentia, prædominatione, & eorum cõſeruatione inter dominia pertractare velimus, neceſſarium erit ante omnia cognoſcere, & inueſtigare de eorum origine.

2 Deciſiuè igitur procedendo, dico originem dominij fuiſſe à Deo. Nam Gen. cap. 1. Dixit Dominus primis parentibus: Creſcite, multiplicamini, replete terram, & ſubijcite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & vniuerſis animãtibus, quæ mouẽtur ſuper terrã. Alia littera loco eius qđ dicitur, & ſubijcite eã, dicit, & dominamini ei, & hanc ſequitur D. Aug. ſuper Gen. ad litteram, & in lib. 14. de ciuit. Dei, cap. 21. & ſequitur, dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram, & hanc opinionem probat D. Thom. in 1. part. quæſt. 96. art. 1. & art. 2. & alijs etiam medijs probat in lib. 3. de regimine Princip. cap. 1. omne dominium eſſe à Deo.

3 Sed hoc dominium ſoli Adamo fuit elargitum, ſolus enim

illius benedictionis tempore formatus erat, non Eua c. hæc imago 33. q. 5. & ita ordo ſacræ ſcripturæ demonſtrat, Eua autem fuit in paradiſo formata, Adamo eò loci translato, d. cap. 1. Gen. ergo ante Euæ formationem temporaliũ rerum dominium fuerat Adami proprium, non commune cũ Eua; nam ſolus erat, & eius reſpectu, qui ſocijs caret, nihil commune dici poteſt.

Item Eccleſiaſtici cap. 17. dicitur: Deus creauit hominem de terra, & ſecũdum imaginem ſuam fecit illum. & ſequitur; & dedit poteſtatem eorum, quæ ſunt ſuper terram, & poſuit timorem illius ſuper omnem carnem, & dominatus eſt beſtijs, ac volatilibus, ergo ſolus fuit, qui pro illo tempore dominium habuit.

Item Dionyſius in lib. de diuinis nominib. cap. 12. à Dominio dicitur dominus, dominator, & dominatus; vnde cum de ſolo Adamo dicatur, quòd dominatus eſt beſtijs, conſtat dominium illius fuiſſe proprium, non commune, & ſequitur text. Gen. c. 1. & creauit ei adiutorium ſibi ſimile, videlicet 3
Euam, & tunc dominium fuit communicatum. Præterea poſt lapſum primorum parentum, & ante diluuium, ac antequam eſſent reges, potuit aliquis dicere, hoc meum eſt, nam Gen. cap. 3 Deus dixit ad Adamum, in ſudore vultus tui veſceris pane tuo.

4 Et hoc probat tex. in c. dilectiſſimi 12. q. 2. vbi Beatus Clemens ait, communis enim vſus omnium, quæ ſunt in hoc mundo omnibus eſſe hominibus debuit, ſed per iniquitatem alius hoc ſuum eſſe dixit, alius illud: Nec ex eo textu probatur, primos parentes coniunctim habuiſſe temporalium rerum dominium, imò retorquetur, quòd diuiſim habuerint, & ex auctoritate Philoſophi, quæ eo loci inducitur, hoc concluditur: Habet enim, ſicut nõ poteſt diuidi aer, neq; ſplendor ſolis; Ita nec aliqua communiter data ad habendum; ex quibus verbis habetur, bona temporalia cõmuniter fuiſſe data ad habendum, ab eo, qui dare potuit ſcilicet Deo, & illi qui capax erat, nimirum homini, eius igitur proprium dominium factum eſt. Nec Philoſophus aeris, & ſolis ſplendoris

ccm-

comparationem inducit ad temporalia reſpectu dominij; vt ſicut non habent illorum dominium, ita nec temporalium rerum, ſed reſpectu indiuiſibilitatis duntaxat comparationem fecit, vt ſicut non poteſt diuidi aer, neq; ſplendor ita nec reliqua communiter data ad habendum hominibus diuidi debent.

Probatur etiam ex libro Sapientiæ cap. 9. ibi, Deus patrum noſtrorum, & diuinæ miſericordiæ, omnia bona quæ feciſti ſeruo tuo, & ſapientia tua conſtituiſti hominem, qui domi-
5 naretur creaturæ tuæ, quæ à te facta eſt. Item Abel ſecundo genitus Adami obtulit de primogenitis gregis ſui, Gen. cap. 4. ergo poterat dicere ſe habere ſui gregis dominium proprium.

7 Item poſt diluuium, præter ius gentium, poterat aliquis dicere quid eſſe ſuum. Nam Gen. cap. 9. habetur, Noe plantauit vineam, ac vinũ ex ea bibit, & negari non poteſt vtriuſq; fuiſſe dominium quo tempore, nullus fuerat rex. Et Gẽ. cap. 12. dixit Dominus ad Abraham, in terra Canaam ſemini tuo dabo terram hanc, quod fecit; ergo deſcendentes ex ſemine Abrahæ poterant dicere, iſta terra eſt noſtra. Item Gen. cap. 26. cum deſcendiſſet Iſaac in Gerara, dixit Dominus ei, dabo tibi, & ſemini tuo vniuerſas regiones iſtas, quarũ regionum ipſe, & ſemen eius non de iure gẽtium, ſed ex largitione Dei, fuerunt domini. Item Num. cap. 21. dicitur, vnuſquiſque, quod in terra prædicta rapuerat, ſuum erat, quod non erat per iura regum, cùm ille populus Iſraeliticus, adhuc Regem non haberet, ſed Dux tantum Moyſes præerat, & Num. cap. 33. Dominus ad Moyſen dixit: præcipe filijs Iſrael, & dic ad eos, cùm tranſieritis Iordanem, intrantes terram Canaam, diſperdite compertos habitatores illius, ego dedi vobis illam in poſſeſſionem, quam diuidatis vobis ſorte, quod fecerunt, vt legitur Ioſue cap. 13. quelibet ergo illorum potuit dicere partem, quæ ſibi obuenit eſſe ſuam, quare hoc non iure gentium ſed diuino, quia populo Reges non erant. Item Num. ca. 35. Dominus ad Moyſen dixit; præcipe filijs Iſrael, vt dent Leuitis de poſſeſſionibus ſuis vrbes ad habitãdum, & ſubur-

bia ſint pro pecoribus,& iumentis; quod fecerunt,vt cap. 14. Ioſue. poterant igitur antequam illas darent poſſeſſiones, ſuas confiteri.

8 Sed pronomen ſuum importat dominium l. non ſolum §. meum ff.de rei vendi c.gl. in §. cum in ſuo. Inſt.de rerum diuiſ. Bart. in l.cum res C.ſi aliena res pign. data ſit, & l. 1.C.de theſ. l. 10. Card. in clem fin. de procur. Hyppolyt. Rimin. in conſ. 191. nu. 16. vol.2. Et hoc pronomen, ſuum, tripliciter dicitur, vel ratione iuriſdictionis, vel proprietatis, vel protectionis, & eſt latum vocabulum. Sebaſt.in conſuet. Neapolit. quæ incipit,ſi quis habet,in ver.ſuis, tantò magis poterant dicere Leuitę ex quo erant ipſorum per ordinationē diuinam, cum Reges eo tempore non habebāt.Quare clarè patet, poſt lapſum primorum parentum, ante diluuium, anteq; creationem Regum, fuiſſe dominia propria, & probatur idem in cap.1. 24. q.9.

9 Quòd autem nullo iure humano,ſed diuino dūtaxat temporalium rerum dominium ſit hominibus largitum probatur ratione, quia nemo rem dare poteſt, cuius non eſt,vel alter eius voluntate, ſed Deus eſt omnium rerū temporalium Dominus, vel ratione creationis, quia de nihilo fecerat, vel iurefactionis, quia de propria rei natura illam fecerat, ergo nullus Rex de illorum dominio ſine voluntate Dei diſponere

10 potuit. Vnde patet, quòd neq; iure naturali primœuo,quod omnibus animantibus commune eſt, quia illud nihil ſtatuit, ſed inclinat, ſeu dirigit ad aliqua. Nec de iure gentium, nec de iure Regum, vel Imperatorum fuit rerum temporalium dominium introductum, ſed per ipſum Deum, qui fuit, & ſemper erit rerum Dominus primis parentib. collatum, & ſolus Adam dominus factus eſt, ante formationem Euæ.

11 Fateor de iure gentiū, & ciuili multos fuiſſe dominij acquirendi modos introductos, modumq; agendi pro illis rebus temporalib. formatum in iudicio, circa ſui iuris propoſitio-

12 nem, Ideo non obſtat c. quo iure diſtinc. 8. quia D. Auguſt. loquitur ibi de iure agendi in iudicio, cuius formam introduxit ius ciuile, & hoc voluit dicere per illa verba tolle ius

Imp.

Imp.nullus enim poteſt in iudicio proponere, quòd hæc villa ſit ſua, niſi per iura Imp. & ita intelligenda eſt opinio illo-
13 rum, qui tenent dominium eſſe de iure humano, videlicet quò ad formam agendi, & vindicandi rem ſuam, pro vt Auguſtinus intelligitur: Item quia hoc dixit diſputando cum hæreticis, quia in c.1.23.q.7. idem Auguſt. ſeipſum declarauit, ait enim, quamuis res quæcumq; tenerentur, non ritè à quocumq; poſſideri poſſunt, niſi vel iure diuino, quo cuncta iuſtorum ſunt, vel humano, quod in poteſtate eſt Regum terræ.

14 Et licèt aliquando dominium capiatur pro iur ſdictione
15 D. Thom. in 1. part. quæſt. 96. art. 4. Tamen Adam in ſtatu innocentiæ dominium non habuit ſuper Euam, nam dicit D. Auguſt. lib. 19. de ciu. Dei, hominem rationalem ad imaginem ſuam factum, non voluit Deus, niſi irrationalibus dominari, non hominem homini, ſed hominem pecori: At hominem ſubeſſe homini inductum eſt ratione peccati: Gen. cap. 3. Et eris ſubdita vero. Et quòd dominium in hoc articulo differat à iuriſdictione, probatur, nam Deus ab
16 initio rexit mundum per ſe ipſum, vſq; ad Noe, Innoc. in c. licet ex ſuſcepto num. 3. verſ. quod meliùs intelligas, de foro comp. & ibi Ancaran. num. 11. verſ. à principio, Felyn. & cæteri Canoniſtæ Petr. Bertrand. in tract. de iuriſdict. Eccleſ. & ſecul. cap. 1. nu. 9.

Et obſeruauit Ariſt. ab antiquiſſimis temporibus, vt refert
17 in 2. lib. polit. cap. 1. quòd quandiu ſenior vnius familiæ viuebat tandiu imperium gerebat, & filij nati, pendente vita eius, non principes aliorum natorum, vel familiarum additarum, ſed duces dicebantur ſub Imperio ſenioris, vt habetur Gen. cap. 36. dum de Idumæorum ducibus agitur, viuente Eſau, qui erat pater Idumæorum, ergo Adam iuriſdictionem non habuit ſuper cæteris rationalibus, ſed tantùm quandam præeminentiam, tanquam ſenior, & magis expertus ad dirigendum alios ad proprium bonum eius, qui directus eſt, vel ad bonum commune.

Ex his infertur primò, errare Iuriſconſultos, qui putant dominium fuiſſe commune ab initio, & ita fuiſſe populorum: Nam probatum eſt dominium fuiſſe ab initio priua-
18 tum, & ſoli Adamo conceſſum, & l. 1. ff. de conſt. prin. & §. ſed quod pr. Inſt. de iure nat. gent. & ciu. quæ intelliguntur de Populo Romano, non benè allegantur ad fauorem Principum particularium, qui præſcripſerunt ex aliquo titulo præcedenti contra Imperium Romanum.

Secundò infertur, non eſſe veram opinionem Accurſij in l. in rebus in ver. natnraliter C. de iure dot. volentis, quòd ab initio humanæ creaturæ non diſtinguebatur dominium, niſi quantùm ad vſum, quia omnia erant communia, ſed poſtea
19 de iure gentium fuerint introducta dominia, & hanc opinionem ſequuntur ciuiliſtæ. Bart. in l. ex hoc iure, & ibi cæteri Doct. ff. de iuſt. & iur. & in l. 1. ff. de acq. rer. dom. Bart. & Doct. in l. ſi id quod ff. de cond. indebit. Michael Vulcar. in tract. de regim. mundi, q. 1. numer. 6. & probant hanc eſſe com. opin. Doct. Corn. Benincaſ. in tract. de paupert. q. 3. num. 12. Addentes ad Iaſ. in d. l. ex hoc iure num. 44. Marant. de ord. iud. par. 3. num. 7. Syntag. Com. opin. tom. 1. loc. 2. cap. 1. col. 1. verſ. nihilominus ipſum dominium, & mouentur omnes per tex. in d. l. ex hoc iure.

Quia ſatis ſuperq; ex allegatis tex. apparet cōtrarium. Addi etiam poſſunt ad hoc leges Dei, quibus præcipitur: Furtum non facies: Rem proximi tui non concupiſces. Item, non apparebis in conſpectu Domini Dei tui vacuus. Quę leges fruſtatoriæ eſſent, niſi dominiū eſſet ab ipſo Deo datum.
20 Quare ſic expono legem, ex hoc iure in contrarium allegatam, in verſ. dominia diſtincta. Ex quo multiplicatis gentibus varia contractuum, & conuentionum genera in mores, & conſuetudines introducta ſunt, quę licèt vtilitatis gratia videbantur inuenta, tamen etiam habebant honeſtatem, fidem enim datam ſeruare debebant, propterea diſtincta, id eſt ordinata dominia, vt vnuſquiſq; mediantibus varijs contractibus ab ipſis gentibus inuentis, obtinuiſſet fidem datam ſer-
21 uari. Diſtinguere propriè pertinet ad leges. Vnde Cicero

in 2.

Digitized by Google

in 2. lib. de leg. lex eſt iuſtorum, & iniuſtorum diſtinctio. Sanè intellectus iſte ſuadetur ex verſ. regna condita, &c. Quia inuentis contractibus controuerſiæ ſuper rebus contractis oriebantur, vtile non modo fuit, ſed neceſſarium deputare, aliquos miniſtros, qui controuerſias audirent, & cauerent ne à potentioribus humiles vim aliquam paterentur, quare Reges, & Magiſtratus conſtituerunt, non modò non aduerſante ſed etiam ſuffragante naturali ratione, ſcilicet, vt maioribus pareamus: Idem ſuadetur ex alio verſ. & termini agris poſiti. Quia cum diſtinguere ſit artificiosè diuidere ad diſtinguendum propriè dominia, poſuerunt terminos agris, vt faciliora eſſent commercia; non ergo dominia inuenerunt.

22 Item Accurſius ſuis dictis non ſtetit, quia in d. leg. ex hoc iure in ver. dominia diſtincta. firmauit illa eſſe de iure diuino; ergo præfata communis opinio, neq; lege, neq; Accurſij auctoritate, quem ſibi contrarium, Doctores vt ante ſignanum ſequuti ſunt, ſubſiſtere non poteſt.

23 Tertiò infertur multò magis errare eos moderniores, qui tenent ſecundùm legiſtas, dominium eſſe de iure gentium primariò, quod eſt idem quòd ius naturę, l. 1. ff. de acquir. rer. dom. Tantò magis, quia dicunt iure fundari dominia, eſſe de iure naturæ, per l. in pecudum ff. de vſur. in verſ. abſurdum enim videbatur hominem in fructus eſſe, cùm omnes fructus rerum natura, gratia hominis comparuerit, & item habetur in §. in pecudum Inſtit. de rerum diuiſ. Vnde inferunt, ſi dominium eſt de iure naturali, ergo eſt de iure diuino, quia ius naturale dependet à iure ſupernaturali ſimiliter diuino. Quia ius gentium primarium eſt idem, quod ius

24 naturale hominum, ſed hoc fuit creatum à Deo ad ſimplicem finem conſeruandi indiuidua, & perpetuandi generationem, ergo non potuit inducere dominiū, ſed iuxta Doct.

25 ſuperius allegatos ius gentium ſecundarium introduxit dominium, quod differt à iure naturæ, ſiue iure gentium primariò, natura, fine, & præceptis, & propterea differunt ſpecie, vt magiſtraliter declarat hos terminos Bolognet. in tract. de multiplici ſignif. & diff. iuris, & fact. numer. 15. & numer.

13.

Digitized by Google

18. & inde poterunt edoceri.
26 Item l. in pecudum, non eſt benè allegata. Primò, quia nos loquimur de dominio, quod eſt ius diſponēdi de re, Bar. in l. ſi quis vi §. differentia ff. de acquir. poſſeſſ. ſed ibi loquitur de fructibus rerum, id eſt proprietatis: proprietas, au-
27 tem, & dominium differunt vt genus, & ſpecies, quia proprietas eſt ipſa res l. interdum l. quæſt. ff. de verb. ſignificat. Item dominium ineſt perſonæ ſingulari, cuius eſt, ſed proprietas nō denotat quòd ſit alicuius ſingularis hominis Aretin. in §. omnium, nu. 21. Inſt. de actionib.

Nequiſſimè igitur ex his errare patet eos, qui diuinorum beneficiorum obliti, ac inter alia, quod & proprium illis dominium communicauerit, tanto ſui ipſorum amore capti nil curant Diuinum dominium diminui, quin fortè dicam, & deſtrui, vt humanum ſuum illæſum obſeruēt, cum tamen ſecus fiendum foret, vi etiam naturalis gratitudinis, nedū legalis obligationis. Verùm cæteris perpluribus omiſſis, quę hic meritò in hac cauſa exarari poſſent, quæ quiſq; de ſe animo perpendere poterit, cū nullus ſit ſic hebeti ingenij, quin hanc veritatem omnium ſupremam, & reginam non agnoſcat, ſentiatq; ſic Deo diſponente, propriam conſcientiam eſſe confuſam, quamuis etiam ab alijs ignoraretur; ſi primitùs fuit Diuinum, quàm humanum dominium; ſi à Diuino, & Eccleſiaſtico fluxit humanum; ſi ob Diuini, conſeruationem, etiam ſi humanum pœnitus ruere neceſſe eſſet, expediret, ne dum minus congruum eſſet, cum non ſit ſeruus maior domino ſuo, quin & pro capite manum perire condecens eſt; vt quid humanum Diuino proponere? vt quid eccleſiaſticum laicali deſtruere? vt quid cœleſte terreno confodere? maximè cum nec humanum Diuino ablato ſit reperiri, nedum conſeruari; quæramus igitur primum regnum Dei, ni forte Euangelicæ veritatis fonti (quod abſit) minus quam par eſt credere velimus; & hæc omnia, aut dubiè, adijcientur nobis; & hæc ſufficiant pro nunc, donec ampliora in proprio volumine enuntientur.

AP-

COGIMVR plerunq; noſtrum deſerere,& in alienum tranſire votum. Mens erat (vt iam prætactum fuit) pleniori calamo ex profeſſo, ni ſenecta ætas mea nimium ſtudijs, laboribus, ac innumeris ærumnis fracta obſtitiſſet, de dominiorum prædominatione, œconomia, ac alijs perfectę bonorum Eccleſiaſticorum libertati,& immunitati ſpectantia opportuniori tempore tertium his duobus addere volumen; verum vrgent dilationem ſuſtinere nolentes, vt modo ſaltem obiectionibus argumẽtatiuo modo allatis in ſecundo reſcripto Oldradi de Ponte Laudenſis proximè ſupra relato, maximè de vtraq; Iuriſdictione, & duplici gladio plenius ſatisfaciam, quò ſic magis pateat omnium veritatum regina veritas, quod à Diuino dominio cætera omnia emanarunt, ipſumq; ſic omnibus præeſſe, quod ruente etiã quocunq; alio, ipſum illęſum omnino ſeruari debere neçeſſe ſit; Eccleſiamq; pleno iure vtranq; iuriſdictionem, ac dupplicem gladium ſemper habere.

Breuiſſimis itaq; verbis, cum tempus, & locus ampliora prohibeant, votis annuendo de vtraq; Iuriſdictione dico; quod nedum ſoli Deo in mundi creatione plenariũ omnium rerum dominium fuit, vt ſupra in immediatè præcedenti reſcripto oſtenſum eſt,& illud quod Adam primus hominum, ac reliqui ſucceſſiuè habuerũt, à Diuino omninò emanauit, ſecus quòd aliud aſſerere aut cõtrouertere nimis puerile eſſet; verum etiam in mundi reſtauratione poſt collapſam naturam humanam Chriſtus Ieſus mundi Saluator, diuinę gratiæ reſtitutor, vti naturalis totius mundi dominus vtranq; Iuriſdictionem, earumq; pleniſſimum dominiũ, ſucceſſoriq; ſuo Petro, ac reliquis omnibus poſt ipſum, vſq; ad finem mundi perdurandas reliquit, vt habetur inter cætera 25. diſt. omnes, 15.q.6. alius. & c.nos ſanctorum, & c.iuratos.& 1.q. 4. quod Prælatus in princ. extra de re iud. ad Apoſtolicæ lib.

6.&

6. & apud Inn. extra de for. compet. & licet ex ſuſcepto, & probatur extra qui filij ſint legi. per venerabilem. Item ex pſalm. 125 qui fecit luminaria magna, ſolē in poteſtatē diei, & lunam in poteſtatem noctis; per ſolem intelligendo ſacerdotium vid. dominium, & iuriſdictionem diuinam, & per lunam, Imperium, id. dominium, & iuriſdictionem humanam, & temporalem, extra de maiori, & obe. c. ſolitæ, quare cum luna non luceat niſi per ſolem, ſic dominium, & iuriſdictio temporalis, & humana non ſubſiſtit niſi per diuinam, & eccleſiaſticam l. C. de quadri. præſcripto. l. bene à Zenone in fi. Item ex Apoſt. Roma. 13. non eſt poteſtas niſi à Deo id. à cauſa prima, vti ff de pec. l. diffinitio peculij.

Nec obſtat, quod quandoq; ſecus euenerit, ſic Deo permitente, cuius ſecreti iuditij ſui cauſa, etſi ſibi ſoli cognita eſt; pro quanto tamen licet, dicimus, quod hoc fuit apud illos Principes, qui Deum, & Saluatorem mundi non cognouerunt, huiuſq; veridici dicti teſtes ſunt hiſtoriæ, ex quibus habemus, quod ipſo cognito, Conſtantinus gladium S. Silueſtro Papæ, vt illum ab eo cōgruè reciperet detulit, ipſe .n. primus fuit, qui Chriſtianum Imperium exercuit; ac proinde reuerà nullus ante ipſum fuit legitimus Imperator, vt C. de natu. lib. l. diui, & vt narrat Archid. & ob hinc ex quo Imperium Romanum Chriſtum recognouit ſemper præſtitit iuramentum fidelitatis D. Papæ, vt 63. diſtinct. tibi domino; & eſt declaratum per D. Clementem Papam Quintum extra de iure iurand. c. Romani Principes in conſil. Vienenſi, & ob hoc propter infidelitatem Imperator Conſtatinopolitanus priuatus fuit Imperio, & translatum in Germanos in c. venerabilem, extrà de elect. ex quibus ſatis patet Eccleſiaſticum dominium vtramq; verè poſſidere iuriſdictionem, ſemperq; pleno iure poſſediſſe.

Quò verò ad duplicem gladium, quis, maximè catholicorum, non animaduertit Eccleſiaſticum, ac Diuinum dominium vtrunq; habere gladium, quid enim aliud mundi Saluator Petro de gladio interrogato, ac reſponſo accepto, ecce gladij duo hic, per verbum illud, ſufficit, vel ſatis eſt, inuere voluit,

voluit, niſi, quod in Eccleſia verè duo ſunt gladij, & quod Eccleſiaſtica, ac diuina ſufficientia ad vtrunq. gladium iure ſe extendit. Sileant, ſileant qui dictitant, nimis enim incõgruè opinantur, quod dicente Domino, conuerte gladium in vaginam, aut in locũ ſuum, idem fuerit dicere, quod noli alienam iuriſdictionem, puta dominij laicalis, & humani vſurpare, & quod cominãdo illi pro tali vſurpatione dixerit, omnis qui gladium acceperit, id. talem iuriſdictionem occupando, gladio peribit, ſecus enim omnino eſt, nã per dupplicatum gladium, dupplicatum Eccleſiæ dominium oſtendere voluit, idq; an verum nec ne ſit, ex his, quæ mox inferremus conijcere quiſq; poterit. Cur audiendo Dominus ecce gladij duo hic, non dixit, vnum, aut alterũ ipſorum ſuperfluum eſſe, tolle ipſum; ſed tantummodo dixit ſufficit, vid. pro Eccleſiaſtico dominio ſufficit duos habere gladios, cũ vtranq; habeat, & habere debeat diuinam, vid. & humanam iuriſdictionem?

Verum quidem eſt, fateor, quod Petro gladium exercere volẽti dixit, conuerte gladium in vaginam, aut in locũ ſuum, quia Eccleſiæ non conuenit primariò exercere gladium, & dominium humanum, ni ſecus facere cogatur, non tamen dixit, proice illud, & abſinde à te, at ſolum conuerte in locum ſuum, & vaginam, quaſi illi prohibens regulariter illius exercitium, nullo vero modo imperium auferẽs, quin potius vt illud cuſtodiret iuſſit, dicendo, vt poneret in vaginam, quò ſic cum oportuerit eductus in actum, exeundo, omni iure exerceri poſſet; ſicq; tam humanam, quam diuinam Eccleſia iuriſdictionem habens, vtroq; gladio vti poteſt, licet ad hoc, vt humana exerceatur id laicis principaliter, & vt plurimum committat, quod fit per inunctionem, approbationem, & coronationem Imperatorum, Regum, & Principum arg. ff. de mili. teſtam. l. ex eo, & l. Titius, & authen. de feu. ciui. §. interim autem. Ampliora alibi, vt dictum eſt, Deo adiuuante videnda patebunt.

Sca!

SED heus TYPOGRAPHE, ſiſte, & tu quoq; Prælum, quoniam nimis prolixum, tædioſumq; eſſet afferre hic omnes celeberrimos magni nominis doctores Catholicæ Regiæ Maieſtatis ſubditos, ac curiales diffusè pro Eccleſiaſtica libertate, & immunitate deciſiuè ſcribentes, quicunq; enim voluerit in eorum conſiliorum libris pleno calamo conſcriptis, quæ optauerit, videre poterit, idq; præcipuè inter alios, apud inſigniores illos quadraginta ſex à celeberrimo Mediolani Senatore, ac deinde pro Italicis Catholicæ Regiæ Maieſtatis Principatibus apud ipſum Regente, Petro Franciſco Corio in ſuo reſcripto, poſito in Prima Parte huius primi voluminis, folio vigeſimo octauo, ſub n. 11. relatos. Verum quibus interminabile pœnè reſcriptum circa collectas, earumq; immunitatem, præſcriptionem, vſum, ac conſuetudinem immemorabilem, legere tædioſum non erit, requirat ampliſſimum Conſilium, & Reſponſum deciſiuum Celeberrimi, ac Eruditiſſimi Aymonis Crauetæ, à Sauiliano, quod eſt in ordine 111. in ſuo conſiliorum libro primo, ſubſequentibus his verbis annotatum, & inſcriptum.

Conſilium pulcherrimum, & vtiliſſimum pro Auctore in materiam collectarum, &c. Attende igitur aures Lector, & animum, ac ſtudium tuum adiunge ad conſilii huius efficaciam, in quo nouis, & veriſſimis interpretationibus otium licet oblectare.

Hac

Hæc, & alia ſimilia conſilia, & reſponſa deciſiua perlegat quicunq; voluerit, ac tandem animo quieſcat, manumq; nobiſcum pro Eccleſiaſtica libertate, & immunitate huic perlucidæ veritati lætus, & libens ſubmittat, dum nos ad ſecundi voluminis, initia de eadem immunitate pro dilucidiori tantæ veritatis patefactione animum, & manum conuertimus.

Explicit Tertia, & Vltima Pars huius primi Voluminis.

F I N I S.

Series Chartarum.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z &

✠✠ Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vv Xx Yy Zz &&

Omnes Sunt Quaterniones.

Digitized by Google

VATICINIUM.



N:T 1316469

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google